
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
3 1
5
13-17. a. 34
Digitized by Google

H.III. D. 22

# INSTITVTIONES
## CANONICÆ
# IOSEPH PILAIA
## V.I.D. MESSANENSIS.
## TOMVS PRIMVS.

Digitized by Google




INSTITVTIONVM

# DECISIONES PONTIFICIÆ

EX CORPORE IVRIS CANONICI EXTRACTÆ.


AVTHORE
IOSEPH PILAIA
I.C. MESSANENSE
Almi Studij huius Nobilis, & Exemplaris Vrbis Meſſanæ primæ Cathedræ ſacrorum Canonum Extraordinario interprete.


*IN QVATVOR LIBROS DIVISAE.*

In quibus ferè omnes termini, & multæ Canonici, Ciuiliſque iuris quæſtiones adducuntur.

*Opus ſatis elaboratum, & hac methodo inſtar Inſtitutionum Ciuilium uſque modo à nemine compoſitum, V. I. Profeſſoribus, Theologis, ſacrarumque literarum cupidis valdè perutile.*


MESSANÆ, Ex Typogr. Illuſtriſs. SENATVS,
Apud Paulum Bonacota. M.DC.LXIV.
*Superiorum permiſſu.*
ET CVM PRIVILEGIO.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Eruditione, Prudentia, & Integritate, Prȩſtantiſſimo viro V. I. D. Illuſtriſsimo, & Reuerendiſſimo

# D. PETRO VELASCO PROTONOTARIO APOSTOLICO,

A SACRIS PRIVATIS POTENTISSIMI REGIS NOSTRI CATHOLICI Regiæ Cappellæ Iudici Ordinario, Abbati S. Mariæ de Terranũ, Monarchiæ Regiæ Iudici in Sicilia, & à Conſilijs dictæ Catholicæ Maieſtatis. Domino, & Mœcenati meo plurimum obſeruando.

## V. I. D. IOSEPH PILAIA S. P. D.

PLurimarum gentium obtinuit conſuetudo, (Illuſtriſsime, & Reuerendiſs. Domine) quin Romanorum etiam mos fuit vetuſtiſſimus, pœnes Plinium lib. 8. cap. 2. vt non primis modo agrorum honoribus oblatis, verum ſubtilioris, ac feracioris etiam ingenij artis beneficio excultis primitijs morẽ gererent nobiliorum Quiritium animis, cùm in mutuæ neceſſitudinis officium perſoluendum, tum vt animum illorum Dominatui ſubiectum profiterentur: quò ſibi ipſis ad blandirentur hac ſegete iucunditatis oblata, gratiſſimum quippè eſt, vt tanquam veriſsimum litteris cõſignauit ter maximus ex ſtagyra Pol. 2. tributarium fieri

primorum laborum ijs præſertim, quos Dynaſtas, latèque imperitantes Dominos appoſuit natura. Sic ego nõ alijs veſtigijs incedere firmiſsimè perſuaſus, præter illa, quæ non leuiter preſſa ſunt à maioribus noſtris, nec tàm ſeuerus mei vindex, vt quam edoctus eram à Peripateticis, venam gaudiorum negligerem; aciem in te meam primo ictu conieci: tantus enim fulgor vetuſtiſsimæ familiæ Velaſcorum ingeneratus, tanti benemorati animi dotes à cerea illa indole, quam in virtutibus à primis, quod aiunt, crepundijs ſortitus es faciliſſimam, emanantes; tam ampla deniq; dignitas, quam ſatis æqua Catholici Regis Maeſtas tuis credidit humeris, & veluti quodammodo tecum diuiſit, meos, fateor, obtutus rapuerunt ad ſeſe, quò tam eruditum, tam potentem, tam ornatũ Mœcenatem deligerem. Habe igitur tibi fauſta alite has qualeſcumq; tenuitatis meæ primitias, quas dum in ſinum effundo tuum, curis omnibus expers acquieſco; neque vereor inuidis, ac caninis ne mordaciſſimi cuiuſdam dentibus lacerentur ea cõſuetudinis noſtræ pignora, quæ tenella quamuis, ac debiliſsima: clypeo tamen tanti Mœcenatis tutata de hoſtibus honeſtiſsimè triũphabunt. Viue igitur fauſtitati, vt adhuc chariſſimus mea hæc plus vno ſæculo, Deo fauente, fruiturus, viue iterum, & Vale.

# AVTHOR
# AD LECTOREM.

CAnonici iuris dignitatem, neceſſitatem, & commoda, qui verborum multitudine demonſtrare contenderet, is certè ſolem facibus indicare conaretur; cui enim non innoteſcit, Ciuitates, Prouincias, omnemque Chriſtianam Rempublicam, non Ciuilis ſolum, ſed & maximè Canonici iuris præſidio niti? Quibuſuè compertum non eſt, neminem vnquam verè legalem ſcientiam aſſecutum, qui Ciuilium tantummodo, & non Canonicarum legum faſtigia ſuperarit? Hac profecto doctrina, qui præditi fuere, nemo eſt quem latet, ijs aucti diuitijs, atque honoribus fuiſſe; quos nequaquam adepti ſunt illi, qui ciuilis iuris confinia prætergreſſi non ſunt, & ſi excellentiores, quorũ in numero recenſentur: Bartolus, Baldus, Iaſon, Caſtrenſis, alijque quamplures, quorũ nomen, & fama vbique gentium celebratur. Hæc ſanè quæ ſepius mente reuolueram, tantum in me ponderis habuere, vt opus hoc quantulumcumque, quod diù moliebar animo palam ad communem vtilitatem proferrem; accipe itaque amice Lector haſce Inſtitutionum Deciſiones (ſeu determinationes) & iuris Pontificij prima rudimenta è corpore ſacrorum Canonum, alijſque Summorum Pontificum determinationibus collectas, eoque ordine digeſtas; quem ſequi mos eſt in iuris Ciuilis explicatione; immixtis quibuſdam quæſtionibus ad rem permaximè facientibus: alijs de induſtria prætermiſſis, quæ potius obſcuritatem parere, quam lucem addere poſſent: ijſque pro tua humanitate æquo animo acceptis: vtere in cauſis ex vtroque iure agendis, ea adhibita, quæ in te pollet ingenij vi: quod ſi enixè ſtudueris exequi, haud dubito quin verè nomen, & inſignia Doctoris vtriuſque iuris, quodque caput eſt, ſapientiorum plauſus, & aliorum etiam ſine numero tuam operam expetentium ſis tibi facili negotio comperaturus: quæue extra verum ſenſum reperies Typographis, maliſque correctoribus tribuas; multum enim (quia varijs implicitus negotijs) quandoque pro correctione confidere aliquibus, tanquam in hoc expertis, ſolitus eram, qui tales non fuere: ideoq; tuo iudicio corrigas ipſeque aliqua infra poſui, & caute etiam legas aliquorum Doctorum Gentilium dicta ad ornamentum operis poſita; adeo vt dum pro te in hoſce labores libentiſſimè me conieci, is animus accedat, vt alia deinceps vtiliora, pro primis rudimentis, & ad forum neceſſaria dare non omittam. Vale.

Digitized by Google

## D. MARIVS CAMMARATA,

V.I.D. D. PHILIPPI CAMMARATA, ET POYO PANORMITANI FILIVS.

Anapæſtis.

# IN AVTHORIS EIVS MAGISTRI LAVDEM.

*Dic mihi, tanto*
*Ambire ſacram*
*Floribus illis*
*Educat vnda;*
*Flamina mulcent,*
*Syrius aſtu.*
*Pulchrior ardet*
*Quam ſi patrio*
*Carmine certem,*
*Vox mea cantu*
*Promptius alta*
*Tu decus almum*
*Clotho ſopitur.*
*Vnitur Aeuum.*
*Pectine neruos,*
*Concine noſtrum?*
*Nuncius Ales,*
*Iuſſa Quiritum.*
*Senſa Rotarum,*
*Credite Gentes?*
*O ſydereo*
*Pactus ! opaco*
*Te negat ingens*
*O nimis inter*
*An ne valebit*
*Luce Peloro*
*Nunc, quod ab Aſtris*
*Has tuus colit*

*Cur Muſa comam*
*Tempore ceſſas,*
*Quos Aganippes*
*Quoſque Decembris*
*Nec ferit ardens*
*Cernis, vt Aſtro*
*Inclyta Virtus?*
*Tradere Cælo*
*Non valet Aequa*
*Surgere. Ponam*
*Pelion Oſſæ.*
*Caſtalis? vnde*
*Vnde perenne*
*Doctæ tere*
*Tu pulchra Ioſeph*
*Hic, quaſi Diuam*
*Condita pandit*
*Dumque recludit*
*Iam Themis illum*
*Verba bibiſſe*
*Germine cretum*
*Puluere flatum*
*Virtus. Siculas*
*Celſior Vrbes?*
*Delius vnquam*
*Viſere maius?*
*Aſtræa redux*
*Lancibus Aras.*

AD EXCELLENTEM DOCTRINA OMNIVMQVE VIRTVTVM genere virum, Dominum

# IOSEPH PILAIA.

Philoſophum, Theologum, & in vtroque iure conſultum in Alma Meſſanenſis Ciuitatis Academia Extraordinarium Sacr. Canonum Lectorem.

Author incertus.

## PANEGIRIS LYRICA.

*Nouum latinè ſydus adoreæ,*
*Et litterati gloria ſæculi*
*Gradiuę pugnacis Paleſtræ*
*Trinacria Ginoſura Stoę*
*Fœlix perennes quem generoſior*
*Inter ſereni fulgura numinis*
*Pallas locauit præpetique*
*Fama vehit ſuper aſtra curru.*
*Meſſana cuius læta laboribus*
*Triumphat amplam non popularibus*
*Cæptis reſignatura laudem*
*Ionij Strabique latè.*
*Nantem per auras tu memor indolis*
*Magnæ decoris ſemper in auribus.*
*Intermicas nunquam, & ſiniſtris*
*Ira ſinis tua fata velis.*
*Faſtigioſo lucis in Eſſedo*
*Euectus altos mente volatili*
*Sententiarum promis ortus.*
*Stelliferis genitos ſub auris.*
*Omniſque claris hinc tibi pagina*
*Reſplendet aſtris, tamque tibi nouos*
*Stagira fœtus læta debet*
*Argoſicis decoranda faſtis.*
*Eliſeens videtur pectore ſub tuo*
*Alterna quadam te ſapientia*
*Vis ferre quando liberali*
*Ore fluis mediuſque veri.*
*Scientiarum volueris alueo*
*Inſtanſque fundo non trepido gradu*
*Neglecta merſa veritatis*
*Atria dogmatibus ſerenas.*
*Quam te diſerta Phocidas accola*
*Ornant Camenæ, quam tibi viuida*
*Mentiſque, virtutiſque vis, &*
*Peruigil eſt animus, profundum*
*Diuinitatis quo peragres mare*
*Quo celſa cœli ſydera, & inuia*
*Secreta naturæ, & ſciendi*
*Non humiles penetras abiſſos.*
*Telles mearum digna perennibus*
*Laudum tropheis, mentiſque acumina*
*Sunt veritatum, teſtis hac eſt*
*Altoloque peracuta penna.*
*Propago docto clauſa volumine*
*Doctiſque ſemper Philoſophantium*
*Ferenda dextris poſteriſque*
*Per Populos memoranda ſæculis.*
*Obliuioſo non tua puluere*
*Mergenda fama eſt, quam bene pegaſi*
*Omnes ſonabunt, & diſertè*
*Noſſe dabunt monumenta pennæ*
*Ignota nigris nomina Cæſarum*
*Squallent ſepulchris te toga doctior,*
*Longeua librorumque vita*
*Empireo vehet inter ignes.*
*Gaudent perenni laude ſcientia, &*
*Impendioſis empta laboribus*
*Occubuit haud quaquam Minerua*
*Regibus hinc duciſque maior.*

# PHILIPPVS ETC.

VIcerex, & Capitaneus Generalis in hoc Siciliæ Regno omnibus, & ſingulis Officialibus, Regni eiuſdẽ, præſentibus, & futuris, & præſertim R.C.S. huius Nobilis, & Exẽplaris Vrbis Meſſanæ, cui, vel quibus præſentes fuerint præſentatæ, Regi Fidel. Dil. Sal. Siamo ſtati ſupplicati, e per noi prouiſto del tenor che ſiegue, Eccellentiſſimo Signore il Doctor D. Gioſeppe Pilaia, di queſta Nob. & Exempl. Città di Meſsina dice à V. E. che à ſue proprie ſpeſe hà fatto ſtã-pare vn'Opera intitolata Inſtitutionum Canonicæ Deciſiones Tomus Primus, à ſeruitio di Dio, & Publico beneficio, nella quale ſtampa oltre il trauaglio che ci hà preſo eſſo exponente, ci hà de proprio ſpeſo molta quantità di denari, e dubitandoſi, che doppo che ſarà ſpedita, e ſtampata vorranno farla riſtampare, ò nella ſtamperia di queſta predetta Città, ò nella ſtamperia di Palermo, ò in altra parte; il che ſarebbe all'eſponente molto danno, & intereſſe, ſupplica perciò eſſo exponente V.E. concederli Priuilegio, che per anni dieci curſuri dal 1. di Gennaro 1664. neſſuno poſſa riſtampare detta ſua Opera, ò farla riſtampare ſotto qualſiuoglia preteſto, ſotto pena di perdere li libri, quali ſi troueranno in altra parte ſtampati, ò riſtampati, e di pagare ſcudi mille cõ applicarſe vna terza parte al Regio Fiſco, vn'altra parte al denunciatore, & vn'altra parte all'eſponente, per l'intereſſi quali patirà, anzi perche E.S. nelle ſtampe ſi dubita l'eſponẽte non li ni eſſere ſtata fraudata molta quãtità, che perciò tutti quelli libri, nelli quali non vi ſarà il preſente Priuilegio s'intendano li venditori di quelli incorſi nelle pene ſudette, e queſto per euitare le fraudi che tutto oltre eſſer coſa giuſta da V.E. lo riceuerà à gratia vt Altiſſimus. Dal quale Memoriale fatta Relatione per la R. G. C. prouittimo in dorſo di quello à 28. del preſente fiant literæ prout conuenit. Per eſecutione della quale vi dicemo, & eſpreſſe ordinamo, che per eſſere queſta opera noua, e fatta à ſpeſe, e trauagli di eſſo ſupplicãte, vogliamo che non poſſa, ne debbia neſſuna perſona di qualſiuoglia ſtato, grado, e cõditione ſi ſia ſtamparla, ne riſtamparla, ne ſtampata, ò riſtampata à qualſiuoglia parte venderla ſenza eſpreſſa licenza di eſſo ſupplicante per termine di anni dieci ſotto pena di onze ſeſſanta di applicarſi vna parte al Regio Fiſco, vn'altra al denunciatore, e l'altra parte ad eſſo ſupplicante, e così vogliamo, che ſi habbia da ciaſcheduna perſona eſeguire, & oſſeruare, e venendoui requeſto da eſſo ſupplicante di farſene publicar Bando ſotto la medeſima pena, lo farete promulgare, e così exeguirete per quanto la gratia di Sua Maeſtà tenete cara. Dat. Meſſanæ die 29. Nouemb. 1663.

## El Duque.

Figlianton — Dominus Vicerex, & Generalis Capitaneus mandauit mihi Secretario Zappulla Viſa P. de Rizzar. Polit. Sapientia, & Dominici F.P.

V. F.P.
V. Rizzari.
V. Politus.
V. Sapientia.
Dominici F.P.

Alli Officiali del Regno, e di queſta Nobile, & Exemplare Città Meſſina, e perche eſſo ſupplicante à ſue ſpeſe, e trauagli hà fatto detta Opera noua, neſſuna perſona poſſa quella ſtampare, ò riſtampare per termine d'anni dieci, ſenza eſpreſſo ordine di eſſo ſupplicante ſotto le pene come ſopra, e volendoſi di ciò promulgar Bando lo faccino promulgare.

Adm. Reuerendi Patris

D. ANTONII MARIÆ SERSALIS CLERICI REGVLARIS S. THOM. LECTORIS,
Synodalis Examinatoris, Librorumque Ordinarij Cenſoris.

*Cenſura, & nobile Epigramma Etymologicum ad Authorem, & opus.*

DEciſiones haſcè Pontificias ad inſtar, & Methodum Iuris Ciuilis Inſtitutionis compilatas, multiſque ingenij ſumptibus ab V.I.D. Don Ioſeph Pilaia Mamertino elucubratas ex animo reuolui; cumque nil in ijſdem, Fidei Catholicæ, vel bonis moribus, obuium, immo ſacris Canonibus eas conformes rationibus munitas, eruditionibus, iuribuſque refertas, breuitate concinnas, atque ad veritatis lancem appenſas compræhenderim, decido, decernoque, feſtinanter prælo committi poſſe, hoc qualicumq; curſim exarato Epigrammate adiecto ad Authoris nomencleaturam, cognomen, & opus alluſiuo

*Augmentum ſignat Ioſeph Pelaiaque Concham*
*Ex cuius guttis purpura tinta fuit*
*Hae tibi conueniunt, dum ſtricto in Codice promis,*
*Et iura, & leges, numine flante, datas*
*Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.*
*Omne feres punctum perbreuis alta docens.*

D. Antonius Maria Serſal. Cler. Regul.

*Imprimatur*

D. Fortunatus Carafa Vic. Gen.

OPus hoc, Inſtitutionum Deciſiones Pontificiæ, Ingenioſi Authoris lucubrationibus æditum, non paucis eruditionibus exornatum inuenio: vnde vt in lucem prodeat conſueta approbatione munire non recuſo; certè exinde credens Authorem ætate, ac ſapientia proficientem alia grata volumina, & ſemper meliora (ſicuti pollicetur) ad communem Iuriſtarum in vtroque foro verſantium vtilitatem, Deo dante, fore proditurum.

V.I.D. D. Antoninus Biſignano Canonicus Prothometropolitanæ Meſſanenſis Eccleſiæ.

*Imprimatur*

D. Ioſeph de Dominici F.P.

Index

# INDEX TITVLORVM
Qui in his quatuor Inſtitutionum Libris continentur.

## LIBER PRIMVS
### DE PERSONIS ECCLESIASTICIS.

*Deciſio 1. De Iure Diuino, & Humano.*
*Dec. 2. de Dignitate, & iuris Canonici nobilitate.*
*Dec. 3. De Conſtitutionibus.*
*Dec. 4. De Auctoritate, & Poteſtate Summi Pontificis.*
*Dec. 5. De Cardinalibus, & Legatis.*
*Dec. 6. De Patriarchis, Primatibus, & Archiepiſcopis.*
*Dec. 7. De Epiſcopi & eorum Poteſtate.*
*Dec. 8. De Abbatibus.*
*Dec. 9. De Officio Vicarij.*
*Dec. 10. De Canonicis, Capitulo, & Coadiutoribus.*
*Dec. 11. De Præsbyteris, & Clericis.*
*Dec. 12. De Regularibus, & Monachis.*

## LIBER SECVNDVS.
### DE REBVS ECCLESIASTICIS.

*Deciſio 1. De Summa Trinitate, & Fide Catholica.*
*Dec. 2. De Sacramentis.*
*Dec. 3. De Hæreticis, Sciſmaticis, & Infidelibus.*
*Dec. 4. de Eccleſijs earumque Immunitate.*
*Dec. 5. Eccleſiaſticis locis ſæcularium, Religioſiſue Domibus.*
*Dec. 6. De rebus Eccleſiæ non alienandis.*
*Dec. 7. De Decimis, Oblationibus, Primitijs, Canonicis portionibus, Cathedratico, Charitatiuo ſubſidio, Procuratione Quarta decimationum, & Funerali.*
*Dec. 8. De Priuilegijs rerum Clericorum, & Eccleſiarum, & de Legatis, relictiſue ad pias cauſas.*
*Dec. 9. De Vſuris, & Cambijs.*
*Poſthac titulus, & aureus tractatus erat annectēdus, de Cenſibus, pro complemento huius libri ſecundi; qui quia multa continet vtilia, & neceſſaria in foro, longa ſerie examinata, ideo in alio volumine dandus tibi erit, Deo, & Virgine à litera, Patroniſue meis Ampelo, & Caio dantibus.*
*Dec. 10. De Cenſibus.*

LIBER

# LIBER TERTIVS

## DE REBVS ETIAM ECCLESIASTICIS.

DEciſio 1. De Beneficijs Eccleſiaſticis.
Dec.2. De Cappellanijs.
Dec. 3. De Penſionibus.
Dec. 4. De Simonia.

# LIBER QVARTVS

## DE PERTINENTIBVS AD IVDICIA.

DEciſio 1. De Iudicijs.
Dec. 2. De Accuſationibus, Inquiſitionibus, & Pœnis.
Dec.3. De Probationibus.
Dec.4. De Conſuetudine.
Dec.5. De Reſcriptis.
Dec.6. De Priuilegijs.
Dec.7. De cenſuris Eccleſiaſticis in genere.
Dec.8. De ſententia Excommunicationis.
Dec.9. De Suſpenſione.
Dec.10. De Eccleſiaſtico Interdicto.
Dec. 11. De Irregularitate.
Dec.12. De Monitorijs.

Finis Titulorum.

# INSTITVTIONVM DECISIONES PONTIFICIÆ LIBER PRIMVS.

## DECISIO PRIMA De iure diuino, & humano.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius diuinum quid?*
2 *Quod à iure diuino præcipitur, & fas eſt, at ex eo non oritur actio ciuilis.*
3 *Ius quid ſit? & cõfunditur cũ nomine lex.*
4 *Obſeruantes legẽ; benè, atq; rectè ambulãt.*
5 *Ius humanum quid? ſuperflua reſecanda.*
6 *Ius naturale quid? & de eius effectibus.*
7 *Ius gentium eſt poſt ius naturale, & eo ſolæ gentes vtuntur nu. 8. nec eſt primæuum, & ſecundæuum.*
9 *Ius canonicum quid, ſeu lex canonica,*
10 *& de nomine canon, & regula, & quid veniat canonis appellatione?*
11 *Quotuplex ſit ius canonicum, & ex quibus conſtet? & nu. 13.*
12 *Lex canonica, aut eſt publica, aut priuata, aut pro rebus ciuilibus, aut pro criminalibus, & in pœnis non excedit pœnam ſanguinis ibid.*
13 *Dirigit homines ad æternam beatitudinem, & eſt vera Theologia.*
14 *Cõſuetudo quid, & de requiſitis remiſſiuè.*

1 PEtes 1. quid ſit ius diuinum? Iuris diuini appellatione, hic ſtricto vocabulo intelligo de eo, quod in lege continetur, & Euangelio, atque immobile ſemper permanet, & immutabile, *arg. c. fin. de conſuet. & §. principiũ de pœn. diſt. 2.* dixi in lege, intellige Moſayca per antonomaſiam, quod *à S. Th. 2. 2. quæſt. 57. art. 3.* definitur hoc modo, *eſt, quod diuinitùs promulgatur; & S. Auguſtinus* ait *lex æterna eſt diuina voluntas ordinem vniuerſitatis obſeruari iubens, gl. in extrauag. vnica de dolo, & contum.* dicitur, *diuinitùs promulgatur*, à Deo intelligas, vel à Chriſto, *vt in Euangelio Matthæi cap. 7.* habetur ibi, *omnia quæcumq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, hæc eſt lex, & Prophetæ c. 1. diſt. 1.* eodẽ modo de alijs legibus, atq; præceptis moralibus, & mixticis, ſeu figuris diſcurras, vt paſſim Chriſtianæ fidei profeſſores fatẽtur.

2 Quòd verò in ſcripturis hominibus obſeruandum lex iubet neceſſariò faciendum eſt, *c. vltimo 14. q. 2. Deut. c. 4. Ioſue 22.* ibi *attentè legem cuſtodiatis*, & fas, ſeu æquũ eſt, quod à lege diuina fieri permittitur *arg. c. 1. 6. q. 3.* vt licitum eſt in aliena vinea vuas comedere, ſed non aſportare, & comedere ſpicas, non mittere falcem, *c. diſcipulos de conſec. diſt. 5.* ideò non ex hoc ciuilis oritur actio, ſed quod ſit licitum eſt, *gl. in c. omnes leges 1. diſt.* quarè ius diuinum, ſeu lex diuina, aut aliquid præcipit, & propriè lex eſt, aut permittit aliquid fieri, & fas vocatur, ideſt æquum eſt, non tamen oritur actio *gl. in d. c. omnes.*

3 Hoc ius, *vt alibi in deciſionibus cæſareis declaraui lib. 1. dec. 1. & 2.* eſt ars æqui, & boni, quæ docet, quod iuſtum, & quod iniuſtum eſt: & ordinariè confunditur cum hoc nomine, Lex, ſed reuera, lex, eſt iuris ſpecies, & quod iuſtè fit, benè, atque ex iure fieri dicitur; è contra, quod non rectè fit; malè fieri dicitur *c. ius dictum de verborum ſignificatione*, & iniuriam continet *l. iniuriarum ff. de iniurijs. l. fluminum ff. de damno infecto, arg. l. ſi in meo ff. de aqua pluuia arcẽda, l. 3, §. is tamen ff. de libero homine exhibendo.*

4 De iure ergo Diuino, idem ſonat, ac de eo, quod diuinitùs eſt promulgatum, & in lege Moſayca, & Euangelio continetur, ex cuius obſeruantia rectè, atque benè ſecundum iuris Diuini regulas, dicimur ambulare.

5 Petes 2. quid ſit ius humanum, & quotuplex?

Humanum genus, duobus regitur Diuino videlicet iure, & humano, *c. 1. prima diſt.* de Diuino iure iam aliqua dixi, quæſtiones de Deo, & diuina lege; Theologis diſputandas relinquo, cum de iure diuino, quatenus in lege canonica eſt, & ſtatuitur, hic tractatur, inutiles, pro praxi, & ſuperfluas relinquendo quæſtiones, quæ à ſcholaſticis Theologis tractantur; *arg. l. fin. C. qui admitti, & in præmio decretalium ibi reſecatis ſuperfluis Clem. exiui* §. *quamuis de verb. ſignificatione l.* 1. §. *quibus C. de nouo Codice faciendo l. vt ſtipulatio.* §. *diui ff. vt legatorum nomine, &c. Barboſa in axiom. Verb. ſuperfluitas.*

6 Ius humanum quid ſit? reſponſum dabis, quod poſt ius Diuinum legibus contentum, & Euangelio adeſt ius naturale, ſeu naturalis inſtinctus omnibus comunis, vt maris, & fœminæ coniunctio, liberorum educatio, &c. *c. ius naturale* 1. *diſt.* licèt in lege Moſayca, & Euangelio ius naturale contineatur, quo ad moralia præcepta, vt non occides, quod nunquam mutatur, ſicut ius diuinum, non quo ad ſacramentalia, vt Sabbati obſeruatio *c. tranſlato de conſtit.* & alia præcepta mixtica, ſacrificia, &c. *c. in noua* 16. *q.* 7. nam quo ad hæc ſunt à iure naturali deuia, & aliena, & ſolùm puniri peccata *gl. in Extrauag. vnica de dolo & contumacia*, non verò, quod ſit immutabile *c. fin. vbi gl. ſexta diſt.*

7 Ergo poſt ius Diuinum, naturale ius reperitur hominibus, & brutis connaturale, *d. c. ius naturale*, poſt ius naturale, eſt ius gentium *c. ius gentium* 1. *diſt.* à gentibus, & omnibus hominibus æquè cuſtoditum, vt bella, Seruitutes, fœdera, paces &c. *c. ius gentium* 1. *diſt.* & tandem adeſt ius ciuile, conſtitutiones nimirùm inducens, & leges, vide *gl. in d. Extrau. vnica*, de quibus fusè dixi in ceſareis inſtitutionibus *deciſ.* 2. *de iure naturali gentium, & ciuili*, ibi quod nõ datur ius naturale primæuum, & ſecundæuum, ſed vnicum eſt, ſicut, & vnicum ius gẽtium, vt *ex Romoleo*, & alijs modernioribus probaui.

8 Aduertas tamen, quod hìc non conſidero ius naturale, quatenus conuenit hominibus cum brutis, *arg. l. ſecundum naturã de regulis iuris* §. *primo inſtit. de* 1. *n.* 9. *c.* ſed poſt ius Diuinum ex lege, & Euangelio, humanum, ideſt ius, quo homines vtuntur, agnoſco, ſiuè ex inſtinctu naturæ, quod naturale eſt, ſiuè ex inuentione gentium, & ius gentium, nuncupatur, quia eo ſolæ gẽtes vtuntur, aut ex iure ciuili, *Iuſtiniani de quo in ff. & C. &c.* cuius proprius locus eſt in ciuilibus inſtitutionibus, *d. tit.* 2. aut demum ex iure ſacrorum canonum, & Pontificio, cuius explicationem aggredior ſuppoſita diuiſione, quod omnes leges, aut ſunt Diuinæ, aut humanæ, & humanæ, vel à iure naturæ, aut gentium, vel ciuili, aut canonico deſcendunt.

9 Petes 3. quid ſit ius canonicum, ſeu lex canonica?

Diſtinctione notata inter leges ciuiles, & canonicas, vt nimirùm illæ à Principe ſæculari, [qui poteſtatem condendi leges habeat *l. princeps ff. de legib. l fin. C. ibid. l.* 3. *C. de teſtam. c. cuncta* 9. *quæſt.* 3.] coditæ, iura ſæcularia vocentur, ad differentiam iuris canonici, & Eccleſiaſticæ conſtitutionis, quæ ab eccleſiaſticis deſcendunt, & nomen canonicum á verbo [*canon*] venit, quod, regula, ſonat, & idem deſignat, ac ius regulare, ſeu regula viuendi ſecundum leges *cap. canon* 3. *diſt.* & regula dicta eſt ex eo, quia rectè ducit, rectamque viuendi normam tradit *c. regula ibid.* ſiuè permittendo aliquid, ſiuè puniendo delicta, &c. *c. omnes leges* 3. *diſt.* & canonis appellatione venit omnis conſtitutio Eccleſiaſtica, *Felinus in c.* 1. *de conſtit. Barboſa in appellationis verb. canon.*

10 Ex hoc definiunt aliqui ius canonicum, vt ſit, quod ex Decretis Pontificum, atque

atque concilijs conſtat, normam rectè viuendi oſtendens, lex enim quia menſuram actuum agendorum, vel omittendorum, tribuit, *ex D. Th. 1. 2. quaſt. 90. art.* & ſi à Papa vel concilijs publicetur canonicum nomen acquirit, & Eccleſiaſticum, nam idem eſt lex canonica, ac lex Eccleſiaſtica *gl. in c. 1. 3. diſt.* nec non ſi à Papa immediatè emanauit,& decretum Pontificium dicitur, vt ſunt decreta, in corpore iuris inſerta, & decretales libri *c. 1. 29. diſt. vbi optima gloſa.*

11 Petes 4. quotuplex ſit ius Canonicũ, & ex quibus conſtet? Quoad primam partem petitionis reſpondeas, quod lex Canonica diuiditur, primo, ex varijs modis legem condendi, ideò alia eſt ex Decretis, alia ex Concilijs rectè congregatis, &c. vt melius infra *deciſ.* 3. demonſtrabo. Secũdo diuiditur in præceptiuam, & pænalem, in prima aliquid præcipitur abſque pæna, ſecùs in ſecunda *c. facti ſunt 4. diſt. c. in memoriam 19. diſt. c. fin. 14. quaſt. 1. c. 1. de pænis* ſicuti è contra bonis ſtatuantur præmia à lege *c. non vos 23. q. 5.*

12 Tertia eſt diuiſio, vt leges canonicæ, aliæ ſint publicæ, ad publicam vtilitatem emanatæ: aliæ priuatæ priuatis perſonis conceſſæ, vt ſunt priuilegia, de quibus *infrà lib. 4. deciſ. 7. de priuilegijs*, quibus addas, quod eædem leges, aliæ ſunt pro rebus ciuilibus, *c. 1. de teſtamentis*, aliæ pro criminalibus, *c. de cauſis de off. Delegati c. ante omnia 35. diſt.* cum pœna pecuniaria *c. ſuam de pœnis*, alia corporali *gl. in c. fin. de exceſſibus Prælatorum, c. 1. de delictis puerorum*, ſed citra ſanguinem *Alex. 3. in c. 4. de raptoribus*, vbi Archiepiſcopo Panormitano punire præcipit delinquentes, in nefando, & adulterio citra pœnam ſanguinis; alias tu efforma diuiſiones ſecundum materiæ exigentiam.

13 Ad ſecundam partem dicas conſtare ius Canonicum, in primis Diuinæ legis præceptis *c. qualiter el. 2. de accuſationibus*, ideò dirigit homines ad finem æternæ beatitudinis, ad differentiam legis ciuilis, quæ conſeruare intendit humanam ſocietatem, *Lancellottus in ſuis inſtitutionibus lib. 1. tit. de iure canonico in §. eſt igitur*, tractantque iura Canonica de acquirenda æterna Beatitudine *c. fin. de præſcriptionibus, c. 2. de pactis in 6. c. cum contingat de iure iurando*, & Diuinæ legis præcepta, dogmata fidei, defendit, & declarat, ius Canonicum *c. 1. de ſumma Trinitate in 6. c. ſi quis dogmata 25. quæſt. 2.* neque ſolum ſpeculatiua de Deo *d. c. 1.* ſed etiam practicabiliora ad æternã beatitudinem pertinentia *c. 1. de Sacramentis non iterandis*, quarè, & rectè vera Theologia appellatur non ſolum de Deo, & diuinis rebus tractans practicabiles quæſtiones, ſed etiam ſpeculatiuas, vt ex iuribus citatis liquet, & melius *in deciſ. ſequenti dicã.*

14 Secundo cõſtat ius Canonicum cõſuetudine, quidquid enim lege compertum non habemus, ex conſuetudine datum dicimus, ideò definitur, vt ſit ius quoddam moribus vtentium inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, *c. conſuet. 1. diſt.* & legum interpres dicitur *c. cum dilectus de conſuet.* quæ debet eſſe bona, & non mala, alias non ligat *c. mala 8. diſt.* aliaque habens requiſita, vt *lib. 4. deciſ. 4 de conſuet. dicam.*

15 Tertio demum ius Canonicum cõſtat conſtitutionibus toto titulo de conſtitutionibus, quæ materia eſt propriè tractanda *in deciſione tertia.*

## DECISIO SECVNDA.

### De dignitate, & Iuris Canonici Nobilitate.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iuriſtæ nobilitatem à iure Canonico accipiunt.*
2 *Dignitas quid? & aliquando pro adminiſtratione, & iuriſdictione accipitur.*
3 *Nobilitas quid?*
4 *Lex ciuilis, & canonica ſcientia eſt, & quomodo probatur cum ſeq. & n. 12.*
5 *Et etiam ſapientia, atque de differentia inter ſcientiam, & Sapientiam.*
6 *Canoniſtæ tractãt de Deo, et rebus diuinis.*
7 *Ratio, legis anima eſt. & 8.*

9 *Ratione potiùs, quàm ex verbis legis ſufficit caſum decidi, nec ratio de omnibus aſſignari poteſt, vt in arbitrarijs n.* 10.

11 *Subditus diſputare non debet de Principis poteſtate, qui ſi tyrannus non eſt rectè, & ex ratione decidere præſumitur ibid.*

12 *Lex eſt ſcientia ſpeculatiua, in omnibus Profeſſoribus, non practica in Aduocatis, & ſpeculatiua in lectoribus, vt voluit Abruzzus.*

13 *Obiectum legis canonicæ, & ciuilis, Theologiæ, & Medicinæ.*

14 *Lex ciuilis dignior Medicina, & Philoſophia.*

15 *Leges omni tempore neceſſariæ ciuitatibus, & Iuriſtæ Medici ſunt animarum.*

16 *Lex fuit data à Deo Adæ ante peccatum.*

17 *Medicorum nobilitas non traſfunditur, ad hæredes, ſicut illa iuriſtarum.*

18 *Lex canonica, dignior eſt Medicina, lege ciuili, & Theologia, & n.*20.

21 *Eccleſia abſque ſacris canonibus regi non poteſt. & aſſerentes contrarium Idiotæ vocantur.*

22 *Cognitio ſi aliqua propoſitio hæretica eſt ſpectat ad Canoniſtas.*

23 *De diuinis lex canonica tractat & Theologia vocari poteſt.*

24 *Caſus conſcientiæ deciduntur à iuriſtis benè, & rectè, & n.*25.

25 *Canoniſtæ in concurſu ad dignitates, & beneficia præferuntur Theologis, & quarè.*

26 *Theologis, quarè hodiè defertur cognitio de rebus hæreſim tractantibus, &* 36.

27 *Doctorũ præcedentia inter ſe, & n.*28.31

29 *Clerici antiquiores, & doctores cæteris præferuntur, & valet argumentum ab antiquitate ibid.*

30 *Primò licentiatus poſtea Doctor, doctori antea facto an præferatur?*

*Meſſanæ cõſuetudines vim priuilegij habent.*

3[illegible] *Aduocati ante quàm officium faciunt examinantur, & locum petunt, & de doctoribus Meſſanenſibus, atque Priuilegijs almi noſtri ſtudij.*

35 *Canoniſtæ pauci ſunt optimi, & ſtudentes ſtudio iuris ciuilis tantùm dant operã.*

1 PLaceat aliquantulum noſtræ ſcientiæ nobilitatem enarrare, hac breui deciſione, vt ſi nobilitatem ab illa accipimus arg. eorum, quæ tradit *Tullius* 2. *de legibus*, eiuſdem dignitatem rectè cognoſcamus, pro qua.

2 Supponas 1. quod dignitas *ex Tullio*, eſt alicuius honeſta & culta, honore, & verecundia digna authoritas, licèt aliquando pro adminiſtratione cum iuriſdictione accipiatur *gl. & Archidiaconus in c. 1. de conſuet. in 6.* ſed ab iſtis non generaliter deſcribitur ſicuti à *Tullio*.

3 Secundo ſupponas, quod nobilitas eſt quædam maiorum claritas ex *Philoſopho lib. 2. Reth. cap.* 15. & nobile dicitur, quod ex bono prodijt genere, vel quod excellẽs dignum notitia eſt, vt meliùs declarabo in praxi mea Iuſtiniança lib. 1. deciſ. 5. & alias definitiones adducit *Pratus in additionibus ad Paſchalem de patria poteſtate part. 4. c. 2.* de ingenuis, cum ergo lex canonica in ſe vtramque habeat, ideò dignitatem, & nobilitatem habere dicitur.

4 Supponas 3. non dubitari apud noſtrates legem canonicam, & ciuilem ſcientiam eſſe, *vt ait Iuſtinianus in l. 1. ff. de iuſtitia, & iure, in proemio inſtitutionum, ibi in d. l.* 1. Philoſophos iuriſtas appellat, ſed philoſophia, eſt ſcientia, ergo, & lex, inſuper apertè probatur, quia lex ciuilis & canonica, eſt moralis facultas, ſed moralis facultas ſcientia eſt, ergo lex ciuilis, & canonica ſcientia eſt, maior patet, minor ſupponitur à philoſophis, & Ariſt,

5 Quin imò pluſquam ſcientia, lex eſt, & ſapientia, appellatur in ſcripturis, *Eccl. cap.* 4. ibi *qui audiuit ſapientiam iudicabit terram*, & meritò; nam ex lege multarum, & mirabilium rerum ſcientia nobis eſt, neç nõ altiſſimarum cauſarum, & Diuinarum rerum, quod proprium Sapientiæ eſt, vt docet *Tullius lib. 4. tuſculan. quæſt. Ariſt. lib. 2. met. & lib. 1. Reth.* & ex Catholicis *S. Thom.* 1. 2. *quæſt. 57. art. 2. & 2. 2. quæſt.* 33, atque in hoc

differt

differt ſcientia, à ſapientia ait *D. Aguſt ſuper epiſt. 1. ad Corin. cap.* 12. quia ſcientia eſt de rebus humanis, ſapientia eſt humanarum & diuinarum rerum notitia.

6 Quę res benè noſcũtur à Canoniſtis, cum de rebus ſacris, & ſacramentis prima principia cognoſcant, & decidant, ea quæ ad Deum, eiuſque cultum pertinent, vt ex titulis *de ſumma Trinitate, & fide catholica, de ſacramentis, de conſecratione eccleſia, vel altaris, de pęnitentia, & remiſſione.*

7 Et paſſim à lege pontificia, & Summis Pontificibus, omnis fidei articuli, in concilijs, & extra fuere deciſi, & declarati, *gl. in extrau. 1. de verb. ſignif. verbo declarationes. c. officij 24. q. 1. c. ſignificaſti de electione, c. 1. de ſũma Trinit. in 6. c. venerabilẽ de electione, c. ſignificauit de offic. ordinarij, c. quod in dubijs de conſec. Eccl. vel altaris* cum infinitis authoritatibus adductis *ab Albertino in tractatu aureo de dignoſt. propoſ. hæreticalibus, vel catholicis, quaſt. 8. n. 4. & quaſt. 9. n. 3. Bellarmino in tractatu de Romano Põtifice Barboſa de vniuerſo iure eccleſiaſtico, ſub eodem titulo, & alijs.*

8 Nec obſtat, quod dicitur ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, quod non habetur in lege, nam hoc ſecũdum aſſumitur ab his, qui leges ignorant, nõ à Iuriſtis, qui inuiolabilem legem habent, non eſſe obſeruandam conſtitutionem, & determinationem Principis, quæ eſt abſque ratione *l. cum ratio ff. de bonis damnatorum, c. conſuetudo 1. diſt. l. cum hi ff. de tranſactionibus, l. liberum ff. de ritu nuptiarum, & notauit Tiraq. & alij, quos ſequitur Barboſa in axiom. iuris verb. ratio.*

9 Qui docent, quod ex ratione potiùs, quàm ex verbis, legis ſufficit caſum decidi; & exemplis etiam ratio ſana eſt anteponẽda, *c. ſana 9. diſt.* quod ſi aliquandò ratio nõ inuenitur, dicas vel eſſe fundatas leges, in iure naturæ, & ideò tanquam principia de per ſe nota, de eis ratio nõ aſſignatur, quin imò & ratio ipſa naturalis aſſignari valet, vbi lex deficit, *vt docet Abbas in c. in geneſi de electione in tertio notabili in fine.*

10 Vel eſſe legem, & determinationem factam pro rebus arbitrarijs, quando nimirùm Principi, vel iudici ſibi cõſtat de ratione, & veritate negotij, pro altera parte, & ita pro iſta legem, & determinationem fecit, nec eſt in arbitrarijs ratio reddenda, *gl. in c. vnico de ętate, & qualitate in 6. & in clem. fin. de iudicijs verſ. reſtringere,* & generaliter etiam leges prolatæ ſemper rationabiles ſunt, licèt à nobis ratio reddi non poſſit *arg. l. non omnium ff. de legibus*, ſiuè quia ſumus ad hoc impotentes *arg. c. Nabucdonoſor 23. q. 4. vbi gl. verſ. rationem.*

11 Aut quia noſtra non intereſt qualiſcunque illa ſit *gl. in c. ſi quando verſ. rationabilẽ de reſcriptis*, & obedire tenetur ſubditus, etiam ſi in lege rationem non reddat ſuperior *c. in memoriam 19. diſt.* nec ſemper in promptu de omnibus ratio reddenda eſt, & ab omnibus, quia ſuppoſito, quod legislator, eſt legitimus ſuperior, nõ tyrannus, ergo quod facit, ſemper facere præſumitur, ex ratione, & ad bonam gubernationem ſubditorum, licèt aliquando ratio conſtitutionis, à nobis reddi non poſſit; nõ enim de omnibus ratio reddi poteſt, *iuribus citatis.*

12 Addas, quod non ſolum ſimpliciter ſciẽtia practica eſt lex, vt aliqui dixere, ſed etiam ſpeculatiua, nam illa eſt ſcientia ſpeculatiua *ſecundum Auerroem 2. met. comm. 3. per quã ſcimus vt ſciamus, practica, per quam ſcimus, vt benè operemur,* ſed per legem ſcimus, vt ſciamus, & etiã vt benè operemus, ergo ſcientia ſpeculatiua lex eſt, quod ſcimus vt ſciamus patet, quia independenter ab omni operatione lex eſt, & cognoſci poteſt ab hominibus, quod rectè faciendum eſſet, inſuper ſpeculationes multas habet lex, & neceſſarias in multis caſibus non minùs ac in Theologia requiruntur, & philoſophia, vt legum profeſſoribus liquet, & de hoc diſputantes, [ vt ſupra dicebam ] nunquam legibus operam dederunt: ſcio aliquos ex noſtris dixiſſe legẽ eſſe practicam in Aduocato, ſpeculatiuam vero ſcientiam in lectore, ita *Abrenzas in lectura in proœmio,* quod non probat, excludendo etiã in Aduocato ſpeculatiuã eſſe, ideò nõ ſequor.

13 Sup-

13 Supponas 4. quod obiectum legis canonicæ eſt, homo, quatenus benè viuendo ducitur ad vitam beatam, & ad Deum, & ita eſt etiam Deus, qui beatificat hominem benè operantem; vt alij dixere, Obiectum Theologiæ eſt Deus, vt Deus, de illo enim Theologi alloquuntur; Obiectum Medicinæ eſt homo curãdus, ſicuti logicæ ſunt operationes &c. & demum Obiectum iuris ciuilis eſt homo, quatenus dirigitur ad bonum publicum ciuile, ſeu bonum publicum ciuile, eſt obiectum iuris ciuilis. his poſitis.

14 Petes 1. an lex ciuilis ſit dignior Medicina, & philoſophia?

Abſolutè reſponſum dabis digniorem eſſe, & abſque controuerſia hoc eſt apud noſtrates non ſolùm ex conſuetudine, quia videmus præferri in omnibus Iuriſtas, medicis, & philoſophis, vt ait *Decius in c. clerici n. 28. de iudicijs Caſſan. Lara de cappellanijs, & alij cum Ferra de præcedentijs q. 23. nu. 2.* & ex Authoritate, *l. 1. §. medicorum ff. de varijs, & extraord. cognitionibus*, vbi medici ſolummodo digniores ſunt artiſtis, artem enim ipſi habere etiã dicuntur, & alijs præferuntur, habentibus artes liberales, vt ſunt Rethores, Grãmatici, & Geometræ, ergo non præferuntur Iuriſtis, inſuper ſi *ex Ariſt. lib. 2. de anima* dignitas deſumitur ex obiecto, quis non videt digniorem eſſe legem ciuilem medicina, ex obiecto nobiliori, quod eſt bonum publicum priuato præferendum *l. munerum ff. de mun. & honor. l. opus ff. de oper. publ.*

15 Et omni tempore, cum leges ſemper, bonaque gubernatio hominibus neceſſaria eſt, *arg. l. nam 2. ff. de legibus*, nec ciuitas, atque regnum abſque legibus viuere, & permanere poſſit, *vt docet Ariſt. lib. 3. polit. Tullius lib. 1. Reth. Egidius columna de regimine principis lib. 3. part. 2. fol. mihi 300. cum ſeq.* non ita Medici, qui honorantur ſolùm in neceſſitate, iuxta illud [*honora medicum propter neceſſitatem*] &c. ciuitates quo, & regna abſque medicina viuere valent rectè, atque benè, non abſque lege, & Iuriſtis, qui omni tempore neceſſarij medici animarum appellantur, *S. Anton. in ſum. tit. 5. cap. 2. §. quæritur inſuper quæ ſit dignior: & refert Bucalus citandus n. 408. cum Fontanella de pactis dotalib. tom. 1. fol. 15. Addo, & alijs.*

16 Et etiam ſemper honorantur ab omnibus, dixi, omni tempore, addas gratiæ, & poſt lapſum, Adæ in peccatum, prius enim quàm Adam peccauerit, legẽ habuit à Deo de non edendo lignum vetitum, nec tunc temporis erat medicina, quæ fuit ex cauſa peccati, propter quod infirmitates fuerunt in mundo, pro quibus curandis inuẽta fuit medicina, & longè poſt Adæ lapſum; hæc dixi fauore amicorum, & Tyronum, nam nullo modo erat hæc ponenda petitio ſi lex ciuilis ſit medicina dignior, patet enim hoc lippis, & tonſoribus, parcatque mihi lector ſi vſque adhuc hæc effudi.

17 Quod ſi authoritates doctiſſimorum deſideras *Vide Amendolã in addit. ad frãch. deciſ. 365. & alios adductos nouiter à Bucalo reſp. 5. num. 405. 407. & 410.* & ibi tradit, quod medicorum nobilitas non transfunditur ad deſcendentes, ſicut illa iuriſtarum *ex Tiraq. & alijs, & Paſcalis de viribus patriæ poteſtatis par. 4. cap. 2. nu. 3. & 9. ad tex. in l. medicos C. de profeſſoribus lib. 10. Peregrius in tract. de Auth. magni. conſ. n. 98. Ferrus de præcedent. q. 23. n. 2.*

18 Inferes 1. ex dictis longè digniorem eſſe legem canonicam medicina rationibus ſupra adductis, & adducendis, nec aliquis fuit tam idiota, qui hoc negare præſumpſerit. in his terminis quæſtionem diſputãdo.

19 Inferes 2. iuriſconſultum militi præferendum, ratione euidenti; nam virtus, & ſcientia conſiſtunt in anima, militia verò in corpore, nobilior vero eſt actus, qui conſiſtit in anima, quæ pars nobilior eſt, *arg. c. porro & c. reſuſcitatus de pœnit. diſt. 1. §. aliud Auth. vt cum de appell. cognoſcitur.*

20 Petes 2. An lex Canonica ſit Theologia dignior?

Conati ſunt Theologi aſſerere, digniorẽ eſſe Theologiam; quia obiectum dignius habent, non diſtinguentes Theologiam, in ſpeculatiuam, & moralem, quæ de caſibus conſcientiæ tractat; Sed allucinati verè hi ſunt,

ſunt, non enim conſiderant obiectum legis Canonicæ, Deum etiam eſſe, ad quem homines benè operando diriguntur, & etiam quod Canoniſtæ de rebus Diuinis tractant *c.1.de ſumma Trinitate, & c.1.de Sacramētis, c.1.de pænit. & remiſ.* cum concord. & maximè cum differentia, nam illi ſpeculando forſan nihil concludunt, iſti ſpeculantes omnia decidunt, & pro bono publico exponunt in fauorem Eccleſiæ, & fidelium, regiturque Eccleſia Sancta Dei à Canoniſtis, non à Theologis.

21 Et dicebat *Aluares Pelagius lib. 2. de planctu eccleſ. art. 20. volum. 3. verſ. igitur,* quod præſumptuoſum eſt aſſerere, quod abſque ſacris canonibus per ſolam Bibliā, vel Theologicam theoricam, regi poſſit Eccleſia Sancta Dei, ſed hoc conſueuerunt aſſerere ius canonicum ignorantes, preſertim viri religioſi ſuperbi, qui ab *Innocentio Papa III.* Idiotæ vocantur, quia ſunt iuris ignari, *in c. ex multa §. illis de Voto, & ideò deſpiciūt ſcientiam, quam ignorāt, & tota die præſumptione, ne inſcij reputentur, partim auaritia, vt lucrētur, reſpondent de caſibus, quos ignorant ponētes ſe, & alios in deriſu, & tales diuinandò reſpondent, loquentes de ſenſu proprio, non de Iure, quod ignorant, contra tex. in c. relatum* 37. *diſt. nullaque maior ſuperbia, quàm non confiteri propriam ignorantiam, hac Pelagius,* quem ſequitur, *Alnaldus Albertinus de dignoſcendis propoſ. hæret. vel catholicis quæſt.* 10 *n.* 22. *Euerardus in Topic. iuris nu.* 8. *Melchior Cano de locis Theologiæ lib.* 8. *cap.* 6. *Roas in tract. de hæreticis part.* 1. *num.* 384. *&* 385.

22 Qui concludunt, quod cognitio an quis hæreticus ſit, quia dixit propoſitionem hæreticalem, vel peregit aliquod factum hæreticale, ſpectat ad Canoniſtas, & iuris doctores, ſicut, & modus procedendi contra eos, & pęnæ, *c. vt commiſſi c. fin. de hæreticis,* rursùs ſi propoſitio damnata eſt à ſacris canonibus, & Concilijs, &c. licèt cognitio ſi aliqua aſſertio ſit hæretica explicitè, vel in conſequentia formali deducenda, poſſit ad Theologos ſpectare, qui cognoſcant has deciſiones ex Sacris Canonibus, vel ex Biblia, &c. *Canus citatus;* ergo ſola Theologia, & Theologicis ſpeculationib. regi non poteſt Dei Eccleſia, vt benè dicebat *Aluarez,* mentique teneas dictum *Taciti de moribus Germanorum, quod ſanctius eſt, & reuerentiùs de actis Deorum credere, quàm ſcire.*

23 Quod ſi denuò inſtāt, digniores eſſe, quia tractant de Diuinis, & decidunt de caſibus conſcientiæ ſpectantibus ad forum animæ, ad primam partem dico, quod etiā, & meliori modo tractant Canoniſtæ de rebus Fidei, quin imò Theologi, ex Cōcilijs, Decretis Pontificum, & deciſis in Eccleſia, concluſiones certas deducunt, dubitabiles quæſtiones verò proponunt, & Canoniſtis, atq; Rectoribus Eccleſiæ decidendas tradunt, *c. qui epiſcopus* 23. *diſt.* ipſaq; lex Canonica diuina appellatur, *vt ſupra dixi in præcedenti deciſ.* & probatur in *c. canonis* 15 *diſt. c. qualiter* 2. *de accuſationibus,* etiam neceſſaria Theologis, *vt Melchior Canus dicebat.*

24 Et Theologia eſt, ex etymologia ſermonis, cum nemo ſit, qui ignorat, ex Cōcilijs, Decretis patrum, & dictis Pontificum tractantium etiam de rebus diuinis legem canonicam conſtare, atque à Papa, & Chriſti Vicario alimentum recipere *c.* 1. *& tota diſt.* 19. *& diſt.* 21. *&* 25. *Silueſter in ſumma verb. doctor num.* 5. *Benius de priuilegijs iuriſconſultorum priuilegio* 15. *num.* 4. *par.* 1. qui Theologiam practicam, & neceſſariam vocant ius Canonicum, & non ſolùm ſimilitudinariè, ſacra miniſtrant Doctores, & Iuriſtæ *arg. l. leges C. de legibus, l.* 1 *ff. de iuſtitia. Guid. Papa deciſ.* 388. *n.* 9. ſed verè de rebus ſacris tractant, ex propria materia, & illas miniſtrant, ideò dignitates omnes in Eccleſia non Theologi, & Ciuiliſtę, ſed Canoniſtæ occupauerunt, & occupant de facto, vt ait *Lancellottus de compar. vtriuſque iuris, arg. Trid. ſeſ.* 24. *de ref. cap.* 16. & eorū, quæ adducit, *tex. in d. cap. ex multa,* nec doctor Theologus poteſt eſſe Vicarius ſede vacante, *Riccius, & Doctores poſt Barboſam in collect. ſuper dicto cap. Tridentini. nu.* 31.

25 Ad ſecundam partem, reſponſum dabo

dabo, quod cognitio, & deciſio caſuum cõſcientiæ potiùs ad iuris peritos, quàm ad alios pertinet; tractant enim fabrilia fabri, nam ſiuè de contractibus, donationibus, vſuris, ſimonia, teſtamentis, furtis, cambijs, & reſtitutionibus agatur, quis meliùs Iuriſperito reſpondere poterit? & lex etiam, caſuſque in ea deciſi, ſunt in foro conſcientiæ ſeruandi, vt omnes fatentur, & benè; has rationes adducit *Albertinus ſupra citatus*, & conſiderantibus liquet, non enim formalitatibus, reſpondent Iuriſtæ, ſed deciſionibus peritorum hominum, & Theologi in caſibus cõſcientiæ decidendis, multa à Iuriſperitis mutuantur, quod nõ eſt neceſſarium in Iuriſtis, vt ſupra tetigi, *ex Melchiore Cano*, nec terminos diſtinguunt contrarium aſſerentes, Theologos nimirùm præferendos, non enim conſiderant, quæ tractãtur à Canoniſtis, & quæ à Theologis, & quod Theologi, indigent ſcientia Canonica, & deciſionibus Eccleſiæ, ſi rectè ambulare cupiunt, & res decidendas tradunt Canoniſtis.

26 Inferes ex dictis in concurſu ad dignitates, perſonatus, officia, & beneficia, præferendum eſſe Canoniſtam, Theologo rationibus ſupra dictis, quia nimirùm Canoniſta eſt aptus ad gubernationem Eccleſiæ, magiſque Eccleſiæ inſeruit, quã Theologus, *Marta, Mantica, Azorius, Viuius, Geminianus, Ceuallos, Staphil. & alij cum Ferro de præcedentijs quæſt. 23. num. 3. & Barboſa in collect. ſuper c. cum in cunctis de electione nu. 21.* qui idem docent in materijs matrimonij, vſurarum, omniumque rerum pertinentium ad forum ſæcularem, & Eccleſiaſticum, & in his materijs Theologi reſpondentes grauiter errant dixit *Cardin. Pariſ. conſ. 67. n. 32. lib. 4. & Menoch. conſ. 96. n. 35*

27 Ideò Canoniſta præferendus, præcipuè in noſtra Sicilia, & in alijs partibus, vbi non viget hæreſis, & conſequenter vnicum fundamentum Theologorum corruit, ad hoc enim ſolùm ſeruire poterũt, pro hæreſi nimirùm, & in his locis præferendi, quia neceſſarij in Eccleſijs, vbi viget hæreſis, & ſunt hæretici [illi dicunt,] ſed in Sicilia, & in alijs locis, vbi Dei gratia, non eſt hæc peſtis, non habet locum hoc argumentum, ergo omninò Canoniſtæ præferendi, vt *ex Lopez, Rebuffo, Felino, Euerardo, & alijs, docet Carolus de Craſſis de effectibus Clericatus in præludio num. 102. & Ferrus citatus*, qui addit, quod Doctor in vtroq; præfertur Doctorato in ciuili; vel canonico iure tantùm, Item, & qui actu, legit, aut libros cõpoſuit, vel antiquior eſt, nam iuniori præfertur *Boerius in trac. de Auth. Magni Conſil. n. 90.* non ſolùm in doctoratu, ſed etiam in ætate *Bartol. & Alex. in l. 1. ff. de obſeq. à liberis, &c. Alciatus de iure primogenior in præf. nu. 215.* qui etiam docent, quod duo Doctores eodem die inſigniti, Senior præfertur, quia antiquior eſt dignitate maior iuniore, *Menochius conſ. 257. num. 13. & conſ. 51. nu. 39. DD. in l. cum quid ff. ſi certum petatur, & in c. at ſi Clerici de iudicijs*; valet enim argumentum ab antiquitate, vt præferatur, & aptus ſit antiquus. *arg. c. ſtatuimus de mai. & obed. Tiraq. de iure primogenior. in præfat. num. 151. c. ſtatuimus 61. diſt. c. notificamus. 35. q. 6. c. non ſatis 86. diſt. c. ſciendum 26. q. 4. c. ridiculum 12. diſt.*

28 Niſi iunior Doctor ſcientia, & peritia excellat Antiquiorem quia tunc præferendus *Boerius citatus, & Ferrus de præcedentijs num. 6. Coſcia diff. iur. in fine. reſp. 2. num. 14. & 17. Maſtrilli deciſ. 130. nu. 18. & 19. Menochius conſ. 121. num. 21. Crilenzonius conſ. 121.* hac enim peritia Doctores nobilitatem acquirunt, & præferuntur ignobiles periti, nobilibus ignaris *Barbatia in c. ad aures. col. 4. de reſcriptis, Menochius conſ. 125. nu. 19. Puteus deciſ. 126 lib. 1. Tepat. var. tit. 580. cap. 8. & 13. Tiraquel. Roſel. & alij cum Bucalo in reſponſis nouiter editis, reſp. 5. pro medico num. 420.* & præcedere dicitur, ſi aptus ad conſilia danda, peritus in praxi, & de iuribus ſuæ ciuitatis, non ſolùm in iure comuni, &c. ſublimitationem verò menti tenendam volo, quod iſte Iuuenis, ſi diſcipulus Senis ſit, & ſi peritiſſimus, numquam præferri debet; quia diſcipulus non eſt ſupra Magiſtrum, *c. ſacerdotes. 6. q. 1. Boerius, & Ferrus citati.*

29 Et

29 Et in Eccleſiaſticis etiam, & loco inter eos. antiquiores Clerici, & Doctores cæteris præferuntur, *Amendola ad Frãchum deciſ.365.gl.c.placuit verſ. proponimus 16.diſt. Afflictus deciſ.1.n.8.Riccius deciſ.131.nu.16.tom.1.& tom.4.deciſ.135.num.3.& 15.* antiquior tamen non doctor Doctori etiam iuueni non præfertur, §. *fin.Auth.de Monacis, Anna conſ.122.n.13.* quia argumẽtum ab antiquitate valet cæteris paribus, *Menochius, Maſtrilli, Coſcia, & alij citati,* plureſq; habentes dignitates præferri cæteris minores habentibus, & ſi antiqui, *Latro conſul.43.num.23.* an verò antiquior Canonicus Sacerdos, præferatur iuniori poſteriùs recepto, *dicam infra deciſ.10.n...*

30 Addas, quod primò licentiatus;qui poſteà doctor fuit præfertur illi, qui ſecundò licentiatus, & primò doctor fuit effectus, ſecundum opinionem *Cenalli com. cont.com. quæſt.606.n.32.vol.2. Riccij in ſua praxi præcedentia deciſ.580.n.3.Felini; Caſſan.& alior. quos refert,& ſequitur Ferrus citatus n. 8;* & de iure vera opinio eſt, tu obſerua conſuetudinem, vt in noſtro Almo Studio ſeruatur,primum nẽpè doctorem, non primum licentiatum præferri, quæ ſeruanda, *c.ſana.9.diſt.Carlen. de iud. tom.2.tit.2.diſp.3.n.23. Barboſa in axiom. verb.conſuetudo,* præcipuè Meſſanæ,in qua conſuetudines, & boni mores vim Priuilegij habent. *Coſta conſ.2. nu.8.& 47.Gloritius reſp.4.n.26.reſp.2.num.24.& num. 26;reſp.6.nu.45.Giurba conſ.69.nu.12;& conſ.94.n.21.*

31 Item doctor factus, vel creatus à maiori vniuerſitate præfertur creato à minori, *Ferrus citatus n.8;* & à Summo Pontifice, vel Imperatore creati cæteris præferendi, *idem ex Caſſ.& Boer. quibus addas Menochium conſ.51.n.30;& cõſ.257.n.13.* an verò factus ex gratia præferatur facto præcedente examine, & dicas abſolutè, hunc ſecundum præferri,quia præſumitur magìs idoneus, etiam ſi ille factus ex gratia poſſit eſſe talis; tamen non conſtat de hoc, & ordinariè ignari illo modo doctorantur.

32 Ideò antè quam Iuriſtæ doctores admittuntur ad poſtulandum, denuò examinantur. *Borellus ſumma deciſ.tom.1.tit. 65.n.108;& 109.* & locum petere vulgò dicuntur, facto Examine in M.R.C. in noſtro Siciliæ Regno; *ex Conſt: Aduoc. offic.* quod Meſſanæ pro Meſſanenſibus locum non habet; nam Doctores noſtri locum petunt coram Iudice R.C. Straticotialis, abſque alio examine,vt praxis demõſtrat. poſſuntque officium Aduocati per totum Regnum exercere, multaque dicere vellem circa præeminentias, & antiquitates Almi Studij, ſed locus non poſtulat, ſuntque clara Priuilegia omnibus notiſſima, atque Meſſanæ doctoratus æquiparatur omnibus doctoratis in alijs mundi partibus, vbi publica adſunt ſtudia, *Gloritius reſp.1.n.169.& 170.* inſuper alij, Doctores alio modo creati non ſunt præferendi factis ab Vniuerſitate, Imperatore, vel Papa; nam hi approbantur,à perſonis publicè conſtitutis ad hoc, & facto examine, adhibitis teſtibus deponentibus de ſtudio, &c. nòn ita illi.

33 Dices,hi teſtes,& approbatio à promotoribus, non fit cum rigore, & forsàn teſtes falſum ordinariè deponunt; pauci enim ſunt ſtudentes,qui curſum quinquẽnij terminant requiſitum in doctoratu,ſed [quidquid ſit circa has depoſitiones teſtium, qui in conſcientia poſſunt etiam deponere ſtudentem ſtuduiſſe per ſpatium quinquennij tali loco, &c. ſi ipſis conſtet de ſufficientia illius, *vt ex Doctiſs. P. Barthol. Staiti Cong.Reg. miniſ. infirm.* habui; ceſſat enim, in hoc ratio finalis conſtitutionis requirẽtis illud tempus,] tamen hoc non eſt ſoluere argumentum, & dare authoritatem, & præcedentiam doctoribus, nõ creatis, á publicis vniuerſitatibus, nam quæ fiunt in iudicijs, ritè, & rectè fieri præſumuntur, niſi contrarium probetur, *arg. l. meritò ff. pro ſocio, l. quoties,§. qui dolo ff. de probat.c.dudum.c.fin.de præſumpt.c.vnico de ſerut.in ord.faciend.*

34 Hæc circa Doctores in vtroque iu-



Digitized by Google

re, & alijs circa præcedentias inter ſe, & cum Theologis, at aduertas, quod ipſe non nego propoſitionem illam, quod ſolus Theologus cognoſcere poteſt de propoſitione hæreticali, ſed dico, quod Theologus ſi cognoſcit, ex lege Canonica, & hac mediante cognoſcit, quia ex ſcripturis, & Deciſionibus Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum, & Biblia non ex alia parte cognitionem hanc habere poteſt, quæ ſunt partes, ex quibus conſtat ius Canonicum, *vt ſupra in præcedenti deciſ. nu.13. dicebam, & Roas citatus notauit,*

35 Dices ſi hæc de iure inuiolabilia ſunt, quomodo ex praxi, & conſuetudine videmus, ad Theologos ſpectare deciſiones, & reſolutiones, ſi propoſitio aliqua eſt hæretica, vel damnata, vt docet *Farinacius de hæreſi quæſt.185. num.5. in fine*, reſpondeas primò hoc accidere, quia pauci ſunt Canoniſtæ optimi, & ideò cognitio defertur ad illos, & vt plurimùm, ſtudẽtes operam dant iuri ciuili ſolùm, licèt poſtea V.I.D. ex furto dicantur, potiùs deberent appellari iuris ciuilis doctores, & fuit mihi relatum de aliquibus lectoribus, qui cupiditati, & deſiderio Tyronum ſtudendi iuri Canonico ſatisfaciunt dicentes, hoc pertinere ad Eccleſiaſticos ſolùm, [haud conſiderantes ignari, ex quibus conſtat ius Canonicum,] & etiam ſi aliqua eſt materia ſcitu digna, dicunt, contineri in ſuis inſtitutionibus ciuilibus, forſan [ipſe dixi] eſt ius Canonicum, ſecundum iſtos, *in titulo inſtit. de lege fuſia caninia tollenda*; aùt *in tit. ſi quadrupes, &c.*

36 Secundò reſpondeas, quod Theologis defertur etiam, non quia ipſi ex ſua Theologia ſpeculatiua ſolùm decidere illas propoſitiones poſſint; Sed ex Theologia, & iure Canonico, quia hæreſes dãnatæ reperiuntur in decretalibus, & corpore iuris canonici, *vt ait Roas ſupra citatus*; & quia ſunt Theologi hæc deciſa in iure agnoſcentes, ideò iſtis defertur, non ergo dicas digniores eſſe, & præponendos, Theologos ex Theologia ſpeculatiua, aùt morali, ſed Canoniſtas, qui Eccleſiæ magis inſeruiunt, & Theologi practici dicuntur, licèt illi etiam digniſſimi Eccleſiæ Dei inſeruiant.

## DECISIO TERTIA.

### De Conſtitutionibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſtitutio idem, ac lex.*
2 *Lex quid ſit? & quotuplex? & de eius origine? & quid veniat legis appellatione? num. 4. & 5.*
3 *Quod ſtatuitur à Papa, vel Imperatore lex eſt.*
4 *S. Thomas eſt Canoniſtarum Magiſter.*
5 *Ratio eſt anima legis.*
6 *Principum placita legis habẽt vigorem.*
7 *Lex promulganda eſt.*
8 *Origo Legis canonicæ, & n.10. & 11.*
11 *Leges ciuiles in Curijs Eccleſiaſticis ſeruantur, & è contra, vide n.63.*
12 *Qui condere leges valeant, cum ſeq. numeris.*
13 *Papa leges condere valet ſpirituales, & temporales, quod declaratur, num.19. & 21.*
14 *Laicus Laicum conuenire valet coram Iudice Eccleſiaſtico, in defectum denegatæ iuſtitiæ Iudicis ſæcularis.*
16 *Imperatores, & Reges, Papa à Regno deponit, & n.17. declaratur.*
18 *Papa non cognoſcit de cauſis temporalibus, ſed aliquando remittit illas ad Iudicem ſæcularem, nec appellatio ad ipſum tenet, ad intellectum c. ſi duobus §. denique de appellationibus.*
19 *Diſputare de poteſtate Principis ſacrilegium eſt.*
22 *Papa omnem habet poteſtatem in terris ſibi ſubiectis, quæ ipſi reſignata fuere à Coſtantino Imperatore.*
23 *Imperator leges condere valet, & eſt dominus totius orbis, quod declaratur num.24.*
25 *Leges ciuiles condere valent Principes,* non

non agnoſcentes ſuperiorem, & Comites, Barones, &c.

26 Legati Papæ in ſua Prouincia leges condunt.

27 Delegati etiam.

28 Epiſcopi pro ſua Diœceſi ex Deo habent, vt leges faciant, non derogantes tamen ſtatutis, Papæ, & iuri comuni, & 30.

31 Capituli conſenſus requiritur, & conſilium in faciendis ab Epiſcopo.

33 Patriarcha, Primates, & Archiepiſcopi leges ferre valent.

34 Cardinales in ſuis titulis. Abbates, & Archimandritæ.

35 Superiores Religionum, & Abbatiſſa ſua ſtatuta faciunt, non tamen hæc præcipere poteſt aliquid virtute obedientiæ num. 37.

40 Concilia ſi legitimè congregata leges faciunt, & de eorum initio n. 42. & 43. & alia ſunt vniuerſalia, alia particularia, vel Epiſcopalia, aut Prouincialia n. 44. quæ quomodo celebranda ibid.

45 Synodus quid, quo tempore, & quomodo celebrandus.

46 Capitulum ſede vacante leges condit, & quæ iure ordinario facere poteſt Epiſcopus, facit, & ſeq.

48 Canonici in rebus leuioribus ſtatuta condunt.

49 Religioſi pro ſuo ordine leges faciunt.

50 Declarationes ſacræ Congregationis non habent vim legis, & vt Authoritatē habeant, debent præſentari cum ſigillo Secretarij.

Nec Deciſiones Rotæ Romanæ, & Regulæ Cancellariæ n. 43.

51 Confraternitates, Congregationes, Collegia, et Communitates ſua ſtatuta facere poſſunt, & quid ſit Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia, & 53.

54 Legis requiſita, vt obliget, & n. ſeq.

55 Promulgari debet, & de modo promulgationis iuncto n. 60.

56 Leges ciuiles, & Canonicæ ſunt promulgandæ cū limit. vſq; ad n. 59. & 64.

60 Meſſanæ extat Priuilegium, vt leges, Pragmaticæ, Bullæ Papales, & Conſtitutiones omnes promulgentur intra mœnia Vrbis, aliter non ligant Meſſanenſes, & diſtrictuales, & regiſtrari debent omnes in officio Illuſtriſs. Senatus, antè quam promulgentur.

61 Tempus promulgationis, vt obliget lex.

63 Leges ciuiles ſequi debent, quando nil contra ius Canonicum ſtatuitur, & peccata non inducuntur, & quid ſi ſint obſcuræ, & ius Canonicum clarum, & 99.

64 Decretales libri fuerunt promulgati.

65 Mandata, & reſcripta exequi debent in Regno noſtro, & Neapolis n. 67. & de exequtorijs quarè petuntur n. 66.

68 Scripta debet eſſe lex, & in multis caſibus ſcriptura requiritur, n. 69. 71. 72. 73. & 75.

76 Lex acceptatur à Populis, & vigorem recipit n. 77. & 78.

79 Leges abrogatæ non alleguntur, & Legum correctio vitanda, niſi ſit expreſſa, & obligant in conſcientia etiam Leges ciuiles, n. 82.

80 Subditi obedire, & Leges obſeruare debent, Peregrini, & domiciliantes n. 83. cum ſeq.

85 Quid ſit domicilium, & quibus modis contrahitur, & 88.

89 Decennium, & decennalis habitatio probat animum perpetuò manendi.

90 Meſſanæ acquiritur domicilium per habitationem anni, menſis, hebdogmatæ, & diei; abſentia cum animo redeundi domicilium nō deperditur ibid.

91 Originaria ciuilitas mutari non poteſt, quod declaratur n. 98.

92 Duplex habens domicilium, & ciuilitatem, vnam eligere tenetur in Sicilia, & Priuilegia Meſſanæ Ciuitati conceſſa renunciari non valent, aut tolli per non vſum, vel contrarium vſum: Sicut etiam Priuilegia Panormi renunciari non poſſunt à Ciuibus Panormitanis.

93 Ciuilitas ex baptiſmo adducitur ſequuta habi-

*tatione, & benè probatur illa ex fide Parochi.*

94 *Habitantes per quinquennium Meſſanæ concurrere valent ad officia, non tamen eſſe in Collegio Doctorum ad doctorandũ, in quo oriundi ſolum admittũtur, & alij per ductionẽ vxoris.*

95 *Deſcendentes ex Meſſanenſibus maſculis, & fęminæ gaudent Priuilegijs Meſſanæ, quod probatur n. 95. & 96.*

95 *Fęminæ veniunt Ciuium appellatione, ſicut, & deſcendentes.*

96 *Immunitatis Priuilegium extenditur ad omnes deſcendentes, & de diſtrictu, quem Meſſana ſola in Sicilia habet.*

97 *Adoptiui filij ſunt immunes, ſicuti legitimi, & naturales, & per adoptionẽ, quis ſit ex Ciuitate adoptantis.*

98 *Legitimati, & baſtardi ſunt veri Ciues, & Immunitatibus, atque Priuilegijs gaudent; Ciues ex Priuilegio dum habitant exemptionem habent ibid.*

99 *Priuilegia ad hæredes tranſmittuntur, & quomodo.*

100 *Ciues ex Priuilegio ſtatuta Ciuitatis ſeruare tenentur, & domiciliantes, ſicut forenſes, qui ex pœnis etiam locorũ adſtringũtur, & gabellis, n. 103.*

101 *Et Peregrini ad Leges locorum nõ obligantur, quod ampliatur, & limitatur n. 108.*

102 *Duplex quis poteſt habere domicilium, & 105.*

113 *Forum quis ſortitur ratione delicti, & contractus.*

104 *Et ratione Patrimonij, & rei ſitæ.*

105 *Duplex habẽs domicilium, Leges vtriuſque obſeruare tenetur, & duas habet Parochias, in quibus matrimonium contrahere poteſt.*

106 *Ordinari quis non poteſt ab Epiſcopo loci, niſi fuerit oriundus, vel beneficiũ habens, aut domicilium habitationis, cum animo perpetuò manendi; & ſup. num. 89.*

108 *Peregrini, etſi directa intentione non ſeruandi leges diſceſſerint à loco, adhuc non tenentur ad illas.*

109 *Infantes, amentes, & furioſi non obligantur ex lege, quia non ſunt rationis capaces, & ſubditi oẽs ſunt obligati, & Superiores ſi iuſta cauſa non ſe diſpenſauerint: etiam Papa, & Imperator; atque de regula, quod ius Canonicum ſeruatur in Curia Laicali, & è contra.*

110 *Eccleſiaſtici ad leges Laicorum non obligantur, & probatur n. 111. 12. & 13. & de ampliationibus nu. 114. & 118. cum limitationibus, pro Regno noſtro, & extra, n. 123.*

124 *Laici, è contra quando teneantur ad ſtatuta Eccleſiaſtica, vſq; ad n. 130.*

130 *Et in caſibus mixti fori datur locus præuentioni.*

1 Ciuiliſtæ *in ff. & C. atque in nouellis conſtitutionibus* titulos habent *de legibus, & conſtitutionibus principum*, & Canoniſtæ *in decretalibus, & ſexto libro, eodem modo titulos de conſtitutionibus exagitant*, ordine tamen ſolito, omiſſis vanis, & inanibus ſpeculationibus *cum gloſa in proemio decretalium verb. conſtitutiones*, dicendum puto, quod idem ſonat titulus de conſtitutionibus, ac de legibus, & quæ à Iuſtiniano ſub hoc nomine legis publicãtur, à Summo Pontifice, ſub titulo de cõſtitutionibus traduntur, & regulariter cõfunduntur inter ſe, hæc nomina, eorumuè ſignificatus, *arg. l. 1. & tot. titulo C. de legibus, & conſtitutionibus*; pro quibus.

2 Petes 1. quid ſit lex, & quotuplex? & de eius origine?

Conſtitutionis, etymologia eſt, vt ſit quod à principe ſtatuitur, vel decretatur, §. *ſed eo, quod principi inſtit. de 1. num. 9. & ciuili*, ibi quod principi placuit legis habet vigorem; *Menochius, Tuſcus, & alij cum Barboſa in appellatiuis verſ. lex*, ibi conſuetudo etiam venit appell. legis, pactum dicitur lex data negotijs, dogma prudentum, & comunis opinio, &c. lex verò à ligando, ſeù obligando dicta eſt *gl. in c. lex eſt 1. diſt.* ibi iuſtum præcipiens, & contrarium prohibens *c. ſi Eccleſia 23. q. 4.* vel

q.4. vel ſcripta conſtitutio iuſtum præcipiens; ſicuti, ius venit à iubeo, & lege generaliùs eſt, cum ex iure iubeant Principes, & iuſtum præcipiant.

3 Sanctio etiam vocatur lex, præcipuè quando pœnam ſtatuit, *l. ſanctio ff. de pænis gl. in l. Rhodia 2. diſt.* nec non ſtatuta, quæ à Principibus inferioribus emanant, atque à ciuitatibus, vel populis ſub poteſtate Principis exiſtentibus, vt Capitula Regni, Statuta Meſſanæ, Panormi, &c. quæ leges particulares Regni, vel Ciuitatis sũt, quando verò ad vnam perſonam aliquod faciẽdum iniungitur, præceptum dicitur, quia non fertur pro bono comuni, ſicut lex *l. 1. ff. de legibus*.

4 In definienda, ſeu deſcribenda lege, variè noſtrates ingenium elaborant, nam ſi à Ciuiliſtis definitionem petis, dabũt varias *in l. 2. ff. de legibus*, & in ore omnium eſt illa, quam colligi dicunt ex textu græco dictæ legis 2; ideſt, *lex eſt Sanctio Sancta, iubens honeſta, & prohibens contraria*, & adducit *gl. in extrauag. ad conditorem 4. de verb. ſignificatione*; ſi à Canoniſtis aliã dabunt, *in c. lex 1. diſt.* ibi lex eſt ſcripta conſtitutio; & è contra conſtitutio eſt lex ſcripta, & etiam *in c. 2. ſecunda diſt.* tradunt, hanc nimirùm, *lex eſt conſtitutio populi, qua maiores natu ſimul cũ plebibus aliquid Sanxerunt*, neque eſt hæc generalis definitio, ſicut, & aliæ, vt patet, nam quod ſtatuitur à Papa, vel Imperatore etiam lex eſt, & non eſt populi conſtitutio, &c.

5 Sed Theologi ſuo loco adducunt ſuam definitionem, & inter alias permultas; comuniter illam amplectuntur, quæ traditur *à S. Thoma* [Canoniſtarum Magiſtro, non ſolùm Theologorum] 1. 2. *quæſt. 90. art. 4.* & ſequuntur *Baldelli de legibus, Suarez, Sayrus, Bonacina, Donatus*, & alij, & eſt hæc [lex eſt ordinatio rationis, ad bonum comune ab eo, qui curam habet comunitatis promulgata,] quæ explicatur ex dicendis in tota hac deciſione; & illam traditã à Ciuiliſtis *ex d. l. 2.* [vt aiũt] iam impugnaui in Inſtitutionibus Cæſareis *lib. 1. deciſ. 2*; quod nimirùm non eſt bona definitio, nec benè naturam, legis explicat, ſicut iſta *à D. Th.* tradita, neq; in meo Codice, *ex tex. græco in l. 2.* colligitur, & verificatur in hac parte comune dictum, quod doctores tanquam aues, aliquando, vnus ſequitur alium. *Gutierez cõſ. 12. num. 41. Decius conſ. 399. n. 12. & alij.*

6 Et primò dicitur [ordinatio rationis] illa enim regulantur humani actus *c. Canon. 3. diſt.* iuncto *c. regula ibid.* iuxta illud *Pauli 1. ad Corin. 14. omnia honeſtè, & ſecũdum ordinem fiant in vobis*, & quia anima legis eſt ratio, *l. cum ratio ff. de bonis damnatorum c. conſuet. 1. diſt.* hæc ordinatur ab illa, ſeù ordinationes rationis in lege reperiuntur, qua cætera regulantur, atque menſurãtur pro bono comuni *c. lex. 4. diſt. l. 1. ff. de legibus*, legeſque ad Rempublicã non è contra accommodandæ, dicebat *Ariſt. lib. 5. Etic. & lib. 4. polit. cum Tullio lib. 2. de legibus*, & in hoc à Priuilegijs diſtinguitur, quæ ad bonum priuatum, *gl. in d. l. lex, verſ. priuatum, vt lib. 4. deciſ. 4. de Priuilegijs dicam*, nec non obiectum legis demonſtrat, quod eſt bonum publicum, *vt ſupra dicebam, in præcedenti deciſione*.

7 Inſuper *ab eo, qui curam habet comunitatis*, lex ferri debet, nam hic ordinare dicitur, ad bonum comune, cum Principũ placita, legis habeant vigorem *l. 1. ff. de conſtit. Principum*, ibi [*quodcumque Imperator per Epiſtolam ſtatuit, vel decreuit, vel de plano interloqutus, vel edicto præcipit legem eſſe conſtat*,] hæc ſunt, quæ conſtitutiones, vulgò, appellantur *d. §. ſed quod Principi*: licèt omnes leges in corpore iuris à varijs conditæ, varium habeant nomen, *c. quadam 2. diſt.* iuncto *c. reſpõſa*, qui verò Principes, & ſuperiores leges condere valeãt, latiùs erit ſermo infra faciendus num. 12.

8 Et demùm dicitur in definitione, [*promulgata*] nam tunc leges inſtituuntur quando promulgãtur. *l. Leges C. de legibus §. 1. Auth. vt facta noua conſtitutiones, &c. c. cognoſcentes de conſtit.* vt demonſtrabo etiam infra num. 56.

9 Quotuplex verò ſit lex, ex dictis in deciſ. 1. facilè colligitur, ideò nihil hic addere

dere curaui, pro origine dicas, ne materiam turpem reddamus origine non reperita *arg. l. 1. ff. de orig. iuris*, quod traditur *à Gratiano in c. Eccleſiaſticarum 11. diſt.* ibi *Eccleſiaſticarum inſtitutionum, quaſdã ſcripturis, quaſdam verò apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio continuatas, accepimus, quaſdam verò, conſuetudine roboratas, approbauit vſus, & in §. dogmatum: non enim ijs contenti ſumus, quorum Apoſtolus, & Euangelium mentionem fecerunt, ſed alia quoque, tùm antea, tùm poſt dicimus, vtpotè quæ magnum momentum ad ipſum miniſterium habeant doctrina non ſcripta, ſed tradita.*

10 Omnes ergo leges, & conſtitutiones Pontificias, aùt habemus, ex ſcripturis, aùt ex traditionibus, quæ, etſi, non ſcriptæ, maximam fidem habent *c. palam c. catholica 11. diſt. c. ridiculum 12. diſt.* aùt ex conſuetudine, maiorumuè inſtitutis *c. in rebus 11. diſt*; quę omnia, quia ſeruat Romana Eccleſia, ab omnibus ſeruanda ſunt *c. quis neſciat 11. diſt.* & *Caliſtus Papa* omnibus Epiſcopis aduertit, haud licere contra diſciplinam Romanæ Eccleſiæ facere; in *c. non debet 12. diſt.* quia hac lege vixerunt Apoſtoli, quibus præceptis reſiſtere ſuperbia eſt, *c. præceptis cum ſequentibus diſt. 12.*

11 Poſt hæc adſunt decreta Pontificũ, in corpore iuris, & extra inſerta, quæ ab omnibus indiſtinctè ſeruanda, *c. nulli 38. diſt. c. nolite 11. diſt.* & in Curijs ſæcularibus, §. 1. *Auth. de Eccleſiaſticis titulis*, ſicuti è contra leges ciuiles in Curijs Eccleſiaſticis obſeruantur, *c. 1. de noui operis nunciatione, c. de capitulis 10. diſt.* niſi contradicant ſacris Canonibus, atque peccata inducant, quo caſu non licet Imperatoribus eas ſequi, *c. non licet 10. diſt.* quod ſi vna lex ſit clara, & alia ex alio iure obſcura, quid agendum, vide infra n. *66.* Regiſque voluntas poſtponenda eſt Sacerdotibus *c. certum eſt ibid. iuncto c. ſuſcipitis, &c. imperium*, ea ratione, quia Pontifices Regibus externis rebus indigent, ſed Pontificibus Reges pro ſpiritualibus, *c. quoniam 16. diſt. c. cum ad verum 96. diſt.* leges verò ciuiles quando, & ex quibus originem ſumpſerunt, *dicam in dictis Cæſareis deciſionibus lib. 1. deciſ. 2.*

12 Petes 3. penès quas perſonas reſideat poteſtas condendi leges?

Reſponsũ dabis ex deciſione Pontificia *in c. 1. de cõſtitut.* quod primo loco poteſtas condendi leges reſidet penès Papam, quã vniuerſalitèr ligãt omnes de iure Diuino, ex illo *Matthæi 16.* vbi tribuitur Petro poteſtas, & in eo omnibus ſucceſſoribus legitimis vices illius gerentibus, *gl. in clem. 1. de iure iurando verſ. Vicarium c. non vos 50. diſt. c. inter corporalia de transl. Epiſcop.* neque eſt in Orbe, qui Summo Pontifici dicat, cur ita facis, *gl. in extr. Ioan. 22. de conceſſ. prębendæ*, nam ſummam, & abſolutam habet poteſtatem, *c. decreto 2. q. 6. c. nouit ille de iudicijs, c. 2. de ſent. & re iud. in 6*; & paganitatis notam incurrit contradictor, *gl. in clem. ad noſtrum de hæreticis verſ. tertio quæro*, nec ſolùm præceptiuas, ſed etiã coactiuas facit Sãctiones, omnimodè ſeruandas *c. 1. & toto titulo de pœnis d. c. 2.* etiam ab Imperatoribus, *c. Valentinianus 63. diſt.* alijſq; Principibus terræ, *c. omnes Principes de mai. & obedientia*, iuncto *c. ſolitæ*, quomodo verò aliquando in Regnis impediatur exequtio Literarum Apoſtolicarum, & in Regno noſtro dicam in fine, infra in explic. particulæ [promulgata] poſitæ in definitione.

13 Supradictarum rerũ ratio eſt, quia Pontifex ſummus poteſtatem habet non ſolùm ſpiritualem, ſed etiam temporalem in vniuerſum Orbem Terrarũ, quod probatur ex verbis in *Euangelio*, [*data eſt mihi omnis poteſtas in Cęlo, & in terra*,] & alibi *in Apoc. Rex Regum, & Dominus dominantium.*

14 Et de exercitio iuriſdictionis, quod fuit in Chriſto Domino, quãdo merſit porcos in pelagum, inſuper *ex c. quicunque, & c. omnes cum ſeq. 11. q. 1.* ibi [*omnes itaque cauſæ, quæ, vel prætorio iure, vel ciuili Epiſcoporum ſententia terminata perpetuò ſtabilitatis iure firmentur*,] *quæ ſunt verba C.*

*Theo-*

*Theodoſiani de epiſcopali audientia tit.* 16.

15. Probatur 2. *ex Innocentij Tertij decretali ſcripta Epiſcopo Vercellenſi, & habetur in c. licet de foro competenti*, vbi laycus poteſt laycū conuenire coram Iudice Eccleſiaſtico, in defectum ſæcularis Iudicis, & denegatæ iuſtitiæ ab illo, ergo Summus Pontifex primus Iudex inter Eccleſiaſticos poteſtatem habet abſolutam, & ſummam in vniuerſum Orbem terrarum, tàm in rebus Eccleſiaſticis, quàm in ciuilibus, & politicis.

16 Tertiò probatur ex caſibus deciſis *in c. nouit ille de iudicijs, & c. ad Apoſtolicæ de re iudicata in 6. & ſimil.* vbi Papa ex iuriſdictione, quam habet in Reges, & Imperatores, illos deponit à Regno, ergo ad quid ampliùs diſputanda quæſtio, ſi ex caſibus deciſis habemus, atq; verum eſt, quòd bonis exemplis iudicandū; *Barboſa in axiomatibus verb. exempla num.* 3. quin imò Papa, *in extr. ne ſede vacante aliquid innouetur cap. vnico*, ſibi referuat iuriſdictionem mortuo Imperatore, & dat modum electionis Principibus Alemaniæ, *gl. in d. c. ad apoſtolicæ, & in clem. vnica de iure iurando, iuncto c. venerabilē de electione, cum alijs argumentis.*

17 Et euidenter concluſio probatur, *in c. omnes 22. diſt. ibi loquente Chriſto cum Petro [ait Pontifex Nicolaus] Beato Petro vitæ æternæ clauigero terreni ſimul, & cæleſtis Imperij iura commiſit*, & defendunt, *Aluarez Pelagius de planctu Eccleſiæ cap.* 13. *Abbas in c. nouit de iudicijs. Silueſter in Sūma verb. Papa* §. 2. *Hoſtienſis in cap. quod ſuper his de voto*, & alij multi, qui abſolutè docent Summum Pontificem iure Diuino poteſtatem habere in vniuerſum Orbem, nō ſolùm ſpiritualem, & in rebus ſpiritualibus; ſed temporalem, & in rebus politicis, iuribus citatis, *& ex c. alius 15. q. 6. c. duo ſunt 96. diſt. c. præcipuè 63. diſt. c. domino 50. diſt. cum concord.*

18 Sed opponitur huic ſententiæ, *tex. in c. cauſam qui filij ſint legitimi*; vbi Papa ait, nolle cognoſcere de cauſis ciuilibus, & an quis ſit de legitimo matrimonio natus, cum diuiſa ſit iuriſdictio in temporalem, & ſpiritualem, *c. celebritatem 3. diſt.* §. 1. *Auth. de fide Inſtrumentorum, gl. in d. cap. nouit, iuncto c. cauſam, qui filij ſint legitimi*, ibi, *non attendētes, quod ad Regem pertinet, non ad Eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus iudicare*; ergo non habet Papa poteſtatem ſupradictam; inſuper, *ex c. canon 96. diſt. idem colligitur, & ex c. ſi duobus* §. *denique de appell.* vbi Papa rogatus an appellatio à Iudice ſæculari ad ipſum teneat, reſpondet, *tenet quidem in his, qui ſunt noſtræ temporali iuriſdictioni ſubiecti, in alijs verò ſecundùm iuris rigorem credimus non tenere*, ergo, &c.

19 Ipſe verò, quia à maioribus habui non diſputare de poteſtate ſuperiorum, *Hoſtienſis in c. quanto de auth. & vſu palij. Gambi conſ. 49 num.* 2. præcipuè in Papa, *c. Si quis ſuadente* §. *qui autem* 17. q. 4. *Rodolphinus in praxi iud. in præfatione n.* 39. hanc meliorem, & probabiliorem Doctorum ſequutus ſum in hac re opinionem, licèt mihi etiā ſit illa Canoniſtarum probabilis opinio, quòd ni mirùm in Papa ſit directa, & immediata ſpiritualis poteſtas data à Chriſto Domino, in toto Orbe terrarum, & hæc eſt ſumma; & alta poteſtas; in temporalibus verò, & pro temporalibus ratione huius ſpiritualis poteſtatis indirectè ſummam poteſtatem habet, & ita Pontifex, vt Pontifex, & ſi non habeat directè; temporalem poteſtatem ſummā, habet tamen indirectè, in ordine ad bonū ſpirituale ſummam poteſtatem diſponendi de rebus temporalibus Chriſtianorum; *ita ait Bellarminus poſt multos de controuerſijs Chriſtianæ fidei tom. 1. lib. 5. cap. 1. 6. & paſsim.*

20 Probatur exemplis hæc concluſio; ſit Imperator, vel Princeps inobediens Eccleſiæ, vel aliquid mali agat contra Deum, Papa, vt Papa illum deponere non poteſt iure ordinario, & directè, ſicuti Epiſcopum deponit à ſede, nec auferre Regnum dando alteri: vt Summus verò Princeps ſpiritualis, ſi neceſſarium eſt ad ſalutē animarum poterit mutare, Regnūq;

ab

Digitized by Google

ab his auferre, & alteri dare, *arg. c. 2. de ſent. & re iudic.* &c.

21 Ideò non poteſt legem ciuilem condere generaliter, vel confirmare, aut infirmare, niſi ad bonum comune animarum, & ad illarum ſalutem, vt facit, quando abrogat leges de præſcriptione inducentes peccata, *c. fin. de præſcriptionibus, gl. in c. poſſeſſor de reg. iur. in 6.* idem dicas pro bono pacis, *c. 1. de tregua, & pace, c. ſi quis Roma 24. q. 3 gl. in d. c. nouit verſ. pacē,* & pro recta Eccleſiæ gubernatione, *clem. Romani de iure iurando, c. venerabilem de electione, gl. in c. 2. de re iudic. in 6.* & vt leges non admittantur, quæ peccata inducunt, *d. c. fin.* & ſunt contra naturalem cognitionem, *c. cum haberet de eo, qui duxit, &c.* ibi, quod alimenta, & dotes dentur filijs illegitimis, *contra tex. in Auth. ex complexu C. de inceſtis nuptijs, &c. Vide Bellarminum* ſupra citatum, *Sebaſtianum Caſarem de Eccleſiaſtica Hierarchia de Summo Pontifice, §. 5. Barboſam ſuper d. c. nouit, & c. ad apoſtolica, & tom. 1. de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, tit. 2. de poteſtate, & authoritate Summi Pontificis,* atque nouiter, *Patrem Dianam, ex Cotonio in ſumma Verbo Papa num. 2. Bellarminum, Baldelli de legibus diſputatione 11. nu. 3. 4. & 6. & Borrellum in ſumma deciſionum, tom. 1. tit. 4. ibi num. 1.* amplam habet poteſtatem, & vtrumque gladium, *ex Extrau. vnam ſanctam,* directè nimirùm, & indirectè modo explicato, *Iordanus in elucubrat. diuer. tom. 3. de re iudiciali, tit. 2. de iuriſdictione num. 4.* & alij, varia circa hanc materiam tractantes, ſed ne recedas à regula ſupra data *à Bellarmino,* quæ verior.

22 Colliges ex dictis in Pontifice ſummo eſſe poteſtatem abſolutam directam Spiritualem, & Temporalem in terris ſibi ſubiectis, & in ſuis ciuitatibus, *c. fundamenta de electione in 6. gl. in c. Conſtantinus 96. diſt.* vbi docent Canoniſtæ, quod non fuit datum, reuera aliquid à Conſtantino, Romano Pontifici, ſed fuit quædam reſignatio, cum etiam antea Papa erat Dominus, & vtrumque gladium, & Dominiũ habebat, *gl. in d. c. nouit ille de iudicijs,* modo enarrato, deditque, non ſolùm Vrbem Romam, ſed etiam Italiam, & alias Prouincias, ait *Bellarminus citatus cap. 3. de translatione Imperij lib. 1. §. Quinto producit Illiricus ex d. c. Conſtantinus.*

23 Dices, quomodo intelligenda eſt illa propoſitio in ore Iuriſtarum verſata, [Imperatorem eſſe totius Orbis Dominũ] ex Verbis *Lucæ cap. 2.* ibi, [*exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis*] *Iaſon. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate, Bartolus in l. hoſtis. ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis,* quos reprehendunt Moderniores dicentes, non rectè hoc dici poſſe, niſi ſolummodo Iuriſdictionaliter, & per protectionem vniuerſalẽ, *Cutelli de don. tom. 1. diſcurſu 2. part. 6. num. 43.* vel meliùs, alij abſolutè dicunt, hoc benè dici nõ poſſe; atq; explicandus eſt *textus Lucæ citatus*, Et ea, quæ dicuntur, *in l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu, iuncta l. 2. C. de vetere iure enucleãdo*, Nam loquuntur per figuram Synecdochen, per quam accipitur pars pro toto, & quia Romani maiorem mundi partem gubernabant, ideò dicitur, quod ſunt domini totius Orbis, ideſt maioris partis, nã Regnũ Perſarum, *l. Mercatores, C. de commerc.* &c. & alia Regna non fuerũt Romanis ſubiecta, *l. poſt liminium. ff. de captiu.* ergo quomodo intelligi poteſt, vt Imperator ſit totius mũdi Dominus, niſi hoc modo, & per figurã Synecdochen, & pro omnibus his ſibi ſubiectis Imperator poteſt leges condere, non pro toto Orbe, *l. 2. §. ſi quid C. de veter. iur. enuclean. § 1. Auth. de Conſulib. in fine. c. ſuper ſpecula. de priuileg.* vel vt alij dicunt, ſolùm iuriſdictionaliter per protectionem Imperator Dominus dicitur, non quo ad proprietatem, *Abruzzus in Lectura tit. quib. alienare licet, in §. contra autem num. 41. & 42.* licèt dentur aliquæ Prouinciæ, quæ neque ſubſunt iuriſdictioni Imperatoris, vel ex Priuilegio eiuſdem, aut alio modo, & ita Domini, Principes non agnoſcentes ſuperiorẽ dicuntur, inter quos eſt Magnus Magiſter Melitæ,

Dux

Dux Florentiæ, Sabaudiæ, Ianuenſium, Veneta Reſpublica, Rex Francorum, & Hiſpaniæ, *vt idem Abruz. adducit nu.46.cum ſeq.* quæ opinio cum prima parum, aùt nihil differt.

25 Eodem modo, & ratione leges ciuiles valent ferre omnes alij Principes nullũ agnoſcentes ſuperiorem, nec ab vllo depẽdentes, & pro ſuis Regnis. *Ciuiliſta in l.fin. de legib. & Canon. in c.Eccleſia Sãctæ Mariæ de Conſtitut.* cum dicatur Princeps lex animata in terris, *Surdus deciſ. 2.n.5.* eiuſque contractus vim legis habeat, *Mantica de tacitis, & ambiguis conuen. lib.3. tit.10. nu. 46. Barboſa alleg.50. nu.33. Menochius conſ. 423. num.5. Giurba conſ.2. nu.21. Coſta Conſil.2. num.85.*

26 Pariter omnes Principes agnoſcentes ſuperiorem, Comites, Barones, &c. & Gubernatores Prouinciarum; & Reipublicæ Duces, Magiſtratus, qui habent, vel ex communitate, aùt antiquata Conſuetudine, vel Priuilegio, vt leges pro ſuis Terris, & diſtrictu valeant condere: cum confirmatione, & abſq; Superiorum: & fœminæ ſolummodo excluduntur à poteſtate condendi leges, *arg.l. fæminæ ff. de Regul.Iur. c.dilecti de arbitr.* neque ex eo, quod habent merum, & mixtum Imperium leges, & ſtatuta Iuri cõmuni diſſonas, & contrarias facere valent: *ad tex.in l.formam C.de præfec. off.prato. Muta, Nigrus, Borrellus, & alij poſt Abruzzum in lectura l. 1. ff. de officio eius q. 25.* nec ius dicere etiam, in alieno territorio ſine conſenſu Præſidis, vel Superiorum illius territorij, *arg. l.fin. ff. de iuriſd. om.iudic. gloſ. in c. vt litigantes de off. ordin. in 6. Giurba conſ. 52.* ibi quod *Meſſana* exercere non valent iuriſdictionem, quia eſt contra Vrbis Priuilegia, & pro *Panormo*, *idem Abruzzus q.24. num.386.*

27 Secundò loco Conſtitutiones, & leges Eccleſiaſticas ferre poſſunt Legati Papæ, qui ſtatuta condere valent, & leges pro tota Prouincia ſuæ legationis, quæ perpetuò durant, niſi reuocentur ab ipſo Legato, vel à Succeſſore æqualem habente poteſtatem, *c.fin.de offic.legat. Bart. in l.omnes populi, de Iuſtit.& Iur. c.legatos de offic. legat.in 6. de quorum poteſtate dicã infra hoc lib. dec. 5.*

28 Tertiò leges, & ſtatuta facere valent Legati, non ſolùm per ſe, ſed etiam per alium à ſe delegatum ad hunc finem, *arg.c. fin.de offic.ordin. c.vt litigantes de offic.ordin. in 6. & de poteſtate Iudicis delegati, etiam infra dicam, lib.4. deciſ. 1.*

29 Tandem quarto loco Epiſcopis Iura condere, & leges pro ſuis Epiſcopatibus, & Diœceſibus conceſſum eſt, *c.omnes, c.cum acceſſiſſent, de Conſtitut. c.2. de locat, & conduct. c. vt animæ cod. in 6. c.ſi quis venerit de maiorit. & obed. c. à nobis, de ſent. excõm.*

30 Et hanc poteſtatem Epiſcopi à Deo immediatè ex vi Epiſcopatus, & ſuæ conſecrationis habent; ex illo *Pauli: poſuit nos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*, quicquid alij dicant, quod ex Papa illam habeant poteſtatem; Certum tamen eſt poſſe leges, & ſtatuta ferre non derogantia leges Papæ, nec contra ius commune; & vniuerſales Conſtitutiones, *arg. Gloſ.in c.2.de maiorit. & obed.c.2.§. porrò 3. diſt. Hoſtienſis in c. fin. de officio Archipresbyteri, Abruzzus ſupra citatus dict. quæſt. 24. num.398.* ſicuti Legati, & Delegati etiam *gl. in c. fin. de his quæ fiunt à Præl. ſine conſenſ. &c. Baldell. de legibus diſput. 5. num.8. ex Molina, & Azorio, & infra deciſ. 5. & 7. meliùs declarabo.*

31 Atque in grauioribus negotijs alicuius Eccleſiæ particularis licentia Capituli, & Cleri, & de illius conſenſu leges ferre valent, *c. quanto, & toto tit. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit.* & in his, quæ inferrent præiudicium Clero, vt vectigalia imponere, &c.

32 Generaliter verò præfinias in omnibus alijs à iure determinatis Caſibus, vel pro negotijs ſpecialibus; aùt quando infertur præiudicium Eccleſiæ; tunc Cleri, & Capituli ſimul aſſenſus requiritur, vt notãt, *Canoniſtæ in d. c. 1. & c. quanto, & Baldell. citatus num. 16. & 18.*

33 Æqualiter etiam diſcurras argumento à minore ad maiùs validiſſimo, *c. in Laycis 5. diſt. & 38. diſt. per totam, Auth. multò*

*magis C. de ſacro Eccleſijs, Surdus, Farinacius Euerard. & alij poſt Barboſam in locis com. arg. iuris loco* 73. *De Patriarch. Primatib. & Archiep.* de quorum poteſtate *in ſeq. Deciſionibus*.

34 Neque erit neganda hæc poteſtas Cardinalibus, *ex Bulla Pauli IV. cum venerabiles*, alijſq; Abbatibus exemptis reſpectu ſuorum titulorum, & iuriſdictionum, & Archimandritæ in noſtra Meſſanenſi Diœceſi, *arg. c. his qui de maiorit. & obed. c. querelam de election.* & pro degentibus in ſuis Terris, *c. ex geſtis, de Cleric. non reſidens.* modo prout de Epiſcopo.

35 Idem etiam dicendum de Superioribus Religionum reſpectu ſuorum ſubditorum; qui Leges, vel Conſtitutiones ferre valent, vt ſchola communis docet, non perpetuas tamen; *Suarez tom. 4. de regul. tract. 8. lib. 2. c. 8. n. 4. & 5.* ſed ſtandum ſuis particularibus Statutis, docet *Lezana tom. 1. cap. 18. num. 90.* & iuxtà illa iudicandum, ſi leges ferre valent, *Bellaſius in promptuario regul. verb. lex.* dummodo non ſint contra Ius cõmune, *Pellizzarius in manuali Regularium tom. 3. tract. 9. cap. 8. nu. 64. cum ſeq. & cap. 3. nu. 18.* nec contra regulas, *d. num. 64. & n. 66.* ſed pro ſuis Monaſterijs, & ſubditis, *Donatus tom. 1. de Legibus quæſt. 39.*

36 Et de Abbatiſſis, *arg. c. dilecti filij de arbitr. c. dilecta de exceſſib. Prælat. & c. dilecta de maiorit. & obed.* quæ ſunt, ſicut Prælati Religionum, & liberam facultatem habent, etiam in bonis, *Sanchez in præcep. Decal. lib. 7. cap. 19. nu. 44.* cum iuriſdictione ſpirituali, *Riccius coll. deciſ. 2675. Layman. Theol. mor. lib. 1. tract. 5. cap. 3. nu. 4.* & ſuſpendere ab officio poſſunt moniales, & punire, *Viuius deciſ. 314. Marcus deciſ. 955. part. 1.* ſicuti Clericos ipſis ſubditos, *Enriquez de ſuſpenſione §. 1. cap. 35.* & ſub cenſuris, *dict. c. dilecti de arbitris D.D. in c. dilecta de exceſ. Prælat.*

37 Sed hoc meliùs alij contradicunt cũ *Baldell. de legib. diſput. 6. Pellizzario de Monialibus, c. 4. num. 114. & Sayro de cenſuris lib. 4. cap. 2. n. 9.* negantibus Abbatiſſis verã iuriſdictionem, & poteſtatem iubendi aliquid virtute Sanctæ Obedientiæ, & Dei nomine, ſub Cenſuris, *gl. d. c. dilecta*.

38 Nec non Religioſis poteſtatem condendi leges perpetuas de iure communi, ſed ex particularibus Statutis ſuis, *Lezana de Regularib. ſupra citatus, & alij*.

39 Quinto loco expeditis perſonis particularibus, quæ leges condere valent: reſtat, vt videamus de compluribus communitatibus, ſeu meliùs Congregationibus hominum, quæ valent leges ferre Eccleſiaſticas pro Eccleſia. Et quidem hoc loco notabis, Conſtitutiones Eccleſiaſticas cõnſtare, aùt ex Concilijs, quæ vel ſunt vniuerſalia, vel particularia, aùt Epiſcopalia: aùt Decretis Pontificum: vel dictis Sanctorum Patrum.

41 Dicta Sanctorum Patrum certum eſt vim legis non habere, *c. 1. & tota 20. diſt.* Decreta Pontificum ex præcedentibus habes omnimodè obſeruanda, *Donatus Laynenſis rerum Regularium tom. 1. tract. 1. de legibus quæſt. 36. vbi etiam ex communi docet*, quod non omnia ea; quæ ſunt in Decreto Gratiani vim legis habent, non enim ſunt à Summis Pontificibus; quæ ſolùm vim legis habent ex Capitulis in dicto volumine, & aliqua alia Capitula, quæ ſunt deſumpta ex iure ciuili, & Laycos obligant, prout infra, ſicut leges Papales Eccleſiaſticos, & alios, de regula, etiam ſi eſſent pro cauſa ciuili; *idem quæſtione 36. & Baldell. de legibus diſp. 8. num. 2. & 3. Diana part. 3. tract. 6. reſolut. 26. & part. 5. tract. 14. reſolut. 68. ex Salas de legibus tract. 14. diſput. 8. ſect. 13.*

41 De Concilijs, decidit Papa, vt in illis leges ferri poſſint, ſi generaliter congregata Summi Pontificis authoritate; vel præſentia Legati, & approbatione Papæ, aut illius confirmatione, *c. 1. 27. diſt. & tot. tit.* Concilium enim Vniuerſale eſt, in quo Sãcti Patres ex vniuerſo Orbe in vnum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apoſtolicam Leges condunt.

42 Quorum initium ex Apoſtolis conſtat, & tandem tempore Conſtantini Cæſaris ſecundum formam Conciliorum, c.

*Cano-*

*Canones* 15. *diſt.* & in Tridentino terminantur; generaliter tamen Nicænum, Cõſtantinopolitanum, Epheſinum, & Calcedonenſe principalitèr Chriſtianam Fidem complectuntur, *Lancellotus in ſuis Inſtit. Can.* §. *inter cætera cum Gloſſ. hoc titulo de Conſtitut.* & ex his leges quãplurimas habemus. Dicitur verò Concilium à communi intentione, eo quod in vnum dirigat omnem mentis obtutum; & cætus multorum, ſeu congregatio dici poteſt, *c. Canones* §. *Synodus autem* 15. *diſt.*

43 Neque Collegium Eminentiſſimorum Cardinalium Legem condere valet vacante Sede per mortem Papæ; ſicuti, nec Concilium abſq; authoritate, & præſentia Papæ, vel Legati, *c. vbi periculum, de elect. in 6. Iordanus de iuriſdictione ordinaria tit.* 3. *num.* 15. *Donatus ſupra citatus tractatu* 8. *de interpretatione Priuilegij cap.* 4. *num.* 12. *& per totum, Baldelli diſput.* 13. *num.* 15. & debent eſſe factæ de conſenſu, & mandato Summi Pontificis, & in publica forma cum Sigillo Secretarij, *ex Bulla Vrbani* 8. omnibus nota, & ab omnibus relata, vt etiam, *dicam infra n.* 50. *& deciſ.* 5. *n.* 11. & ſolùm iuriſdictionem habet Collegium in his, quæ ſpectãt ad electionem Papæ, *Clem. ne Romani de elect. Gloſ. in Clem. vnic. de Sciſmat. verſ. Sede vacante*, & nouiter *Bulla Pij IV. in eligẽdis, de anno* 1562. nullam omninò poteſtatem habere Collegium dixit, & decreuit, quã habebat Papa, dum viueret, & quod, neque gratiam, neque iuſtitiam poteſt facere, aùt executioni mandare facta per mortuum Pontificem, &c. & totam Eccleſiam ſolummodò repreſentant Cardinales Sede vacante quoad actum eligendi Pontificem Summum, non aliquid aliud, *c.* 1. *& tota* 63. *diſt. Cæſar de Cardinalibus* §. 4. *num.* 3. *&* 6. nam Poteſtas Papalis ipſa eſt penès Chriſtum pro illo tempore, aùt penès Eccleſiam generalitèr ſumptam, *ſecundum alios ex Cæſare citato in* §. *fin.* dignitas enim Papalis, & ſi mortuus ſit Pontifex, numquam moritur, *arg. c. ſi gratiosè de reſcriptis in* 6.

44 Sexto loco poſſunt Concilia Prouincialia leges condere. Concilium verò Prouinciale, notabis, nil aliud eſſe, quàm Cætus, ſeu Congregatio Patrum alicuius Prouinciæ, in quo eſt præſens Archiepiſcopus, vel Primas, aùt Patriarcha illius Prouinciæ, *c. ſi quis Epiſcopus* 92. *diſt.* & de poteſtate ſua facit Archiepiſcopus, *c. ſi Epiſcopus* 18. *diſt. cum ſeq.* quod ſemel in anno celebratur, *c. quoniam* 18. *diſt.* & cum cauſa bis, *c. propter Eccleſiaſticas cauſas el* 1. *ibid.* in quo Epiſcopi Suffraganei interuenire debent, *d. c. propter Eccleſiaſticas*, vel ſe excuſare, *c. placuit* 18. *diſt.* aliter ſuſpenſione puniuntur, *c. ſi quis autem eadem* 18. *diſt.* & perturbans excommunicatur, *c. in loco* 5. *q.* 8.

45 Septimò accedit, vt per Synodales leges adſtringamus, *d. c. Canones* §. *Synodus*, & ſynodali lege exiſtente, potiùs iſta, quàm ius comune ſeruanda eſt, *Barboſa in c.* 1. *de noui op. nunciat. Rodolphinus in praxi Rom. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 67. ibi; *Synodus autem ex græco interpretatur comitatus, ſiuè cætus*; & ad ſimilitudinem Concilij Prouincialis, ſicuti illud celebratur cum Epiſcopis ſuffraganeis; hujc venire debent Abbates, & Parochi omnes cum ſuo Epiſcopo ex illa Diœceſi, *c. quod ſuper his de maioris, & obed.* & nouiter, *Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 2. *decidit*; vt Concilia Prouincialia quolibet triennio celebrentur, & Synodales Conſtitutiones quolibet anno, *vide Iordanum de Synodo, & Concilio Prouinciali, Barboſam de officio Epiſcopi alleg.* 93. ſub pœna ſuſpenſionis ab executione officij, *Gauantus in Enchirid. Epiſcop. Verb. Synodus n.* 5. & aliarum pœnarum in iure, *Barboſa ſuper dicto Concilio n.* 18. & peccati propter damnum ſubditorum.

46 Octauo, & Capitulum vacante Sede Epiſcopali leges condere valet pro tota Diæceſi obligantes, ita ex communi ſchola alij dicunt, licèt non improbabilis ſit contraria; ſed communis ſententia probatur, quia Sede vacante Capitulum ſuccedit in omnem iuriſdictionem, & adminiſtrationẽ Sedis Epiſcopalis, *c.* 15. *qui de elect.*

*de elect. in 6. c. ſi Epiſcopus, & c. Eccleſia, de ſupplend. neglig. Prælator. in 6.* ita Synodum congregare poteſt per Vicarium eiuſdem Capituli, *Gauan. cit. n. 2. & Barboſa num. 22.* extra annum dimiſſorias concedere ordinandis, *Trident. ſeſſ. 7. de ref. cap. 10.* interſtitia remittere, *Barboſa ibi n. 12.* licentiam dare Confeſſarijs, vt etiam à reſeruatis abſoluant, *Moroni reſponſo 76. num. 102. Barboſa alleg. 5. num. 10.* vt aſſiſtant Matrimonio, *idem alleg. 32. n. 123.* & in alijs pertinentibus ad Epiſcopi iuriſdictionem.

47 Sed ordinariam, nam in illis rebus, quæ Epiſcopo competunt iure delegato, vt diſpenſare in Irregularitatibus ex delicto occulto, *Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. &c.* non competit Capitulo, docet vera ſententia, & diſpenſare in dicta Irregularitate iure delegato competit Epiſcopis, vt ex verbis, *Tridentini*, colligitur, & non poteſt Capitulum facere ea, quæ iure delegato competunt Epiſcopo; inſuper neque in iuriſdictione Epiſcopi defendas ſuccedere quoad præiudicalia Eccleſiæ, vel Epiſcopalis Sedis, aùt quæ formaliter actibus ordinis Epiſcopalis competunt, vel iure ſunt Epiſcopo reſeruata, *Barboſa alleg. 36. n. 10. cum alijs, ab eodem etiam citatis alleg. 45. num. 26. & 52. num. 2.*

48 Durante tamen vita Epiſcopi leges pro ſuo Collegio, & Capitulo condere valent Canonici de rebus leuioribus, *c. cũ acceſſiſſent, de Conſtit. c. nouit. de his quæ fiũt à Prælat.* cum in grauioribus Epiſcopus ſit caput Capituli, & eius requiritur licentia, *d. c. cum acceſſiſſent*, & aliquando Papæ, *c. cũ conſuetudo, de Cõſuet.* ſed in leuioribus Decanus, & pro iſtis rebus ſtatur maiori parti Capituli, *Gloſ. in Clem. 2. de ætate, & qualit. verb. in ijſdem, c. vnic. ne Sede vacan. aliquid innouet, & ibi nouiter Barboſ.*

49 Nonò Capitula, & Congregationes Religioſorum leges pro ſtatu ſuo valent cõdere, & pro ſua Religione, & Ordine; & in hoc eſt ſtandum ſuis Statutis, & Priuilegijs particularibus conceſſis à Papa, vt poſſint Regulas, ſeù leges perpetuas, vel temporales condere, & ſecundum ſtatuta particularia hìc decidendum, vt ſupra dixi, *num. 35. ex Lezan.* quem refert, *Bellas. verbo lex. Donatus citatus q. 39.*

50 Decimò declarationes, & Deciſiones Congregationis vim legis non habẽt, *DD. in c. olim de litis conteſt.* opinionemq; probabilem faciunt, quando in forma authentica cum ſigillo Secretarij demonſtrãtur; vt voluit, *Vrban. VIII. & omnes Moderniores docent ſupra relati n. 43.* ſicut, & Deciſiones Rotæ, quæ ſunt doctrinales; *Mar. Vidal. in Theol. moral. tit. de Monialibus, inquiſ. 2. n. 71. cum ſeq. tit. de matrim. n. 47. in q. 4. & tit. de caſib. reſer. n. 91. inqu. 1. Ricciꝰ collec. deciſ. 4140.* & vim habent plurium Doctorum, minorem tamen: quàm declarationes Congregationis, & Cardinalium; *Diana de legibus part. 5. reſolut. 6. Granado 2. 2. controu. 1. tract. 15. diſp. 14. ſect. 2. Ponce de Matrimonio lib. 5. cap. 13. n. 7. Pellizzarius in manuali Regularium tom. 2. tract. 8. cap. 4. n. 24.* qui opinionem probabilem facere, ait, *ex Granado*, & hæc verior opinio; & Regulæ Cancellariæ, *Caual. Deciſ. 17. nu. 22. & 28. Bonacina diſp. 1. quæſt. 1. puncto 4. n. 14. Salas etiam hoc titulo diſp. 11. ſect. 1.* quæ non ſunt ad Comunitates directæ; & ſi contrarium dicat, *Echochier ſuper dictis regulis in rubrica nu. 20. ex alijs*; ſed neſcio quomodo requiſita legis vniuerſalis appropriari iſtis poſſint.

51 Vltimò menti tenendum Communitates, Collegia, Congregationes, Confraternitates ſua ſtatuta, capitula, & leges, ſed impropriè, condere valent, quæ obligant ſolummodò ex cõuentione illorum. in quibus ſucceſſores ſtare tenentur, quãdo Inſtitutores dederunt facultatem, aliter non ita, & poſſunt noua Capitula condere, & annullare antiqua, *DD. in c. ex literis de Conſtitut.*

52 Sicuti etiam communitas perfecta, ideſt hominum degentium in vnum, & vnitim, quæ vniuerſitates propriè dici poſſunt, leges condere pro propria manutentione valent, *l. omnes Populi ff. de iuſtit. & iur. §. ius autem ciuile Inſtit. de iure natural.*

*tural. gent. & ciuil. ibi vnuſquiſq; Populus poteſt ſibi ius conſtituere*.

53 Quæ poteſtas in communitatibus, & Populis gubernatiua, & conſeruatiua communitatis aliquando transfertur in vnum, duos, vel plures, prout ipſi voluerint; adeò vt ſi in vnum modum gubernãdi, & poteſtatem contulerunt, dicitur Monarchia, ſi in plures, & Optimates, nobiles, vel Principes, vocatur Democratia, demùm ſi in plures, quorũ aliqui nobiles, alij de populo, dicitur *ARISTOCRATIA*, vt benè videre eſt, *apud Ariſtot. lib. 4. Polit. cap. 4. & 8, Ethic. cap. 8. Bellarminum lib. 1. de Romano Pontifice, & Eccleſiaſtica Monarchia; Cæſarem diſp. 1. de Romano Pontifice num. 9. cum ſeq. in Eccleſiaſtica Hierarchia*.

54 Petes quartò, quænam ſunt alia requiſita legis, atq; Conſtitutionis, vt obliget ſubditos? Reſpondeas ex definitione, quæ eſt; quod lex dicitur ordinatio rationis, &c. Primùm requiſitum, vt lex ſit licita, honeſta, iuſta, poſſibilis, loco, & tempori conueniens, *c. erit autem lex. 4. diſt.* cũ rationẽ ordinare eſt rationabilia proponere; & quod ratione conſtat lex eſt, *c. Conſuetudo 1. diſt. c. ſana, 9. diſt. l. cum ratio ff. de bonis damnator, Barboſa in axiom. v. ratio*.

55 Secundùm, pro bono communi, *d. c. erit autem lex, & ſupra dixi*, neque pro priuato commodo. Tertium, ab eo, qui curam habet Communitatis, de cuius particulæ veritate ſupra longæuus fuit nobis ſermo; quæ nimirùm ſint hæ perſonæ curam habentes communitatis, poteſtatem legis condendæ habentes.

56 Quartum requiſitum ex verbo, promulgatio, eſt, legem debere eſſe legitimè promulgatam; tunc enim leges conſtituuntur, cum promulgantur, confirmantur, & approbantur, *c. in iſtis, 4. diſt.* idcircò requiritur, vt lex obliget, vt ſit promulgata, & à populo acceptata, *Carena reſolut. 174. num. 2. Donatus Lainenſis, D. Th. Diana, & alij ſupra citati*, & primò de promulgatione; (nam de acceptatione, *dicam infra in vltimo requiſito*.)

57 In vtroque iure non eſt dubium leges promulgandas, tàm Ciuiles, quàm Canonicas, §. 1. *Auth. vt factæ nouæ Conſtit. &c. c. in iſtis 4. diſt.* quæcumque leges ſint, etiam diuinæ; *Sanct. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4.* quæ populo declarandæ, atq; oſtendẽdæ ſunt ſollemniter, & de eſſentia, aliàs non valent, *d. c. in iſtis*, & in publico, atq; manifeſtè, *vt DD. in d. c. in iſtis*.

58 Niſi lex fuerit in publico facta, *c. 1. de poſtul. Prælat.* & etiã limitatur in lege diuina, & naturali, in qua non requiritur ſollemnis promulgatio, ſed quælibet ſcientia obligat, *Sanct. Thom. cit.*

59 Quod in lege poſitiua nõ habetur, *c. ad hæc de poſtulat. Prælat.* in qua requiritur ſollemnis promulgatio, nec ſufficit priuata notitia, vt obliget, *vt ex d. Auth. vt factæ, & d. c. in iſtis, Donatus de legibus in genere quæſt.* 10. notat.

60 Promulgandæ ergo erunt omnes leges, *c. 1. de poſtul.* & non per familias, aùt vicos, ſed in Metropoli Ciuitate, *d. Auth. citat.* illius Prouinciæ, & in Sicilia ſufficeret, ſi promulgarentur Meſſanæ, vel Panormi, [ambæ Ciuitates Principaliores,] ſed Meſſanæ habemus Priuilegium, vt leges, Pragmaticæ, Bullæ Pontificiæ, Conſtitutiones debeant promulgari in noſtra Ciuitate, ad hoc vt obligent, & deſcribi in officio Senatus Illuſtriſſimi; aliàs Meſſanæ non obligant; nec in eius diſtrictu, *vt ex Priuilegio Alphonſi Regis, & aliorum habetur*, nec exequuntur mandata, quæ ſunt contra Priuilegia Vrbis, *Coſta conſ. 2. n. 51. Gloritius reſp. 4. nu. 4.* & praxis docet, quæ vim Priuilegij etiam habet; *Coſta citatus num. 47. & Gloritius num. 26. & reſponſ. 2. num. 24. Giurba conſ. 69. num. 12. & conſ. 94. num. 21.* & non ſolùm Leges, & reſcripta Sæcularia, verùm etiam Bullæ Pontificiæ, *Abruzzus in lectura, de officio eius, cui mand. & c. n. 1279. & Doctores citati*, ſoletq; etiam Pontifici reſcribi, *Baronius de citationibus ſing. 1. num. 6. & 13. ex Barboſa, & alijs*, & pluries, *vt ibi n. 3.*

61 Nec poſt immediatam promulga-

tionem

Digitized by Google

tionem in Prouincia leges vigorem accipiunt, ſed poſt duos menſes à promulgatione facta in Prouincia obligat lex illos de Prouincia *d. §. 1. Auth. vt fact. nou. Conſtit. poſt inſinuationem earum poſt duos menſes valeant*, rationem aſſignat Tex. *quia non ſunt culpandi illi, qui leges noſtras poſitas ignorauerint*.

62 Ideò vt notitia legis poſſit commodè diuulgari ad omnes ex Prouincia datur à lege illud tempus. Et declarauit, *Pius IV. in Bulla declarationis pro tempore obſeruationis Concilij Tridentini*, vt adducit, *Baldell. diſp. 14. in fin. de legib. & Donatus citandus*, atque regulariter promulgatis legibus in Curia Principis, aut in Metropoli Prouinciæ attendendum eſt ad loci diſtantiam, vt lex obligare poſſit, quæ arbitrio Iudicis relinquitur. *Abb. in c. cognoſcentes n. 8. de Conſtitut.* ſiquidem viciniores præſumuntur citiùs ſcire, *arg. c. quāto de præſumptionib. Donatus de legibus queſtion. 11. 12. 13. & 14.*

63 Neque admittas ſententiam dicentium in legibus Papæ nō requiri promulgationes, & ſpatium duorum menſium, *in d. Auth.* requiſitum: nam præter *dictam Bullam Pij IV. & Gloſſ. in cap. 2. de poſtulat. Prælat. & in c. nouerit, de ſent. excommun.* euidenter reprobatur illa ſententia, *arg. ex c. 7. de Conſtitut.* ibi; Papa dicit velle ſtare Conſtitutionibus, & Legibus Ciuilibus, quandò nihil ſtatutum eſt contra ius Canonicum, *c. 1. de noui oper. nunciat.* non ergo hęc lex contraria inuenitur, ergo ſtādum determinationi iuris Ciuilis.

64 Neque obſtat Decretales libros nō eſſe promulgatos; & tamen vim legis obtinere: nam Reſponſio facilis eſt, quia datur tacitus Cōſenſus, & acceptatio in illis, cum quotidiè ſint acceptati, & amplectuntur à Doctoribus, & Collegijs, atq; practicantur inter Viros doctos, & ita intelliguntur ſatis promulgati; cum pro his ſit legis promulgatio, non pro plebe ignara, Itá multi, ſed alij, & benè etiam dicunt fuiſſe promulgationem, licèt non ſit nobis hoc notum; ſicut alij in verbis diſcrepantes, qui aſſerunt non requiri promulgationes in Prouincijs pro Legibus Papalibus, ſed ſufficit, quod fiat Romæ promulgatio, ſed ſolet ſemper Pontifex ſtatuere tempus ad obligandum fideles omnes poſtea, & ita præſentes ſtatim obligantur, abſentes elapſo illo tempore, ità *Donatus, qui ſupra queſt. 17. num. 11.* & hoc idem incidit cum determinatione *d. Auth.* vt patet ex dictis: fruſtra ergo laborantur cōtrarij.

65 In Regno noſtro præcipuè ſtante Capitulo Regis *Martini cap. 32. Alphonſ. cap. 393.* non obſeruantur Bullæ Pontificiæ, & reſcripta ſæcularia, ſiuè Eccleſiaſtica, niſi conceſſis litteris exequutorijs, & cognitis, audito Regio Fiſco pro Regia iuriſdictione, vel tertio, cuius intereſt, aliter non exequuntur, & obſeruantur; cū Principis mandatis non eſt parendum, *Amatus reſol. 72. n. 26. Latro conſult. 170. n. 3. & deciſ. 174. n. 4.* quando adeſt præiudicium tertij, vel ſunt contra ius, & conſuetudinē Ciuitatis, *Baronius ſingul. 1. n. 5. & in annot. tom. 3. poſt tex. in c. intimaſti de appell. l. 1. & fin. C. de relat. l. nemo Iudex C. de ſent. & interl. iud.* & interim reſcribitur Principi, & expectatur ſecunda iuſſio, *§. hoc verò Auth. vt nulli Iudic. l. ſi vendicari C. de pæn. c. ſi quando de reſcrip. Gloſ. in §. ſi quis autem verſ. nuncians Auth. de mandat.*

66 Et in Bullis, ſi obreptitiæ, & ſubreptitiæ, ſi contra ius Regium, &c. retinentur, & reſcribitur humiliter Sanctiſſimo, lege *Salgadum de retentione Bullarum, & ſupplicatione ad Sanctiſſimum. Amat. reſol. 72. nu. 29. Eltſaum Danza pugna Doct. tomo. 2. de Pragmatic. publicat. Baron. ſingul.* 1. & aliquando reſeruatur ius coram delegatis ipſius Bullæ, qui quia Eccleſiaſtici timent non exequi Bullas. Neſciunt ignari facultatem habere à iure, vt notat, *Gloſſ. in d. §. ſi quis autem*, neque dicitur abſolutè, quod Bullæ non exequuntur, & mandatis Papę non obtemperatur, ſed ſuſpendūtur, & interim conſulitur meliùs Sanctiſſimus, vel Princeps de negotio, & Reſponſio expectatur, & præiudicium illis non infertur ſi ſuper ſedetur in exequutorijs mandatorum,

torum,

torum, ſuorum, & aliquando allegantur contra Priuilegia; quia hoc eſt illos informare, de iure tertij, & Priuilegijs, *Giurba conſ. 39. n. 46. cum ſeq. Gloritius reſponſ. 2. n. 23. Coſta conſ. 2. n. 56. cum ſeq.* nec Princeps ius tertij tollere præſumitur, *Cancerius variar. reſol. par. 3. cap. 3. n. 102.* cũ alijs.

67 Solentq; poni à partibus emparæ, quibus non exiſtentibus exequũtur abſq; citatione reſcripta, *Baronius de cit. ſingul. 1. n. 3.* & intra annum à die datarum literarum, *Muta, Maſtrilli, & Baron. mox. cit.* ſicut in Regno Neapolis, *Capycius latro deciſ. 174. n. 1. & 3.* quo elapſo amplius non exequuntur, *Sanfelici deciſ. 359. idem Capycius conſult. 52.* nec ex diſpenſatione Proregis ſtantibus illius Regni Pragmaticis, *idem Sanfelici*, quod in Regno noſtro non obſeruatur ſolentq; Principes ex cauſa ſibi beneuiſa diſpenſare teſtatur *Baron. ex Maſtrillo de Magiſtratibus*, ſed in reſcriptis Apoſtolicis tendentibus contra perſonas Eccleſiaſticas, aut Eccleſias ſæculares, vel regulares difficiliter de iure defendi poſſet concluſio, ratione poteſtatis nõ exiſtentis in Principibus laicis circa res Clericorum, & Eccleſiarum, idcirco ius commune ſeruandum dicas, & ſaltem Capitula Regni, ſi non adeſt inueterata conſuetudo, ſtyluſue contrarius exequendi talia reſcripta Eccleſiaſtica etiam non obſtante lapſu anni cum diſpẽſatione Proregis, &c. *arg. eorum quæ infra ſum dicturus deciſ. 10. n. 53. & deciſ. 11. n. 134.*

68 Quartum requiſitum legis eſt ſecũdum aliquos, vt ſit ſcripta. Quorum opinio reprobatur ab alijs; nam ex §. *ſed quod Principi inſtit. de iure natur. gent. & Ciuil.* ibi: *quod Principi placuit vigorem legis habet*, ergò quomodolibet lex lata ſit, ſiuè ſcriptura, ſiuè non, ſuum vigorem habet. Ita probat etiam, atq; confirmat Concluſionem. *Philoſophus in Ethic. cap. 9. & habetur in c. conſuetudo 1. diſt. c. inſtitutiones 25. q. 5.* ibi, *ſiuè quæ ſcripto decreuimus, ſiuè quæ in noſtra præſentia videntur diſpoſita eſſe*, & ex ciuilibus, *in l. de quibus ff. de legib. & in l. 1. C. de legib. Hieronymus Claras Brixianus in Proam. extrauag. Ioan. 22. in fin.* hoc ſtricto argumento loquendo.

69 Sed ordinariè, & cõuenienter ſcriptura lex confirmatur, atque publicatur, *l. humanam C. de legib. c. benè quidẽ 96. diſt. c. quod quis 39. q. 9. c. legum 2. q. 9.*

70 Rurſus, & ſcriptura in humanis actibus, & præcipuè Eccleſiaſticis in multis requiritur, cum per ſcripturas loquantur homines, *arg. gloſ. in extrau. conditores de verb. ſignif. verſ. loquitur*, & facta æterna redduntur, vt in cognitionem illorum veniant homines, & de conſenſu conſtet, *Menoch. conſ. 1168. n. 15.*

71 Præcipuè in ordinatis, qui ſcriptura dignoſcuntur, *c. 1. & tota diſt. 73.* & litteræ vocantur dimiſſoriales, ſeu commẽdatitiæ; nam illis Clericus dimittitur, & abſoluitur à poteſtate Epiſcopi, in cuius præſentia, vita, & fama ordinantis examinantur, atque ab eodem ordinatur, vel alteri commendatur, vt ordinetur, *arg. l. dimiſſoria ff. de verbor. ſignif.* ibi *dantur appellantibus cum dimittuntur de vno ad aliud Tribunal. gloſ. in c. fraternitati de Cleric. non reſiden. verſ. commendatitiæ.*

72 Secundò requiritur Scriptura in appellante, *c. poſt appellationem 2. q. 6.* Tertiò in cõuentionibus regularitèr, *§. appellatur 3. q. 6.* Quartò in baptizandis; nã nomen in ſcriptis dari debet, *c. legum 2. q. 1.*

73 Quintò in vẽditione rerum Eccleſiaſticarum, *c. Caſellas 10. q. 2.* Sextò in Legatione, *c. nobiliſſimus 97. diſt.*

74 Septimò in Sententijs proferendis, *c. in primis 2. q. 2.* ſub nullitatis pæna, *c. ſtatutis, & c. legum ibid.* Octauo in electione, *c. quanto 53. diſt.*

75 Nonò in excommunicatione, *c. cura 11. q. 3.* Decimò in accuſatione, *d. c. Legum 6. q. 1.* Vndecimò in profeſſione Regularium, *c. vidua 20. q. 1.* Duodecimò in reconciliatione, *d. c. Legum*, Decimotertiò in excuſatione Prælati non venientis ad Synodum, *c. placuit 18. diſt.*

76 Decimoquartò in datione pœnitẽtiæ, *c. qualis in fin. 30. q. 5.* Decimoquintò in reconciliatione, *c. Legum 2. q. 1.* & in mul-

multis alijs Caſibus ex argumentis ſupra allatis. Vide *Riccium coll.deciſ.240.qui ex gl. in c. 1. §. poſtquam de cenſibus in 6. 34. caſus in quibus requiritur ſcriptura enumerat; cum Doct. etiam allatis à Barboſa ſuper dicta gloſa; & Iordanum tom.3.elucub. libro 14.de fide inſtrumentorum num.515.*

77 Quintum requiſitum in lege eſt, vt à Populo acceptetur; poſt promulgationẽ enim legitimam attenditur ad acceptationem Populi, & promulgetur lex ſub tacita conditione ſi acceptetur à Populis, *gloſ. in c. 1. verſ. frangere de treug. & pace*, & verba ſunt aperta *in c. in iſtis verſ. leges 4. diſt*, ibi *leges inſtituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur*; & ratio eſt, quod ſicuti moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges abrogatæ ſunt; ita moribus vtentium ipſæ confirmantur, & iuriſconſultus *in l. de quibus ff. de legib.* idem confirmat.

78 Inſuper etiam probatur, quia legis condendæ in Principe poteſtas fuit à Populo delegata; ergo eius voluntas in legẽ ferenda pendet ab acceptatione Populi: non enim mores Populi regendi à principe, ſed principum leges à moribus Populi regendæ ſunt, & ſecundum vſum Regionũ regulandæ: aliter Tyrãni nomen, non optimi Gubernatoris habebũt: ergo ſi leges etiã promulgatæ inueniũtur, quæ non acceptantur: & etiã Principi reſcribitur aliquando, vt ſupra dicebam, nec iſte poteſt ex ſuis mandatis iura populorum tollere, *c. ſi quando de reſcriptis, c. cum teneamur de prabendis*, ibi *ſubſtinemus, ſi mandatũ noſtrũ non duxeris exequendũ, DD. ex Cancerio, ſupra cit. n. 66.* quãdo ergo aliquid mãdant Superiores, & eſt contra populorum ſtatuta, mores, Priuilegia, &c. non exequitur, nec debet exequi à populis iuſſio, nec Princeps hoc intendit, ideò dicitur legẽ ex acceptatione populi pẽdere, q examinare hoc modo illã debẽt, *vt ſup. dicebã*, nec hoc eſt præiudiciũ Principis; qui præiudicium inferre non intẽdit, & populi non acceptãtes, nec inobedientes dicuntur, ſed iura ſua defendũt, & Conſuetudines, iniuſtũq; facere dicitur Princeps, ſi non obſtantibus his, leges facit, *Coſta conſ. 1. & 23. Menoch. conſ. 350. n. 31. Moroni reſp. 39. n. 34.*

79 Necnon, ꝙ fortiùs eſt, leges etiam adsũt acceptatæ, quæ in deſuetudinẽ abierũt. Vide *DD. in d. c. in iſtis*, quod minimè nouũ erit, cũ in dies, & Leges, & Canones, & Pragmaticales Conſtitut. & Cõſuetud. ceſſare videamus, quæ q a abrogatæ nõ allegãtur, *gl. in c. nouit. verſ. qcũq; de Iudicijs.*

80 Benè verũ ꝙ correctio Legũ vitãda quantũ fieri poteſt, §. *tribus Auth. quib. mod. natur. effician. ſui*, & expreſſa debet fieri correctio, §. *ſicut Auth. de nõ alienãd. &c.* & nota ꝙ peccat, qui legi, & præcepto Principis, vel Superioris nõ pręſtat obedientiã abſq; cauſa: quia leges ciuiles etiã obligãt in cõſciẽtia, *Baldell. de leg. diſp. 5. cũ cõmuni Doct. Donat. cit. q. 18. 24. 25. cum ſeq.*

81 Qui his omnibus poſitis iu lege ex ea oriri obligationẽ, vt ſeruetur ab omnibꝰ benè formãt. Sed diſtinctè, & breuitèr procedẽdo fundabis regulã ad leges Superiorũ oẽs teneri, qui ſubditi illorũ sũt; nã ſuppoſito vt veriſſimo, eſſe in Eccleſia poteſtatẽ ferẽdi leges, & cõtrariũ dicere hæreticũ eſt, ex verbis *Chriſti Dñi Matth. 18. Ioan. 20. data eſt mihi omnis poteſtas in Cęlo, & in terra. Sicut miſit me Pater, ego mitto vos*, & alibi, *omnis anima poteſtatibꝰ, et ſuperioribꝰ ſubdita ſit, Clem. ad noſtrũ de hereticis.*

82 Ergo obediẽdũ Superioritatẽ habẽtibꝰ, & leges ferẽtibus, *d. c. erit 4. d.* etiã ſi Superiores tẽporales ſint; *ex Epiſt. Pauli ad Roman. 13.* ibi. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*; cũ oĩs poteſtas à Deo ſit.

83 Ex quo Tex. inducitur, quod omnes leges etiã ciuiles ſub pęna peccati mortalis obſeruãdæ ſunt, vt dicebã *n. 80.* cũ Regibus, & Principibus etiã, nõ ſolũ Papæ teneamur obedire; en denuò, *Paulus ad Titũ 3. ſcribens [Admone illos Principibus, & Poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire ad omne opus bonũ paratos eſſe,] &c. & Petrus Apoſtolus epiſt. 1. c. 2. Subditi, ait, igitur eſtote omni humanæ Creaturæ propter Deũ, ſiuè Regi, quaſi pręcellẽti, ſiuè Ducibꝰ, &c.* & paſsĩ alia loca vidẽda apud *Sayr. de leg. lib. 3. c. 6. Bal*

*dell.*

*dell. citat. & Donatum*, & pro Concluſione, *Petrus de Gregor. de cenſibus qu. ſt. 3. n. 27. Marcus Vidal. in Theolog. moral. tit. de ſubdito ad oblig. legis Inquiſ. 2. per totam*, *Diana part. 1. tit. de legibus reſol. 1. & ſeq. Moron. reſpon. primo nu. 20.* qui etiam dicit eſſe de fide, *ex Solone*, & ratio eſt, quia omne imperium à Deo eſt, *Vaſquez contron. lib. 1. cap. 20. nu. 4.* & lex humana eſt quædam regula à diuina deriuans, *S. Th. 1. 2. q. 93. art. 3. Vidal. citatus n. 1. idem Vaſquez cap. 21. n. 9.* niſi fuerit fundata in præſumptione, & veritas facti alitèr ſe haberet, *Moroni cit. n. 21. Vidal. num. 83. Diana, Laiman. Megal. & alij cum Abruzzo de ſeruitijs perſonalibus tom. 1. ad cap. 62. Ferdin. n. 700.* quo caſu non obligat in conſcientia, quia veritas præſumptioni præualet, & omnibus rebus, *arg. c. cum aliquis 24. q. 3. c. quisquis 11. q. 3. function. abſit, & c. nalite, Eſdre c. 1. Veritas magna eſt, & fortior præomnibus l. Imperatores § pen. ff. de prob. clem. ſæpè de verb. ſignif.* nec occultanda, *Giurba deciſ. 94. n. 18.*

84 Inſuper non ſolùm ſubditi, & vaſſalli, atque Ciues originarij, & qui bona habent in aliquo loco tenentur ad leges Principis; & Eccleſiaſtici ad leges Papæ, Epiſcopi, &c. ſi degant ſub eorum cura, & iuriſdictione, vt meliùs dicã infra *n. 104.* ſed etiã aduenæ, & Peregrini, qui obligantur ex legibus illius loci, in quo morantur, & ad præſens reperiuntur, dummodo ad tempus degant, ex quo poſſint domicilium contrahere, vel delinquant, &c.

85 Ad hoc autem, vt cognoſcatur veritas concluſionis, ſupponas aliqua circa nomen domicilium pro præſenti materia, & ordinis, diſpenſationis, matrimonij, & aliorum.

86 Quod domicilium nil aliud eſt, vt dicunt Ciuiliſtæ, *in l. domicilium ff. ad municipalem, & in l. 1. C. de Incol. lib. 10. & Canoniſta in c. fin. de Paroch.* quàm domi apportatio, ſeù familiæ in aliquo loco, & triplicitèr poteſt contingere. Primò ratione habitationis; quod vocatur accidentale, in quo enim quis ſolitus eſt ex maiori parte temporis habitare, & reſidere, ibi dicitur domicilium habere, *d. c. fin. de Paroch.* & in quo habet beneficium Clericus, habet domicilium, *c. poſtulaſti de foro competenti*, ſicuti vbi quis dignitatem tenet, ibi domicilium etiam habere dicitur, *l. tres tantummodo C. de officio Præfect.* Secundò domiciliũ acquiritur ratione maioris partis Patrimonij, *l. 2. C. vbi Senat. &c. d. c. poſtulaſti, gl. l. fin. C. de præſcript. longi temporis*, & ſi in diuerſis locis quis ſolitus ſit habitare, in vtriſq; dicitur habere domicilium, *l. aſſumptio § filius ff. ad municipal.*

87 Tertiò acquiritur domicilium ratione tantum originis, & natiuitatis, quãuis quis incola ſit alterius Ciuitatis, vt ſi alibi à Patre, & Matre Meſſanenſi, quis domicilium, & habitationem ſimplicitèr habeat, dicitur Meſſanenſis, & noſtris gaudet Priuilegijs, & Immunitatibus, *arg. l. filios C. de municip. lib. 10.* extra hos caſus, & qui modis prædictis non acquiſierunt domicilium dicuntur aduenæ, vagi, & Peregrini. Diciturque domicilium originis ab alio habitationis differre, quia immutabile eſt domicilium originis; non ita illud, nam Patria negari non poteſt, *l. domicilium l. aſſumptio ff. ad municipal. Giurb. obſeru. 75. num. 16.* vel clariùs dicas, cum alijs, quod domiciliũ, aùt eſt naturale, aùt accidẽtale, & comune, ſeù voluntariũ, aùt legale; naturale prouenit ex origine propria, vel paterna, *d. l. aſſumptio*; & ſi non appareat, vbi quis habet domicilium; in loco originis præſumitur habere; *Maſcardus de prob. concl. 534.* accidentale dicitur locus, quem quis ſibi aſſumit, vt ibi maneat perpetuò; Comune, eſt Curia Principis, vel Regis, aùt Roma, *l. Roma ff. ad municip.* legale domiciliũ venit ex iuris diſpoſitione; ideò domiciliũ naturæ acquiritur ſolũ per originem; iuris diſpoſitione acquiritur 15. modis relatis, à *Farinac. in fragm. crim. verb. domicil. Et Iordano tom. 3. var. elucub. lib. 13. tit. 8. nu. 230. & tom. 1. de Sacramentis*, vt per legem, vel ſtatutum, per Principis reſcriptum, aùt Priuilegium; Tertiò per adeptionem dignitatis. Quartò per

adeptionem præfecturæ. Quintò, per Monacatum. Sextò, per Clericatum; Septimò per militiam. Octauò, per Senatoriam dignitatem. Nonò, per lecturam. Decimò per matrimoniũ. Vndecimò, per manumiſſionem. Duodecimò, per adoptionem. Decimotertiò, per ſucceſſionem. Decimoquartò, per relegationem. Vltimò, per rationem comunis Patriæ, *ita Doctores citati ex Mariano Soccino*.

88 Voluntate, puta cum quis habitat per longum tempus in aliquo loco, *l.2.C. vbi Senatores, &c.* vel domum, & familiã apportat, maioremque partem ſui Patrimonij habet, *d.l.2. Farinacius citatus num. 209.* & habitatio decennalis, vel alia ſpecies habitationis concurrentibus coniecturis facit præſumptionẽ in aliquo, quòd nimirùm habeat animum perpetuò manẽdi, vt vera docet ſententia, nec de forma decennium requiritur, quod ſolùm ſtat pro animi probatione, nec excludit alias probationes, adeò vt ſi ex alio capite animus præſumi poſſit, certè valeret probatio, & ſi non eſſet decennalis poſſeſſio, & habitatio, *Farinacius citatus n.206. Narbona, Riccius, & alij apud Barboſam in collec. ad ſeſſ.23. de ref. cap.8. Trid. n.29.* ſolaque animi declaratio domiciliantem facere non poteſt, *arg. l. ſi in Patria C. de incolis*, ſed habitatio requiritur, & animus manendi, qui colligitur ex diuturna habitatione, familiæ apportatione, Patrimonio, receptione beneficij requirentis reſidentiam, *Tuſcus, & Farinacius citatus nu. 226.* aùt ſi Priuilegium Ciuitatis impetrauit, quo ius Ciuitatis petebat, *Decius conſ. 283. Alciat. in l. pupillus 239. §. incola ff. de verb. ſignificatione*.

89 Et Meſſanæ Domicilium acquiritur, vt poſſit quis ligari ſtatutis noſtris, ſicuti, & gaudere noſtris Priuilegijs tamquã verus Ciuis, ſi per annum, menſem, hebdogmatam, & diem habitauerit, & alibi domicilium non habuerit, *vt ex Ferdinandi Regis Priuilegio habetur*, & recedentes ciuilitatem amittũt, vt ibi, dummodo animum non redeundi habeant, nec ex cauſa Reipublicæ abſuerint, *Giurba Obſer. 30. n.6.* & animus coniecturis probatur, *Menochius, Barboſa de off. Epiſcop. & alij, apud Giurbam citatum Obſeru. 46. n.4.* vel geſtis antea, & poſt, *arg. l. ſed & Iulianus §. pen. ff. ad Maced. §. pacto num. de rer. diuiſ. Oliuerius Reſponſ. 12. n. 12. Surdus conſ. 540. nu 44. Cephalus conſ. 12. n. 11. Ruinus conſ. 16. n. 10. Tuſcus tom. 4. concl. practic. lit. 1. concl. 269.* vt ſi quis familiam apportauit, animum non redeundi habere præſumitur; & ex ſupradictis colligitur; ſecùs ſi per vnũ, aùt alterum negotium receſſerit, quo domicilio mutato omnes effectus ciuilitatis, & domicilij mutantur, *Surdus conſ. 437. n. 16. Cutelli deciſ. 33. tom. 2. num. 3. Giurba citatus Obſeru. 100. num. 17.* cum tales ſint effectus ciuilitatis domicilij, & aliorum, *arg. l. filij §. municipes ff. ad municipalem, Menochius de præſumps. lib. 6. præſump. 42. num. 51. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 23. num. 4.*

90 Non ita in Ciue originario, quia origo mutari non poteſt, *arg. l. origine C. de municip. l. aſſumptio ff. ad municip. Menochius citat. n.4. Gratianus diſcep. 75. nu. 10. Brun. à ſol. in locis communibus verb. domicilium n. 3. Giurba citatus n. 16.* idcò Meſſanenſes Ciues, eorumuè deſcendentes etiam ſi habitent alibi ſemper tales ſunt, & ijſdem fruuntur Priuilegijs, *Giurba Obſer. 78. n. 2.* & in matrimonio mutatur, adeò vt Ciuis originarius alicuius loci ducens vxorẽ in alio loco efficitur Ciuis loci vxoris, *Giurba Obſeru. 18. & Obſeru. 100. Cutelli citatus nu. 2.* & è contra Originarius Ciuis putà Meſſanenſis exteram Meſſanæ ducens illam Ciuem Meſſanenſem facit, *d. Obſeru. 100. nu. 18.* & durat ciuilitas durante matrimonio, vel viduitate manente, non vltra, vt deciſum affert, *Giurba citatus, & Coſtu conſ. 80. n. 41. Cutelli d. deciſ. 33. n. 4. cum ſeq.* atque etiam forum mariti ſequitur vxor in viduitate permanens, & Priuilegijs vtitur, *Milan. deciſ. 9. lib. 1. Staibani reſol. 24. n. 7. Giurba Obſer. 77. n. 21. in fine*, quia adhùc retinet domicilium, *Menochius conſ. 667. num. 2.* ſi honeſtè, *Cauerlus*

var.

*var.reſol.part.2.cap.2. num.*8. *Carneual. de iud.tom.1.diſp.2.nu.*553.

91 Duplicem igitur quis habere poterit ciuilitatem, *l.aſſumptio* §.*viris ff.ad municipalem, Marta, Capicius latro conſ.*128. *n.*27.*&* 31.*Honded.Menochius,& alij,apud Maſcardum de prob.concl.*534.*nu.*26. ſed ſi, ex his ad plures dignitates, & officia concurrere deſiderat, vno aſſumpto ex vna ciuilitate, alteri renunciatum cenſetur, nõ facta expreſſa renunciatione vnius, & in Regno obſeruatur, *ex Cap.Regni Ferdinãdi Regis* 112.*quod adducit Giurba Obſe.*78. *num.*6. *cum ſeq. Nepita ad conſuet. Catina tit.*2.*conſuet.*1.*nu.*44.*& conſuet.vn. tit.*51. *n.*44.*Cutelli,qui ſupra nu.*8. iuribus enim ſuis quilibet renunciare poteſt, *l.ſi quis in conſcribendo C. de Epiſcopis , & Clericis l. pen.C.de pactis,c.tuis verſ.niſi de teſtibus,c. ad Apoſtolicam de regul. c.ſi de tertia de Priuil.Gloritius reſp.*1.*part.*3. *num.*42. *Tuſcus tom.*6. *lit.B. concl.*170. *Barboſa in l. alia* §. *elegantèr ff.ſol.matrim;Leo Theſau.fori Eccleſ.part.*2.*cap.*7.*nu.*42. *Tiraq. de iure primog.quaeſt.*24.*nu.*4. praecipuè cum non ſint ad vtilitatem publicam, *arg. l.ius publicũ ff.de pactis c.ſi diligenti de for. compet. l.*1. §.*huius ſtudij ff. de iuſtitia,& iure,Sãchez, Couar; Suarez, & alij cũ Barboſa in axiom. ver.ius n.*13.*&* 14. ſecùs è contra, *Giurba conſ.*59. *num.*38. vt ſunt Priuilegia Meſſanae, quae Vrbi principalitèr, & Ciuibus ſecundariò, conceſſa ſunt; ideò quia ad fauorem publicum renunciari non valent, *Idem n.*38.*Gloritius reſp.*4. *nu.* 34. nec per nõ vſum, *idem reſp.*1.*n.*173.aùt contrariũ vſum amittũtur, *n.*110.*&* 111.*cũ ſeq.Coſta conſ.*2.*n.*5. & in Ciuitate Panormi, in qua habetur Priuilegium Ciuibus conceſſum, vt non valeant renunciare Priuilegijs, & beneficijs Ciuitatis, *& Vidi impreſſum circa finem ſuarum Conſtitutionum*.

92 Quod ſi,exterus adduxerit vxorem praegnantem in alio loco, & caſu, vel ex propoſito naſcatur, ex hac filius, non efficitur Ciuis, ſi animum non permanendi Pater habuerit, *Giurba Obſer.*75.*n.*10. ſeù de facto non habitauerit, *idem Obſeru.*76. quem vide examinantem quando ex baptiſmo acquiratur ciuilitas loci, vbi baptizatur quis: & puto veram opinionẽ quando quis exterus adducitur Meſſanae v.g.vt baptizetur, vel in alio loco, efficitur loci ciuis, & optimè ciuilitas probatur ex fide Parochi, *Iord.in elucub.varijs tom.*3.*lib.*14. *tit.*20. *nu.*48. ſed opponi huic poterit hoc factum in fraudem, quando non fuit ſecuta habitatio, nec ex aliquo caſu quis coactus ad habitãdum extra Ciuitatem, vbi fuit baptizatus, puta ob negotia domeſtica, & ſimil. quod probari, & demonſtrari debet ab opponente, *arg. l.*2. *C. de prob.c. in praeſentia ibid.c.cum* 1.*&.*4. *de ſent.& re iudic.c.quia iuſta* 5.*q.*6. *c.iurauit de prob.at.*

93 Atque hi omnes Ciues naturalitèr, ſeù originarij, aùt accidentalitèr habitãtes nimirùm, electione, Priuilegio, & per ductionem vxoris *l.ſi Patria cum ſeq. C. de incol.lib.*10.*Cutelli cit.ſupra n.*1.*&* 2.quaecunque ſit habitatio requiſita ſecundùm varietatem Priuilegiorum, & determinationum, vt quinquennij, ad cõcurrendum ad officia, *idem nu.* 13.&vt poſſint doctorare, & eſſe in Collegio Doctorum, per ductionem vxoris Meſſanae, à die matrimonij, nã in originarijs ſolùm à die Doctoratus,Prioritas computatur, *vt habetur in Capitulis ſtudij cap.*2. *& dicam infra nu.* 100. *& ſimil. Fontanella de pactis clauſ.*3. *gl.*2.*n.*1.*&* 74. *& Nepita cit.conſ.*1. *nu.*30. gaudent Priuilegijs Ciuitatis, & locorum, ipſi eorumuè deſcendentes, maſculi tamẽ ſecundum *Giurba opinionem Obſeruat.* 77. *num.*1.*&* 4. ſeù deſcendentes ex maſculis; quia immunitatis Priuilegium non tranſit ad deſcendentes ex faeminis, *ait idem Giurba*, à cuius opinione recedit *Coſta conſ.*80. *n.*13. qui Obſeruationes illius tẽporis adducit.

94 Et certè dubitabilis eſt quaeſtio, nã Doctores aſſerentes deſcendentium appellatione in Priuilegijs non venire maſculos ex faeminis, loquuntur. in Priuilegijs praeiudicialibus tertio, aùt quando familiae conſeruatio inſpicitur, *Rota Rom.in vna Romana Menſa numularia ſub die* 30. *Iulij*

*Iulij anno* 1614. *coram Coccino apud Farin. deciſ.*663.*n.*22.*p.*1.*recent. Menochius conſ.* 1036.*& conſ.*976.*præcipuè conſ.*930. *n.*20. *&* 35.*&* 400. *n.*47. vel quando ſunt contra ius tertij, ideſt aliorum Ciuium, & conſequentèr odioſa, non ita ſunt Priuilegia Meſſanæ, quæ ſoli Regi concedenti præiudicant, *vt idem Coſta ex Bologn. & alijs docet*.

95 Nec obſtat, *tex. in l.*1.*ff. de iure immunitatis*, qui clarè loqui videtur de poſteris ad familiarum conſeruationem, non ita quando perſonæ eximuntur, & Ciues quorum appellatione fæminæ, earumuè deſcendentes veniunt; ſunt enim ex Gente Meſſanenſi; *Menochius conſ.*825.& proſapia, *Simon de pratis de interpret. vltim. volunt.fol.mihi* 292.*n.*66. *Fuſarius de ſubſtit.quæſt.*333.*nu.*2. ipſæ earumuè deſcendentes, *Barboſa in appell.verb. Proſapia in fine*, atque ex linea, *Rota Romana apud Farinacium cit.part.*2.*recent.deciſ.*226.*nu.*3. *Baldus conſ.*334.*n.*10.*lib.*3. *Caphalus conſ.* 413.*n.*18.*Menochius conſ.*623.*n.*9. Sobole, *arg.l.*1.*ff.ſol.matrim.l.*3.*de naturalib. liberis l.cum ſatis C. de agricolis, & cenſitis lib.* 41. & Stipite, *Fuſarius citatus quæſt.* 337. *num.*4.*Molina de primogenijs Hiſpan.lib.*3. *cap.*4.*n.*10.*Pariſius conſ.*35.*nu.*5.*lib.*3. etiã ſi nuptæ ſint, *Giurba citatus.n.*21.

96 Odioſum ergo eſt Immunitatis Priuilegium, *Natta conſ.*64.*n.*8.*Barboſa in appell.appellatiuo* 70.*n.*21. ſed reſpectu concedentis, non ſubditorum, pro quibus extenditur, quando ampliſſimis verbis conceſſum eſt, ita vt nullo modo, aùt alio ſtatuto, Pragmatica, vel interpretatione, offuſcari poſſit, prout eſt noſtrum Priuilegium immunitatis omnium Ciuium Meſſanenſium, eorumque filiorum in perpetuũ, &c. & diſtrictualium, *Coſta citatus, & conſ.* 2.*n.*87.*& conſ.*23.*n.*11, Ciuitatum, & Terrarum, nimirùm intùs eius fine exiſtentiũ, *idem n.*23. quod eſt Priuilegium maximũ Meſſanæ ſolùm conceſſum, vt habeat diſtrictum in Sicilia, *idem Conſ. n.*98. *Giurba ad conſuet.Meſſan. in proemio nu.*34.*&* 35. & Priuilegia terraſq; diſtrictuales nouitèr adducit., *Placidus Reina in ſuis Hiſtorijs Ciuitatis Meſſanæ part.*1.*fol. mihi* 281.*&* 283. & de iuriſdictione Straticoti in his terris, *infra deciſ.*8.*n.*4. *dicam*.

97 Nec ſolùm filij legitimi, & naturales, & deſcendentes, maſculi, & fæminæ, &c. ex Meſſanenſibus ſunt exempti, ſed adoptiui, qui Ciues efficiuntur per adoptionem, *Menochius conſ.* 1260. *num.*8. ex Ciuitate adoptantis, ſicuti ex familia, *idem conſ.*1261. *num.*25. non mutata prima originis ciuilitate, *Giurba Obſeru.*78.*n.* 4.*tex.optimus in l. in adoptionẽ C. de adopt. Noalius de tranſmiſſionibus caſu* 32.*n.*5.

98 Legitimati etiam filij, & baſtardi cũ ſint, ſicuti veri filij, *Cancerius variar. reſol. part.*2.*cap.*1.*n.*198 *Barboſa in appell.verb. filius n.*36.*cum ſeq.* & veri Ciues, *l.*1.*ff. ad municipalem*, originem Patris ſequentes, Adoptiui, Legitimati, & Naturales, & Legitimi, *d.l.*1. *& l.filios C. de incolis lib.*10. *gl.in d.l.*1.*verſ. parentibus*; licèt baſtardi, & vulgo quæſiti matrem, eiuſque originẽ ſequantur, *l. eius ff. ad municipalem d.l.*1. ciuilitatemque ex propria, *l. origine propria C.de incol.lib.*10. & ex matris origine ſortiuntur, *gl. in d.l. filios verſ. non in materna, l.qui in vico ff.ad municip.l.cum legitimè ff.de ſtat.homin.* & ita honores, & Priuilegia Ciuium habere debent, ſicut alij iuribus citatis, & ſicut originarij, ſi nõ habitant, animumque non deferendi habent Priuilegijs gaudent: non ita Ciues accidẽtalitèr ſuſcepti, puta ex Priuilegio, aùt alio modo ſupradicto, qui habitare debent in Ciuitate, & onera illius ſuſtinere, vt Priuilegijs fruantur, *Menochius conſ.*1060.*n.* 31.*&* 34.*& conſ.*738.*n.*3.*Surdus de alimẽtis tit.*9.*quæſt.*44.*n.*44.*& conſ.*437.*n.*1. *Afflictus deciſ.* 384.*& ibi Vrſillus nu.* 4. *&* 5. quæ concluſio circa hos Ciues comuniſſima eſt, vt habitare teneantur in Ciuitate, vel in ſuburbijs, *arg.c.ſi Ciuitas de ſent.excom.in* 6. nam habitans in Caſalibus, & diſtrictu, dicitùr eſſe in Ciuitate, ſicut ſi in ſuburbijs, *Capicius latro conſult.*69. *nu.*19. *&* 20. quia caſalia, ſuburbia, & diſtrictus, veniunt Ciuitatis appellatione, *Barboſa in appell.*

*appell.verb.Diſtrictus,n.1.& Verb.Ciuitas, Riccius coll. deciſ.*1386. *de Franchis deciſ.* 694. *Maroni reſp.4.nu.60. Baronius de citationibus,ſing.26.n.2.& in addit. ad quæſt.* 25.*num.*19.qui Caſalenſes etiam obligati ſunt, ſicut illi de Ciuitate ad ſtatuta, &c. *Baron.cit.ſing.26.n.6.& in add.n.*3. vnum enim corpus faciũt cum illa, nec diſmembrari valent, *Coſta conſ.*23. *n.*30. *Baronius add.ad quæſt.*25.*nu.*25. *qui ex Coſta conſ.* 1. *n.*20.*& conſ.2.n.64.* ait quod ſub vno nomine Ciuitatis continentur, Quod in Ciuibus originarijs non habitantibus locum non habet, *Capicius Latro conſult.*50.*n.*72. qui vbicunque habitent fruuntur immunitatibus,& priuilegijs conceſſis ſuæ Ciuitati, *Giurba Obſeru.*78.*n.*2. niſi Ciuitatem deſerat, aût renunciet, *vt dicam etiam nu. ſeq.* & Meſſanenſes, eiuſuè filij vbicumque ſint ſemper immunes ſunt, *vt Giurba ſupra cit.& omnes noſtrates docent*; ſcio multos dixiſſe de iure comuni diſputantes quæſtionem, an Ciuis Oriundus habitare teneatur, & concludunt contra *Capicium citatum, & Giurbam, quod habitare tenentur*, aliàs amittunt effectus ciuilitatis, & pro Ciuibus nõ habẽtur, *ita Cutell.tom.*2. *deciſ.*33.*n.*9. qui multos adducit pro hac ſententia Doctores, ſed dicas illos loquutos eſſe quando in iſtis colligitur animus deſerendi Ciuitatem, & amittendi ciuilitatem originariam, ſecus è contra: an verò Ciues, & originarij, vt concurrere poſſint ad officia Ciuitatis, habitare teneantur, *vide poſt Capicium, & Giurbam in d. Obſeru.*78.*nu.*26.*Cutelli in terminis diſputantem quæſtionem, pro omnibus Ciuibus.*

99 Qui omnes tranſmittunt ciuilitatẽ ad hæredes, *Bartolus, Platea, & alij cum Latro conſ.*51.*nu.*68. *Noalius de tranſmiſſ. caſu* 23.*&* 32. *Viſconti in concluſionibus iuris verb. ciuilitas, ex Coccino, & Fuſco, Rota Roman. in vna Tolet. portionis de anno* 1610.*die* 15. *Februarij apud Farin. in nouiſſ.deciſ.*210.*nu.*7. & filios, *prout in præcedentibus*, dummodo Ciuitatem non deſerant, aût renuncient, *Bart. in d.l.aſſumptio, Baldus in l.2.C. de infantibus expoſitis,* domicilium in alio loco transferẽtes, *Surdus de alim.tit.9. quæſt.*27. *nu.*20. aût alio modo, *prout ſupra n.90.cum ſeq.*

100 Nec ſolùm Priuilegijs,& Immunitatibus fruuntur Ciues illius loci, & domiciliantes, ſed beneficijs ſtatutorum particularium, & conſuetudinum, quibus ſtare tenentur, *Menochius conſ.*74. *n.*2. *Archid. in c.Romana de ſent.excom.in 6.* dummodò verùm ſit domicilium acquiſitũ cum animo perpetuò manendi, *Gratianus diſcep.* 181. *&* 569. quod colligitur ex bonorum apportatione, & familia, *Menochius conſ.* 398. *n.*32. vel ex habitatione longa decẽnij, *idem n.*34.*& conſ.*390.*n.*6. *iuncto conſ.* 692.*n.*13.*Latro conſ.*155.*nu.*19. *&* 20. ex qua habitatione præſumit lex animum perpetuum: poſſet tamen quis acquirere domiciliũ ſine hac habitatione, ſi animus ex alio capite colligi poſſit, *Morani reſp.*4. *n.*60.*&* 67. Forenſes etiam pro eo tempore, pro quo habitant, tenentur ad ſtatuta, & conſtitutiones loci, niſi iuſtam ignorantiam allegent, *Menochius conſ.*74.*num.*16. quæ non præſumitur; ſi per plures annos illi habitauerint, *idem nu.* 19. *Afflictus in conſtit. Regni hominés n.6.& deciſ.*290.*vbi Vrſillus,num.*5.*de Franchis deciſ.*251. & ad onera, *Theſaurus deciſ.*149. *nu.*6. non publica tamen, *Viſconti in concluſionibus iuris verb. forenſis*, vt ſunt onera Medici, vniuerſitatis, & ſimil. atque in delictis, eorũuè pænis etiam excuſantur, *Menochius citatus conſ. num.* 10. quia ignorantia illa eſt probabilis ad excuſationẽ delicti, quæ non lædit legem diuinam, & naturalem, vt eſt hæc, in forenſibus pænas delictorũ ex particularibus ſtatutis ignorantibus, *Marcus Vidal in Theol. Moral. tit.de cenſuris inqu.*1. *n.*19.*&* 22.

Dices. 1. quisnam dicatur originarius, vt poſſit Priuilegijs vti,ſtatutis,&c. & quisnam oriundus, *& ex l.* 2. *&* 3. *C. de incolis,l.*1.*ff. ad municipal.* Reſpondeas, quod originariorum nomine veniunt ij, qui nati ſunt in loco, & oriũdi ex natiuitate propria, vel paterna, *d.l. aſſumptio* §. *filius ff. ad municipalem Canoniſtæ omnes,in c.cum*

*nullus*

*nullus de temp.ordin. Griuell. deciſ.123.nu.23. Barboſa de off.Epiſcopi alleg.4.n.3.Mandoſius reg.16.Cancell.quaſt.40. Campan.diuerſ.iuris Canon.rub.9.cap.8.n.8. Barboſa in d.c. cum nullus, & in appellatiuis verb. originarius num.1.& 2.Menochius conſ.80. n.9.* aùt materna,prout ſupra *num.* 48. qui gaudent Priuilegijs,& ſtatutis ipſi, eorumuè filij, & natì ex eis, ſiuè maſculi ſint, ſiuè fœminæ, *iuxta opinionem Coſtæ*, quam ſupra ſum ſecutus, & ſi non habitent, & Ciuitatem ſpontè non deſerant,quo caſu deſinunt eſſe Ciues, & Priuilegia amittunt, vt perdoctè docet, *Giurba Obſeru.78.n.15.* ibi, *Ciuitatem ſpontè deſerens deſinit eſſe Ciuis Ciuitatis originariæ, eiuſque Priuilegia amittit,ſi ſe dederit Ciuitati alteriùs Prouinciæ,ſiuè non,ſed originis diſertio nō præſumitur, nec animus alibi perpetuò commorandi, niſi contrariæ vrgeant coniecturæ, &c.*

Dices 2. an Ciuis per ductionem vxoris alibi habitans ſit tanquam originarius, & ea,quæ de originarijs, & oriundis diximus, in hoc locum habeant, & etiam Reſpondeo, ſicut ſupra *num.98.* non gaudere, ex generali concluſione, quòd Ciues ex Priuilegio dùm habitant ciuilitatem habent, & onera Ciuium ſubſtinent, & illud eſt propriū ciuilitatis originariæ, quæ non præſumitur, vt deſeratur, *vt Giurba mox citatus dicit ex Maſcardo,& alijs*, qui Ciues per ductionem vxoris, [nam de originarijs nō dubitatur,] vel habitantes per quinquennium, poſſunt doctorare, & eſſe in Doctorum Collegio, ſed dies numerādus eſt à die ciuilitatis acquiſitæ,& nō alitèr, *vt in cap. 2. Capitulorum Almi noſtri Studij habetur*, his ergo vtilitèr cognitis.

101 Decidas ex doctrina, *Papæ Leonis IX. Epiſtola aduerſùs præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani allati à Sanchez de matrim.lib.3.diſp.18.nu.6. & ex c. illa 12. diſt.ibi Glos.verſ.liberos*, peregrinos, & forenſes non adſtringi Legibus,& Conſtitutionibus loci, per quem tranſeunt, vel reperiuntur ad modum hoſpitij, quando hæ leges non ſunt in ſuis Terris, nec ius commune eſt, quò omnes ligantur, & probatur primò, *ex l.hæres abſens* §. *proindè ff.de Iudic.* ibi viatores non ſortiuntur forum loci, vbi tranſeunt, ergo, &c.

102 Secundò ex *c. nam, & ego de verb. ſignif.& ex l. quæſitum* §.*fin.ff.de legat.*ibi, qui tranſit, vel breui tempore diuertit ad locum, non dicitur moralitèr in illo eſſe; ergo cum lex non liget,niſi in loco exiſtētes, non poterit ligare peregrinos, *Gloſa in d.c. illa verſ. venerit, & c. quæ contra 8. diſt.verſ.aùt peregrini*, exiſtere verò, atq; ibidem manere præſumuntur,quando domicilium acquiſiuerunt; modo ſupra dicto, vel ſi hoc animo à loco diſceſſerunt, vt per maiorem anni partem degerint in illo loco, vel ad aliquod negotium faciendum indiſtinctè, cum ex domicilio hoc ſubiectionem acquiſierunt, & ideò tenentur ad leges. *Donatus de legibus quæſt.5. nu.9.& communiter Canoniſtæ*, reprobata, *Gloſſ. in d. c.quæ contra*, requirente præter habitationem dictam voluntatem perpetuò manēdi, quod propriè appellat domicilium.

103 Quæ deciſio limitatur non ſolùm in habētibus domicilium habitationis, vel loci, in quo bona habent, verùm etiam quando vellent contrahere in illo loco;nā tenentur ex conſuetudine Regionis facere contractum; & ratione contractus, vel delicti quilibet ſortitur forum in loco cōtractus, *l.ſi fundus ff. de euictionib. c.fin. de foro compet.* ideò etiā ad gabellas, ſi eſſent in contractibus faciendis,tenetur peregrinus, *Bald.in l.1.C.de contrah.empt.* Rurſus etiam aduenæ, & peregrini ad leges, & ſtatuta tenentur, quando ex non obſeruantia venit damnum, vel præiudicium loco, vt eſt de gabellis ſoluendis, de extractionibus nō faciendis, &c. *Marcus Vidal in inquiſ.moralib.tit.de cenſuris inquiſ.1.num.32.*

104 Stet ergo regula,aduenas,& peregrinos legibus non teneri, niſi ratione domicilij, habitationis, hoſpitij, vel ratione patrimonij: cum & patrimonium dicatur ſubditum, & perſonæ, & res ſubditæ ſunt, ſicuti verè originarij, ſeù domicilium originis,

ginis, quod acquiritur etiam ex diuturna habitatione per ſpatiũ maioris partis anni: nec non ratione contractus, delicti, &c. Tertiò ſi damnum inferret loco, vel præiudicium, vt dicebam.

105 Ex dictis notabis poſſe eſſe aliquẽ habentem habitationem, & duplex domicilium; vt ſi hyeme in vna parte, & in æſtate in alia degat, & hic leges vtriuſque loci ſeruare debet, & duas habet Parochias, *Canoniſtæ in c.3. de ſepult. in 6. l. aſſumptio §. filius ff. ad municipal.* & in vtroque matrimoniũ inire valet, *ex Sanch. cit. diſp.* 23.

106 Nota ſecundò, quod in ordinibus alitèr cautum eſt, ac in alijs rebus, & Sacramentis; nam Papa, *in c. cum nullus de temp. ordin. lib.6.* decidit, vt nullus ordinetur, niſi à proprio Epiſcopo, ſed nullus dicitur proprius Epiſcopus in ordinibus, niſi reſpectu illius, qui oriundus eſt illius Diœceſis, vel habeat beneficium in illa, aùt domiciliũ habitationis, quod ex quacumque habitatione non acquiritur in ordine, niſi inſit cũ habitatione animus perpetuò manendi in loco domicilij, talem animum præſumunt iura ex habitatione decennij ordinariè, *vt ſupra n.*88. *l.*2. *C. de incol.* & meliùs quæ habitatio requiratur in ordinandis exteris dicam infra cum de ordine ſacro, *lib.*2. *deciſ.*2.

107 Notabis tertiò, quod appellatione domicilij in dubio venit domicilium habitationis, non originis, *gl. in c. ſtatutũ §. vero de reſcriptis in 6. verſ. vnam dictã. Seſſe deciſ.*59. *n.*9. *Afflictus deciſ.*384. licèt contrarium dicant alij cum, *Barboſa in appellatiuis verſ. domicilium.*

108 Neque ad Leges, Statuta, Cõſuetudines, &c. peregrini tenentur illius loci, à quo diſceſſerunt, ſiuè animo redeundi, ſiuè non diſceſſerint ex communi, & ſi fiat directa intentione vitandi obligationem, vt probatur, *ex c.*2. *de conſtitut. in 6. c. illa* 12. *diſt. Sanch. cit. diſp.*18. *n.*18. *rationem ex Tex. in d. c.* 2. colligẽs, quia leges particulares non obligant, niſi degentes infra territorium, non alios; ſecùs comunes, *Donatus ſupra citatus q.*5. *Marc. Vidal, d. inquis.* 1. *tit. de cenſuris num.*9. *cum ſeq.*

109 Hoc autem, quod fuit firmatum ſupra de obligatione legis, fundantes concluſionem abſolutam, vt omnes rationis capaces [ infantes enim, amentes, & furioſi non tenentur ad leges, cum ratione ſint incapaces, & carentes, ideò non ſubduntur legi, *c. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. l. Infans de ſicar. Canoniſtæ in c.*1. *de delict. puer.* ] ad leges teneantur, & qui ſubditi ſunt legis latori, & ibi morantur, *l. leges C. de legib. l. Conſtitutiones C. de iuris, & fact. ignor.* ſubditis etenim obediẽtia prona eſſe debet, *arg. c. Sacerdotes* 2. *q.*7. *Gloſ. in c. non eſt ſine culpa, de regul. iur. in 6. c. ſi inimicus* 93. *diſt.* etiam in dubijs, *c. qui culpatur* 23. *q.*1. extendas Principes, exemplo etiam Papę, qui ſe vſurum legibus, & leges profiteri dicit, *c. cuncta* 9. *q.*3. & Imperatoris, *l. digna C. de legib.* & ſi legibus non adſtringantur, quia Superiores, *l. Princeps ff. de legib. c. inter* 33. *quæſt.*2. & Chriſtus Dominus noſter, & omnium terrarum ſuo exemplo etiam oſtendit Superioribus leges obſeruare: nam ipſe ſolutus lege, attamen illã impleuit, *c. ideò §. his itaque* 25. *q.*1. & Theologi *cum Sancto Thoma* 1.2. *q.* 96. *ar.*5. obligant Principes ad ſuas leges, niſi rationabili cauſa ſe diſpenſent, mentique teneas regulam vulgatam, quod ius Canonicum, & Ciuile, ambo ſe fouent, & tàm in vna, quam in alia Curia ſeruantur, niſi in materia peccati, & ſacra, in qua ius Canonicum præualet, *c.*1. *de ordin. cognit.* quod ſi in iure Canonico, aliquod clarè deciditur, & in iure Ciuili eſt obſcurum, ſtandum eſt iuri Canonico etiam in foro Ciuili, *§. ſi verò Auth. vt Clerici, &c. §.*1. *Auth. de Eccl. tit. Barboſa in c.*1. *de noui operis nunciatione,* è contra, idem diſcurras de iure Ciuili claro, & obſcuris deciſis in Canonico, quod ſtandum iuri Ciuili in foro Eccleſiaſtico, *d. c.*1. *Rodolphinus in praxi iudiciaria part.*1. *cap.*5. *n.*65. *cum ſeq.*

110 Reſtat vltimo loco inquirere an Eccleſiaſtici teneãtur legibus Laycorum, atque eorum ſtatutis ligari poſſint, & è cõtra Layci Statutis Eccleſiaſticorum. Quo ad pri-

ad primam partem omnia iura clamant, & pro negatiua faciunt deciſione; nimirùm perſonas Eccleſiaſticas nõ ligari Legibus, & Statutis Laycorum; cum, [ vt dixi ] lex liget ſubditos, & incolas, atque in iuriſdictione legislatoris manentes. Clericus nunquam dicitur Layci ſubditus, & de ſua iuriſdictione; ergo quæcunque præcipiantur, ſiuè circa res ſpirituales, ſiuè circa res temporales à Laycis, non obſeruantur à Clericis, quia eos non ligant, *c. Eccleſia Sancta Maria, de Conſtitut. cum ſeq.*

111 Concluſio certa probatur, primò authoritate legis Canonicæ, *ex c. ſtatuimus in fin. c. inclita, c. placuit, c. nullus* 11. *q.* 1. *c. cauſam de reſcript.* ibi generalitèr concluditur Clericum coram Iudice ſæculari conueniri non poſſe; ergò nullam Iudex ſęcularis habet in illum iuriſdictionem: adeò vt neque ſtatuta contra illum ferre valeat, *d. c. Eccleſia Sancta Maria de Conſtitut. c.* 1. *& per totam* 10. *diſt. c. benè quidem cum ſeq.* 96. *diſt. c. quæ in Eccleſiarũ, de Conſtitut.*

112 Secundò probatur authoritate iuris Ciuilis, *in Auth. Caſſa C. de ſacroſan. Eccleſ.* ibi, *Imperator.* [*Caſſa, & irrita eſſe denunciari per totam Italiam præcipimus omnia ſtatuta, & Conſuetudines contra libertatem Eccleſiæ, eiuſque perſonas inductas, aduerſus Canonicas Sãctiones,*] *&c.* & pænam ponit aduerſus obſeruantes contrariũ, vt per totum *Tex.* atque *tit.* videre eſt.

113 Tertiò probatur ratione, *Gloſ. in c. ſi Imperator, verſ. & diſcuti* 96. *diſt. & in c. quamquam verſ. diuino, de Cenſib. ibi*, quia Clerici iure diuino ſunt à iuriſdictione Sæcularium exemptì, *Matth. cap.* 12. 17. *&* 23. *Exod.* 21. 3. *Reg.* 9. *Geneſ.* 47. *& alibi, nolite tangere Chriſtos meos. Qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei, Zacch.* 2. cũ ergo deſit Laycis iuriſdictio ſupra Clericos, deficit etiã poteſtas ſtatuendi leges: paria enim ſunt foro ligari; & ſtatutis ſubijci, *c.* 2. *de conſtit. lib.* 6.

114 Ampliatur concluſio à fortiori in ſtatutis contra libertatem Eccleſiaſticam, *c. Clerici de Iudic. c. ſi diligenti de foro compet.* ſiuè directè, ſiuè indirectè ſint contra Priuilegia Eccleſiæ, atque Eccleſiaſticarum perſonarum iuriſdictiones, & prærogatiuas illis conceſſas, *Abb. Butr. Innoc. & Barboſ. in c. nouerint de ſentent. excom. Moroni reſp.* 2. *n.* 4. & quando Clerici timidiores, & Layci audaciores redduntur propter talia ſtatuta, *arg. l.* 1. §. *quæ onerandæ ff. quarum rerum actio, &c. Gloſ. in* §. *vult enim Auth. de non alienand. &c.* & Clerici venirent oppreſſi, *l. ſi oenes, vbi Bart. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. puta ſi aliquod officium eis diminueretur, & facultas à iure conceſſa, & libertas Eccleſiaſtica, vt ſi nollẽt Layci, vt Clerici ſint aduocati, & in caſibus licitis negotieñt, tutoris officium ſuſcipiant, & ſimilia ſuis locis adducenda infra, atque generalitèr edicta, Statuta, Leges, & Conſtitutiones Laycorum, ex quibus Clerici deterioris conditionis fiunt, quàm Layci, quia contra libertatem Eccleſiaſticam, non tenent, *c. quanto de Priuileg. c. fin. de Immunit. Eccleſiaſt. in* 6.

115 Ampliatur ſecundò concluſio, vt neque Clerici Sæculares, vel Regulares prima tonſura ſaltem inſigniti, *Gloſ. in c. nullus verſ. tonſura de temp. ordin.* ligentur ſtatutis Laycorum, quamuis ipſiſmet eſsẽt fauorabilia, *d. Auth. Caſſa c.* 1. 10. *diſt. d. c. Eccleſia Sancta Maria*, niſi illis vti velint cum conditionibus ſuis, vt ibi DD. docẽt.

116 Ampliatur tertiò, vt talia Statuta Clericos non ligent reſpectu perſonæ; & bonorum etiam patrimonialium, *c. benè quidem cum ſeq.* 96. *diſt. c. cum in Laycis de reb. Eccleſ. non alienand. d. c. Eccleſia Sancta Maria*, vbi, *Gloſſ. verſ. perſonis*, & quæcumque præcipiãt, atque ex lege, Conſuetudine, & ſtylo fori ſęcularis introducãtur, *Bellett. de exemp. Cleric. à ſtatutis ſæcular.* §. 1. *& per tot. arg. c. quod Clericis* 9. *de foro competenti.*

117 Et in Regno non ligantur Capitulis Regni, *Giurb. deciſ.* 116. nec Pragmaticis, *Graſſ. de effect. Clericat. effect.* 2. *nu.* 132. ſed ex Ritu dixere aliqui, *Burg. de laudim. inſpect.* 19. *num.* 20. quod negare videtur,

*Abruzz.*

*Abruzz. in comment. ad cap.62. Regis Ferdin.n.33.* vbi docet, quod quando adeſt conſenſus ſummi Pontificis, ſtatutum ligat Clericos, & quidem probabilis, & veritati congrua opinio eſt.

118 Ampliatur quartò, & ſi eſſent honeſta, & ad bonum publicum, *d.c.bene quidē*, quia deficit poteſtas in Legiſlatore, atque hoc de qualibet lege, Regni Capitulo, Pragmatica, quomodocumque facta intelligas, *c.grauem de immunit.Eccleſiaſt.* & conantes Clericos, atque contrarium facientes excommunicantur, *d.c.grauem*, & *c.nouerit*, & *in Bulla Cœnæ c.15.* ideò Papæ reſeruata eſt abſoluendi poteſtas, *Moroni ſupra citatus num.4. Duardus, Barboſa, & alij*.

119 Limitatur concluſio primò quando lex Laycorum eſſet conformis iuri naturali, diuino, vel Canonico, nam illam ſequi tenerentur Clerici, & ad hoc à Iudice Eccleſiaſtico compelli, *Gloſ. in c.generalitèr verſ.neceſſitatis 16.q.1.* & legibus iuſtis honeſtis, & pro bono communi, ſi velint Clerici vti illis poſſunt cum omnibus qualitatibus ſtatuti, nō ad eas adſtringi, quia illis tamquam priuilegijs, non tāquam lege vti debent, *c.ſi in adiutorium 10.diſt.* & Laycorum ſtatuta proſunt, non nocent Clericis, *c.ad noſtram de probat.* vbi *Abb.& Gloſſ.in c.nouit.verſ.quicumque de Iudic.*

120 Ita inſtrumentum guarentigiatū, quod habet paratam exequutionem ex Ritu noſtro, vel ex ſtatuto, illo Clericus vti poteſt contra Laycum debitorem, non ita Laycus contra Clericum, *Bellett. diſquiſ.Cleric.tit.de exemp.Cleric.à ſtatut. ſæcular.§.2. n.39.* quia hæc ſtatuta non ligant Clericum, *Giurba Obſeru.104.nu.34.* ibi de executione ex vi apodixæ, ſeù apochæ directæ tabulæ, quę ex *pragm.Comitis de caſtro §.27.* executionem paratam habet, hæc executio in Clerico, & Curijs Eccleſiaſticis locum non habet, ait *Groſſus ſuper dicto §.nu.15.* nec contraria conſuetudine introduci contrarium poterit, nam cauſæ Clericorum non ſunt terminandæ ſecundum Laycorum conſuetudines, *arg. c.quod Clericis de foro competenti*, hæc de iure veriſſima, ſed hodiè contrarium obſeruari in Curijs, etiam fauorabile Clericis eſt, nam ſi hæc ponerentur in vſu, cum Clericis, & Eccleſiaſticis nullus contraheret, ergo, &c. *vt dicam inf. deciſ.11. n.30.*

121 Limitatur ſecundò in Clericis negotiatoribus, qui ligantur ſtatutis, & gabellis impoſitis à Laycis pro negotiatione *DD. in Clem. præſenti de Cenſib.* niſi res proprias venderent, & ſui patrimonij, *c. eijciens 88.diſt.*

122 Limitatur tertiò, vt Clericus litigans in foro ſæculari teneatur ſequi ordinatoria Iudicis illius Curiæ, *Gloſ. in c.quod Clericis, vbi DD. de foro compet. Baronius de citationibus tom.3.annot.ad 19.quæſt.nu. 118. Giurba, Abruzzus, Muta, & alij poſt Groſſum ad conſt.prag.com.de caſtro §.13.n. 6. & 7.*

123 Limitatur quartò in ſtatutis Laycorum confirmatis à Papa, *d.c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ*, quod ſi ab alijs confirmentur præter Papam non valent, & confirmari debent in forma particulari, & tunc tanquam Papalia ligabunt, *Gloſſ. in c.1.de præſumpt.* & docet, *Abruzz.cit.* aliàs limitationes, & ampliationes vide *apud Bellett. cit. Graſſ. & DD. cum Barboſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitut. & c.cum non ab homine de iudicijs*.

124 Quoad ſecundam partem Cōcluſionis principalis: firmabis Laycos abſolutè loquēdo legibus Eccleſiaſticis ligari, *c. quicumque, c.placuit, c.relatum 11.q.1.* & puniri à Iudice Eccleſiaſtico, *c. ſi Clericus de foro compet.* præcipuè in caſibus ſupra enarratis *n.12.& 22.* ibi de vniuerſali Papæ poteſtate, in his, quæ concernunt animarum ſalutem, & publicam vtilitatem, & honeſtatem, Layci per Iudicem Eccleſiaſticū corripi indifferentèr poſſunt, *Gloſ. in c.nouit.verſ.corripere de Iudic.* & ſaltē in habitu illā habet Papa, licèt non in exercitio, & directè modo ſupra explicato, *extrauag. vnam ſanctam, de maiorit. & obed.*

125 Ampliatur primò concluſio, vt ratione

tione bonorum Eccleſiaſticorum Clericus Laycum conuenire valeat coram Iudice Eccleſiaſtico, *c. ſi Clericus de foro compet. c. 2. de priuileg.* vt ex legato, vel locata domo Clerici, Eccleſiæ, &c. cum bona ſorum perſonæ ſequantur, *c. nouerint 10. q. 1. Canoniſtæ communitèr cum Belletto citat. de fauor. cler. real. §. 5. n. 3. 4. & 5. & infra dicam lib. 4. Deciſ. 1. de Iudic. n...... vbi de regula actor ſequitur forum Rei, &c.* Regniq; noſtri praxim adducam.

126 Ampliatur ſecundò in ſpolio Clerici re, vel poſſeſſione rei ſuæ patrimonialis, vel Eccleſiæ, *Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. de reform.* idem de fructib. rei, & beneficij.

127 Ampliatur tertiò in falſario, qui coram Eccleſiaſtico Iudice falſum deponit, ab eo punitur, *l. nullum c. de teſtib. c. ſuper his de pan. Gloſ. in Clem. 1. de offic. legat.*

128 Ampliatur quartò reſpectu Layci offendentis familiam, miniſtros, & officiales, Epiſcopi, Cardinalis, & alior. Iudicum Eccleſiaſt. *arg. c. 1. de pan. in 6.*

129 Ampliatur quintò in cauſis pauperum, & pupillorum, atque viduarum, &c. in ſubſidiũ, *c. peruenit 86. diſt. c. 2. diſt. c. 1. ne Clerici, vel Monachi*; & quando nõ potuerũt Iuſtitiam obtinere à Iudice Layco, *c. ex tenore verſ. alioquin, & ibi Gloſ. verſ. terminetis de foro competent. Rodolphinus in praxi iudiciaria part. 3. cap. 1. nu. 79.* qui omnes hos, & alios caſus adducit præcipuè ſtante controuerſia inter Iudicem Sæcularem, & Eccleſiaſticũ, nam tunc Iudex Eccleſiaſticus tanquam maior procedit, *idem n. 87.*

130 Demum præter alios caſus addas caſus mixti fori, in quibus Iudex Eccleſiaſticus præueniendo, habet in Laycum iuriſdictionem, *c. ſua de Procurator,* & ſunt ſacrilegium, adulterium, inceſtus, ſortilegium, vſura, &c. in quibus tàm Iudex Laycus, quàm Eccleſiaſticus procedunt. Et dicuntur mixti fori, quia præuentioni locus eſt, *vt in d. tit. de Iudic. dicam,* vide circa hos caſus, in quibus Iudex Eccleſiaſticus procedit contra Laycum, & è contra, *poſt gl. in c. licèt de foro competenti, & Barboſam cum Canoniſtis,* Doctores relatos à *Carleualio de iudicijs tom. 1. diſp. 2. nu. 404. & Rodolphino citato,* nec pro modo hos in magno numero adducere debebam in hac, & alijs deciſionibus; non enim ſunt ad præſens inſtitutũ neceſſarij.

## DECISIO QVARTA.

De Authoritate, & poteſtate Summi Pontificis.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio ad ſupradicta, & quod omne ius Canonicum, quo vtimur, aùt ad perſonas, aùt ad res, aùt ad actiones ſeù iudicia pertinet.*

2 *Perſona idem, ac homo, & duo perſonarum genera.*

3 *Papa quarè ita vocatur, & de eius titulis, & Poteſtate, vacante Imperio, & in Principes Sæculares, & quia ſeruus ſeruorum nuncupatur.*

4 *Fidei articulos definit, nec errare poteſt, etiam ſi abſque Concilio aliqua decidit n. 5. & in Decretis ad ſtatum Eccleſiæ n. 6. in Canonizatione Sanctorum nu. 7. & approbatione Religionum num. 8.*

9 *Non verò ſi decidat, vt Author Priuatus, & res particularium, ſi hæreticus degradandus à ſede, ſed piè credendum Pontifices in hæreſim non incidere, nec incidiſſe ibid. & num. 10. de pæna contra dicentes iniurioſa, Verba Papæ, & Superiorib.*

11 *Pontifici omnes perſonæ etiam Sæculares ſub eſſe debent, & omnimodam habet poteſtatem diſpenſandi ad ius poſitiuum, quod declaratur n. 16.*

12 *Hæc poteſtas, vel abſoluta, aùt ordinaria, & qua ſit ibid.*

13 *Ius Diuinum declarat Papa, non tollit.*

14 *Aliqua habet ſibi reſeruata, & n. 15.*

16 *Legibus eſt ſolutus, ſed ſecundum illas viuere profitetur.*

17 *Ius naturale non poteſt tollere, & Clericos*

*ricos ſubditos Laycis facere, præcipere iniuſta, & Eccleſiam Romanam, eiuſuè ſedem transferre à Roma ibid.*

1 POſt aliqualem, ſed ſufficientem cognitionem, *tit. de conſtitution. &* de ethymologia, legiſuè definitione, nec non de poteſtate legis condendæ, atque qualitatibus, & requiſitis ad bonam legẽ, ſtatutum, vel Sanctionem, & alijs vtilioribus quæſtionibus; pertranſeo modò ad cognitionem partium huius legis; præcipuè Canonicæ, quæ [ſi abſq; confuſione loqui velimus] tres ſunt ad inſtar iuris Ciuilis: nã vt decidit, *Iuſtin. in §. fin. de iure natur. gent. & Ciuil.* poſtquã legis naturã Tyronibus explicauit, ſubdit, quod omne ius, quo vtimur, aùt ad perſonas, aùt ad res, aùt ad actiones pertinet, igitur omnia quæ in Inſt. Ciuilib. tractãtur, aùt ad perſonas, aùt ad res, aùt ad actiones, & iudicia tendunt, & pertinent: ita omne, quod in iure Canonico habetur, aùt ad perſonas Eccleſiaſticas, aùt ad res Eccleſiaſticas, aùt ad iudicia Eccleſiaſtica pertinet. Iure optimo toto hoc libro de his quæ ſpectant ad perſonas Eccleſiaſticas, & dignitates proprio iure perſonarum agam, in ſecundo, & tertio de rebus Eccleſiaſticis, in quarto demum de iudicijs, accuſationibus, probationibus, & his, quæ pertinent ad forum.

2 De perſonis ergo tractantes, ad nomen (perſona) attendendum eſt, quæ idẽ apud latinos ſonat, ac vox, homo, *arg. l. hæreditas ff. de acquir. hæredit. l. fin. C. de impube. &c.* ibi *pater, & filius vna perſona*, [ideſt vnus homo,] & aliàs in ſcripturis, *Paul. ad Rom. 2. Luc. 20. verſ. 21.* [*non eſt acceptio perſonarum apud Deum,*] ideſt, { hominum; ] & quia hominum cauſa omnia ſunt facta, *l. in pecudum 28. de vſur. §. in pecudum Inſt. de rerum diuiſ.* priùs de illis tamquam nobilioribus pertingam quæſtiones, & poſteà de rebus, non generalitèr de iure perſonarum, & de perſonis generalitèr acceptis, ſed de perſonis Eccleſiaſticis: cum de perſonarum iure, quatenus ad Laycos ſpectat, & generalitèr tractatur in Deciſionibus Iuſtinianæis, *lib. 1. tit. de iure perſon.* omnibuſque patet quod perſonarum duo ſunt genera, vnum Laycorum, alterum verò Clericorum, ſeù Eccleſiaſticorum, *Lancellottus in §. 1. de iure perſonar. in ſuis Canonicis Inſtitutionibus.*

3 Et quidem inter iſtos locum primùm habet Summus Pontifex, qui Pater Patrũ, Summus Sacerdos, Chriſti Vicarius, & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, Sanctiſſimus, *c. quanto de translat. Epiſcop.* Viceſque Dei gerens in terris, *c. cuncta 9. q. 3. Rodolphinus in ſua praxi part. 3. cap. 5. nu. 187. & in præfatione n. 34. & 35.* Ordinarius Ordinariorum, *c. ſi à ſede de præbendis in 6.* Petri ſucceſſor, *c. factus 7. q. 1.* Iuriſdictionem à Deo habens, *c. per venerabilem §. qua ratione, qui filij ſint legitimi,* qua omnes iudicat, & à nemine iudicatur, *c. ſi Papa 40. diſt. gl. in c. non liceat verb. Papa 12. q. 2.* omniaque poſſe communitèr dicitur, *c. cuncta per mundum 9. quæſt. 3.* & ex nomine, Papa, admirabilis, *Gloſ. in proœm. Clem. verſ. Papa,* omnium maior, *c. ſolitæ de maior. & obed.* cui omnes Coronæ, & capita ſublimia Laicorum obediũt, & obſequia præſtarunt, & præſtant, *d. c. ſolitæ, & c. omnes, c. venerabilem de electione. Sebaſtianus Cæſar de Romano Pontifice n. 7. ex Bellarmino, & alijs,* atque vacante Imperio adminiſtrat, quia in iuriſdictione ſuccedit, *Rodolphinus in praxi iudiciaria cum Barboſa, & Peregrino, part. 3. c. 1. nu. 85.* & Principes Hæreticos, ac Sciſmaticos deponere poteſt, ſubditoſque ab eorum obedientia liberare, *Abbas in c. excomunicamus de Hæreticis S. Th. 2. 2. q. 10. art. 6. & art. 10. alijque quos citat, & ſequitur Belletus diſquiſ. Cleric. tit. de fauor. Cler. real. §. 5. nu. 109.* idem dicas de Principibus Sæcularibus criminoſis, criminibus grauibus, & quando vtile, & neceſſarium erit pro regimine Eccleſiæ, *c. alius, c. nos Sanctorũ 15. q. 6. Hoſtienſis, Clarus, Silueſter, Molina, Aſtenſis, Vaſquez, Duardus, Tuſcus, Baronius,*

*ronius, & alij ab eodem Belletto relati num.* 110. licèt ipſe propter Deum, aliquando Imperatori ſubijciatur, *c. ſatagendum* 25. *q.* 1. *& ex Petro habemus,* [*ſubditi eſtote omni humana creaturæ propter Deum, ſiuè Regi*;] & ſeruus ſeruorum Dei nominatur, *c. relatum in fin. de ſent. excomm.* à tempore Sancti Gregorij Magni, *Gloſ. in addit. in Proam. Sexti, verſ. Seruus*, ſed à Damaſo Papa fuit inuentus titulus, vt alij dixere, & à Sancto Gregorio in omnibus epiſtolis ſuis vſitatus, *Auguſt. Barboſ. de poteſt. Papa num.* 3.

4 De Pontificis authoritate, *dixi aliqua in præcedenti Deciſione n.* 15. ibi de poteſtate condendi leges, ſed addas non ſolùm Papam leges condere poſſe, modò ſuperiùs iam explicato; ſed quia ſupremus Iudex, ad eum ſpectat definire fidei articulos; tùm quia Sanctus, *c.* 1. 40. *diſt.* & errare non poteſt in definiendis rebus, tãquam ſupremus Eccleſiæ gubernator, *c. maiores de baptiſmo, c. ita dominus* 19. *diſt. Clem.* 1. *de re iudic.* & de fide eſt, ex verbis Domini in Euangelio ad Petrum loquentis, & in eo ad Pontificem, ibi, *Petre rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.*

5 Quod ampliatur etiam in his, quæ Papa determinat abſque Concilio, contra alios contrarium dicentes, nam verba Chriſti Domini ad Petrũ ſolummodo loquentem diriguntur, ergo Papa in determinandis rebus Eccleſiæ circa fidem non poteſt errare, cum in eo ſit Spiritus ſancti aſſiſtentia, *arg. etiam verborum Ioan. cap.* 4. *&* 16.

6 Ampliatur ſecundò etiam in decretis pro moribus, abrogatione Legũ, alijsque, ad ſtatum Eccleſiæ pertinẽtibus, *arg. c.* 1. *de confeſſ. in* 6. neque ab his quiſque valet recedere, *c. non liceat, de præſcript. Matth. cap.* 23. *omnia, quæ dixerint vobis ſeruate, & facite*, & idem dicas de legibus pro Prouincijs latis ab eodem, vt Pontifice.

7 Ampliatur Tertiò neque poſſe errare in Canonizandis Sanctis, & Sanctorum Reliquijs, *c.* 1. *de reliq. & venerat. Sanctorum, Cæſar citatus num.* 5.

8 Ampliatur quartò circa approbationes Religionum, *c.* 1. *de Religioſ. domib. in* 6. *idem Cæſar, & Barboſa*, quæ abſque conſilio, & aliorum conſenſu facere poteſt, *S. Thom. Caet. & alij citati à Cæſare* §. 4. *n.* 13.

9 Limitatur primò ſi decidat res particularium, vt lites Eccleſiæ particularis; tũc enim, quia in probationibus conſiſtunt lites, errare in ſententia poteſt, ſecùs ſi mãdat legem pro Prouincia dando præcepta, &c. tunc enim errare non poteſt, rationibus enarratis, *arg. c. à nobis verſ. nos igitur de ſent. excomm. Bellarminus, & alij Doctores relati, cum comuni Catholicorum Sententia.*

10 Limitatur ſecundò, ſi aliquod decidit, vt Author priuatus, & Doctor particularis, quia cũ nõ ſit aſſiſtẽtia Spiritus ſãcti, errare poteſt, & eſſe Hæreticum aliquid negando de Eccleſia, & Articulis Fidei, *c. ſi Papa* 40. *diſt. Gloſ. in c. à recta* 24. *q.* 1. & eo caſu deſinit eſſe Papa, & poſt declaratoriam criminis degradatur à Sede. *Vide Cardinalem Bellarminum lib.* 2. *de Romano Pontifice cap.* 30. *& Cæſarem* §. 3. piè tamen credendum Summum Pontificem non poſſe in hæreſim incidere; Quo modo verò defendunt DD. & explicãt, *Tex. in c. Anaſtaſius* 15. *diſt. & c. dictum* 1. *q.* 1. & alios, non eſt hìc meum enarrare; *ſatis Barboſa de Poteſtate Summi Pontificis declarat, & Sebaſtianus Cæſar* §. 4. *nu.* 3. *&* 4. & aduertas, vt non dicas aliquid iniurioſum contra Superiores, & præcipuè aduerſus Summum Pontificem, quia præter peccatum, pæna extraordinaria puniri poteris, *c.* 1. *de maled. c. paratus* 23. 1. *Bellettus in diſquis. tit. de pænis Cler.* §. 39. *n.* 8.

11 Magna tamen authoritas, & poteſtas eſt in Papa, *c. ſignificaſti de elect. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 1. cui omnes parere debent, & Prælati Eccleſiaſtici, & Principes ſæculares, *Clem.* 1. *de iureiurand. Trid. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 2. mentique teneas dictum *Gratiani in* §. *leges* 4. *diſt. &* §. *his etiam* 17. *diſt.* quod Papa, quia Vicarius Chriſti, nullum in terris habet ſuperiorẽ; ideò

ideò omnimodam habet poteſtatem ſuper iure poſitiuo, *c. innotuit de elect.* illudque diſpenſat, *c. propoſuit de conceſſ. prabend.* ibi, *ſupra ius diſpenſare, vel tollere*, Concilia nimirùm, Leges, & Canones, *Rodolphinus in praxi iudiciaria part.*1. *cap.* 14. *num.*226.

12 Sed aduertas in Pontifice dari abſolutam poteſtatem, de qua mox dicebā, nam Principi, & Papæ non eſt qui dicat, cur ita facis? *Gloſ. in c. quanto de author. & vſu pallij, verſ. veri.* nec non, & ordinariam, & eſt, cum Papa ordinariè procedit de iure, & æquitate contra Patrum ſtatuta aliquid non decidendo, *c. contra ſtatuta* 25. *q.*1. ſicut, & de Deo dicunt Theologi; qua poteſtate abſoluta Papa non vtitur in dies, ſed ordinaria, *arg. c. in Canone Iuſtitia* 25. *q.*1. & leges derogare, atque prædeceſſoris ſtatuta expreſsè non intendit, *c.*1. *de Conſtitut. in* 6. neque ius alterius tollere in reſcriptis, vel Conſtitutionibus, atque Priuilegijs, *c. quod vero, c. priuilegia* 25. *q.*2. *c. peruenit* 11. *q.*1. *c. licèt de offic. ordin.* ideò interpretatis, reſcribitur antequam exequantur, *vt dixi in præcedenti Deciſ. n.* 65. *cum ſeq.*

13 Non habet tamen poteſtatem Papa ſupra ius Diuinum, diſpenſando ad illud, nec ſupra ius naturæ, *vt Gloſ. dicit in c. à nobis de decimis verſ. exemptus; Moroni reſp.* 9. *n.* 9. ſed iuſta de cauſa ſolummodo facultatem declarandi, & alterandi Leges Diuinas, vel naturales, *ita Gloſſ. in c. non eſt de voto, & poſt Sanctum Thomam* 2.2. *q.*54. *art.*5. omnes Theologi ferè, & Canoniſtarum communis opinio docet, *apud Sanchez. lib.*7. *de diſpenſ. diſput.*6. *nu.* 2. *&* 3. *Marcus Vidal. in Theolog. morali tit. de ieiunio inquiſ.*2. *nu.*18. *& tit. de matrim. inquiſ.*1. *num.*20. *ex Gloſa in d. c. à nobis*, quid verò veniat appellatione Præcepti Diuini? dicas omnia præcepta Decalogi, vota Caſtitatis, & Religionis Deo facta, & alia à Catholicis cognita. Item, & præcepta naturalia, *l. manumiſſiones de Iuſtit. & iur.*

14 In corpore iuris etiam multa inuenies Papæ ſolummodo reſeruata, vt Cenſuræ in Bullæ Cænæ: diſpenſatio cum furtiuè ſuſcipiente ordines, *c.*1. *de eo, qui ordin. furtiuè ſuſcepit, de quibus in tractatu de Cenſuris lib.*4. in impedimētis dirimentibus, in pluralitate dignitatum, & beneficiorum, in quibus Papa diſpenſat, *c. de multa de prabend. &c.* quæ paſſim ſuis in locis traduntur.

15 Inuenies etiam ſtudioſe non ſolùm diſpenſationes, quæ Papæ reſeruantur, ſed etiam alia: vt priuilegia concedere Eccleſijs; Cathedralem conſtituere, *c. præcipimus* 16. *q.*1. & cauſas Epiſcoporum cognoſcere, *Gloſſ. in c. præceptis* 12. *diſt.* eiſq; dare coadiutores, ſi ægroti, *c.*1. *de Cleric. ægrot. in* 6. & translationes facere, *c. frater noſter* 16. *q.*1. Coadiutorias cum futura ſucceſſione cōcedere, *Trid. ſeſſ.*25. *cap.* 7. & nouas dignitates creare in Cathedralibus, vel Collegiatis, *c. olim vbi Gloſſ. de Conſuet.* Degradatum reſtituere, *Gloſ. in c. ideò* 2. *q.*6. & alia permulta ipſi reſeruantur, *à Barboſ. ſupra tit. enarrata in cap.* 2. *n.*139. *vſq; ad nu.*176. & in iuris corpore deſcripta.

16 Ex dictis colliges Papam legibus poſitiuis eſſe ſolutum (de legibus enim Diuinis non dubitatur quin adſtringatur) adeò quod cogi non poteſt ad eius obſeruationem, cum non habeat ſuperiorem: directiuè tamen viuit, & viuere profitetur ſecundum Leges, & Canones, *c. omnes de Conſtitut. & c. iuſtum, c. baſilicas de conſecr. diſt.*1. *l. digna vox C. de legib.* Conſilijſque regitur Cardinalium, *c. authoritate de priuileg. in* 6. ſi verò nolit ſuas conſtitutiones obſeruare diſpenſet etiam abſque cauſa, dixerunt Canoniſtæ, *in c. omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ. & in c.*1. *de Obſeruatione Ieiunij, & Theologi, cum Vidal. in Oper. mor. tit. de Ieiunio inquiſ.*2. *n.*5. *Sanchez in Opuſ. tom.*2. *lib.*5. *cap.*1. *dub.*5. *nu.*4. *Facundez in præcep. Decal. lib.*1. *cap.*9. *n.*1. *& alijs.*

17 Multa tamē facere prohibetur præter narrata, vt diſpenſare ſupra ius Diuinum, vel naturale. Secundò Clericos iure Diuino exemptos à ſeculari Iudice ſub-

ditos

ditos facere, *c. ſi Imperator verſ. diſcuti 96. diſt. Canoniſtæ in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitut.* ſicuti præcipere iniuſta, & peccata, *c. inquiſ. de ſent. excomm.* Eccleſiam Romanam transferre à Roma, & ſimilia; quæ vel ex iure Diuino, vel Naturali; rurſus ex aliqua determinatione Apoſtolica, quam ordinariè Papa ſequitur, nam ſi velit vti abſoluta poteſtate tollere poteſt illam, vt dicebam, eſt enim Dominus, omnibuſque præeſt, & vnum conſiſtorium cum Deo facit tanquàm Vicarius eius, *Ferrus de præcedentijs quæſt.* 31.

## DECISIO QVINTA.

### De Cardinalibus, & Legatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Quid ſignificet nomen Cardinalis, & de eius origine nu. 2. & inſignijs Cardinalium n. 3.*

2 *Cardinalibus Regularibus dedit biretum rubrum Greg. XIV. qui ſunt verè Religioſi, & appellatione Cardinalium, qui veniant.*

3 *Eorum numerus indeterminatus eſt, ſed de iure debent eſſe 70. & alij Diaconi, alij Presbyteri, alij Epiſcopi ibid.*

4 *Requiſita ad Cardinalatum nu. 5. & 6. Officium illorum, & de reſidētia ibid.*

8 *Priuilegia, Præcedentia, & Iuriſdictio, n. 9. & 10.*

9 *Percuſſor incurrit in Crimen Laſæ Maieſtatis, & excommunicationis.*

10 *Declarationes Cardinalium, etiam Papa annuente, vim legis non habent.*

11 *Non tenentur Cardinales ad regulas Cācellariæ, ſed ſolùm ad leges num. 12. & quando creditur eorum dicto.*

12 *Legatus quid? & de ſpeciebus Legatorum n. 13.*

13 *Legatus natus dicitur; quando eſt cum dignitate annexà Legatia n. 14.*

15 *Monarchia in Sicilia fuit Regi Rogerio conceſſa ab Vrbano II. & Rex Siciliæ Monarcha dicitur.*

16 *Legatus de latere quid; & Legatus ſimplex n. 17.*

16 *Eorum officium, & poteſtas n. 18. & 19.*

18 *Legatus ſubijciens Eccleſiam Panormitanam Meſſanenſi reprehenditur, ſed factum non abrogatur. Multa facta tenēt, quæ fieri prohibētur, ibid. & Primas eſſe debebat Meſſana.*

20 *Non valent Legati ſe intromittere in cauſis Epiſcoporum, niſi eis negligentibus.*

21 *Officium Legati quomodo finitur.*

22 *Inſignia Legatorum remiſſiuè.*

1 CArdinales poſt Papam in Catholica Eccleſia primum obtinent locum, omnibuſq; dignitatibus, ſæcularibus, etiam præferuntur, quia pars corporis Papæ dicuntur *Gloſ. in Extrau. dudum de Sciſmaticis*, vel fratres, aùt filij eiuſdem, *Extrau. fin. de elec. Ferrus de præcedentijs q. 13.* propriè tamen eorum nomen idem ſonat, & ſignificat, ac cardinem, ſeù aſſem Eccleſię Rom; & aliarū Eccleſiarū *Gloſ. in extrauag. execrabilis, de præbend. verſ. Cardinalibus, c. ſacroſancta 22. diſt.* vel vt alij putant Cardinales hoc modo nuncupantur, quia ad eos ſummæ omnium Chriſtianorum quæſtiones deferuntur, & ſumma negotiorum, ſeù Cardines appellantur.

2 Origo Cardinalium quoad inuentionem venit à B. Petro, qui 24. ex Presbyteris, & Diaconis inſtituit Senatores, & Seniores Romanæ Eccleſiæ ad inſtar 24. Seniorum, *in Apocalypſi cap. 4.* & nomen, Cardinalis, à Beato Silueſtro originem agnoſcit, dicit vera ſententia tempore Conſtantini, atque de eis fit mētio, *in c. præſul 2. q. 5.* circa annum Domini 930. & & deinceps à *Gelaſio c. presbyteri 24. diſt.* à *Gregorio, c. paſtoralis 7. q. 1.* & alijs ſub eodem nomine Cardinales nuncupantur.

3 Inſignia, vt biretum purpureum, & pileū apportare poſſint, habēt *ab Innoc. IV. de anno 1244. & Paulo II.* nec non de Cardinalium inſignijs meminit, *Ioannes Papa in c. illud 93. diſt.* & demum etiam Cardinalibus ordinum Regularium dedit biretum

tum rubrum, *Greg. XIV. anno* 1591. cum antea non habebant; ſed eiuſdem habitus biretum aſportabant, *Laertius tom. 2. Bull. fol. 696.* & manent Religioſi, *c. 3. 16. q. 1. c. vnico 18. q. 1. Lezana tom. 1. cap. 17. nn. 1.* habitumuè portare debet, *Dian. part. 5. tr. 6. reſol. 66. Bellas. Verbo Cardinalis*. Et nota, quod Papa ſolus creat Cardinales, nec Cardinalium nomine veniunt Cardinales, *Piſani, Rauennat. & ſimil.* ſed S. R. E. Cardinales, *Barboſa in appellatiuis verb. Cardinalis*.

4 Eorum numerus eſt indeterminatus, & Papæ arbitrio relinquitur, debent tamē eſſe de iure ſeptuaginta, *c. ſeptuaginta 16. diſt. c. in nono 21. diſt.* quorum quilibet ex nationibus varijs; & alij ſunt Epiſcopi, alij Diaconi, alij Presbyteri, ratione tituli, & beneficiorum, quæ habent, vt tituli Diaconales Diaconum, Presbyterales Presbyterum, & demum Epiſcopales Epiſcopum Cardinalem faciunt, ſeù Cardinalē Epiſcopum, & inter hos primum tenent locum Epiſcopi; medium Presbyteri, & alterum Diaconi, *c. relatio 21. q. 1. c. ſacroſancta 22. diſt. c. paſtoralis 7. q. 1. c. antiqua de priuilegijs c. cum redemptor 12. q. 2. c. ſtatuimus de maior. & obedientia*, omneſque ſimul fratres à Pontifice vocantur, *c. Eccleſia de electione*, diſiunctim verò Papa Cardinalem Epiſcopum vocat Fratrem, ſicut alios Epiſcopos Fratres, Diaconos, & Presbyteros filios, quia ipſe etiam Epiſcopus Epiſcoporum eſt, *Caſar de Cardinalib. §. 2. n. 8. & §. 3. num. 6.* & etiam antiquior dicitur Decanus, alijſque præfertur primamq; vocem habet, *Caſar citatus diſp. 12. num. 9.*

5 Requiſita ad Cardinalatum multa ſunt; præcipuè primo loco ætas 30. annorum in Cardinalibus Epiſcopis, cum eadem ætas deſideretur in Epiſcopis, & quæ requiſita ad Epiſcopatum requirūtur, eadem etiam in Cardinalis Presbyteri creatione requirit, *Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 1.* in Diaconis Cardinalibus, *à Siſto V. Papa Conſtitut. poſtquam verſ.* ætas 22. annorum requiritur; adeò vt intra annum adepto Cardinalatu debent aſcendere ad Diaconatum, aliàs voce actiua, & paſſiua priuatus exiſtit, *vide dictam Bullam editam anno 1595. tertiò nonas Decembris, & Trident. ſeſſ. 24. cap. 1.* benè verùm ex conſuetudine, & diſpenſatione Papali minores, rationis tamē capaces, Cardinales creantur, vt notat poſt *Barboſam, Dianam, & Monetam, Narbona de ætate ad hum. act. requiſ. ann. 30. quaſt. 4.*

6 Quæ, & omnia alia requiſita ad Cardinalatum ab eodem *Trid.* enumerantur, vt ſcientia, vitæ probitas, vt non ſit conſanguineus Cardinalis viuentis, non ſit bigamus, neque illegitimus, etſi per ſubſequens matrimonium legitimatus, *Barboſa ſuper d. c. 1. & in collec. ad cap. qui filij ſint legitimi num. 25. & c. tanta*, ibique etiam de titulis, & numero Cardinalium Diaconorum, Presbyterorum, & Epiſcoporum, & Diaconales tituli 15. Presbyterales 51. & alij Epiſcopales. Sed nouiter *à Clemente VIII. deſignata anno* 1602. & *à Paulo V. anno* 1618. confirmati tituli, & Eccleſiæ deſignatæ *à Clemente*.

7 Eorum officium generale (relictis particularibus, vt Camerarij, Pœnitentiarij, Vicecancellarij, Vicarij, &c.) de quibus omnibus *Iordanus variar. eluc. lib. 13. tit. 3. tom. 3.* qui adducit etiam *Congr. D. D. Cardin.* vt S. Officij contra hæreticam prauitatem, deputatas, & Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, Congregat. ſacrorum Rituum, Fontium, Viarum, Indicis Librorum prohib. ſacræ conſultæ, Immunitatis Eccleſiaſticæ, Examinis Epiſcoporum, &c. & officium declarat illarum, atque præeminentias, ſed generale eſt, quia ſocij, & familiares Papæ, vel vt alij dicunt, mēbra ſpecialia [cum eo enim faciunt vnum corpus; ſicut Epiſcopus cū Canonicis] Romano Pontifici aſſiſtunt, & illi in negotijs grauioribus occurrunt, *Clē. ne Romani de electione*, & eo mortuo facere creationem, *d. Clem. ne Romani c. in nomine 23. d.* atque in Curia reſidere debēt, à qua nō diſcedunt ſine Papæ licentia, quia membra à corpore haud ſunt ſeparanda,

c. bo-

Google

tum rubrum, *Greg. XIV. anno* 1591. cum antea non habebant; ſed eiuſdem habitus biretum aſportabant, *Laertius tom. 2. Bull. fol.696.* & manent Religioſi, *c. 3. 16. q. 1. c. vnico 18. q. 1. Lezana tom. 1. cap. 17. nu. 1.* habitumuè portare debet, *Dian. part. 5. tr. 6. reſol. 66. Bellas. Verbo Cardinalis*. Et nota, quod Papa ſolus creat Cardinales, nec Cardinalium nomine veniunt Cardinales, *Piſani, Rauennat. & ſimil.* ſed S. R. E. Cardinales, *Barboſa in appellatiuis verb. Cardinalis*.

4 Eorum numerus eſt indeterminatus, & Papæ arbitrio relinquitur, debent tamē eſſe de iure ſeptuaginta, *c. ſeptuaginta 16. diſt. c. in nouo 21. diſt.* quorum quilibet ex nationibus varijs; & alij ſunt Epiſcopi, alij Diaconi, alij Presbyteri, ratione tituli, & beneficiorum, quæ habent, vt tituli Diaconales Diaconum, Presbyterales Presbyterum, & demum Epiſcopales Epiſcopum Cardinalem faciunt, ſeù Cardinalē Epiſcopum, & inter hos primum tenent locum Epiſcopi; medium Presbyteri, & alterum Diaconi, *c. relatio 21. q. 1. c. ſacroſancta 22. diſt. c. paſtoralis 7. q. 1. c. antiqua de priuilegijs c. cum redemptor 12. q. 2. c. ſtatuimus de maior. & obedientia*, omneſque ſimul fratres à Pontifice vocantur, *c. Eccleſia de electione*, diſiunctim verò Papa Cardinalem Epiſcopum vocat Fratrem, ſicut alios Epiſcopos Fratres, Diaconos, & Presbyteros filios, quia ipſe etiam Epiſcopus Epiſcoporum eſt, *Cæſar de Cardinalib. §. 2. n. 8. & §. 3. num. 6.* & etiam antiquior dicitur Decanus, alijſque præfertur primamq; vocem habet, *Cæſar citatus diſp. 12. num. 9.*

5 Requiſita ad Cardinalatum multa ſunt; præcipuè primo loco ætas 30. annorum in Cardinalibus Epiſcopis, cum eadem ætas deſideretur in Epiſcopis, & quæ requiſita ad Epiſcopatum requirūtur, eadem etiam in Cardinalis Presbyteri creatione requirit, *Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 1.* in Diaconis Cardinalibus, *à Siſto V. Papa Conſtitut. poſtquam verſ.* ætas 22. annorum requiritur; adeò vt intra annum adepto Cardinalatu debent aſcendere ad Diaconatum, aliàs voce actiua, & paſſiua priuatus exiſtit, *vide dictam Bullam editam anno* 1595. *tertiò nonas Decembris, & Trident. ſeſſ. 24. cap. 1.* benè verùm ex conſuetudine, & diſpenſatione Papali minores, rationis tamē capaces, Cardinales creantur, vt notat poſt *Barboſam, Dianam, & Monetam, Narbona de ætate ad hum. act. requiſ. ann. 30. quæſt. 4.*

6 Quæ, & omnia alia requiſita ad Cardinalatum ab eodem *Trid.* enumerantur, vt ſcientia, vitæ probitas, vt non ſit conſanguineus Cardinalis viuentis, non ſit bigamus, neque illegitimus, etſi per ſubſequens matrimonium legitimatus, *Barboſa ſuper d. c. 1. & in collec. ad cap. qui filij ſint legitimi num. 25. & c. tanta*, ibique etiam de titulis, & numero Cardinalium Diaconorum, Presbyterorum, & Epiſcoporum, & Diaconales tituli 15. Presbyterales 51. & alij Epiſcopales. Sed nouiter *à Clemente VIII. deſignata anno* 1602. & *à Paulo V. anno* 1618. confirmati tituli, & Eccleſiæ deſignatæ *à Clemente*.

7 Eorum officium generale (relictis particularibus, vt Camerarij, Pœnitentiarij, Vicecancellarij, Vicarij, &c.) de quibus omnibus *Iordanus variar. eluc. lib. 13. tit. 3. tom. 3.* qui adducit etiam *Congr. D.D. Cardin.* vt S. Officij contra hæreticam prauitatem, deputatas, & Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, Congregat. ſacrorum Rituum, Fontium, Viarum, Indicis Librorum prohib. ſacræ conſultæ, Immunitatis Eccleſiaſticæ, Examinis Epiſcoporum, &c. & officium declarat illarum, atque præeminentias, ſed generale eſt, quia ſocij, & familiares Papæ, vel vt alij dicunt, mēbra ſpecialia; [cum eo enim faciunt vnum corpus; ſicut Epiſcopus cū Canonicis] Romano Pontifici aſſiſtunt, & illi in negotijs grauioribus occurrunt, *Clē. ne Romani de electione*, & eo mortuo facere creationem, *d. Clem. ne Romani c. in nomine 23. d.* atque in Curia reſidere debēt, à qua nō diſcedunt ſine Papæ licentia, quia membra à corpore haud ſunt ſeparanda, *c. bo-*

*c.bonæ. memoriæ il 1. de poſtulat. Prælat. c. 2. de Cleric. non reſident.* niſi ſint Epiſcopi, qui tenentur ad reſidentiam in proprijs Diœceſibus, *Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 1.*

8 Ob tantæ dignitatis præeminentiam varia ſunt illis conceſſa priuilegia, & præcipuè, vt poſt Papam primum habeant locum, *Eugen. Papa IV. in Conſtit. non mediocri, & Clemens V. vt referunt, Manfredus hoc titulo diſt. 101. Vaſquez to. 3. diſp. 242. Plato etiam de Cardinalibus cap. 1. Narbona de ætate ad hum. actus req. ann. 30. n. 2. Ferrus citatus, in principio*, qui alias præcedentias inter eos adducit circa locum, &c. quas Bullas non legerunt aliqui forsàn, qui contrarium dixerunt aſſerentes Patriarchatum primam eſſe dignitatem poſt Pontificatũ. Sed loquuntur forsàn de iure antiquo, *vt dicam in ſeq. deciſione n. 5.*

9 Habent etiam iuriſdictionem Epiſcopalem in ſuis titulis, etſi non ſint Epiſcopi; ſed Diaconi, vel Presbyteri, & quæ facit Epiſcopus in Diœceſi, ipſi in ſuis titulis facere valent, *c. his quæ. de maiorit. & obed.* conferuntque ordines minores ſubditis ſuis, & familiaribus, *Barboſa in coll. ad concilium ſeſſ. 23. de ref. c. 9.* & multorũ teſtium numerus requiritur in probando delicto contra eos, *c. præſul 2. q. 4.* & à ſolo Papa deponuntur, *Gloſ. in c. 2. de Cleric. non reſident.*

10 Eos percutiens in crimen læſæ Maieſtatis incurrit, *c. felicis de pæn. in 6.* ſicut alitèr malè tractans, *Pius V. in Conſtit. infelicis edita anno 1565. & in Bulla Cœnæ*, excommunicatur; eorum domus gaudet Immunitate, & alia Priuilegia videnda, *apud Barboſam citatum tom. 1. cap. 3. de Cardinalibus, Riccium coll. 120. & 1724. & alios.*

11 Et præcipuè aliqui dixere eorum declarationes cõſulto, & annuente Papa, [ſecùs eo iubente] *Vidal. in oper. mor. tit. de matrim. inq. 4. num. 47.* vim legis habere; quod *ego negaui cum alijs in Deciſ. 3. ſupra de Conſtitut. n. 43. & 50.* ipſos verò ad leges Papales teneri non dubitatur, cum illæ omnes ligent; & ſolùm creditur aſſertioni Cardinalium, quando non adeſt tertij præiudicium ſecundùm aliquos, ſed reuèra credendum eis maximè eſt, & fides adhibenda, quia tales perſonæ ſunt in tali ſuprema dignitate conſtituti, *Riccius coll. deciſ. 1460. ex c. nobiliſſimo 67. diſt.*

12 Ad regulas tamen Cancellariæ nõ tenentur, cum propriè leges non ſint, docent non indocti moderniores ſcribentes ſuper dictis Regulis, & de legibus cum *Barboſ. cit. n. 82. Bonacina, Comeſio, & Baldell. de legib. diſp. 17. n. 2.* etſi ſint, tamen excipiuntur Cardinales, qui in conferendis beneficijs his regulis non ligantur, *Riccius collec. deciſ. 1282. & 1724.*

13 Legati etiam in Eccleſiaſtica hierarchia reperiuntur, qui Eccleſiæ inſeruiunt, & habes præcipuum in iure noſtro titulum de officio Legati, hoc nomine vocati à verbo, lego, quod eſt mando, decerno, delibero; quia Papa deliberauit illum mittere in aliquam Prouinciã. Sicuti Legatum dicitur, quia Teſtator deliberauit alicui partem dare de ſua hæreditate; & Papa quia præſens eſſe non poteſt in omnibus locis, *c. cum inſtantia de cenſibus*, Legatos mittit, *c. 1. 94. diſt. Cæſar hoc titulo in principio*, aùt ſecundum alios dicitur Legatus, ideſt, Orator, qui mittitur pro pace, vt in bellis, &c. *Iordanus infra citandus num. 50.*

14 Species Legatorum tres dicit, *Gloſſ. in c. 1. de offic. legat.* alij Legati nati, & ſunt perſonæ, quibus annexa eſt legatia cum ſua dignitate. Ità Legatus eſt Archiepiſcopus Cantuarienſis, *c. 1. de off. legat.* Rhemenſis Epiſcopus in Francia, *c. penult. de filijs Presbyt. c. per venerabilem §. verùm, qui filij ſint legitim. & alij.* Qui Legati nati in Prouincia ſunt.

15 Sicuti etiam eſt Monarchia in Sicilia Regi Rogerio, & Succeſſoribus ab Vrbano II. Papa conceſſa, *Maurolicus in cõpend. rerum ſicular. fol. mihi 93.* & Rex Siciliæ Legatus eſt, *Salgadus de retention. Bullar. par. 1. cap. 2. n. 42. Abruzz. in comment. ad cap. Ferdin. comm. 2. n. 129. cum ſeq. Sebaſtia-*

Google

*baſtianus Cæſar citatus ſupra num ſuo.4. & alij poſt eos.*

16 Secundam ſpeciem Legatorum facit Legatus de latere *c.decreto, c.ſi quis Epiſcopus 2.q.6.* quæ dignior eſt, nam Cardinales, qui, vt dixi, membra ſunt Pontificis, ordinariè mittuntur, *Ferrus de præced. q.29. num.2. Gloſ. in d.c.1. verſ. legationes.*

17 Tertiò dantur Legati, & Nuncij ſimplicitèr, quibus committitur negotium faciendum in aliqua Prouìncia, *c.volentes de offic. legat.* neque in facultate dicũtur, & cum poteſtate Legatorũ de latere. Quãdo verò ſunt leuioris negotij, & parui momẽti, Commiſſarij Apoſtolici nuncupantur, vel cum cõmittitur aliquod negotiũ exequendum: & hi Delegati ſimplices, ſeù exequutores, de quibus eſt titulus, *de officio delegati in Decretalib. & in 6.* & hi aùt à Papa, aùt ab ipſiſmet Legatis mittùntur, *vt dicam lib.4. deciſ. 1. de Iudicijs num....* neque inter has perſonas dignas annumerantur, ſed ſolùm meri Iudices nullam habentes dignitatem dicũtur, & executores, aùt Nuncij Apoſtolici, vt de conſuetudine teſtatur, *Iordanus in eluc. varijs tom.3. lib. 13. tit. de iuriſdic. ordin. nu.49.* quod nimirùm præter DD. Cardinales, qui Legati dicuntur, alij Nuncij, vel Præſides, aùt Delegati, appellantur.

18 Officium Legatorum, atque authoritas varia pro diuerſitate negotij, & commiſſione; nam Legati de latere præcipuè poteſtatem, atque iuriſdictionem quaſi Papalem habent, & quæ à Papa ſpecialitèr non reſeruantur, Legatis conceſſa cenſentur, *arg. c.4. de offic. legat.* ibi Eccleſiam Panormitanam Meſſanenſi ſubijciens Legatus, factum non abrogatur, cum multa facta teneant, etiamſi fieri prohibeantur, *l. Patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. Barbarius de officio Prætoris,* nec prohibitum hoc fuit *Cencio* Legato, aùt ſpecialitèr Papæ in iure reſeruatur hoc ius: ergo, cenſetur conceſſum, & benè factum, quia, quæ facta ſunt à Legato, dicuntur facta à Sede Apoſtolica, niſi appoſita fuiſſet taxatiua tantùm, aùt conſimilis, vel materia ſoli Papæ conueniat, *Inn. Archid. & alij citati, à Iordano in elucub. varijs lib. 13. tit.3. de iuriſd. ord. nu.54. tom.3.* & circa hanc præcedentiam. *Vide Saluagum in Apologia contra Pirrum netinum in actuario, qui ex Anteſignano Barbatia Concluſionem defendit, & poſt Albertum Piccolo, & alios, Patrẽ Paulum Belli Soc. Ieſu in Gloria Meſſãn. cap. 8. fol. mihi 33.* nec erat reprehendendus Cencius, ſi Primatem fecit in Sicilia cum Primas eſſe debebat in omnibus Prouincijs, vbi Chriſti Domini fides fuit amplexa, & promulgata, & hic in Primarijs Ciuitatibus, *c. in illis; c. vrbes 80. diſt.* vbi erant Primi flamines, *d.c. in illis Cæſar de Eccl. Hier. diſp.4. nu.1.2. & per totam,* prout Meſſanæ, quia prima, & Caput Siciliæ, *vt ait Summus Pontifex Iulius III. in Bulla edita anno 1552. ſub die tertio Februarij [ex iniuncto,] ibi, Ciuitas Meſſanẽſis, quæ nobis, & Sedi Apoſtolicæ deuotiſſima valdèque inſignis extitit, ob opera, & præſidia in bellis punicis Almæ Vrbi noſtræ per eam tunc præſtita, Senatus Populique Romani decreto in cæterarum Regni Siciliæ Ciuitatum Caput erigi, & nobilitatis titulo extolli meruerit, & adducit per extenſum Doctiſſimus Inchofer in Coniect. Epiſt. B.M.V. cap. 54. fol. mihi 405.*

19 Et abſoluunt etiam Legati à cenſuris reſeruatis, *c. ad eminentiam de ſent. excomm.* vt eſt Clerici percuſſio, *ex c. ſi quis ſuadente 17.q.4. d.c. ad eminentiam vbi Gl. & DD. in Clem. grauis de offic. legat.*

20 Beneficia conferunt tanquam ordinarij, *c.1. & c. præſenti de offic. legat.* etiam deuoluta, & Papæ reſeruata, *c. pen. de præbend.* & alia in iure ex ſua authoritate facere poſſunt Legati in ſua Prouincia exiſtentes, & extra, *Gloſſ. in c. nemo de offic. legat.* dummodo non ſint illi prohibita, *arg. c. omnes Baſilicæ 16. q.7.* vel Papæ reſeruata ſpecialitèr, aùt ex natura negotij, *vt ſup. dixi.* Aduertas tamẽ ad Decr. *Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat.* ibi. Concilium omnibus Legatis, & Nuncijs, & Gubernatoribus Eccleſiaſticis præcipit, ne Epiſcopos in cauſis ad forum Eccleſiaſticum

ſpectantibus impedire audeant, aùt eorũ iuriſdictionem interrumpere, ſeù turbare, neque contra Clericos, & Eccleſiaſticos procedant, niſi requiſito Epiſcopo, vel eo negligente, & in appellationibus ad eos interpoſitis, & alijs ordinationibus iuxta formam, *c. Romana de appellat.* & iuris cõmunis, *idem Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 7. & Iordanus citatus num. 68. cum Caſare num. 3. in §. 2. arg. ex c. peruenit 11. q. 1. c. fratre 16. q. 3. Auguſtinus Barboſ. in collec. ſuper dict. concilio; ex Verbis apertis dicti Concilij.*

22 Demum finitur Legati officium morte, vel finitó negotio, aùt reuocatione à Papa, vel finito tempore, ſi ad tempus fuit, aùt abſentia ſi ipſe diſcedit à Prouincia animo non redeundi, aùt morte Summi Pontificis, *c. legatos 2. de offic. legat.*

23 Inſignia Legati ſunt ex Tex. in *c. antiqua de priuilegijs à Canoniſtis ſcribentibus tradita; & Barboſ. cit. tit. de offic. legat. n. 21. cũ Gãbaro de officio Legati, & alijs.*

## DECISIO SEXTA.

### De Patriarchis, Primatibus, & Archiepiſcopis.

*SVMMARIVM.*

1 *Quid ſit Patriarcha, eius dignitas, & poteſtas?*
2 *Epiſcopalis ordo diuiditur, vt alij ſint Epiſcopi ſimplices, alij Archiepiſcopi, alij Primates, & alij Patriarchæ.*
3 *Quarè ita vocantur Patriarchæ, & de origine, & qui propriè, & impropriè hoc nomen habent n. 4. & 7.*
5 *De eorum Priuilegijs, & loco, & num. 6. & 7.*
8 *Primas quid? & de eius priuilegijs n. 9.*
9 *Meſſanenſis Archiepiſcopus, eſt Primas in Sicilia; & Meſſana eſt Regni Siciliæ Caput.*
10 *Archiepiſcopus eſt Princeps Epiſcoporum, & de Authoritate n. 51.*
12 *Confirmat electos, & iniungit Epiſcopis ſuffraganeis, vt veniant ad Synodum ſub pœna ab eo imponenda, non à Vicario n. 13.*
14 *Omnes cauſas ciuiles cognoſcit ab Epiſcopis, deciſas via appellationis, & n. 16. non verò criminales proprias illorum, nec ciuiles.*
17 *Priuilegia alia habet, tanquam Archiepiſcopus n. 18. & 19. titulumque Illuſtriſſimi ſecundum aliquos; & Reuerendiſſimi, vt ibi, & de loco, & benedictionibus.*

1 PEtes primò quid ſit Patriarcha, & eius dignitas, atque poteſtas?

Supponas pro hac deciſione, & ſeq. quod poſt Summum Pontificem, & Cardinales in Eccleſia primum locum obtinent Epiſcopi, cum iſti loco ſint Apoſtolorum, qui diuiſi per mundi partes fuerunt, *c. in nouo 21. diſt. c. fin. 63. diſt. c. legimus 93. diſt.* quia Cardinales in præſentia Papæ tanquam Seniores aſſiſtentes ſunt, & Patres conſulentes Romanum Pontificem, vt dicebam in præcedenti, *Ferrus de praced. q. 33.*

2 Supponas ſecundo Epiſcopalem ordinem quadripartitum eſſe in quantum ad gradum, & Epiſcopalem iuriſdictionẽ, & alij Patriarchæ; alij Primates; alij Archiepiſcopi, ſeù Metropolitani; alij ſimplices Epiſcopi ſunt *c. Cleros 21. diſt.* & ſi omnes Epiſcopi, tamen ratione poteſtatis nomen mutant *d. c. Cleros.*

3 His poſitis. Reſpondeas, quod Patriarchæ dicti ſunt; ex eo quia Patrum Principes Apoſtolicum retinent locum, & ſummo honore funguntur; ideò tali nomine appellantur, *d. c. Cleros* & inter illos præcipuum locum habent Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus, & Antiochenus; quæ dignitates fuerunt priùs à Diuo Petro inſtitutæ, *c. in illis 80. diſt.* & vbi erãt apud Gentiles primi Flamines, ideſt primi Legum Doctores, & Populorum magiſtri; fuerunt poſiti Primates, vel Patriarchæ; vbi erant Archi-

chiflamines, Doctores nimirùm illis minores, poſuit Archiepiſcopos Eccleſiæ *c.1. 99. diſt.* demum vbi erant flamines, Epiſcopi fuerunt ordinati, *d.c.1.99.diſt.& c. in illis* 80. *diſt.*

4 Patriarchalis dignitas aliquādo propriè, aliquando impropriè accipitur. Proprij Patriarchæ ſunt quatuor poſiti, *in c.renonantes, & c.definimus 22. diſt. c. antiqua de priuileg. Extrauag. Sancta Romana de elect.* quorum primus eſt Conſtantinopolitanus; Secundus Alexandrinus; Tertius Antiochenus; & Quartus Hieroſolymitanus. Horum ſuperior eſt Papa, & contrarium aſſerere hæreticum eſt. *Ita Sanctus Thomas contra errores Græcorum, & Cæſar hoc titulo num.*1. §.1. & ſunt tanquā radij ad ſolem Patriarchæ reſpectu Papæ, *c.loquitur* 24.*q.*1. daturque appellatio ab ijs ad Papam. *d.c. antiqua; c. conqueſtus 9. quæſt.*3. *Barbo. in Paſtor.tit.3.cap.1.n.26.*

5 Sedent hi, locumque habent poſt Cardinales. Et quod dicitur, *in c. antiqua de priuilegijs, & c.graue nimis de præbend. c.definimus* 22.*diſt.* ibi, *poſt Papam Patriarchæ ſedent*, quia omnium Epiſcoporum, & aliorum ſuperiores ſunt; receſſit ab aula: nam Cardinales ſedent poſt Papam, & locum primum habent, poſt eos Patriarchæ veniunt, & demum alij, *vt ſupra in præcedenti Deciſ. tetigi ex Bulla Eugenij IV. nu.*8.

6 Inſuper habent alia in iure Priuilegia; vt nimirùm eligantur à Canonicis ſuæ Eccleſiæ; niſi Ciuitates Patriarchales occupatæ ſint ab Agarenis; & Canonici pauci ibi ſint: nam tunc ad Papam electio pertinet: *Extrauag. Sancta Rom. de elect.* electos poſteà Papa confirmat, *c. ſcriptum* 40. *de elect.* & dat Pallium, & plenitudinem poteſtatis, *d.c. antiqua*, atque vtuntur inſignijs Romani Pontificis vbique, præterquam Romæ, vel vbi eſt Pontifex Summus; & habent appellationes à Prouincijs ſibi ſubiectis; aliaque Priuilegia; de quibus poſt *Tex. in d.c. antiqua de priuil. Iordanus cit. n.*7. *& Ferrus, cum Barboſa.*

7 Sunt aliqui Epiſcopi nomen Patriarcharum habentes, vt ſunt *Venetus, Indiarū, Aquilienſis, & alij* de quibus *Gloſ. in d.c. Cleros verſ. Archiepiſcopis*, qui propriè Patriarchæ vocari non debent, *Barboſa in appellationis verb. Patriarcha, Sebaſtianus Cæſar de Primatibus, & Patriarchis* §.3. nec habent Priuilegia à iure veris Patriarchis conceſſa. *Extr. Sancta Romana de electione Cæſar citatus* §.4. *in fine*, & ſolùm minores vocari poterunt Patriarchæ, & impropriè.

8 Petes ſecundò quid ſit Primas, & eius dignitas? Reſpondent *DD. cum Gloſ. in c. coram de in integr. reſtit. ex c.1. & 2.99. diſt. & c. in illis* 80. *diſt.* ibi, *Primates poni, vel Patriarchas Beatus Petrus præcepit*, non dari differentiam inter Primatem, & Patriarcham: ſed alij dant differentiam, vt minoris ſit dignitatis à Patriarcha, licèt enim omnis Patriarcha ſit Primas, non tamen è contra, & talis dicitur quia Primus, &c.

8 Ideò Archiepiſcopus in Prouincia, in qua multi ſunt Epiſcopi, & etiam Archiepiſcopi, poteſt eſſe Primas, non ideò erit Patriarcha; vt vtatur inſignijs, & authoritate illius, ſed ſolummodò poteſt dignitatem, & locum primum obtinere in Prouincia reſpectu Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, vt Archiepiſcopus Mamertinus primas eſt in Sicilia, *c.4. de offic. Legat. vt ſup. in præc. deciſ. n.*18. *in Sardinia Piſanus; in Hiſpania Toletanus, &c.* eorum authoritas, & poteſtas non extenditur, niſi quoad dignitatem ſolummodo de regula, & locū; nam ſi adſunt particularia, adeas ſua Priuilegia, ex quibus fuerunt inſtituta. *Cæſar ſupra citatus* §.3. *in fine cum alijs*, & in iure priuilegia conceduntur ſolùm veris quatuor Patriarchis ſupra relatis, non alijs, qui ex Priuilegio habere poſſunt, ſed de iure non habent, *d.c. renonantes, & c. definimus*.

10 Petes tertiò quid ſit Archiepiſcopus, & eius authoritas? *In c.Cleros* 21. *diſt. Yſidorus*, Etymologiam Archiepiſcopi tradit, vt ſit Princeps Epiſcoporum, & Metropolitanus, quia alias Ciuitates ſub ſe habet, vel meliùs, quia in Matrice Ciuitate

ſpectantibus impedire audeant, aùt eorũ iuriſdictiouem interrumpere, ſeù turbare, neque contra Clericos, & Eccleſiaſticos procedant, niſi requiſito Epiſcopo, vel eo negligente, & in appellationibus ad eos interpoſitis, & alijs ordinationibus iuxta formam, *c. Romana de appellat.* & iuris cõmunis, *idem Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 7. & Iordanus citatus num. 68. cum Caſare num. 3. in §. 2. arg. ex c. peruenit 11. q. 1. c. fratre 16. q. 3. Auguſtinus Barboſ. in collec. ſuper dict. concilio; ex Verbis apertis dicti Concilij.*

22 Demum finitur Legati officium morte, vel finitó negotio, aùt reuocatione à Papa, vel finito tempore, ſi ad tempus fuit, aùt abſentia ſi ipſe diſcedit à Prouincia animo non redeundi, aùt morte Summi Pontificis, *c. legatos 2. de offic. legat.*

23 Inſignia Legati ſunt ex Tex. in *c. antiqua de priuilegijs à Canoniſtis ſcribentibus tradita; & Barboſ. cit. tit. de offic. legat. n. 21. cũ Gãbaro de officio Legati, & alijs.*

## DECISIO SEXTA.

### De Patriarchis, Primatibus, & Archiepiſcopis.

*SVMMARIVM.*

1 *Quid ſit Patriarcha, eius dignitas, & poteſtas?*
2 *Epiſcopalis ordo diuiditur, vt alij ſint Epiſcopi ſimplices, alij Archiepiſcopi, alij Primates, & alij Patriarchæ.*
3 *Quarè ita vocantur Patriarchæ, & de origine, & qui propriè, & impropriè hoc nomen habent n. 4. & 7.*
5 *De eorum Priuilegijs, & loco, & num. 6. & 7.*
8 *Primas quid? & de eius priuilegijs n. 9.*
9 *Meſſanenſis Archiepiſcopus, eſt Primas in Sicilia; & Meſſana eſt Regni Siciliæ Caput.*
10 *Archiepiſcopus eſt Princeps Epiſcoporum, & de Authoritate n. 51.*
12 *Confirmat electos, & iniungit Epiſcopis ſuffraganeis, vt veniant ad Synodum ſub pœna ab eo imponenda, non à Vicario n. 13.*
14 *Omnes cauſas ciuiles cognoſcit ab Epiſcopis, deciſas via appellationis, & n. 16. non verò criminales proprias illorum, nec ciuiles.*
17 *Priuilegia alia habet, tanquam Archiepiſcopus n. 18. & 19. titulumque Illuſtriſſimi ſecundum aliquos, & Reuerendiſſimi, vt ibi, & de loco, & benedictionibus.*

1 PEtes primò quid ſit Patriarcha, & eius dignitas, atque poteſtas?

Supponas pro hac deciſione, & ſeq. quod poſt Summum Pontificem, & Cardinales in Eccleſia primum locum obtinent Epiſcopi, cum iſti loco ſint Apoſtolorum, qui diuiſi per mundi partes fuerunt, *c. in nouo 21. diſt. c. fin. 63. diſt. c. legimus 93. diſt.* quia Cardinales in præſentia Papæ tanquam Seniores aſſiſtentes ſunt, & Patres conſulentes Romanum Pontificem, vt dicebam in præcedenti, *Ferrus de praced. q. 33.*

2 Supponas ſecundo Epiſcopalem ordinem quadripartitum eſſe in quantum ad gradum, & Epiſcopalem iuriſdictionẽ, & alij Patriarchæ; alij Primates; alij Archiepiſcopi, ſeù Metropolitani; alij ſimplices Epiſcopi ſunt *c. Cleros 21. diſt.* & ſi omnes Epiſcopi, tamen ratione poteſtatis nomen mutant *d. c. Cleros.*

3 His poſitis, Reſpondeas, quod Patriarchæ dicti ſunt; ex eo quia Patrum Principes Apoſtolicum retinent locum, & ſummo honore funguntur: ideò tali nomine appellantur, *d. c. Cleros* & inter illos præcipuum locum habent Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus, & Antiochenus; quæ dignitates fuerunt priùs à Diuo Petro inſtitutæ, *c. in illis 80. diſt.* & vbi erãt apud Gentiles primi Flamines, ideſt primi Legum Doctores, & Populorum magiſtri; fuerunt poſiti Primates, vel Patriarchæ; vbi erant Archi-

chiflamines, Doctores nimirùm illis minores, poſuit Archiepiſcopos Eccleſiæ *c.1. 99. diſt.* demum vbi erant flamines, Epiſcopi fuerunt ordinati, *d.c.1.99.diſt.& c. in illis* 80. *diſt.*

4 Patriarchalis dignitas aliquādo propriè, aliquando impropriè accipitur. Proprij Patriarchæ ſunt quatuor poſiti, *in c. renouantes, & c. definimus* 22. *diſt. c. antiqua de priuileg. Extrauag. Sancta Romana de elect.* quorum primus eſt Conſtantinopolitanus; Secundus Alexandrinus; Tertius Antiochenus; & Quartus Hieroſolymitanus. Horum ſuperior eſt Papa, & contrarium aſſerere hæreticum eſt. *Ita Sanctus Thomas contra errores Græcorum, & Cæſar hoc titulo num.*1. §.1. & ſunt tanquā radij ad ſolem Patriarchæ reſpectu Papæ, *c. loquitur* 24.*q.*1. daturque appellatio ab ijs ad Papam. *d.c. antiqua; c. conqueſtus* 9. *queſt.*3. *Barbo. in Paſtor. tit.*3.*cap.*1.*n.*26.

5 Sedent hi, locumque habent poſt Cardinales. Et quod dicitur, *in c. antiqua de priuilegijs, & c. graue nimis de præbend. c. definimus* 22.*diſt.* ibi, *poſt Papam Patriarchæ ſedent*, quia omnium Epiſcoporum, & aliorum ſuperiores ſunt; receſſit ab aula: nam Cardinales ſedent poſt Papam, & locum primum habent, poſt eos Patriarchæ veniunt, & demum alij, *vt ſupra in præcedenti Deciſ. tetigi ex Bulla Eugenij IV. nu.*8.

6 Inſuper habent alia in iure Priuilegia; vt nimirùm eligantur à Canonicis ſuæ Eccleſiæ, niſi Ciuitates Patriarchales occupatæ ſint ab Agarenis; & Canonici pauci ibi ſint: nam tunc ad Papam electio pertinet. *Extrauag. Sancta Rom. de elect.* electos poſteà Papa confirmat, *c. ſcriptum* 40. *de elect.* & dat Pallium, & plenitudinem poteſtatis; *d. c. antiqua*, atque vtuntur inſignijs Romani Pontificis vbique, præter quàm Romæ, vel vbi eſt Pontifex Summus, & habent appellationes à Prouincijs ſibi ſubiectis; aliaque Priuilegia; de quibus poſt *Tex. in d. c. antiqua de priuil. Iordanus cit. n.*7. *& Ferrus, cum Barboſa.*

7 Sunt aliqui Epiſcopi nomen Patriarcharum habentes, vt ſunt *Venetus, Indiarū, Aquilienſis, & alij* de quibus *Gloſ. in d. c. Cleros verſ. Archiepiſcopis*, qui propriè Patriarchæ vocari non debent, *Barboſa in appellationis verb. Patriarcha, Sebaſtianus Cæſar de Primatibus, & Patriarchis* §.3. nec habent Priuilegia à iure veris Patriarchis conceſſa. *Extr. Sancta Romana de electione Cæſar citatus* §.4. *in fine*, & ſolum minores vocari poterunt Patriarchæ, & impropriè.

8 Petes ſecundò quid ſit Primas, & eius dignitas? Reſpondent *DD. cum Gloſ. in c. coram de in integr. reſtit. ex c.*1.*&* 2.99.*diſt. & c. in illis* 80.*diſt.* ibi, *Primates poni, vel Patriarchas Beatus Petrus præcepit*, non dari differentiam inter Primatem, & Patriarcham: ſed alij dant differentiam, vt minoris ſit dignitatis à Patriarcha, licèt enim omnis Patriarcha ſit Primas, non tamen è contra, & talis dicitur quia Primus, &c.

8 Ideò Archiepiſcopus in Prouincia, in qua multi ſunt Epiſcopi, & etiam Archiepiſcopi, poteſt eſſe Primas, non ideò erit Patriarcha; vt vtatur inſignijs, & authoritate illius, ſed ſolummodò poteſt dignitatem, & locum primum obtinere in Prouincia reſpectu Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, vt Archiepiſcopus Mamertinus primas eſt in Sicilia, *c.*4.*de offic. Legat. vt ſup. in præc. deciſ. n.*18. *in Sardinia Piſanus; in Hiſpania Toletanus, &c.* eorum authoritas, & poteſtas non extenditur, niſi quoad dignitatem ſolummodo de regula, & locū; nam ſi adſunt particularia, adeas ſua Priuilegia, ex quibus fuerunt inſtituta. *Cæſar ſupra citatus* §.3. *in fine cum alijs*, & in iure priuilegia conceduntur ſolùm veris quatuor Patriarchis ſupra relatis, non alijs, qui ex Priuilegio habere poſſunt, ſed de iure non habent, *d. c. renouantes, & c. defininimus*.

10 Petes tertiò quid ſit Archiepiſcopus, & eius authoritas? *In c. Cleros* 21.*diſt. Yſidorus*, Etymologiam Archiepiſcopi tradit, vt ſit Princeps Epiſcoporum, & Metropolitanus, quia alias Ciuitates ſub ſe habet, vel meliùs, quia in Matrice Ciuitate

reſidet, & exiſtit in capite Prouinciæ, & Diœceſis: idemq; ſunt Metropolitanus, ac Archiepiſcopus, *c. ferente de præbend. c. paſtoralis de offic. ordin. Extrauag. Saluator. de præbend.* & ſuffraganeos debet habere Epiſcopos, *c. ſcitote 6. q. 3.* niſi alitèr ſit ex priuilegio, *vt in Roſſanenſi*, & alijs, patet.

11 Archiepiſcopi authoritas, & poteſtas hìc conſideratur reſpectu Epiſcoporũ ſuffraganeorũ; nam reſpectu ſubditorum ferè eadẽ eſt poteſtas Epiſcopi, & Archiepiſcopi, dixi ferè; nam in duobus ſolùm iſti diſcrepare videntur 1. in conſecratione: quia Metropolitanus à tribus Epiſcopis ſuffraganeis conſecratur, præſentibus, vel conſenſientibus per literas, *c. 1. 66. diſt. c. ne Epiſcopi de temp. ordin.* niſi, in terris vbi Princeps Patronus eſt, vt Rex noſter Catholicus, nam iſte præſentat ſolùm, & Papa confirmat, *Cæſar citatus de Archiepiſcopis n. 3.* ſecundo in Pallio, & receptione eius, de quo infra, in reliquis eadem eſt authoritas, & poteſtas Epiſcopi, & Archiepiſcopi circa ſubditos proprios.

12 Et poteſtas Archiepiſcopi circa ſuffraganeos Primò conſiſtit in confirmãdo electos in Epiſcopos, *c. qua fronte de appellat. c. inter corporalia de translat. Epiſcopor.* Secundò in iniungendo illis, vt obſeruent ſtylum Metropolitanæ Eccleſiæ ſuæ, *c. dilectus el 2. de Simon.*

13 Tertiò in conuocando ad Synodũ. *Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 2.* cum ipſe ſit Synodi Prouincialis Præſidens, *c. placuit 18. d. c. paſtoralis de off. ordin.* Et ſi Epiſcopus non facit Synodum ſuſpẽdi poteſt per Archiepiſcopum, *DD. in c. 1. de offic. ordin. in 6.* atque etiam excommunicari, & interdici ex cauſa illum poteſt, *d. c. 1. §. fin.* & DD. extendunt ad Vicarium Archiepiſcopi, qui idem poteſt circa ſuffraganeos abſente Epiſcopo quod mihi non placet, benè verùm poteſt Archiepiſcopus ex rationabili cauſa Vicarium Epiſcopi excommunicare, vel officialẽ, *Gloſ. in d. c. 1. verſ. rationabili.*

14 Atque abſolutè omnes cauſas cognoſcit Archiepiſcopus de Epiſcopo, & eius Curia, *c. quia cognouimus 10. q. 3.* quæ à iure illi conceduntur, *Hoſtienſ. per Tex. in c. 2. de translat. Epiſcop.* ſed cauſæ criminales, & crimina propria Epiſcopi apud Sedem Apoſtolicam terminanda, & cognoſcenda, *Trident. ſeſſ. 13. cap. 6. 7. & 8. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 5. ibi ſolummodo criminaliter contra Epiſcopos proceditur, ſi agatur in cauſis, in quibus venit deponendus, vel priuandus, &c.*

15 Idem in ciuilibus cauſis vertẽtibus inter Epiſcopos ſuffraganeos, *d. c. 8.* vbi *Barboſa, ex Aldan. adducit, decretum Congreg. Epiſc. Rhegienſi ſub die 3. May 1658.* ſupradictum authorizans, & confirmans, & ciuiles, minoreſq; cauſæ Epiſcoporum in Concilio Prouinciali etiam terminari, & cognoſci poſſunt, *ex Trid. citato ſeſſ. 24. c. 5. Barboſa de off. & poteſtate Epiſcopi alleg. 112. n. 15. & ſup. dict. Concilio Trident.* Quod ſi alij ſunt habentes priuilegia hæc cognoſcendi, illa ſunt attendenda, *c. antiqua de priuilegijs.*

16 Notandum tamen eſt, quod Archiepiſcopis de ſuffraganeorum cauſis in Curia vertentibus appellatio datur, *c. paſtoralis de offic. ordin. & c. duo ſimul eod. in 6. c. Romana de appell. lib. 6.* ſicut ad ſuperiorẽ appellatur à Iudice inferiori, *vt dicam lib. 4. deciſ. 1. in fine.*

17 Addas, & alia Archiepiſcopi Priuilegia circa inſignia ab illis adducta, vt Pallium, *c. ad honorẽ de author. & vſu pall.* quo in celebratione Miſſarum ſollemniũ vtũtur etiam Patriarchæ, *c. niſi ibid.* & aliqui Epiſcopi ſolummodo ex ſpeciali priuilegio; & hoc per totam Prouinciam, *c. Pallium 100. diſt.* & in locis exemptis, *Clem. Archiepiſcopo de priuileg.* in diebus tamen ex priuilegio cõceſſis, *c. fin. ibid.* atque in ordinationibus, &c. vt in Pontificali habes.

18 Pallium verò inſtanter petit iſte à Papa, & intra tres mẽſes ex decreto, *Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 9.* vna cum conſecratione, *c. priſca 100. diſt.* & Papa concedit, vt vtatur intra Eccleſiam ſuam certis diebus, qui exprimuntur in priuilegijs ſuæ Eccle-

Eccleſiæ, & in formulis petendi Pallium, & datur cuicumque Papa iuſſerit, vt tradit, *Caſtaldus in Praxi Cerem.lib.1.ſect.10.cap.10.* cum quo ſepelitur Archiepiſcopus.

19 Demum Archiepiſcopus Crucem Domini ante ſe per totam Prouinciam defert, *c.antiqua de priuil.d.Clem. Archiepiſcopo*, niſi præſente Legato, vel Cardinali, *DD. in d.c.antiqua*, & ſolita benedictione Populum benedicit, *d. Clem. Archiepiſcopo*, atque Illuſtriſſimi titulo honoratur, & Reuerendiſſimi de iure, ſecundum aliquos DD. inſuper quolibet in loco ſuæ Prouinciæ pontificaliter celebrare valet, *d.Clem.Archiep.* ſedetque coram Regibus, *Caſar cit.* §.1. *in fine*, ibi operto capite, qui circa Crucem ex praxi comuni etiam notat, quod ſicut Patriarcha vbique [præter Romam] ſuam Crucem ante ſe portat, ità Archiepiſcopus in tota ſua Prouincia, & Epiſcopus Baculum, in Diœceſi, benedicere verò vbique poſſunt, quia eſt benedictio actus ſacerdotalis, *idem tit. de Patriarchis, diſp.4.§.4.nu.25.* benè verùm præſente Superiore ob reuerentiam ſe abſtinere debent Epiſcopi, *arg. c. volentes de officio Legati, & dicam in ſeq. deciſ. in fine.*

## DECISIO SEPTIMA.

### De Epiſcopis, & eorum Poteſtate.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi nomen, idem ac ſuperintendens ſonat, & quid ſit, & de titulis n.2.*
3 *Vita, & mores Epiſcopi quomodo eſſe debeant remiſſiue.*
4 *De illius conſecratione.*
5 *Poteſtas eſt quadam potentia cum praeminentia, & multa denotat n.6.*
7 *Duplex eſt publica, & priuata.*
8 *Officium, eſt omne id, quod quiſque efficere debet pro ſua conditionis perſona, & Aduocati officium habent; Medici artem.*
9 *Officia alia Sacularia, alia Eccleſiaſtica.*
10 *Canonici perſonatum habẽt in Eccleſijs, non dignitatem; & ratio aſſignatur num.12.*
13 *Miniſteria omnia, veniunt appellatione officij lato ſumpto vocabulo.*
*Dignitatem qua perſona in Eccleſia habeant? & n.12.*
14 *Epiſcopus eandem poteſtatem habet in Diœceſi, quam Papa in Orbe, cum dependentia tamen, & ſubordinatione ad Pontificem.*
15 *Omnia facere poteſt, qua non ſunt Pontifici reſeruata.*
16 *Epiſcopi Poteſtas, aùt eſt ordinis, aùt iuriſdictionis, & ad qua hac applicatur n.16. & 17.*
18 *Subditos ad Dei cultum, & venerationem Sanctorum, pronos reddat, & rudimenta fidei, docere faciat pueris à Parochis n.19.*
19 *Lectionem Scriptura, & Verbũ Dei miniſtret, aùt miniſtrare faciat; incantatores eradicet, & hareticos.*
20 *Pradicatores in concionibus, non debent fabulis vti; Libri imprimi non poſſunt, aùt vendi abſque licentia Epiſcopi, & omnia qua ad fidem pertinent, & Sanctorum gloriam, Miſſarum celebrationem, & Sacramentorum miniſtrationem Epiſcopus curare debet 21. & 22.*
22 *Benedictiones Campanarum, Calicis, Veſtimentorum, &c. ab Epiſcopo in ſua Diœceſi fieri debent, & contrarium faciens punitur ſuſpenſione per annum à Pontificalibus.*
23 *Leges condere pro ſua Diœceſi poteſt, & Laycos obligare etiam in foro anima.*
24 *Omnes cauſa ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes; ab eo cognoſcuntur, & terminantur in prima inſtantia, ex Trident.*
25 *Viſitare Eccleſias, etiam exemptas, valet, & Diœceſim quolibet triennio ex conſuetudine, & ſuas, atque ſuffraganeorum ex cauſa, n.26. & de limitationib. ibid.*
27 *Et Eccleſias curatas, in quibus ſunt Parochi, ab Equitib' Hieroſolom. electi.*

26 *Sicu-*

26 *Sicuti Regularium, quatenùs curam habent animarum, ab alys gubernatas, non ab ipſis n.28.*

29 *Et Confraternitates.*

30 *Capitulum etiam,& aly Abbates, quando valeant viſitare remiſſiuè.*

31 *Delinquentes ſubditos punit, citra pœnam ſanguinis, adulteros, & concubinarios ex diſpoſitione Tridentini factis priùs monitionibus, ad ſententiam excommunicationis, non pœnis pecuniarys, & n.34.35.*

*Pœnas pecuniarias Epiſcopus non poteſt Cameræ applicare, ſed ad vſus pios.*

32 *Fiſcum habere poteſt ex generali conſuetudine,& etiam ipſe aggratiare, non eius Vicarius antè, & poſt ſententiam contra Coſtam.*

33 *Compoſitiones facit ſuper delictis, applicando pœnas etiam in vſus pios, ad quod tenetur Vicarius Capitularis; & Generalis Epiſcopi.*

34 *Eccleſia bonum animæ intendit; & corpus animi cauſa conſtitutum eſt, nec in Deo datur acceptio perſonarum.*

35 *Epiſcopus punire debet gentes de ſua familia cōcubinarios, & exteros, pœnis, prout ſupra.*

36 *Trident. loquens, & puniens concubinatum locum non habet in ſimplici incontinentia; quæ non punitur, niſi concurrentibus qualitatibus concubinatus, ſtrupi, & ſimil.*

37 *Epiſcopo non creditur aſſerenti pœnas pecuniarias applicaſſe in vſus pios, ſed conueniri poteſt, ſicut tutor,& curator pro computi redditione, & ſibi, aut pro conſanguineis, aliquid ex his dare non poteſt, niſi in caſu neceſſitatis, nec mercedem Vicario ſoluere; &c. prima charitas incipit à ſe ipſo.*

38 *Monarchiæ Regiæ Iudex cauſas ciuiles Epiſcoporū cognoſcit, & omnes alias in ſuis Curys exagitatas via grauaminis, exceſſus,&c.*

39 *Et in caſu negligentiæ, idem cauſas auocare valet, conſtito de iniuſtitia etiam extra iudicialitèr, quod facere poteſt Archiepiſcopus de cauſis Epiſcoporū ſuffraganeorum.*

40 *Abſoluit Epiſcopus, in irregularitatibus,& impedimentis occultis,& cum ordinatis per ſaltum, qui non miniſtrarunt ipſe, non eius Vicarius, qui nec ius viſitandi habet, vide nu.43. 44. & 46.*

41 *Diſpenſat cum illegitimis ad beneficia ſimplicia ſuſcipienda, & ordines minores, & in ætate ad beneficia ſimplicia, reſidentia Parochi, & ſua ſolùm ex trimeſtre.*

42 *Vota commutat: Eccleſia non iudicat de occultis ibid.*

43 *Abſoluit à cēſuris ſibi reſeruatis, & aliquando à reſeruatis ad Pontificem.*

44 *Irregularitatem tollere poteſt ortam ex homicidio voluntario, ad defenſam facto, & ex rixa repentina.*

45 *Et diſpenſat cum homicida voluntario occulto ad vſum, & miniſterium ſuſceptorum ordinum; ſicut cum mandante, ſi mandatarius fines mandati exceſſit, quod declaratur.*

46 *Vicarius Generalis poteſtatem non habet in his diſpenſationibus conceſſis Epiſcopo, nec eſt delegabilis poteſtas, quādo ad Epiſcopum eſt directa, & electa perſona induſtria, cum ſit odioſa; nec extenditur ad perſonas non nominatas,& ad ſucceſſores non tranſit; ſicut è contra; quæ diriguntur Vicario ab Epiſcopo non cognoſcuntur.*

47 *Induſtria perſonæ electa, alteri delegari negotium non poteſt; & in dubys verbis illa cenſetur electa.*

48 *Verba, conſcientiam tuam oneramus, denotant electam perſonæ induſtriam, & alia, vt tu cognoſcas, &c.*

49 *Et ſi Viro docto fiat delegatio, cum ſimil.*

50 *Poteſtatem non ſolùm Ordinariam, ſed delegatam habēt Epiſcopi, & in multis caſibus procedunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati; qui numerantur in ſeq.*

51 *Quæſtores eleemoſynarum Regulares licentiam ab Ordinario locorum petere non*

*re non tenentur, ſed demonſtrare in ſcriptis datam à ſuo Superiore; non exigendo tamen ſuperfluas, quia tunc priuari poterunt ab illo; & quo in loco Regulares, & quomodo quærere debent eleemoſynas n. 54.*

52 *Circumſtantia, quæ expoſcũtur, in dandis licentijs Quæſitandi, quæ dari nõ debent omnibus n. 53.*

54 *Eleemoſynas, qui dare tenentur ad morales Theologos recurrendum eſt.*

56 *Monialium clauſura cuſtodiẽdã, & ſeruanda, etiam ſi ſint exempta Authoritate Epiſcopi.*

57 *Lectio Scripturæ tradi debet in Monaſterijs curante Epiſcopo, & locis Religioſis.*

58 *Viſitare ille poteſt, & corrigere Religioſos exemptos degentes extra clauſtra.*

59 *Et pro cauſis ciuilibus, & miſerabilibus perſonis illos condemnare; puta pro mercede ſoluenda contra Abruzzum; ſicut, & contra omnes alios non habentes Conſeruatorem, vt ibi.*

60 *Alij caſus, in quibus Epiſcopus procedit, tanquã S. A. Delegatus enumerãtur.*

61 *Notarios imperitos priuat officio in ſua Curia; & prohibet ne munus ſuum exerceant, & quæ requiſita Notarius habere debet, vt ſit idoneus, circa ætatem, & alia in ſeq.*

62 *Ætas ad Notariatum.*

63 *Qui creare valent Notarios, & in Regnis vtriuſque Siciliæ n. 64. & 65.*

64 *Epiſcopus, eiuſque Vicarius, Notarios, & Tabelliones pro ſua Curia creare poſſunt, etiam Clericos; nec tale officiũ cum Clericatu repugnat; ſecùs cum Monachatu.*

65 *Notarij, & Tabelliones Epiſcopi gaudent fori priuilegio; & ab eodem puniuntur, ſi delinquunt in officio, vel à Vicario.*

66 *Superiores Religionum ſuos ſcribas faciunt.*

67 *Notarius vnius loci inſtrumentum in alio loco, & extra iuriſdictionem Domini creantis facere non poteſt, etiam in perſonis ſui territorij extra locum repertis.*

*Priuata ſcriptura, vt vim publici inſtrumenti habeat facere non poſſunt perſonæ priuatæ; ſecùs vt faciat plenam fidem, ſi trino teſte munita num. 69. & 70.*

68 *Notarius ſcribens ſcripturam, vt amicus; vim publici inſtrumenti non habebit, & ſcriptura priuata trino teſte munita plene probat, & vim habet inſtrumẽti publici, contra debitorem ſcribentem, & hæredes nõ contra tertium; & n. 70. niſi fuiſſet mercatorũ à ſuis libris extracta ibid.*

69 *Recognitio ſcripturæ priuatæ fieri debet per teſtes, qui dicant ſe fuiſſe præſentes in ſcriptura.*

70 *Creditor ex Scriptura priuata recognita præfertur poſterioribus creditoribus cũ publico inſtrumento; & retrotrahitur tempus, vt ibi, & n. 73. 74.*

71 *Inſtrumentum, & ſcriptura priuata, viam exequtiuam, vt habeant, facere non poſſunt partes; & in Regno noſtro Siciliæ ſcriptura priuata viam exequtiuam nõ habet ex ritu, & quid ſit via exequtiua ibid. ſecùs Apodixæ tabulæ, & banchi, & literæ cambij, contra ſcribentem, & acceptantem; ſed inter ipſos mercatores datur actio negotiorum geſtorum.*

*D. Frãciſcus Biſignano V. I. D. laudatur.*

72 *Scripturæ priuatæ abſque ſubſcriptione etiam probant, & abſque die, & loco, quod limitatur in libris Mercatorũ.*

73 *Dies in ſcripturis priuatis computatur à die confectionis, & n. 74. & requiritur pro hypotheca.*

75 *Notarius Apoſtolicus non poteſt vbique conficere inſtrumenta, nec Imperialis, & contrarij reprobantur, & in quo loco, & quomodo valeant conficere inſtrumenta declaratur.*

76 *Inſtrumentum vnius loci cum fide de approbatione Notarij adducitur in alio loco, & plenè probat, & viam exequtiuam in noſtro Regno eandem habet.*

bet, niſi fuerit factum extra Regnũ.

77 *Notariatus non præſumitur, ſed probari debet, & de probatione.*

78 *Notarij falſi puniuntur ab Epiſcopo, & à Iudice Laico, & de pæna ciuili, & criminali n. 79.*

80 *Et ſi non appoſuerit ſollemnitates extraordinariè punitur, ſicut & qui vtitur falſo inſtrumento.*

81 *Priuatus officio denuò non admittendus, & Doctor; miles, & officialis, etiam ex principis gratia, quod reprobatur ibid. an inſtrumenta facta à tali Notario non condemnato valeant ibid.*

82 *Epiſcopus Parochias diuidit, vt Sacramenta fideles commodè recipiant, & redditus aſſignat congruos omnibus, & diſtributiones aſſiſtentibus pro canendis horis canonicis ibid. & nu. 83.*

84 *Cogere non poteſt Clericos, vt accedant, & veniant ad horas canonicas, & inſeruiant Canonicis, niſi habeant beneficium tale, vel ſint obligati, & adſcripti ad reſidendum, quibus dantur diſtributiones, aut ſuis Vicarijs, ſeù ſubſtitutis in defectum illorum.*

85 *Appellatio ab Epiſcopo fit ad Metropolitanum, quando iure ordinario procedit, ſed quando tanquam S. A. Delegatus, appellatio fit ad Papam, & de limitationibus regulæ n. 88.*

86 *Appellatione prohibita à iure, vel ſtatuto intelligitur quoad effectum ſuſpẽſiuum, non deuolutiuum; & exempla adducuntur, in quibus appellatio nõ datur, niſi quoad effectum ſuſpenſiuũ, & num. ſeq.*

87 *Appellatio à cauſis exequtiuis, & in obligatione camerali non datur quo ad effectum ſuſpenſiuum.*

88 *Appellatione prohibita dantur alia remedia, vt ad Superiores pergant appellantes, vt reuiſionis, exceſſus, grauaminis, &c. & ad Tribunal Regiæ Monarchiæ introducũtur cauſæ, Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, etiã ſi tanquam Delegati proceſſerint, & num. ſeq.*

89 *Pactum de non appellando in compromiſſis nõ denegat reductionem ad arbitrium boni viri ſtante læſione, & in procurationibus ad ſtipulandam minutam etiam fit reductio intra tempora ſtatuta in compromiſſis.*

90 *Epiſcopus ſi procedit tanquam Feudi dominus appellatio datur, ad Dominũ, qui dedit Feudum.*

*Appellatio, vt fiat gradatim ab vno Tribunali inferiore, ad Supremum non habet locum in Curijs Eccleſiaſticis, in quibus fieri poteſt per ſaltum.*

91 *Epiſcopus quãdo iure ordinario, & quãdo iure delegato proceſſiſſe cenſetur, & in dubijs n. 92.*

93 *Superiorum ius tollere non poteſt, abſque cauſa, & facultate conceſſa, vt in Obſeruatione ieiunij diſpenſare poteſt cũ cauſa tempore quadrageſimæ, &c.*

94 *Feſta ordinantur, & ſtatuuntur ab Epiſcopis, cum conſenſu Populi, & Cleri, & de magna Feſtiuitate, quæ fit Meſſanæ die 3. Iunij in commemorationem Epiſtolæ Meſſanenſibus datæ.*

*Pater Albertus Guazzi, Dominicus Arganantius, Societ. Ieſu, & Placidus Reina laudantur.*

*Epiſcopi etiam proceſſiones, quæſtioneſq; circa illas dirimunt num. 99.*

95 *Feſtiuis diebus omnes debent ſe abſtinere ab operibus ſeruilibus, & feſtos obſeruare etiam Regulares tenentur, ſed ſine octaua.*

96 *Licentia cõcedenda eſt in diebus feſtiuis pro conducendis rebus neceſſarijs ad vitam, & pro tempore vindemiæ, & ſerici; nec valet conſuetudo, vt in diebus feſtiuis poſſint barbitonſores, & ſartores laborare, & qui venantur, vel ob recreationem pingũt, &c. non ſunt impediendi n. 97.*

98 *Licentiæ in his diebus dandæ ſunt ab Epiſcopo in ſcriptis, vel à Laycis in ſuis feſtis, nec aliquid exigi poteſt pro his.*

99 *Prælati regulares ſuis ſubditis licentias laborandi in feſtis concedere poſſunt,* & pro-

*& proceſſiones faciunt intra clauſtra ibid.*

100 *Nundinæ, & comeſtibilia, vt vendantur antè Eccleſiam non ſunt permittenda.*

101 *Imagines, deuotè tenendæ, & pulchrè, nec deformiter efformandæ, miracula ab Epiſcopo approbanda, qui eſt Ordinarius circa inuentiones Reliquiarum.*

102 *Aetas ad Epiſcopatum.*

103 *Præcedentia Epiſcoporũ inter ſe, & quo loco Epiſcopi Pontificalia exercere poſſunt n.104.*

104 *Epiſcopus honorandus ab Archiepiſcopo, & Archiepiſcopus à Legato, &c.*

105 *Sedes Epiſcopi prima debet eſſe in Eccleſijs, & Layci quo loco Thurificandi in illis, & ſedere debent, ſeruanda eſt conſuetudo, & conceſſiones, aùt priuilegia Apoſtolica.*

1 NOmen (Epiſcopus) antiquiſſimum, idem denotat, ac ſuperintendens, *arg. l. munerum §. Irenarchæ ff. de muner. & honor. & Pſal. 108. fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter, c. qui Epiſcopatum* 8. *quæſt. 1. c. Cleros, verſ. Epiſcopus* 21. *diſt.* & qui ſuper Presbyteris, & Clericis, nec non, & Laycis pro gubernatione præeſt, *d. c. Cleros*, & inſpicit, atque ſpeculatur ſubditorum rectam gubernationem, & mores ex verbo græco, Epiſcopein, quod inſpicere, & ſpeculare ſignificat, *d. c. Cleros*, in locum enim Apoſtolorum Epiſcopi, & loco Diſcipulorum Presbyteri ſucceſſerunt in nouo Teſtamento, *c. in nouo* 21. *diſt. c. quorũ vices 68. diſt. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1.* Huius Præſidentis varij ſunr tituli in iure, & aliquando Pontifex, *c. Meſſ. de elect.* Antiſtes, etiã & Præſul, *c. quod tranſlationem, de temp. ordin.* Paſtor. *Ioan. 11. & 12.* Ordinarius, quia ordinariam habet iuriſdictionem, *c. Paſtoralis de offic. ordin.* Diœceſanus, & presbyter, quia ſenex ſcientia, & ætate, 1. *Petri cap. 5.* & quia ſubditis quaſi Parochianus præeſt, nam Parochia Epiſcopi Diœceſis eſt, *c. Parochianus de ſentent. excomun. gl. in Clem. 1. de vita, & honeſt. Cler.* & alia nomina à legibus ciuilibus habet, vt Sanctiſſimus, *l. 1. C. de Sanctiſſ. Epiſc.* & Reuerendiſſimus, Religioſiſſimus, atque tanquam illuſtris ſalutatur, *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 28. nu. 30. Gloſ. in c. 1. 23. diſt. verſ. Religioſiſſimi, Barb. de Epiſc. nominis Ethymologia, & ſignificatione cap. 2. Cæſar in Hierarchia hoc titulo num.* 4. eius definitio traditur *ab Vgolino, & Geronda*, ſub his Verbis [ Epiſcopus eſt poteſtatem habens ordinis pontificalis, nec non iuriſdictionem Eccleſiaſticam fori exterioris, interioris, ac mixti Eccleſiæ ad animarum ſalutem alicuius Diœceſis. ]

3 Petes ſecundò, quænam ſit poteſtas Epiſcopi? Scias amice lector me hoc loco nolle examinare vitam Epiſcopi, quæ nimirùm debeat Epiſcopus gerere in ſua Diœceſi, & de eius moribus; nam de his conſulant Epiſcopi Apoſtolum prædicantem *ad Timot. cap. 3.* & alibi, *Actor. 20. &c.* rurſus Sanctos Patres prædicationem inſequentes, & Doctores illos in fide, ſeù ſcientiarum rerum ponentes, inter quos eſt poſt *Barboſam in Paſtorali, Geronda de Epiſcopis.*

4 Neque meum erit examinare, atque vobis enarrare modum electionis, atque conſecrationis Epiſcoporum, nam lõga erit rerum ſeries abſque vtilitate, pro qua curioſe vide nouiter *Dianam par. 12. Sãchez, Fillucium, Vgolinum, Alzed. & alios citatos, à Barboſa in collec. ſuper Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. num. 7. poſt tex. in cap. 1. & pæn. 68. diſt. cap. porro 66. diſt. c. Archiepiſcopus de temp. ord.* de poteſtate ergo, officio, & dignitate Epiſcoporum circa ſubditos regendos, vt optimi Antiſtites, atq; Eccleſiæ gubernatores ſint, & quam poteſtatem habeant breuitèr ex more enunciabo.

5 Supponas tamen generalitèr 1. pro tota hac materia, atque pro Deciſione de Canonicis, & dignitatibus infra dicenda, quod hoc nomen (poteſtas) ne terminos ignoremus, quod turpiſſimum eſt, *arg. proemij inſtit. & l. 1. ff. de orig. iuris l. ædificia ff. de verb. ſignif. §. 1. in proemio digeſtorum*, nihil aliud ſignificat, vt explicabo etiam *in meis Deciſionibus Iuſtinianæis lib. 1. de patria poteſtate*, quam quædam potentia, ideò dixit *S. Tho. 4. ſent. diſt. 24. q. 1. art. 1.* vt poteſtas ſit [ po-

tentia quædam actiua cum aliqua præeminentia, ] & poteſtas, atque poteſtatis verbum latè patent, & plura ſignificant.

6 Sed contrahitur illa ex hypoteſi, cui accedit: nam in perſona Magiſtratuum deſignat, Imperium, in perſona liberorum, patriam poteſtatem, in perſona Seruorum, dominium, & in alijs copiã, & facultatem, vt diſtingunt, *Iuriſconſulti cum Alciato in l. poteſtatis verbo 215. de verb. ſignif.*

7 Regularitèr verò duplex eſt publica, & priuata, illa conſideratur in Magiſtratibus, Epiſcopis, & alijs curam publici habẽtibus. Priuata verò reſpectu ſingulorum, *vt in l. 1. §. huius ſtudij ff. de Iuſtit. & Iur. & Iuſtinianiſta in §. huius ſtudij Inſtit. de Iuſtit. & Iur. declarant.*

8 Supponas ſecundò, quod nomine [officij] vt exponunt etiam Ciuiliſtæ, *in l. 1. ff. de offic. eius, &c.* venit omne id, quod quiſque efficere debet pro ſuæ conditionis perſona, & officium dicitur mutata littera, e, in, o, ideò deſcribitur [vt ſit actus cõgruus cuiuſq; perſonæ, ] & dicitur officium Epiſcopi, ideſt quod facere debet Epiſcopus pro ſuæ conditionis perſona; ab artificio verò diſtinguitur, nam ſine arte eſt, dixit *Cicero lib. 1. offic. Varro lib. 4. de lingua latina*, & qui officium habet, dicitur, quia ei debetur honor, vel quia aliquam habet ſuperioritatẽ, vel ſcientiam profitetur nobilem, vt officiũ Aduocati, Ars Medicinalis, officium Senatoris, &c. *DD. in l. 1. C. de excuſat. artificum lib. 10. & Canoniſta in c. 1. de offic. ordin. c. ſi officia 59. diſt.* generalitèr verò, impropriè, & lato ſumpto vocabulo officij nomẽ comprehendit omne miniſterium, aliàs neceſſariò adimplendum etiam per artem, *l. legatis §. ſi ex officio ff. de leg. 3. c. ne tales de conſ. diſt. 3. Barboſa in appellatiuis Verbo officium ex d. c. ſi officia.*

9 Ex quo Capitulo colliges, quod officia alia ſunt Sæcularia, alia Eccleſiaſtica, & nõ tantum officium dicitur habere Epiſcopus in Eccleſia, nam hoc datur, & conceditur ſimplici Sacerdoti, *d. c. ſi officia*, ſicuti, & Sacriſtæ, *c. 1. de offic. Sacriſta*, & cuſtodibus, *c. 1. de offic. cuſtodis*, atque Primicerio, *c. 1. de officio Primicerei, & alijs, Barboſa citatus ſupra.*

10 Sacerdoti verò, vel alteri in Eccleſia digniori, vt Canonico, & alijs habentibus præeminentias in eodem Capitulo datur à Canoniſtis nomen perſonatus.

11 Ità Canonici, & cæteri dicuntur ſaltèm habere perſonatum in Eccleſia, *c. quia nonnulli de Clericis non reſidentib. c. de multa de præbendis, c. adminiſtratores 18. diſt.* non verò dignitatem, *vt Rota Romana decidit in vna Aſtenſi fructuum ſub die 27. Martij 1613.* quicquid alij dicant apud *Rubeum Deciſ. Rot. Rom. 483. nu. 3. par. 3. & Barboſ. de iure Eccleſiaſt. cap. 21. nu. 25. tom. 1. cum Nouario in quæſt. forenſibus quæſt. 24. n. 25.*

12 Sed prima Concluſio defenditur communiter *à DD. & Caſare in Hierarch. Eccleſ. diſp. 12. §. 6. num. 25. & in quæſtionibus proemialibus, quæſt. 2. §. 2. num. 14. ex Felino, Paciano, & alijs, poſt tex. in c. ſtatutum de reſcriptis in 6.* nec dignitatis appellatione ſtrictè loquendo venit Canonicatus, *docet idem Barboſa in appell. verb. dignitas: vt infra dicam etiam deciſ. 10. nu. 15.*

13 Ratio eſt, quia dignitas eſt in perſonis habentibus iuriſdictionem, ſicuti in Epiſcopis, Abbatibus, &c. *c. 1. de offic. ordin. c. edoceri de reſcript. Gloſ. celeberrima in c. 1. de conſuetud. in 6. in principio*; cuius eſt doctrina, quæ in alijs perſonis non habentibus illam non admittit

14 His poſitis ad concluſionem, ſeù petitionem de poteſtate Epiſcopi decidit Papa, *in c. at ſi Clerici §. de adulterijs de iudicijs, & poſt cum Canoniſtæ etiam in c. qui fecit cum ſeq. 2. quæſt. 6.* quod Epiſcopus, eandem habet poteſtatem in ſua Diœceſi, quã habet Papa in toto Orbe, cum dependentia tamen, & ſubordinatione ad Sedem Apoſtolicam, tanquam ad Tribunal ſuperius.

15 Et meliùs alij dicunt omnia poſſe ab Epiſcopo fieri in ſua Diœceſi, niſi ſpecialitèr Pontifici ſint reſeruata, *arg. c. nuper 29. de ſent. excomm. Gloſ. in c. poſtulaſtis de Cler. excomm. verſ. diſpenſ. & verbo moniti*, & ordinaria vocatur poteſtas, & ipſe Ordinarius. *Iord. in eluc. varijs to. 3. tit. 3. n. 99. & 119.*

16 Hæc

16 Hæc poteſtas in Epiſcopo ordinaria duplex eſt, alia eſt ordinis, alia iuriſdictiónis. Prima pertinet ad Sacramenta; vt ordinare, Criſma conficere, & Confeſſarios approbare, & ad Sacramentalia; vt prædicationis munus diſtribuere, & Eccleſias conſecrare, &c. *Gloſ. in c. tranſmiſſam de elect. verſ. talibus c. perlectis 25. diſt. c. peruenit 91. diſt. c. licet de ferijs; c. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. c. manus de conſec. diſt. 5. cum ſeq. c. 1. de ſacra vnctione c. 1. de conſecrat. diſt. 1.* & in ordinis poteſtate Romanus Pontifex Epiſcopi non eſt ſuperior, imò omnia poteſt iſte, ac Papa, *Gloſſ. in c. in nouo 21. diſt. Sebaſtianus Ceſar de Epiſcopis §. 3. in fine.*

17 Secunda ad corpus myſticum fideliũ ſub ſua cura degentium gubernandum attinet, *arg. Trident. ſeſſ. 24. de refor. cap. 4.* & hæc quanta ſit *nu. 23. dicam:* ſed ſpecialitèr, & clariùs de hac poteſtate loquens.

18 Ad duo capita illam reducam, quorum primum eſt circa res ad cultum diuinũ pertinentes, vt ſubditi ad venerationem, & Dei cultum, atque ad Catholicam fidem attendant, & illius rudimenta ſciant, *c. ante baptiſmum de conſecrat. diſt. 4. Trident. nuper cit.*

19 Et doctrinam Chriſtianam doceant Parochi, & alij curam puerorum habentes, *ex Trid. cit.* & fidei diſputationes, præcipuè inter Laycos tollantur, *l. nemo C. de Summa Trinit. c. quicumq; de hæret. lib. 6.* lectio ſcripturæ tradatur, & verbum Dei prædicetur, *Trid. ſeſſ. 5. de ref. cap. 5.* neque verbis ſcripturæ homines pro incantationibus vtantur, *Trid. ſeſſ. 4. in fin.* & omnes incantatores, & magos, à ſua Eccleſia eradicet, *c. Epiſcopi 26. quæſt. 5.* & hæreticos, *c. Iudæi 28. quæſt. 1.*

20 Neq; Prædicatores fabulis in concionibus vtantur, *Trid. cit. d. ſeſſ. 4. vbi Barboſa, & alleg. 76. n. 48.* & contra eos acritèr procedatur, *vt ibi*, [cum verè lugenda tempora noſtra, in quibus cenſurantur Concionatores talia in Concionibus non enarrantes;] inſuper ne libri imprimantur, aut vendantur abſq; illius approbatione, *Conc. Lateran. ſeſſ. 10. de impreſſ. libr.*

21 Quod etiam generalitèr extendas ad omnia ea, quæ ad Dei cultum, & Religionẽ pertinent, atque ad Sanctorum gloriam, *c. fin. de venerat. Sanctor.* quorum miracula ab eodem promulganda dicit, *Trid. ſeſſ. 25. in decret. de reliq. & venerat. Sanct. Barboſa citatus alleg. 97.*

22 Idem diſcurras circa celebrationem Miſſarum, & diuina officia, *Trid. ſeſſ. 22. in decret. de obſeruand. in celebrat. Miſſæ*, ne vago Sacerdoti celebrari permittatur, & alijs, *vt in d. decret.* & in adminiſtratione Sacramentorum de miniſtris idoneis Eccleſiam prouideat, *c. Presbyteros de conſecr. diſt. 4.* neque pro adminiſtratione ab iſtis aliquid exigatur ſub pœna Simoniæ, *c. placuit 1. qu. 1.* vt pro benedicendis rebus ad Dei cultum pertinentibus, vt ſunt Campanæ, Calices, Patenæ, Corporalia, Veſtimẽta Eccleſiæ, &c. quæ benedicat Epiſcopus ſemper, & vbiq; gratis; in ſua tamen Diœceſi, nam ſi extra illam ordines cõferat abſque licentia Ordinarij illius loci, Calices, & alia benedicat ſuſpenditur à Pontificalibus per annum, *Triden. ſeſſ. 6. de reform. cap. 5. & ſeſſ. 14. de ref. c. 2.* ideſt à poteſtate vtendi ſuis inſignijs, vt ſunt, Mitra, Baculus, &c. *Barboſa de pot. Epiſcopi alleg. 6. num. 5. & 8. gloſa in extrau. ſuſcepti de electione verb. à Pontificalib.*

23 Secundum caput Poteſtatis Epiſcopalis extenditur ad rectam ſubditorum gubernationem circa aliàs res, vt corrigat delinquentes Clericos, Regulares, & Laycos iuxta formam *Trident. & Sac. Canonum, in tit. de vita, & honeſt. Cler. & in tit. de ſtatu Regular. & ne Clerici, vel Monach. cum concord. de quibus infra*, quia iuriſdictionem habet in hos, ſicuti, & in laycas perſonas, & ſtatuta condere pro ſua Diœceſi valet, *vt dicebam Deciſ. 3. de Conſtit. nu. 29. & 45.* & obligare laycos quoad cauſas Eccleſiaſticas, & etiam in foro animæ, vt in reſeruando caſus conſcientiæ, *Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. & can. 11.* & cenſuris, *tot. tit. de ſent. excom.* diſpenſationibus, *gl. in Clem. 1. de reſcriptis*, & ſimil. omneſque Eccleſiæ, & Mo-

naſteria ab eo regenda ſunt, *c. regendum, 10. q. 1.* ideò aliquos principaliores enumerabo caſus cum de regula Epiſcopus abſolutam habeat iuriſdictionem, vt dicebam, niſi ei ius reſiſtat.

24 Primò omnes cauſæ Eccleſiaſticæ ad forum ſuum ſpectantes ab Epiſcopo cognoſci debent ſaltem in prima inſtantia, & coram eo terminandæ decidit, *Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. Iordanus de iuriſdic. gene ordinaria tom. 3. num. 113.* quod infra meliùs declarabitur.

25 Secundò viſitare Eccleſias poteſt, etiam exemptas, *Trid. ſeſſ. 6. de reform. c. 4. & ſeſſ. 7. cap. 8. & ſeſſ. 25. de reg. c. 11. c. 1. de Cenſ. lib. 6.* & beneficiarios, qui & ſi habeāt priuilegium exemptionis: ſubduntur tamē ratione beneficij, quod habent in Diœceſi Ordinario loci, *Trident. ſeſs. 24. cap. 11.* ſicuti etiam Protonotarios pro *vt infra deciſ. 10. n. 4.* non tamen Referendarios, *vt ibi,* & Regios Cappellanos actu ſeruientes, *d. c. 11.* & Subcollectores ſpoliorum, *Barboſa ſup. dict. concilio num. 6.* & Diœceſim quotannis, *Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 2. & 3.* & ſi iſta ampla eſt maiorem partē viſitet, adeò vt ſiuè per ſe, ſiuè per alium viſitationem biennio ad minus compleat ipſe, vel alius Viſitator deputatus ab eodem Epiſcopo, ſiuè Vicarius, *vt ibi in Trident. docent DD,* ex conſuetudine verò Epiſcopi ſolent viſitare Eccleſias quolibet triennio, vt moderniores, *ex Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 14. adducunt.*

26 Et non ſolùm ſuam, ſed etiam ſuffraganeorū Prouincias, ſeù Diœceſes ex cauſa cognita in Synodo Prouinciali viſitare valet, *vt Trident. cit.* decidit, & cū ſuo Comitatu, & equitatu; addas quod loca exēpta in ſua Diœceſi etiam viſitare valet, *Trid. ſeſſ. 7. cap. 7. & 8. de reform.* ibi, [*vt reparentur, & cura animarum ſollicitè habeatur*] *Donatus de reg. tom. 1. trac. 13. part. 2. quæſt. 66. cū ſeq. Diana, Pellizz. & omnes communiter ex verbis concilij claris.*

27 Ea ratione, quia ad Cultum Diuinū, & animarum omnes Eccleſiæ ſunt inſtitutæ, idcircò Epiſcopus quatenùs in his Sacramenta miniſtrantur ſuis ſubditis, viſitare valet illas Eccleſias, & Altaria, atque Curati, & Parochi ab Equitibus Hieroſolymitanis electi, & poſiti ab Epiſcopo viſitantur, & tempore vacationis illis Eccleſiis ſi prouidetur per dictos Equites ab Epiſcopo inſtituitur beneficialis, vel interim Vicarius, ſeù Æconomus ponitur, & tempus ad eligendum præfigitur, *S. C. Concilij in vna Auguſtana ſub die 26. Iunij 1627. & refert citatus ſupra Barboſa n. ſua 22.* ſecus ſi non eſt cura animarum, *idem Barboſa alleg. 74. nu. 26. & in Prioratu, idem n. 27.* aut vbi habent ſpiritualem, & temporalem iuriſdictionem, *Armendar. & Barboſa ſuper Concilio Trid. ſeſſ. 7. cap. 8. n. 16.*

28 Idem diſcurras de omnibus Regularibus, quatenùs curam habent animarum, & fidelibus Sacramenta miniſtrant, *Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 20.* non verò ipſas Eccleſias Regularium ab ipſis Regularibus gubernatas, *ex Conſt. Greg. 15. de exemptor. priuileg. idem Barboſa n. 15.* & ſi in eis aſſeruetur SS. Euchariſtia, aut Confeſſiones audiantur ſecularium, *Donatus citatus num. 4.* niſi in negligentia ſuorum Prælatorum, qui intra ſex menſes non viſitauerint ſuas Eccleſias, *Trid. ſeſſ. 21. de ref. cap 8.* aut quando non viget regularis obſeruantia, puta ſi vnus, aut duo monaci ſint in Monaſterijs; tunc non dicitur, quod regularis obſeruantia viget, *Fuſcus de viſitat. lib. 2. c. 15. Trid. ſeſſ. 21. cap. 8.* nec nō ea, quæ ſūt creata poſt *Bullam Vrbani VIII.* in quibus non ſunt duodecim fratres, *Bellaſ. in promptuario verbo, Viſitatio Epiſcopi num. 2.* nec confraternitatum Altaria in ipſis poſita, niſi quoad computa, *Trident. ſeſſ. 7. cap. 15. de ref. & 22. c. 8.* quod habent iure delegato, *Donatus citatus q. 70. ex Verb. Trid. citati.*

29 Sicuti etiam in viſitando Confraternitates Regularium extra clauſtra exiſtentes, de qua rè videnda Priuilegia Regularium ſunt; quia generalitèr omnes Clerici, tàm ſæculares, quam Regulares viſitari poterunt ab Epiſcopo, niſi priuilegia habeant in contrarium, *Trident. ſeſſ. 6. cap. 3.* ſicut, & Moniales omnes, *Trident. ſeſſ. 24. de Regul. cap. 9.*

*cap.9. prout infra dec. pan.*

30 Capitulum Sede vacante, & alij Abbates quando valeant viſitare, aliaque fusè de viſitationis materia, tàm per Diœceſim, quàm per Eccleſias, & Altaria vide poſt *Barboſam citatum Fuſcum de viſitatione, & Epiſcopum D. Lucam Reſta Directorium Viſitatorum.*

31 Tertiò Epiſcopus habet Poteſtatem inquirendi, & puniendi omnes perſonas ſibi ſubditas, & de earum cauſis iudicare, *c.vt. qui 32. diſt.* & aliquando ſi opus fuerit, inuocare ſæculare brachium, *Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap.8.* & pœnas imponere, ſed citra ſanguinem, *cap.4. de raptorib.* & etiam Laycos pro rebus in ſua iuriſdictione, atq; ad ſuā Curiam pertinentibus, *Canoniſt. in c. dilectus de offic. ordin.* vt adulteros Laycos punire, & concubinarios, *Trid. d. ſeſſ. 24. de reform. cap.8.* ſeruata ſemper forma ſtatuta in dicto Concilio, adeò vt putarem nō poſſe contra hos concubinarios, & adulteros procedi, ad pœnam pecuniariam, niſi ſeruata forma Concilij, ideſt trina monitione, ita *Barboſa ſuper dicto Concilio num. 3.* ſentire videtur, *ex Riccio in praxi reſol. 319.* quem in fine refert, & Verba tex. clarè hoc innuere videntur, alitèr nihil adderet Triden, circa modum procedendi contra concubinarios; nam de iure contra quemlibet peccatorem Epiſcopus procedere poteſt, & punire illum, ſi contumax fuerit, *arg. c. 2. de ſent. & re iud. in 6. c. monit. de iudicijs*, atque monitionibus præcedentibus excommunicare, *c. conſtitut. c. ſtatutum de ſent. excomun. in 6. c. ſacro c. contingit de ſent. excom. & ſpecialiter in c. 2. de cohab. Cleric. & mulier. & c. ſi concubina de ſent. excomun.* circa concubinarios, & contra illos proceditur facta trina monitione ad ſent. excomunicationis, *d. c. 2.* quod ergo opportunum remedium induxit Sancta Synodus, certè ex veriori ſenſu dicas, pro vt ſupra, *ex Riccio, quem ſequitur Eliſeus Danſa pugna Doctorum tom. 1. tit. de concubinis*, vbi ait, quod Iudex Eccleſiaſticus procedere contra hos poteſt, *ex Trid. citato* per cenſuras, & laycus poſſet per alias pœnas, *& Garcias*, haud laudat Epiſcopos procedentes contra laycos concubinarios pœnis pecuniarijs, & bis, & pluriès illos puniendo corpus affligunt, ſed iſti, haud reſipiſcunt, qui forſan ſi pœnis à Tridentino ſtatutis affligerentur reſipiſcerent, vt praxis demonſtrat, *ita Garcia de beneficijs part. 11. cap. 10. num. 187. §. 2. num. 5. ex Farinacio, & alijs*; tantò magis, quod Epiſcopus ſi procedit pœnis pecuniarijs [ſecūdum opinionē aliorum] in concubinatu, has pœnas non poteſt vllo modo ſibi applicare, ſed ad vſus pios ſunt erogādæ, aùt pauperibus elargiendæ, *c. 3. de pœnis Barboſa alleg. 107. nu. 18. & Diana part. 10. tract. 8. reſol. 4. vbi deciſum in ſacra Congregatione aſſert in vna Meſſanen. Alpharus de off. Fiſci gl. 9. num. 9. fol. mihi 33. & gl. 20. num. 301. fol. 193. vbi quod non ſunt Fiſco Cameræ applicandæ.*

32 [Quem Fiſcum ex cōmuni Doctorū ſententia habere poſſunt Epiſcopi] *arg. tex. in c. quiſquis 16. q. 4. & c. ſi quis deinceps, c. presbyteri. de prabend. c. quia diuerſitatem de conc. prab. vbi gl. Clem. paſtoralis de re iudic. v. Eccleſia 16. q. 1. c. aurum 12. q. 2. Rota Rom. in antiquis 7. ſub tit. de teſtamentis, idem Alpharus, & Diana reſol. 1. Giurba conſ. 70. nu. 19. Guazzinus de confiſcatione cōcl. 13. ampl. 24. Maſſinus etiam quæſt. 2. n. 3. & per totam*, & bona delinquentis Clerici ſibi applicat *idem num. 17.* ſed conſuetudo ſeruanda eſt circa hanc rem, ſicuti cui ſint applicanda bona Clerici hæretici, *idem n. 12.* & etiam illa generalis obſeruanda, quod gratiam facere poteſt Epiſcopus, *Giurba conſ. 74. n. 9. idem Guazzinus n. 34. & 35.* ipſe ſolus tamen non eius Vicarius, *Giurba n. 24. & 25.* Generalis; ſecùs Capitularis, *Placidus Coſta add. ad Patrem, conſ. 75. ex Notario*, & antè, & poſt ſententiam, *Abruzzius in lectura de off. eius, &c. quæſt. 7. nu. 103. vbi nu. 104. Coſtam citatum reprobat contrarium circa hoc aſſerentem*, & pro concluſione de Vicario, *Sbrozzus de Vicario Epiſcopi part. 3. alleg. 54.*

33 Nec ſolùm pœnas pecuniarias imponere poteſt Epiſcopus, ſed compoſitiones facere ſuper delictis, & iiſdem locis pijs applicare, *Diana citatus reſol. 8. 9. & 10.* ad

quod

quod etiam Capitulum Sede Vacante, & Vicarius tenentur.

34 Ergo Eccleſia cum non indigeat bonis temporalibus, ſed ſemper bonum animæ intendat, quia corpus animi cauſa conſtitutum eſt dicebat, *Ariſt. lib. 1. de anima cap. fin. arg. c. præcipimus 2. q. 11. c. cum infirmitas de pænit. & remiſſ. c. ſedulo 38. diſt. Matthæi cap. 5. & Lucæ c. 12.* & anima omnibus rebus præferenda, *l. Sancimus C. de ſacroſ. Eccleſ. d. c. præcipimus l. omnes C. de ferijs*, Epiſcopus perſpicere debet ſi ſubditi, pœnis corporalibus afflicti reſipiſcũt, & hoc modo illos puniat, ſed puto, quod meliùs erit procedere iuxta ordinem *Tridentini citati* contra cõcubinarios, factis monitionibus generalitèr per edicta, vel particularitèr; qua pœna omnes layci, maſculi, & fæminæ, pauperes, & diuites, ignobiles, & nobiles, omneſq; ſubditi in quacumque ſint dignitate puniantur, cum in Deo non ſit perſonarum acceptatio, omneſque peccatores æqualitèr ſecundum delicta ille caſtigat, vt Fides autumat, *c. nec quemquam 4. diſt. c. ſicut 32. q. 4.* ità inter homines, & iudices, laycos, & Eccleſiaſticos non debet eſſe acceptatio perſonarum, *c. cum quondam de iureiur. c. de multa de præbendis, c. ſi quis cuiuslibet 21. q. 5. c. ſummoperè 11. quæſt. 3. c. nouit. de iudic. c. 2. de ſent. & re iudic. in 6.*

35 Nec debent eſſe iudices partiales in iudicando, & attẽdere ad merita cauſarum, & perſonarum, *vt ait Innoc. lib. 2. de condit. hum. vilitate, ibi, vos quia attenditis merita cauſæ, & perſonarum, pauperum cauſam cũ mora negligitis, diuitum cum inſtantia promouetis; in illis rigorem attenditis, in iſtis ex manſuetudine diſpenſatis, illos cum difficultate auditis, & reſpicitis, iſtos cum facinore tractatis, illos negligentèr auditis, iſtos ſubtilitèr aſcultatis, addam quod & in aulis expectant pauperes, in cubili portantur, & datur audientia diuitibus, & nobilibus iſtis reuerentèr aſſurgitis, illis deſpicabilitèr communicatis. Diues locutus eſt, & omnes tacuerũt, pauper locutus eſt, & dicunt quis eſt hic, & ſi offenderit ſubuertent eum, clamat vim patiẽs, & nullus exaudit, vociferatur, & non eſt qui iudicet: diuiti dicunt, tu ſede hic benè: pauperi verò tu ſta illic, vel ſede ſub ſcabello pedum meorum*, & poſt breuem huius humanæ vitæ curſum, hæc omnia in alio iudice Supremo [Deo ſcilicet] non proſpiciũt humani, & inſani iſti iudices, hæc facientes, *& Caſſiodorus ait lib. 2. Epiſt. 13. neſcit perſonam reſpicere, qui meram cogitat æquitatem Ariſtot. lib. 1. Reth. amor, & odium, & propriũ commodum ſæpe faciunt iudices verum non agnoſcere*, in quibus lex eſt, ſicut ait *Solon, vt Diog. Laertius narrat de morib. philoſ. Interrogatus Solon quid eſſet lex; reſpondit Araneæ tela, quia ſi in eam inciderit quid leue, & debile retinetur, graue autem pertranſit telam reſciſſa, & Xenocrates, vt idem Diogenes ait, videns quemdam latronem ad patibulum ſubriſit dicens, quod magni fures minores morte damnabant; & Anacharſis etiam leges Aranearum telis comparabat, nam vt illas infirmiora animalia retinere, valentiora tranſmittere: ità his humiles, & pauperes conſtringi, diuites, & præpotentes non alligari. Val. Maxim. lib. 6. tit. ſapienter dicta, aut facta*, & parua puniuntur, magna verò delicta feruntur, quia adeſt vultus diuitis, & potentis, *Sen. ad Lucillium Epiſt. 88. prorsùs perſuaſimus, quod multi furto non erubeſcunt, quod multi adulterio gloriantur, nam ſacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur*, & non ſolùm circa concubinatum puniendum hoc modo ſe debent haberi Epiſcopi, omnes æqualitèr tractando, & puniendo, ſed etiam in pœnitentiæ impoſitione, *c. Sacerdos 27. q. 7.* Honoris exhibitione, *c. viliſſimus 1. q. 1.* Iudiciorum declaratione, *c. 1. de re iudic. in 6. d. c. cum quondam*, dignitatum promotione, *c. multi 40. diſt.* ſententiæ definitione, *c. neceſsè 3. q. 8.* eleemoſynarum largitione, *c. ſi cupis 16. q. 1.* & Fidei prædicatione, *c. vbi 96. diſt. Leuit. cap. 58. non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis iuſtè iudica proximo tuo. Deut. cap. 16. non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & paſſim Prouerb. 24. & 28. ſapien. cap. 6. Eccleſ. 5. Iſai. cap. 1. & 10. Hier. cap. 5.*

36 Item, & Clericos, *pro vt infra deciſ.*

*pen.*

pen.n.... genteſq; de ſua familia, & exteros, delinquentes, atque peregrinos, qui ratione delicti forum hìc ſortiuntur, & tanquam Concilij, & legis vniuerſalitèr tranſgreſſores puniendi, *vt ſupra deciſ.3.dixi num.*84. Aduertas tamen, quod Triden.citatum loquens de concubinatu, non habet locum in ſimplici incontinentia, *vt Gallemart. Bellarminus, & alij ex Verbis Trid.ſeſſ.25.cap.14. docent*, & ſimplex fornicatio, licèt de iure puniri poſſit iudicis arbitrio, vt poſt *Clarum, & Menochium, docet Farinacius in praxi Crimin. tit. de delictis carnis quæſt.* 138. quia de Iure Canonico omnis coitus, matrimoniali excepto, prohibitus eſt, *c. fornicari* 80. *diſt. c. nemo* 32. *q.*4. *c. audire* 34. *diſt.* tamen vt teſtatur, *Idem Farinacius citatus*, non punitur ſimplex incontinentia, nec vnquam punire aliquem ſolent Iudices ob ſimplicem Fornicationem, niſi concurrat qualitas concubinatus, ſtupri, aùt alia grauior, & in foro ſæculari, & Eccleſiaſtico; atque iura ſolùm in foro conſcientiæ loqui videntur contra iuris ciuilis diſpoſitionem, quo iure fornicatio ſimplex prohibita non eſt, *ità Farinacius citatus q.*137. *n.*41. *ex Caballo, de Franchis, & alijs, quib. addas Menochium conſ.*266.*n.*55.

37 Dices an Epiſcopo credendum, aſſerenti pœnas ſupradictas pecuniarias, applicaſſe in vſus pios, adeò vt ſolùm Deum habeat vltorem, ſi nõ applicet illas, *& Vermigliolus conſ.*143.*n.*5. *&* 6. *& conſ.*159.*nu.*55. *quem ſequitur Maſſinus de confiſcatione q.*2.*n.*32. docent quod ipſi credendum, nec contra eum datur actio ciuilis, aùt criminalis; Sed contrarium veriſſimum puto, poſſe nimirùm cogi, vt coram Superioribus rationes reddat de fructibus Epiſcopatus, & de his pœnis pecuniarijs, vt aſſignet in quos vſus applicauit, ſicuti conuenitur tutor, & executor, ità in terminis *Abruzzus in rubrica quibus alien. licèt, vel non explicatione*; §. *contra autem num.*99. *&* 102. & abſolutam defendo concluſionem teneri ad hæc computa rationibus infra dicendis, & multò magis, ſi eſſet diffamatus, *vt idem Abruzzus ait*; nam hæc computorum redditio nulli nocet; neq; eſt in diſpendiũ dignitatis Epiſcopalis, ſi Epiſcopus computa reddat; ſed ad maximum illius honorem tendit, ne ſubditi [qui quotidiè querelantur] anzam loquendi contra Paſtorem habeant, quin imò hæc fuit mens, *Concilij Triden.ſeſſ.*25.*de ref.cap.*3. quod præcipit Epiſcopis mulctas pecuniarias locis pijs applicare, in loco exiſtentibus, *ibi per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ib. exiſtentibus, eo ipſo quod exactæ fuerint, &c. & fuit deciſum per ſacram Congreg. in vna Venuſina die* 21. *Nouembris anno* 1600. *vt adducit Barboſa ſuper dicto Concilio num.* 26. vt nimirùm cognoſcant ſubditi Epiſcopum pœnas, non ſibi applicare, ſed quod in vſus pios pro ſuis Eccleſijs erogantur, & pauperibus: nec poteſt mercedem Vicario ex his ſoluere, aùt ſalarium ſuorum officialium, vel dare ſuis conſanguineis, *Barboſa citatus, & alleg.* 107. *n.*19. niſi ipſe, aùt illi ſint pauperes, vt vix victum quærere poſſint, quia tunc nulli dubium eſt poſſe in ſuos vſus conuertere, quia prima charitas incipit à ſe ipſo, *l. qui ſeruandarum ff. de præſcript. verbis l. Præſes C. de ſeruit. & aqua, c. non ſatis* 86. *diſt. c. ſi non licèt* 23. *q.*5. *c. niſi ſpecialis de auth. & vſu Pallij c. dilecto de præbendis*, & pro concluſione *Molphæſius tom.*1. *ad conſuet. Neapolit. part.*4.*q.*64.*n.*24. *Riccius, ex Barboſa citato ſupra, Maſſinus n.*26. *& per totam, & Abruzzus*, iudicia examinata pro his computis adducit, tàm in Regia Monarchia, quàm Romæ coram Summo Pontifice, atque declarationem Congreg. executam in Regno directam Epiſcopo Syracuſano, per quam mandant Patres Congreg. pœnas ad vſus pios applicandas.

38 Et cauſæ ciuiles Epiſcoporum in Regia Monarchia examinantur, [*Idem verſ. nec obſtat*] propriæ, & alienæ, in quibus ipſe Epiſcopus eſt conuentus, *Coſta conſ.*85.*nu.*30. qui etiam enumerat caſus, in quibus Epiſcopi coram Metropolitanis, & poſteà corã Iudice Regiæ Monarchiæ fuerunt Cõuenti, coram quo cauſæ omnes, & ſententiæ definitiuæ, & interlocutoriæ latæ à Præſulibus Regni, eorumuè Officialib⁹ via grauaminis cogno-

cognoſcuntur, *Idem Abruzzus in explicatione legis 1. de off. eius, &c. quaſt. 32. n. 496. & q. 7. n. 112.* via exceſſus, & reuiſionis, *idem n. 222.* ſicuti via Appellationis coram Metropolitanis, *Caſtillus deciſ. 117. & per totã quæſtionem 32 Abruzzus citatus, vbi Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. Cauſæ omnes, explicat,* de quo etiam *Coſta conſ. citato*, & literas Obſeruationis dicti Concilij Regias Philippi II. recolendæ memoriæ tranſcribunt.

39 Idem dicas in omnibus caſibus negligentiæ, vt poſſit idem Iudex cauſas cognoſcere, vt dicitur in prima inſtantia, & auocare ab Epiſcopis, & Archiepiſcopis, ſicuti Archiepiſcopus cauſas cognoſcit in defectu, & negligentia Epiſcoporum, *Cutelli, & alij apud Abruzzum citatum quaſt. 34. n. 516. cum ſeq. Barboſa de off. & poteſtate Epiſcopi part. 1. tit. 4. n. 19. & ſuper dicto Concilio n. 59. & Gallemart. Verb. eo negligente, Sebaſtianus Cæſar de Eccleſiaſtica Hierarch. diſput. 5. de Metropolitanis §. 2. n. 19. cum ſeq.* hæc verò negligentia, ſeù iniuſtitia conſtare poterit Superioribus, extraiudicialitèr etiam, puta informato negotio, eiuſuè annexis, & modo procedendi, nam aliquando potentia iudicum opprimit pauperes, adeò vt iſti ex miſeria ſua, vel abſentia Superiorum non poſſint rationem etiam euidentem ſuam dicere, & iuſtitiam obtinere; an verò à cauſis, in quibus Epiſcopus procedit, tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatus, detur Appellatio ad idem Tribunal infra dicam circa finem.

40 Quartò Poteſtas Epiſcopi extenditur in abſoluendo ab irregularitatibus, & impedimentis occultis matrimonij, *Triden. ſeſſ. 24. de reform. c. 6.* & ſuſpenſionibus occultis etiam ex eodem, *Trident.* excepta irregularitate proueniente ex homicidio voluntario, & ſi occulto, vt infra, & in omnibus, alijs caſibus occultis Epiſcopus diſpẽſat in cenſuris, & pœnis, atque in manifeſtis leuioribus, vt in leui defectu pro ordine ſuſcipiẽdo, & cum ordinatis per ſaltum, qui non miniſtrarunt, *Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 14. &c.* neque hæc poteſtas conceditur Vicario, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 54. n. 101.* ſicut nec illa viſitandi, *Coſta conſ. 4. n. 52.*

41 Quintò diſpenſat cum illegitimis ad beneficia ſuſcipienda ſimplicia, & ordines minores, *c. 1. de filijs Presbyter. in 6.* & in ætate quoad beneficia ſimplicia, *c. vnico de ætate, & qualit.* atque in reſidentia Parochi ex bimeſtre, *Triden. ſeſſ. 23. de reform. cap. 1.* & in ſua ſolùm ex trimeſtre, vt ibi.

42 Sextò in votis commutandis nõ perpetuis, ſed ad tempus, & ad pœnam, præcipuè in votis metu factis, & quando nõ poſſunt obſeruari, de quibus conſulas morales Theologos. Idem de abſolutione iuramẽti in foro conſcientiæ aſſerendum, & ad effectum agendi cum ipſe Iudex exterior ſit, *arg. c. ſicut 2. de Simonia Riccius in praxi abſolutionis iuramenti, & collec. deciſ. 1419.*

43 Septimò abſoluit à cenſuris ſibi reſeruatis, *c. nuper de ſent. excomm.* & aliquando à reſeruatis ad Papam, de quibus *Barboſa alleg. 1. n. 8. & meliùs Diana, vt refert Cotonius in ſumma Verbo Epiſcopus n. 37. ſunt, & alij.*

44 Et in Irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus, & ſi ex mẽbrorum mutilatione puta caſtratione, & ſimil. *Diana part. 10. trac. 13. reſol. 28.* excepto homicidio volũtario etiam occulto, *Trident. ſeſſ. 24. citatum, & ſeſſ. 14. cap. 7.* ex quo diſpenſandi facultas conceditur ſuper irregularitatibus, ex homicidio ad defenſam patrato, Ordinario locorum, *Moroni reſp. 12. de irregular. n. 31.* & in homicidio caſuali etiam publico, de quo non loquitur decretum. *Diana part. 7. trac. 2. reſol. 31.* vt eſt homicidium ortum ex repentina rixa, *Barboſa alleg. 39. num. 48. Diana citatus reſol. 32.*

45 Item diſpenſat cum homicida voluntario occulto ad vſum, & miniſterium ſuſceptorum ordinum ob maximam neceſſitatem, & inopiam delinquentis, vel diſtantiam in obtinenda diſpenſatione, *Corneius part. 3. trac. 5. diſp. 1. dubio 4. Diana part. 3. trac. 2. reſol. 100.* non enim Pontifex præſumitur cum tanto periculo hunc caſum reſeruaſſe, probabiliſq; opinio eſt, ſicut & illa ab his Doctoribus adducta poſſe Epiſcopũ diſpen-

diſpenſare cum mandante, ſi mandatarius exceſſit fines mandati, puta ſi dixit, vt verberaret, & ille occidit, quod ſolùm admitto, ſi expreſsè fuerit à mandante dictum, & mandatum, vt caueat, ne illum occidat, nec ſint talia verbera, quæ tendant ad mortem, quod in vulneribus periculoſum eſt,& poſſet caſus verificari in verberibus; non enim eſt in voluntate percutientis talia vulnera dare, quæ non tendant ad mortem, & aliquando parua vulnera homines occidunt.

46 An verò hæc facultas diſpenſandi in hac irregularitate ex talibus homicidijs ſit delegabilis Vicario Generali ab Epiſcopo, vel alijs? & dicas quod non; *vt probat Moroni citatus nu.*38. in alijs etiam, ſi facultas diſpenſandi delegari poſſit, attẽdas ad Verba, puta in impedimẽtis matrimonij,& alijs irregularitatibus, in quibus, ſi verba Pontificis, vel textus reſeruantes diriguntur ad perſonam Epiſcopi ſolùm, certum eſt electam fuiſſe induſtriam perſonæ, eiuſuè dignitatem, & ità delegari facultas non poteſt, ſecùs verò ſi pro forma, vt fieri ſolet, ordinario locorum diriguntur diſpenſationes, vel à iure conceduntur facultates, & tunc certum eſt delegare poſſe has Vicarijs, vel alijs, &c. & aliquando veniunt in generali conceſſione, *vt infra nu. 49. vide Cotonium in Compendio P. Dianæ Verb. Epiſcopi iuriſdictio in irregularitates n. 22. Ricciullũ de iure perſonarum lib.5.cap.16.poſt tex.in c. fin.§. is autem de off. deleg. in 6. & c. is cui, Moroni reſp.76.n.141.Iordan.variar.elucub. lib.13.tit.6.n.25.cum ſeq.*

47 Nec delegatio res fauorabilis, ſed odioſa eſt, *Beccius conſ.*21.*n.*14. *Natta conſ.*39.*col.*2. ideò non extenditur ad perſonas in reſcripto nõ expreſſas, *Riccius deciſ.*155. *par.*2. nec tranſit ad ſucceſſorem, *Lanarius conſ.79.nu.19.Eugenius conſ.94.col.fin. DD. & Iaſon. in l. more ff. de iuriſd. omnium iudicum*, vt cum ſit delegatio ad Vicarium Epiſcopi per Papam non tranſit ad ſucceſſorẽ, hoc remoto,vel mortuo,quia Vicarius ſucceſſorem non habet, *Caual. deciſ.40.nu.22.* & ſi contrarium improbabiliter dicant alij, *cum Ricciu coll.deciſ.*1601. ſicut ſi ab Epiſcopo, ipſo defuncto, expirat *Seraphinus deciſ.816. Sbrozzus de Vicario Epiſcopi lib.3. quæſt.49.& q.45.* nam delegationes directæ tali perſonæ illam non excedunt, vt Vicario, nõ poſſunt ab Epiſcopo cognoſci, &c. *Sbroz.cit.lib.2.q.136.Marcheſ.de comm.par. 2.de comm. auocat.cauſ.cap.4.n.108.Anchar. in clem.2.n.5. de reſcriptis, Scaccia de appell. quæſt.8.n.56.* nec è contra, ſecùs ſi fuerunt factæ ſub nomine dignitatis, quia tunc ad ſucceſſorem in dignitate certè tranſeunt, *Can.in c. quoniam Abbas de off. delegati, Iaſon in d.l.more Gratianus diſcep.92.& deciſ. 157.Bellaſ. V.delegatus in fine Scaccia cit.cũ alijs poſt eum.*

48 Neque induſtria perſonæ tunc cenſetur electa, *Sanchez de matrim. lib.3.diſp. 7.n.20.* quæ eligitur ſub nomine proprio, & in rebus arduis, *d.c. is cui Menochius lib.1. quæſt.54.n.11.& quæſt.68. de arbitrarijs, & conſ.360.n.11.conſ.69.n.58.conſ.93. nu.37. conſ.17.n.7.Iord.ſupra citatus nu.35.Moroni n.144.* adeò, vt hoc mòdo electa perſona, alteri delegare, vel ſubdelegare facultatem ſuam nõ poteſt, ſicuti etiam, ſi expreſsè fuerit dictum, *quod ipſe faciat, manibus ſuis exequatur, vt perſonaliter cognoſcas, tuæ prudentiæ confidentes*, & ſimil. ex vi harum dictionum, *Moroni citatus n.149. Gratianus deciſ. 51.n.28.Rota deciſ.101. nu.3.part.5.recent.* Item, *conſcientiam tuam oneramus, l. nulli vbi. Bald.& Iaſon. nu.12.C. de Epiſcopis, & Cleric.* ibi, *pro ſua conſcientia, Sanchez de matrim.lib.8.diſp.27.num.43. Leo Theſ.for. Eccl.part.1.cap.15. n.49. & p.2.cap. 2. n.16.* & ſi contrarium dicant, *Angelus in Auth.ad hæc n.2.C. de iudicijs. Nauar.conſ.6.in nouis de off.delegati, & alij apud March. de comiſſ. part.2. cap.6. de comm. appell. extra Curiam Rom.n.9. & Garciam de ben.part.6. cap.2.§. 1.n.47.* qui ait, quod ex verbis, *conſcientiã tuam Oneramus*, non cenſetur electa induſtria perſonæ, ſecùs verò ſi fuerit dictum, *committimus conſcientiæ tuæ; decidas ſecundum conſcientiam tuam*, quia tunc electa cenſetur, ſed ſynonyma mihi videntur; & potiùs ſpeculatiua hæc opinio *Garciæ*, ideò à prima non recedendum, præcipuè ſi illa

H verba

verba fuerint poſita in pede cõmiſſionis, nõ in generalitate, & principio, atque in dubijs regula infallibilis eſt, quod cenſetur electa perſonæ induſtria, *Angelus, Riccius. Bologn. & alij poſt Iordanum citatum n. 39. Baronius de citationibus tom. 3. annot. ad quæſt. 30. n. 6.*

49 Idem ſi expreſsè dictum ſit, *de induſtria tua confidentes*, vel, *perſonaliter cognoſcas; facias; exequaris; per te ipſum, Riccius deciſ. 88. n. 1.* & ſimil. *Iordanus citatus n. 29. & 43. Ciriac. controu. tom. 2. contr. 290. nu. 16.* aũt ſi perſona quatenùs talis eſt eligatur, puta ſi Iuriſconſultus inſignis, is vices ſuas alteri delegare non poteſt, quia cenſetur ſua perſona electa, vel ſi Epiſcopus cõmittat facultatem abſoluendi à reſeruatis viro Docto, hic ſubdelegare non valet, *arg. l. inter artifices ff. ſol. matrim. Velaſcus, Bart. Baldus, & alij cum Morone citato nu. 150. & 152.* mentique teneas regulam, *ex l. 1. ff. de off. eius cui mandata, &c.* quod in his, quæ generaliter mandantur à Superioribus, ſubdelegatio locum habet, ſecùs ſi ſpecialiter, *Abruzzus in lectura d. l. 1. nu. 64.* niſi fuerit electa induſtria perſonæ; *Idem n. 124.* quæ in Delegato Principis etiam locum habet, *Baronius citatus n. 12. & 13.* quia non cadit in nullo caſu ſubdelegatio, *d. c. is cui, & c. fin. de off. delegati in 6.* nam vbi eſt electa induſtria perſonæ non fit extenſio de caſu ad caſum, *Menochius conſ. 54. nu. 44.* adeò vt per alium, negotium fieri non valet, etiã ſi moriatur electus *idem conſ 93. n. 3.* nec ad alios tranſmittitur, *idem conſ. 54. nu. 42.* niſi fuerit facta hæredum mentio, quæ excludit induſtriam, negotiumuè, feudum, vel fideicommiſſum tranſmiſſibile facit, *de Graſſis de eff. cleric. effec. 4. n. 236. ex d. magiſtrali conſilio 54. Menochij: Giurba obſeru. 100. n. 28. Baronius de citationibus tom. 2. & 3. addit. ad quæſt. 30. n. 15.* qui plures caſus cumulat, in quibus cenſetur electa perſonæ induſtria, & in quibus caſibus officialis facultatem ſubſtituendi habeat, *ex cap. Regis Alphonſi 29. & Giurba deciſ. 9. n. 1. & conſ. 36. nu. 10. & 13. & infra deciſ. 9. n. 15. aliquid dicam,* vbi de Vicario ſi ſubſtituere valet, alijſque officialibus.

Dices *ex Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de ref.* habemus, quod nullus ſine approbatione Epiſcopi, etiam Regularis poteſt Confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotum audire, ibi *ab Epiſcopis per examen ſi illis videbitur eſſe neceſſarium*, & tamen probabilior Sentẽtia docet Vicarium Epiſcopi poſſe ex generali conceſſione facultatem dare audiendi Confeſſiones, *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 29. n. 14. Nouarius, Boſſius, Narbona, & alij cum Barboſa ſuper dict. Concilio nu. 25.* ſi ergo Epiſcopo data eſt ſolùm facultas audiendi Confeſſiones, & pro ſuis ſubditis abſoluendis, tribuendi licentiam Sæcularibus, & Regularibus presbyteris, illos approbando, &c. cenſetur electa perſona, vt non poſſit delegare, vel [vt alij dicebant] habẽt primariò ex ordine Epiſcopali [quos abſque nomine *retuli ſupra nu. 16.* nec ſequor; cum validum non habeant fundamẽtum eorum dicta, & valdè ſpeculatiua opinio eſt, haſque, & alias aufugiendo difficultates, & ſubtilitates, circa Poteſtatem Ordinis, & Iuriſdictionis, Epiſcopi Poteſtatem clariùs ex his Capitibus explicam] atque non electam dico induſtriam perſonæ ex Concilio: adeò vt ex generali cõmiſſione, & conceſſione, Vicarius non poſſit licentias audiendi Confeſſiones dare, vt voluerunt, *Hoſtienſis ſum. tit. de pænit. & remiſſ. §. cui confitendum in fine, Abbas in clem. 1. de priuil. nu. 11. Albericus in ſuo Dictionario Verb. Vicarius etiam Epiſcopi, & alij cum Sbrozzio de Vicario Epiſcopi quæſt. 13. n. 2. 14. n. 3. & 15. nu. 2.* ſed includitur ibi Vicarius; non enim vtitur Papa Verb. ſolùm, vel, tantùm, *vt ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* ibi, *eis tantum nõ eorum Vicarijs ſit permiſſum cum ſimil.* inſuper Verba non diriguntur perſonæ, quæ ſola poſſit habere hanc poteſtatem, & non alia, aũt habet ex ordine abſolutè, vt non ſit delegabilis, vel ex alio capite, ex quo poſſit colligi, quod fuerit electa induſtria perſonæ: ergo facultas delegabilis eſt, & cenſetur delegata Vicario in generali conceſſione, ita *Pater Sanchez ſupra citatus cũ alijs*, qui alios adducit DD. contrarijſque reſpondet, & ad minùs concedere debent

con-

Digitized by Google

contrarij delegabilem eſſe ſpecialitèr, & ità, nec cenſetur electa induſtria perſonæ, quia delegari poteſt facultas; & nõ ſolùm Vicarijs, pro vt ſupra, ſed alijs ab Epiſcopo ex facultate *à Trid.* cõceſſa, adeò vt nullus poſſit ſe intromittere in his approbationibus cõcedendis, niſi Epiſcopus, vel Vicarius Generalis, aùt alij ſpecialitèr ad hoc deputati; vel Poteſtatem quaſi Epiſcopalem habentes, *prout infra*, priuilegijs, & conſuetudinibus non obſtantibus, circa Confeſſiones ſæcularium, & ſubditorum Epiſcopi, nam circa Regulares inter ſe Concilium nihil innouauit, vt ex verbis apparet, ibi *Confeſſiones Sæcularium, vbi Barboſa num. ſuo* 9. & etiam commenſales, genteſuè de familia perpetuò commorantes in Monaſterio, vel loco Religioſo, *clem. 2. de priuil. Sac. Congr. die* 14. *Auguſti* 1568. *& ſub die* 34. *Martij* 1594. *quas adducit Gallemart. ſuper Concilio citat.* dixi [perpetuò] nam non ita erit de his, qui tantum inſeruiunt, nec commenſales ſunt, qui à Prælatis Regularibus ſuis, vel alijs Religioſis, abſolui non poterunt, *vt Decl. Cong. clarè decidunt*, ſed requiritur Epiſcopi approbatio in abſoluente, aùt ſi ex Iubilæo, & Bulla Cruciatæ eligendi Cõfeſſarium facultatem haberent, tunc Regulares, ex probabiliſſima multorum ſententia poterunt eligere Confeſſarium extra ſuam Religionem, etiam Sæcularem ab Epiſcopo approbatum, quæ mihi non diſplicet, licèt ſuis particularibus Decretis, & determinationibus, adhærendum conſulerem, aùt ad eorum inſtãtiam emanatis: *Vide De Lugo de pœnit. diſp. 20. ſec. 9. Lezanam tom. 1. cap. 24. nu. 7. à S. Fauſto, & alios, quos refert Barboſa, qui ſupra n. 12. & Diana part. 1. trac. 11. de Bulla Cruciatæ reſol.* 14. *cum Bellaſio Verb. Bulla Cruciata*, & de iure cõcluſio ſtat pro facultatibus cõceſſis ex Iubilæo, & Bulla Cruciatæ, nec ab his excluduntur Regulares, concluſio eſt, *Ioan. la Crux de ſtat. religioſ. lib. 1. cap. 6. n.* 12. & aliorum, qui hanc probabiliſſimam ſubſtinent concluſionem, poſſe Regularem eligere Confeſſarium, virtute Bullæ, qui à peccatis, & caſibus reſeruatis abſoluat, *& S. D. N. vt refert Gallem. ſuper dicto cap. Concilij* 15. *ſeſſ. 24. n. 2. declarauit tempore Iubilæi poſſe omnes Regulares cõfiteri peccata ſua quibuſue Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas Confeſſiones: in Bulla enim non fit mentio, niſi de Ordinario eorum, qui audiunt confeſſiones, nõ autem de ordinario pœnitentium*. Atque virtute harum facultatum eligendi Confeſſarium ex Bulla, vel Iubilæo quilibet Cõfeſſarius approbatus à quocumque Epiſcopo, ſeù Ordinario poteſt vbique confeſſiones audire, abſque noua Ordinarij loci approbatione, & à quocumque eligi, *vt ex Henriquez docet Diana part. 1. reſol. 7. 8. & 13. trac. 11. & part. 5. trac. 12. reſol. 47. 50. 52. &* 53. nec meum hic erit has, & alias quæſtiones examinare circa forum Conſcientiæ, ſed ſolùm pro Epiſcopi Authoritate circa has licentias, quæ dantur ab ipſo, vel eius Vicario Generali, aùt ab alio habente Epiſcopalem Poteſtatem, puta Abbate, & ſimil. *Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 25. num. 4. &* 5. Vicario Capitulari, non verò Foraneo, *Facundez in præcept. Decalog. præcep. 2. lib. 7. cap. 2. nu. 47. Barboſa ſup. dicto Concilio n. 25. & de off. Epiſcopi n. 4. cit.* aùt Archiepiſcopalem: puta cum Archiepiſcopus actu viſitat poteſt ſubditos ſuffraganeorum abſoluere, tàm per ſe, quàm per alios, *Quarant ſum. Bull. verb. Archiepiſcopi Authoritas verſ. 33. Molpheſius in ſumm. Theol. moral. trac. 7. cap. 14. n. 75. Barboſa, qui ſuprà in Cõcilio nu.* 26. ſubditis ſuis, qui poſſunt Confeſſiones audire etiam extra Diœceſim ſubditorum Epiſcopi approbantis, vt aliqui docent, licèt alij dicant, quod Epiſcopi loci, in quo fit Confeſſio, approbatio ſemper neceſſaria eſt, *idem Barboſa, & Cardin. de Lugo cit. diſp. 21. ſec. 2. nu. 27. &* 35. facto tamen examine, ſi Epiſcopo videbitur eſſe neceſſarium; non enim Magiſtri Sacræ Theologiæ, & publici Profeſſores iuris Canonici examinandi ſunt; quia approbati ab vniuerſitate, & notoriè docti; *gloſſ. in c. de Petro verb. ignota 47. diſt. Barboſa de pot. Epiſcopi alleg. 70. n. 65. & de clauſulis clauſula 151. num.* 4. ideò dicitur *in Trid. ſi videbitur neceſſarium aùt aliàs idoneus iudicetur*, quod ſi iſtis nol-

H 2 let

let concedere licentiam Prælatus, poſſent, tàm ſæculares, quàm regulares omnia perinde exercere, ac ſi admiſſi eſſent, docent *Facundez eit.cap.2.n.15. Layman Theol.moral.lib.4.trac.6.nu.11.cap.11. Finel. de caſib. reſeru.cap.3.n.3. de Peirinis de relig.ſubdit. tom.1.quæſt.1.cap.21.§.2. Diana reſol.moral. part.3.trac.2.reſol.24. Lezana ſumma quæſt. regul.cap.19.num.3. Echochier de iuriſd. in exempt. part. 4. quæſt.77. Hurtad. de pænit. diſp.10.difficult.16.& alij quamplurimi*, quæ licentia in ſcriptis, & oretenùs dari poteſt, & ad libitum Epiſcopi, neque illo mortuo expirat, ſed ſola reuocatione, aùt aduento die, ſi fuit ad tempus, *vt Barboſa ſuper dict. cap.docet*, qui alios adducit caſus ibi videndos, poſt *DD.* ſuperiùs relatos, *& ipſe aliquæ addam infra lib.2.deciſ.2.de Sacram.cum de Sacram. pænitentia*.

50 Inſuper Epiſcopus vtitur poteſtate, quam vocant Canoniſtæ, delegata, nimirũ conceſſa à iure veteri, *c.ad abſoluendum de hæret. c.irrefragabili §.veterum de offic. ordin.* & à nouo *Tridentini, &c.* non iure Epiſcopali ordinario, ſed quia Sedis Apoſtolicæ Delegatus eſt, vt in procedendo contra exemptos Prædicatores hæreſes dicentes, &c. *Trident. ſeſſ.5. de reform. c. 2.* Abbatis exempti negligentiam ſuppplendo, *c.vnic. de ſupplend.neglig. Prælat.* cognoſcendo de obreptione, & ſubreptione gratiæ, *c. ex parte de offic.ordin. c.ſi quando de reſcript.* & de diſpenſationibus obtentis. *Trident. ſeſſ. 22. de reform.c.5. & 6.* in viſitando Monaſteria, etiam exempta, in quibus non viget Regularis obſeruantia, *Trident.ſeſſ.21. de reform. cap.* 8. quod ſubdit etiam viſitare poſſe Collegia, & beneficia exempta, *& ſeſſ. 24.cap.* 11. inſuper Quæſtoribus eleemoſynarum licentiam dare, & ſi ſint regularium, *Trid.citatum cap.9. vbi Barboſa nu. 4. & alleg.109.n.10.* non dubito tamen poteſtatem habere mendicantes, & alios pauperrimos religioſos quærẽdi eleemoſynas, & panem, aliaſque res, *Bordon. de reg.reſ.7. n.119.* & cenſetur data licentia in erectione Monaſterij, *idem ex ſacra Congr. & Bellaſ. verb.eleem.* dummodo Quæſtor licentiã in ſcriptis habeat à ſuo Superiore Monaſterij, pro quo eleemoſynam quærit, *Barboſa de off.& poteſt. Epiſcopi alleg.109. n.8. Donatus tom.1.de exempt.religioſ. tract.13.quæſt. 32.n.9. Bordonus citatus*, & hanc Ordinario oſtendere tenetur, *Sacra Congreg. decretum apud Doctores citatos adductum, & Bariol. verb.regularis n. 267.* à quo confirmanda, *Piaſecius in praxi Epiſcopali part.2.cap.3. n. 47. in fine*, nec eleemoſynas quærant ſuperfluas, quia poſſent impediri ab Epiſcopo, *Barboſa citatus nu.9. Genuenſis in praxi cap. 49.nu.11. de Franchis in controuerſijs inter Epiſcopos, & regulares fol.39.* licèt contrarium dicat, *Lezana part.2. cap.1. nu.8.* qui hanc facultatem denegare, & tollere intendit ab Ordinarijs, ſub prætextu, quod ſunt exempti Regulares à iuriſdictione Epiſcopi, & ſolùm peccarent iſti Quæſitantes eleemoſynas ſuperfluas, *Bellaſ. in promptuario verb.mendicantes nu.4. ſed Lezanam improbat Donatus, qui ſupra num. fin & ait ſequendam eſſe declarationem Congreg. adductam à Barboſa*, quod non prohibeat quæſitare, ſed iniungat cum benignitate, vt eleemoſynas ordinarias quærant.

51 Quod ſi hoc fieri non poſſit, quia taliter fideles v.g. deuotionem amplexi sũt, vt multas eleemoſynas tribuant, dico prohiberi poſſe ab exactione abſoluta, vel ſi fieri poſſit, vt paucas, & moderatas accipiant, *Piaſecius in praxi Epiſcopali part.2. c.7.n.47.* Epiſcopus enim eſt Iudex ordinarius circa hoc, *Leo Theſaur.for. Eccl.part.4. cap.2.n.146.* & ad eum ſpectat eleemoſynas per loca quæſitantibus, licentias, & facultates concedere, *Barboſa citatus nu.9. Trid. ſeſſ.21.cap.9. de reform.* & mendicantes, & ſi quæſitandi licentiam habere dicuntur, nõ tamen immoderatas quærere poſſunt eleemoſynas, quod Epiſcopi arbitrio eſt relictum, inſpecta quãtitate Monachorũ, & neceſſitate Fratrum mendicantium, vel non mendicantium, viuentium tamen ex eleemoſyna, *& Triden. citatum*, hoc intendit, vt legenti manifeſtum erit, *& D. Hieron. in Epiſt. ad Nepotianum*, contra hos loquitur, ibi *ſunt, qui ſub prætextu eleeſymonæ quærũt*



*dini-*

*diuitias, quæ magis venatio appellanda eſt quàm eleemoſyna, ſic beſtiæ, ſic aues capiuntur, & piſces; modica enim in hamo eſca ponitur, vt plenè in eo ſacculi protrahantur, & Eccl. cap.* 7. dicitur *Animam eſurientem ne deſpexeris Matth.* 18. *da pauperibus Luca* 14. *voca pauperes, debiles, elaudos, &c. Ioan. cap.* 3. *qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere*, & paſſim in ſcripturis dicitur, quod pauperibus, & egentibus eleemoſynæ, non diuitibus ſunt faciendæ.

52 Ideò ait, *Zerola in praxi Epiſcop. par.* 1. *Verb. Quæſtores quæſt.* 57. *art.* 7. *& quæſt.* 98. *art.* 1. Epiſcopum non debere licentiam dare Quæſtoribus eleemoſynarum, niſi cum his circumſtantijs, 1. vt ſint perſonæ bonæ famæ, 2. ne ſint participes eleemoſynarum, 3. ne habeant nullo modo nomen Quæſtorum, 4. nullus Indulgentias diuulget, nec concionetur, 5. ne ſacras reliquias circumferant; 6. nec campanas deferant, nec imprecationibus, aùt minis extorqueant, 7. nec quidquam debitum, aùt vſitatum petant, octaua, ne vllo artificio, aut ſpecie cõmemorandæ orationis alicuius Sancti, aùt alio peruerſo more vtantur, nona, vt ſimpliciter, ac modeſtè eleemoſynas petant, eaſque in pijs locis tranſportent, & ad illorum vtilitatem, *arg. cũ ex, eo de pœnit. & remiſſ.*

53 Caueantque Prælati; ne faciles ſint in his concedendis licentijs, & quod Layci nullo modo quærant eleemoſynas, niſi cauſa cognita *Gloſa, & Doctores in l. vnica C. de mendic. lib.* 10. qui ſint bonæ vitæ, *Barboſa citatus nu.* 1. *&* 12. modeſti, & diſcreti, nec in tabernis, aùt alijs locis incongruis hoſpitentur, *d. c. cum ex eo verſ. cum autem*, & ſi exeant ex Congregationibus Religioſorũ, aùt Confraternitatibus ſuis, nã etiã cognoſcẽdi ab Epiſcopo, & ab eo licentiam petere debent, quod ſi priuilegia habeant quærẽdi eleemoſynas per hos Religioſi, tamen perſona ſubſtituta debet eſſe cognita ab Epiſcopo, ne anſam peccandi præbeant ſubditis, non merendi in datione, & receptione eleemoſynæ, ad quod Epiſcopi prouidere debent, quia intrat peccandi occaſio, *arg. c. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. c. quanto de off. ordin. c. primum* 25. *diſt. c. ante omnia* 40. *diſt. c. nouit ille de iudicijs, c.* 2. *de ſent. & re iudic. in* 6. *c. oues* 2. *q.* 7.

54 Nec Quærere eleemoſynas poſſunt Regulares pro Conuentu, & Monaſterio extra Diœceſim exiſtente, *Piaſecius, & omnes Doctores citati*, aùt ad inuicem ſe impedire, vel promulgare Indulgẽtias, ob quæſtum, ſeù eleemoſynas acquirendas, ſub pœna excom. Papæ reſeruata, *ex Bulla Pij V.* alias verò publicare debent authoritate Epiſcopi, *Triden. ſeſſ.* 21. *cap.* 9. *Piaſecius citatus, Bellaſius Verbo indulgentia num.* 1. & poſſunt declarari incurriſſe in excomun. ab Ordinario loci, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, *Clem.* 1. *de priuilegijs*, qui etiam non obſtantibus exemptionibus incarcerare, excomunicare, & punire arbitrariè poterit huiuſmodi Quæſtores, immoderatè, & abſque licentia, & contra formã ſacrarum deciſionum eleemoſynas exigẽtes, *Ecochier de iuriſd. in exempt. p.* 2. *q* 45. *n.* 96. *Barboſa in collec. ad ſeſſ.* 21. *Triden. cap.* 9. *ſupra relati. n. ſuo.* 3.

55 Videndum modo erit poſtquam dixi, quomodo quærendæ eleemoſynæ à Sæcularibus, & Regularibus, à quibus, & quibus ſint hæ dandæ, & quia materia propria Theologorum moralium eſt, illis te remitto, ſi verò beneficiarij, & Epiſcopi de fructibus, qui ſuperſunt teneantur facere eleemoſynas, & de quantitate, *dicam lib.* 3. *deciſ.* 1. *de beneficijs n.* ..

56 Nec non, & ordinare debet, quæ in Miſſarum celebratione facienda, vel vitanda, *Trid. ſeſſ.* 22. *in decret. de obſeru. in celebr. Miſſ.* Addas, vt clauſuram ſeruet etiam Monialium exemptarum Epiſcopus, *Trid. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 5. & in regendis Monialibus Papæ ſubditis, *Clem. attendentes de ſtat. Monac.*

57 Et in cognoſcendis beneficijs patronatus, & dignitatibus, *Trid. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. alijſque in Caſibus a iure enarratis, *vt in c.* 2. *de Magiſtris, & in Trid. ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *de reform.* curare debet, vt lectio ſcripturæ tradatur in Monaſterijs, vbi commodè fieri poteſt, & Docti viri ſint habiles ad le-

ad legendum, *Bellaſius in promptuario verb. lectio. Barboſa ſuper dict. Conc. nu.* 42. dixi in Monaſterijs; nam ſecundum aliquos non veniunt mendicantes, & alij, in hoc decreto, ſed ſolùm Monachi, quod non approbo ex lectura Concilij, & fine, quæ Principalitèr attendenda ſunt à Doctoribus, *arg. c. ſecundo requiris de appellat. c. humanæ 22. q. 7. l. ſi tibi 20. ff. de rebus creditis, l. idem §. 5. ff. de vi, & vi armat.* nec ſubtilitas, inſpicitur à ſacris Canonibus, ſed veritas, *c. dilecti de iudicijs, c. Abbate §. præfatos, & §. & licèt de re iudic. in 6. Rodolph. in praxi iudiciaria part. 1. cap. 9. n. 129.*

58 Inſuper, *in c. ex eo §. porro de elec. Triden. ſeſſ. d. ſeſſ. 6. c. 4. & ſeſſ. 14. c. 4.* Epiſcopis tanquã Sedis Apoſtolicæ Delegatis facultas conceditur Viſitãdi, & corrigendi Clericos, & Religioſos exemptos degentes extra clauſtra non obſtantibus priuilegijs, &c. ſuaq; capitula, & collegia etiam *idem Trid. ſeſſ. 4. cap. 4. non obſtant. etiã &c.* Cognoſcẽdo de cauſis ſuis ciuilibus contra ipſos vertentibus, pro miſerabilibus perſonis, & cauſis mercedum, *Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. & ſeſſ. 14. cap. 5.* etiam ſi tria vota eſſentialia habeant, *Nonarius lucern. Regul. verb. cauſa n. 4.* dummodo extra clauſtra, & Monaſteria degant, *vt Trid. verba decidunt. Diana part. 11. trac. 2. reſol. 23. Lezana tom. 1. cap. 11. num. 10.*

59 Licèt ab his diſſentiat, *Abruzzus de ſeruitijs perſonalibus comm. 1. num. 190. cum ſeq.* qui docet diſpoſitionem, *Trid. d. ſeſſ. 7.* non comprehendere Regulares emittentes tria vota, ſed pace huius doctoris contrarium dico ex Verbis eiuſdem Concilij, ibi *Clerici ſæculares, aut regulares extra Monaſterium degentes quomodolibet exempti etiam ſi certum iudicem à Sede Apoſtolica deputatũ in partibus habeant, &* infra *priuileg. exemptionibus, Conſeruatorum, deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris;* & ita Trident. Regulares non obſeruantes, & degentes extra clauſtra condemnari poſſe ad ſalarium ſeruorum dicit, fauore harum perſonarum, qui ſeruiunt, & ſalaria non obtinent, necceſſet vbi conueniri poſſent Regulares tria vota habentes degentes extra clauſtra, qui ſalaria negant pauperrimis famulis, ſecundum *Abruzz.* cum hi Conſeruatorẽ nõ habẽt & ſi habent, nõ ſunt ſub obſeruantia, ergo eſſent Creditores priuilegiati abſque Iudice, qui eis præcipere poſſit, vt ſoluant, quod iniquum eſſet: meritò Tridentina fuit deciſio, vt poſſint ab Epiſcopo cogi ad ſoluendum, ſicuti indiſtinctè ſi Conſeruatore careant, coram Ordinario omnes Regulares in omnibus cauſis conueniuntur, *ex Bulla Gregoriana*, quam in terminis adducit, *Donatus de exemp. relig. trac. 13. quæſt. 44. Paſſarellus de conſeruatoribus fol. 400. & omnes adducti ab eod. Donato tit. 17. de Conſeruatoribus in principio, & ipſe aliqua in deciſ. fin. dicam.*

60 Quo etiam iure Regulares aliquando, & ſi exempti in multis caſibus ab Epiſcopo cognoſcuntur, de quibus, *infra d. deciſ. vltima de regularibus, eorumuè priuilegijs*; ſicuti procedit contra Officiales Sanctæ Inquiſitionis, & alios exemptos ad ſolutionem piorum Legatorum, *Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. de refor. Azorius part. 2. lib. 3. cap. 54. Iordan. tom. 3. elucub. lib. 13. tit. 6. nu. 158.* & prauas conſuetudines circa beneficia, eorumuè collationes, præſentationes, & prouiſiones tollit, *Triden. ſeſſ. 24. de ref. cap. 14.* Protonotarios Apoſtolicos, Cappellanos Regios, & alios priuilegiatos etiam delinquentes punit, iuxta diſpoſitionem, & in caſibus, *Tridentini ſeſſ. 24. de refor. cap. 11. ibi, procedit contra Cappellanos Regios, qui actu non ſeruiunt in Cappellis Regijs, & contra Protonotarios,* idem, & in alijs Prælatis, *Triden. citatum ſeſſ. 14. cap. 4. de reform.* etiam ſi Epiſcopi ſint, *Idem ſeſſ. 25. de refor. cap. 14.*

61 Notarios imperitos; & delinquentes arcere poteſt à cauſis Eccleſiaſticis, & prohibere, ne munus ſuum in his rebus efficiãt, *Trid. ſeſſ. 22. cap. 10. de refor.* ſunt enim idonei Notarij, qui ætatem requiſitam à iure comuni habent, 14. annorum ſecundùm, *Baldum de Peruſio trac. de Tabell. in principio n. 62. Mandoſium de ætat. min. cap. 5. nu. 37. & reg. 18. Cancell. q. 2. n. 8. Gomeſium variar.*

riar.tom.3.cap.1.n.57.& alies, adeò vt impuberes Notarij eſſe non poſſunt etiam ſi fuerint creati, vt exercitium conferant poſt pubertatem, Perez de lara compend.vita hominis cap.106. Taſſonius obſer.iuris.3.verſ.9.n.2. Aſinius in praxi §.3.cap.4.nu.4. licèt ab his diſſentiat Narbona de atate ad hum. actus req.ann.25.q.69.n.6. qui Ætatem 25. annorum de iure in Notarijs defendit requiri, ipſe verò quid ſentiam.

62 Dico in hac materia, ſi adſunt ſtatuta particularia, vt Hiſpaniæ debent eſſe 18. annorum, idem Narbona n.7. Neapolis 25. Grauin.in rit. M.C.V. 164.part.1.decl.5.nu.27.&c. hæc ſeruanda circa ætatem, ſed propriè in omnibus inſpiciendum ſemper erit, ſi peritus quis ſit in tali arte, & officio, etiam ſi non habeat ætatem 25. vel 18. annorum, dummodo non ſit minor 14. annorum: in quo nunquam præſumi poteſt peritia, Abbas in c.cũ vigeſimum de off. deleg. col.1. cum hoc in Notarijs valdè requiratur, Menoch. conſ.37.n.139.& 140. nam imperiti Notarij Mundum deſtruunt, idem conſ.62.n.1.

63 Et circa electionem dicas primario quod Papa, & Imperator rectè creare illos poſſunt, c.1.& 2.de fide inſtrum. l.actuarios C.de num.& actu lib.10.§.ſi vero Auth. de Tabell. Reges etiam, c.per venerabilem §. de filijs, qui filij ſint legitimi, vt in noſtro Regno, & Neapolitano Rex Catholicus, Borellus ſum.deciſ.tom.2.tit.18.nu.101. ex Conſt. in locis demanij de Iudic.& Notar. vel Prorex, ex Prag.4. de officio Notarij Abruzz. in lectura l.1.ff.de off.eius,&c.n.938. Ballus ſuper dicta Pragmatica,& alij noſtrates, atque recognitio pertinet ad Protonotarium Regium, idem Ballus n.4. ex Prag.de officio Protonotarij, & cap. ritus 203. de Notarijs examinandis, vbi Cumia; Septim.cap.101. Boniornus cap.203.

64 Idem dicas de alijs Principibus abſolutis, & Supremis, vt Reſpublicæ Venetorum, Luccenſium, Ianuenſium, Florentiæ, Sabaudiæ, Mantuæ, & ſimil. Borell.citatus n.103. Innoc.& Barboſa in c. P. Tabellio de fide inſtrum. alijque domini Superiorem agnoſcentes, & Magiſtratus iuriſdictionem, & merum Imperium habentes certè poſſunt Tabelliones, & Notarios pro ſuo Officio creare, non verò Tabelliones, & Notarios Generales pro Regno, Cancerius Variar.reſol.p.2.cap.2. de iuriſdic.omn. iudicum n.60. ità Epiſcopus pro ſuo Officio, & iuriſdictione temporali, Gonzales ſuper reg. Cancell.8.gl.5.§.11.n.22. Hoſtienſis, Tuſcus, & alij, cum Belletto citato diſcipl.Clericor.§.29.nu.10. Laicos, & Clericos Tabelliones conſtituere valet, qui Eccleſiaſticos contractus, & ea ad ſuam curiam ſpectantia cõficiant, Graſſus de effec.Cler.effec.8.nu.26.& 27. ſicut ex diſpenſatione Clericus in Sæcularibus negotijs ſe immiſcere poteſt, vt ſit Notarius generalis rerum Laycorum, & licitè illud gerat officium, nam validè ſemper ab eo illud fit, etiam ſi ſit in ſacris, idem Graſſus n.7. nõ enim repugnãt Officium Notarij, & Tabellionis cum Clericatu, vt nullitatem contractus inducat, Bellettus cit.n.8. non ita Monachi, qui ob ingreſſum Religionis, exequi non poſſunt officium Notariatus antea ſuſceptum, c.vt officium §. verũ de her. in 6. Bellaſius in prompt. V. Notarius num.1.

65 Qui Notarij, & Tabelliones ab Epiſcopo creati gaudent fori priuilegio, Barboſa de off.& pot. Epiſcopi alleg.107.nu.11.& 15. Gratianus diſcept.233.n.19. Bellettus Mar.Anton.& alij apud eundem Barb. Giurba conſ.88.n.4.& 12. & ab eodem puniuntur etiam ſi extra officium delinquant, idem conſ.83.n.14. nec tranſit in generali conceſſione Regalium Notarios creare; adeò vt Barones, & alij Principes hanc non habeãt Facultatem, Ferdin. Boniorn. ſuper ritiũ cap.203. Abruzz.& Ballus citati, non ità in Speciali, l. actuarios C. de mun. lib.12. ex arg. Prag.4.de off.Notarij., & Vicarius Epiſcopi ex ſua iuriſdictione Tabelliones ſuos, & Notarios creare poteſt, ſicut Epiſcopus, quia quilibet ſuos creare valet, Hoſt.in ſum.de fide inſtrum. n.3.

66 Superiores Religionum in vnaquaq; Prouincia Scribas, & Notarios pro rebus ſuis rectè conficiunt, Lezana tom.5. in mari magno n.221.ex Conſt.Pij V. [Debitum[ Peyr.

tom.2.

*tom.2. priuil. in conſt.9. Caſtro palaus tom.1. trac.3.diſt.5.§.3.oper.moral.Bellaſius citatus n.4. & 5.Piaſec.prax.Epiſcop.p.2. cap.4. nu.* 12. & Conſeruatores ad ſui libitum Notarios pro ſuo officio eligunt, nec Notarijs Epiſcopi, vt vtantur, ab illo cogi valent, *c.quoniam 11. de prob. c.ſtatutum de reſcrip. in 6. Donat.de conſeru.q.21. ex Nauarro, & alijs.*

67 Nec vnus Notarius vnius territorij poteſt facere inſtrumentum in alio territorio; & intra iuriſdictionem illius, qui creauit, eſſe debet, niſi fuerit creatus à Papa, vel Imperatore, qui vbique inſtrumenta conficere poteſt ſecundùm *Borell.citat.ſup. num. 105. & infra n.75. declarabo*, quod etiam crederem in forenſibus, qui non poſſunt, neque in alieno territorio contrahere corã ſuo Notario loci (qui ibi etiam reperitur) nam hic iuriſdictionem hoc in loco non habet conficiendi inſtrumenta, *l.apud proconſulem ff.de manumiſſ.Bellam. deciſ.21. Riccius coll.deciſ.1788. idem Bellam, conſ.43. nu. 28.* nec poſſunt partes facere, quod priuata ſcriptura vim publici inſtrumenti habeat, *Inn. in d.c.cum P. Tabellio:* poſſunt tamen facere, quod talis ſcriptura facta ab ipſis fuerit plenæ fidei, *Alex. & alij cum Lancea ſuper ritu noſtro cap.101.lit.A,& Aloyſius de Septimo ſuper eod.cap*, quia partes,& priuatæ perſonæ Tabelliones facere non poſſunt: DD.cit. ſupra.

68 Nec ipſe met Notarius ſcribẽs ſcripturam, vt amicus, hæc vim publici inſtrumenti habere poterit, *l.ſcripturas C. qui potiores, &c. gl. in l.1.C.de apochis publicis lib. 10.Gratianus deciſ.104. Riccius collec. deciſ. 1794.& 1107.& 19.Giurba Obſeru.49.n.2. & ſeq.Capicius latro conſul.66.n.35. Mantica, Pacificus, Gutierez, Genoa, Gaitus, & alij innumeri, cum Merlino de pignoribus lib.4. tit.2.quæſt.15.n.1.* benè verùm, quod ſcriptura priuata trino teſte munita, & ſubſcripta vim publici inſtrumenti habet, & plenè probat, *Rota Rom.recent.apud Rubeum deciſ. 358. tom.2.n.3. Staiban. iunior reſol.79. Caroccius deciſ.49. Thorus in compendio verb. Terminus ad examinandum teſtes, de Franchis deciſ.631.Iord.in elucub.varijs tom.3.de fide inſtrum. n.20. & 21. cum ſeq.* contra ipſum debitorem tamen Scribentem, vel eius hæredes, *Staibanus citatus, Cutelli de donat. diſcurſu 2.part.10.n.83.* ſecùs contra tertiũ, *Magonius deciſ.122.n.4. & 5.Couar. variar. reſol.lib.2.cap.11.nu.4. Rota Ianuenſis deciſ. 197. Riccius collec.1107. Menochius cõſ.409. n.4.Borell.ſum.deciſ.tom.2. tit.23. n.42.* nec facta à tertio, qui dicit feciſſe nomine alterius probat, niſi conſtet de mãdato, *Gaball. mill.659. Viſconti cõcl.iur.verb. apocha. Burgius de laudimio part.3. inſpec.38. nu.58.* & ſolùm Scriptura mercatorum extracta, & per teſtes recognita probat contra ſcribentem, & tertios, *Borellus citatus nu.43. & 44.* cum ſubſcriptione tamen; *Idem Gaball. mill. 664.* etiam ſi ab alio fuerit facta, putà à factore, vulgò (ſcriuano) *Maſcard.de prob. concluſ.977.n.1. Iord. citatus n.124.* qui totum ſupradictum confirmat, & corroborat, & ampliat in libro publici officialis exiſtentis, in tabula publica, & aliarum perſonarum, quæ negotijs implicitæ ſunt.

69 Et hæc probatio, & recognitio debet fieri per teſtes, qui dicant ſe fuiſſe præſentes, quando fuit apocha ſcripta, *Ciriacus controu.foren.246.n.2.tom.2. Capicius latro deciſ.5.n.11.Gram. deciſ.43. nu.14. Andreolus conſ.68.n.1. Afflictus deciſ.181. Marta voto 45.n.53.Menochius de arbitr.de Franchis, & alij apud Viſcontem citatum verb. ſcriptura priuata, Borellum, qui ſupra n.9. & Iordanũ n.406.* nec ſufficit ſi dixerint notam habere manum teſtatoris; *Ciriacus & Gram. citati,* niſi eſſet ſcriptura, quæ fieri ſolet parte abſente: vt Epiſtola liberationis, apodixa tabulæ, & ſimil. *Andreolus citatus, n.3.* præcipuè concurrentibus adminiculis, & coniecturis, cum in totum hæc materia arbitraria ſit, & Iudex inſpecta ſcriptura, probatiſque extremis, quod rectè videbitur, decidet, *Menochius de arbitrarijs, & conſ. 95.n.37.Iordanus citatus n.425. & 27.* multaque coniungendo correſpondentia, veritatem trahere poteſt, *Ciriac.con.272 nu.8.*

70 Quæ ſcriptura recognita, trino teſte ſignata, habet priuilegia publici inſtrumẽti,&

ti, & præfertur poſteriori hypothecæ cum publico inſtrumento. *Virgilius de legitim. perſonæ cap.7. nu.23. Borellus citatus nu.36. de Franchis deciſ.664. Viſcōti citatus. Verall. deciſ.112. n.1.* contrahiturque dies in præiudicium creditorum à die confectionis, *vt infra dicam*, & paratam habet executionē, *Vrſillus ad Afflictum deciſ.* 85. *n.4. Magonius deciſ. Lucens.15.n.19.& 31. Capoblanc. de Baronibus prag.16.n.65. Surdus conſ.*80. *nu.* 8. ex vi probationis, & de iure cōmuni; nam facere nec poſſunt partes, vt viam executiuam, & executionem habeat priuata ſcriptura; *Cancerius var. reſol. lib.2.cap.3.nu.5. ibi, ſit tamen communiter; vt in Ciuitatibus, & Regnis extent ſtatuta, aut priuilegia, quæ inſtrumentis paratam executionem tribuunt, taliaque inſtrumenta guarentigiata vocantur;* [ideſt habentia executionem paratam, & incipit actor ab extrema parte iudicij *Iord. tom.3. tit.20. lib.14. n.*435. vel obligationē cameralem in Rom. Curia *idem num.*437. qui ſupradictam concluſionem etiam defendit *n.*440.] licèt contrarium videatur innuere *Borellus, qui ſuprà n.* 47. ſicut in Regno noſtro ſcriptura priuata *ex cap. ritus* 101. nullam habet executionem, etiam ſi teſtibus ſubſcripta, approbata, & recognita *Caſtillus deciſ.* 109. *n.35.& 46. & alij relati à Groſſo ad conſtit. prag. Com. de caſtro* §. 27. *num.*1.

71 Licèt ſecùs ſit in Apodixis tabulæ, & Banci, & etiam litteris Cambij, quæ paratā habent executionem contra ſcribentem, & acceptantem, ſed contra ipſos mercatores datur actio negotiorum geſtorum, vel mādati *Giurba Obſeruat.* 105. *& practicaui in R.C.S. coram Doctiſſimo, & Inſigni viro Don Franciſco Biſignano*, me Patrocinante, vt contra mercatores inter ſe ſcribentes non detur via executiua ex ritu, qui ſolùm contra ſcribentes, & acceptantes tribuit executionem, idem, & in literis Tabulæ, ſeu apodixis *ex dicta conſt. Pragm.* an verò contra Clericos hoc ſtatutum extendatur dicam infra *deciſ. pen. n....* quod ſi alia ſunt ſtatuta in Prouincijs huic ſimilia, illa obſeruanda; *vt in Regno Neapolis ex Prag.* 1. *tit. de litteris cambij, vbi Rouitus, & Thorus verb. littera cambij, Borrellus, qui ſupra n.*114. *& ſimil.*

72 Addas, quod hæ ſcripturæ priuatæ valent, & probant etiam ſi non eſſet nomē ſubſcriptum ſcribentis, *Cancerius lib.1. cap. 21. n.34. Cinus, & Bartolus in proemio digeſtorum, Menochius, & alij cū Iordano mox citando*, aùt ſi principalis ſignum ponat ſolūmodo, *Gaball. mill.* 662. ſi ſcilicet ſcribere neſciat, quod recognoſci etiam debet, *vt idem docet, & Menochius conſ.267. n.23. &* 25. & etiam ſi fuerit ſigillo Authentico munita, quæ æquiparatur publicæ, *Ciriac. contron. 272. nu.3. &* 4. Item ſi non ſit dies, & locus *Menoch. conſ.288. n.33. & 35. Boerius dec.333. Penia deciſ. Rot. Rom. dec.433. n.10. Iordan. de fide inſtrum. nu.168. Baldus conſ. 331. n.2. ex tex. in l. qui tabernam* §. *idem quæſiuit ff. de pignor. Gaball. mill. 665. & 666.* qui limitat cōcluſionem in libris mercatorum, in quibus requiritur diei annotatio, & in teſtamentis, &c. etſi regulariter non requiratur dies, & locus in ſcripturis priuatis, apochis, & litteris miſſiuis, *Pariſius conſ.78. n.22. vol.3. Borellus citatus nu. 25.26. & 152. & Cancerius; Merlinus de pignoribus lib.2. q.88. nu.13. &* 23. licèt ex eis oriatur hypotheca *idem lib.1. quæſt.14. n.11.* quæ vt cognoſcatur ex qua die veniat; ideò ponitur dies in contractibus, & in his ſcripturis etiam requiritur ad cognoſcendum diem hypothecæ pro anterioritate, non ad ſubſtantiam probationis, *vt idē Merlinus num.10. & lib.4. q.22. lib.5. q.62. n.1.* docet, an verò dies in his ſcripturis cōputetur à recognitione; an verò à ſubſcriptione.

73 Diſtingunt alij, dicētes quod ſi adeſt in ſcriptura hypotheca alicuius rei à tempore datæ fit computatio pro illa re, & creditor in hac re præfertur omnibus creditoribus poſterioribus, etiam cum inſtrumento publico, ſecùs in alijs rebus, & ſcriptura abſque tali ſpecialitate, in qua aùt tractatur quoad ſcribentem, & ſui præiudicium, & à die contractus ſit computatio, aùt quoad creditores contrahentes antè recognitionē, & tunc à die recognitionis numeratur ſcrip

tura priuata, eiuſue hypotheca, ita *Rodericus de credit. hypotheca part. 2. art. 1. n. 15. ex Guttierez; Couar. Perez, & alÿs.*

74 Sed contrarium dicēdum eſt *ex Gratiano cap. 501. Fabro, Gatto, & alÿs quos ſequitur Merlinus de pignoribus lib. 4. tit. 1. q. 15. n. 4. Borellus toties citatus tit. 23. n. 20. & Ciriacus controu. 224. n. 10. cum alÿs*, vt nimirùm detur prælatio in ſcriptura trino teſte munita, ac recognita, & retrotractatio ad tempus confectionis, quia ſi vim habet ſcripturæ publicæ, & inſtrumenti publici, non eſt maior ratio, quia ab hoc tempore, & non à die cōfectionis computetur, & parum eſt, ſi nūc recognoſcatur; ſemper enim talis fuit hæc ſcriptura; non eſt ergo dimidianda hæc hypotheca, & anterioritas, abſque ratione, textuſue authoritate, nec poteſt eſſe ſuſpicio fraudis tollendæ hypothecæ, quando teſtes deponūt de tenore ſcripturæ attingentis tempus antè inſtrumentū. *Cauileri deciſ. 492. n. 3. Merlinus citatus nu. 19.* qui pulchrè materiam examinat, *ex Genua de ſcriptura priuata*, quæ vide in ſimilibus caſibus occurrentibus, cum per tranſitum hæc dicta à me ſint.

75 Dubium etiam reſtat circa Notarios, eorumuè iuriſdictione, an inſtrumentum factum à Notario Apoſtolico fidem faciat, & vbique iſte poſſit inſtrumenta conficere, ſicut, & Imperialis; etiam in locis non ſubditis immediatè iuriſdictioni? & in laycalibus reb. & quæſtionib. quod nō poſſit Apoſtolicus Notarius facere inſtrumenta, dubiū non eſt apud Noſtrates, vt ait *Afflictus in conſt. inſtrum. robur n. 22. Iſernia, Caſtillus deciſ. 61. nu. 37. Vrſillus pro Regno Neapolitano deciſ. 245. & alÿ cum Borello tom. 2. ſum. deciſ. tit. 18. num. 107.* ſecùs in Eccleſiaſticis negotijs, & teſtamentis ad pias cauſas, atq; rebus Clericorum, & Eccleſiaſticorum, eorumuè contractibus, in quibus inſtrumenta facere poſſunt, & fidem faciunt, *Vrſillus citatus, Boerius deciſ. 242. Paponius Areſt. cur lib. 4. tit. 13. arreſt. 2. & 6. Iſernia citatus, & Borellus, Anna ſingulari 246.* etſi ab his diſſentiat, *Riccius coll. deciſ. 1788.* aſſerēs quod vbique tales Notarij inſtrumenta conficere valent; ſed ſemper intelligas, vel de rebus Eccleſiaſticis, aùt in locis ſubditis, vel de conſenſu partium illos eligentium, vt conficiant ſua inſtrumenta, & ſubſcribant, atq; teſtes adhibeant; & tūc ad minùs erit ſcriptura priuata trino teſte munita, aùt in defectum aliorum, *Cancerius var. reſol. part. 3. cap. 2. n. 232.* nam ſicut laycus Notarius nō debet ſe immiſcere in negotijs Eccleſiaſticis abſque licentia Epiſcopi, ita Apoſtolicus, nec in rebus temporalibus ſine approbatione habentis iuriſdictionem, *vt Cancerius docet.*

76 Quod ſi inſtrumentum vnius Regni adducitur in alio Regno debet priùs approbari à Curia, vel Iudice loci, à quo diſcedit, & conficitur fides, quod qui cōfecit inſtrumentum eſt Notarius approbatus, publicus, &c. *Scribentes ſuper dict. conſt. inſtrum. robur. Borellus, qui ſupra nu. 106. & tit. 19. n. 126.* & viam eandem executiuam habet, ſi fuerit in Regno confectum, puta in noſtra Sicilia, *ex cap. ritus 101. vbi Cumia ſuo cap. 6.* ſecùs ſi in alio loco; licèt de iure contrarium ſit, *Baldus in l. 1. q. 4. C. ne filius pro Patre, Borellus dic. tit. 19. n. 127. 128. & 158.*

77 Et Notarius non naſcitur, ſed aliquē eſſe Notarium probari debet, *Marcus deciſ. 511. num. 2. vol. 2. Afflictus deciſ. 251. Roland. à valle conſ. 32. n. 3. & 4. Crauetta conſ. 72.* nec præſumitur, *Boerius deciſ. 36. nu. 7. Bart. in l. Herennius ff. de decurionibus, ibi nō præſumitur, niſi probetur*; & ab illo, qui dicit inſtrumentum factum fuiſſe à Notario *Ioſeph Lodouiſ. deciſ. Peruſ. 115. Roland. citat. n. 13. vol. 2. arg. l. cum actum de neg. geſtis*, & plura inſtrumenta confecta probant poſſeſſionem Notariatus, ſicuti antiquitas centum annorum *Paleotta deciſ. 604. lib. 3. vol. 3. Afflictus deciſ. 251. Borellus dicto tit. 18. n. 121. vſque ad 133. Riccius coll. deciſ. 1189.* etſi eſt inſtrumentum alterius loci cum fide, prout ſupra, plenè probat.

78 Caueantque Notarij de falſitate, & ignorantia, quia falſarij non ſolùm ab Epiſcopo puniuntur, arcendo illos à ſua iuriſdictione, ſed à Iudicibus laycis pœna falſi, quæ de iure *conſtit. Regni Iudices*, eſt mortis

natu-

naturalis contra talem Notarium falſarium *Viſconti in concl. iuris verb. Notarius in medio, ex Follerio; Capycio, Grãmatico, & alijs, de Franchis deciſ. 444.* & eſt in Obſeruãtia, *vt idem docet*, ſic eadem pœna punitur Notariatum vſurpans, *Amendola ad Franch. citat. n.3.* & alij dixere, quod ſit manus amputatio, & combuſtionis; alij pœnam priuationis ſolùm, & infamiæ: ſed certum de iure eſt, pœnam arbitrariam eſſe, deportationis, damnationis ad triremes, relegationis, &c. & vſque ad mortem incluſiuè extendi poteſt, cum priuatione Notariatus, & infamia, inſpecta qualitate delicti, & falſitate, & negotij grauitate, *Farinacius de falſitate, & ſimulatione quaſt. 155. n. 11. part. 1.* quæ eſt hodiè pœna falſi, *idem q. 150. nu. 21. & 24.* hoc etiã dicẽs de falſitate cõmiſſa in inſtrumento nullo, *num. 10. cum ſeq.* puniturque affectus eadem pœna effectu nõ ſecuto *Vrſillus ad Afflictum deciſ. 21. n. 3. ex Luca de penna*, niſi fuerit ignorans, & in culpa non petens ea, quæ petere, & ſcire deberet, quo caſu non tenetur de falſo, ſed ad intereſſe ſolùm obligatur, *Petra ad Gramat. deciſ. 60. n. 20. & Farin. cit. nu. 12.* alijſq; leuioribus pœnis puniri poterit, ſi libros nimirùm ſecundum ordinem non habuerit, & ſcripſerit, vt ſolent, *Bart. lib. 2. cap. 20. n. 1. quotidian. quaſt.* vel ſi tardauerit regiſtrare inſtrumentum, *Caualeri deciſ. 445. num. 4.* ibi quod ex hoc etiam oritur falſi ſuſpicio.

79 Sicuti in Regno punitur pœna vnc. 50. & priuatur officio Notarius minorum contractus faciens, *ex cap. 78. Regis Caroli, Groſſus ad conſt. pragm. Com. de caſtro §. 33. in principio, Coſta conſ. 51. n. 18. & ex prag. 6. de officio Notariorum*, puniuntur Notarij recipientes obligationes mulierum de perſona eadem pœna, & alijs; nec teſtes recipiant ad inſtantiam delinquentium ſub pœna, *vt ibi in prag. 5.* atque de eorum obligatione in alijs Pragmaticis tractatur.

80 Itẽ ſi ſolẽnitates nõ appoſuerint, extraordinariè puniuntur, *Menoch. de arbitr. caſu 370. lib. 2. nu. 4. & 5. Maſcard. de prob. concl. 1094. n. 32. vol. 2. Viui. com. opin. 542. part. 2.* & acriùs punitur in crimine falſi, qui falsũ fabricauit, quàm qui falſo vtitur, *Afflictus deciſ. 21. n. 3. & Vrſillus n. 21. Giurba conſ. 5. n. 3.* ſicuti in teſte, vt ibi; niſi fuerit factum ex ignorantia, *idem n. 3.* quod ex coniecturis, & præſumptionibus probari poteſt, *Menochius de præſump. præſ. 20. n. 39. Giurba citatus conſ. 96. n. 21.*; at in dubio pro Notario præſumitur, qui vera ſcripſiſſe in inſtrumento dicitur, *Baldus in l. errore C. de teſtam. Alex. conſ. 73. nu. 7. vol. 1.* & præſumitur de voluntate partium illa ſcripſiſſe ad preces, *Cagnolus in l. ſi librarius. nu. 71. de reg. iuris, Alciatus de præſumpt. regula. 3. præſumpt. 13. n. 2. Natta conſ. 14. nu. 18. Roland. conſ. 7. n. 28. vol. 4. Menoch. de arbitrar. caſu 144. n. 10. & conſ. 37. num. 130. Maſcard. de prob. concl. 1099. Surdus deciſ. 104. n. 20. Borellus conſ. 44. n. 52.*

81 Quid verò ſi fuerit priuatus, poterit denuò admitti ad tale officium, & concludas, quod non, *Baldus in l. 2. C. de man. vindic. Surdus de alimentis tit. 8. priuil. 65. num. 57.* etiã ſi expreſsè non fuerit priuatus, ſed ſolùm de falſo cõdemnatus, *idem Baldus in l. in exercendis C. de fid. inſtrum. n. 7. Pacianus de probat. lib. 2. cap. 22. nu. 9. Farinacius, qui ſupra n. 39.* ſicuti Doctor ſemel priuatus non poteſt ampliùs munere Doctoris fungi, & Officialis delinquens officio priuatus, Miles, & Eques *Decius in cap. venoſtrum nu. 4. de appellat.* nam ſemel legitimè officio priuatus, non poteſt ampliùs illud exercere, *Capycius deciſ. 121. n. 17.* etiam ſi ex Principis reſcripto illud concederetur, *Marcus deciſ. 390. nu. 2. lib. 1. Lancellott. de attent. cap. 4. accuſ. pendente n. 39.* quod non approbo; ſi enim Princeps poteſt Officium dare, quanto magis amiſſum reſtituere, & reintegrare, *arg. l. non poſſunt, & ſeq. ff. de leg. §. rectè inſt. de mandato*, valent tamen inſtrumenta facta antè condemnationem, *idẽ Farinacius n. 40. ex communiſſima Doctorum ſententia*, et ſi ſuſpecta ſint, *Maſcard. de prob. lib. 2. concl. 1003. nu. 47. & Farinacius*, apud quem alia videnda in caſibus occurrentibus de falſitate, & ſimulatione inſtrumentorum, & de pœna ordinaria falſi, ſicut & de extraordinaria.



82 Epi-

82 Epiſcopus etiam; [vt ad noſtrum redeamus ordinariũ inſtitutum] habet poteſtatem in Eccleſijs Parochialibus, vt Fideles commodè Sacramenta recipiant; etſi Parochus non valet ſatisfacere, cogit ad recipiendos coadiutores, qui Sacramenta miniſtrẽt, vel alias erigat nouas parochias, pro neceſſitate, *Triden. ſeſſ. 21. cap. 4. de ref. c. ad audientiam de Eccl. ædif.* etiam ſi Eccleſiæ ſubditæ eſſent Regularibus, *Barboſa ſuper dict. concil. nu. 9. & de pot. Epiſcopi alleg. 68. nu. 6.* omnibuſque his ſidentur redditus ſufficientes pro recta gubernatione, & alimentis, vt loquitur *Triden.* de quibus omnibus Epiſcopus prouideat, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus.

83 Sicut prouidet de diſtributionibus, aùt illarum augmento in Cathedralibus, & collegiatis Eccleſijs, Rectoribus dandis, pro canendis horis canonicis, *Triden. cit. cap. 3. ibi ex prouentibus Eccleſiæ, & dignitatum, Canonicatuum, &c.* quæ dãtur præſentibus, & aſſiſtentibus Officijs Diuinis, *idem ſeſ. 22. cap. 3.* cum iure accreſcendi contra negligentes, vel abſque iuſta cauſa impeditos, *gl. in Clem. 2. de ætate, & qualit. & in Clem. 2. de vita, & honeſt. Cleric. Maneta de diſtributionibus part. 3. q. 6. n. 16.*

84 Nec coguntur reſidere pro recipiendis diſtributionibus Canonici, & alij Clerici in Eccleſijs, & Cathedralibus, & Choro, ſed laborantibus, & volentibus hæ dantur, *arg. l. 1. ff. de inſtit. actione, l. ſecundum naturam de reg. iuris, Bellet. in diſq. cleric. p. 1. tit. de fau. cler. can. §. 2. n. 28.* niſi ſint obligati ad reſidendum *c. ex eo §. porro de elec. in 6.* & adſtricti ſeruitio Eccleſiæ, *c. fin. 92. diſt. Bellettus cit. de pœnis cleric. §. 37. nu. 8.* ideò non poteſt Epiſcopus per edictum, aùt alio modo cogere Sacerdotes, & Clericos, vt veniant ad Chorum, vt communis docet ſententia, *in d. c. fin. verſ. deputatus*, habentes beneficia nimirùm Reſidentiam requirentia, *Trid. ſeſſ. 6. de ref. cap. 2.* vt curata, *cap. 1.* & alia cum dignitate, & abſque *idem. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform.* niſi adſint cauſæ legitimæ *d. cap. 2. Barboſa de off. Parochi cap. 8. n. 46.* vbi cauſas enumerat, & tunc debent deputari pro ſeruitio idonei ſubſtituti, aut Vicarij, *ex Verbis d. cap. 2. & ſeſſ. 7. cap. 7. ſeſſ. 25. cap. 16. Campanil. diuer. iuris. can. rubrica 7. cap. 6. num. 126. & Barboſa ſuper dictis capitulis*, & ſub pœnis arbitrarijs, *Garcia de benef. part. 3. cap. 2. n. 23. Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 53. n. 72. & ſuper. dicto cap. 2. ſeſſ. 23. nu. 50.* quibus Vicarijs portio ex fructibus beneficij congrua aſſignanda eſt, *Trid. ſeſſ. 7. cap. 5.* omniaque onera ſatisfacienda ab habentibus beneficia inuigilante Prælato, ibi, *& beneficia ipſa debitis obſequijs minimè defraudentur*: Qui coadiutores, & Vicarij deputati in ſupradictis caſibus reſidere tenentur, ſicut Rectores ipſi, *Barboſa alleg. 63. nu. 91* præcipuè ſi fuerint dati ob imperitiã Rectorum, cum poſſint etiã dari, cum deputatione fructuũ. *Trid. ſeſſ. 21. cap. 6. Rota Romana in vna Derruſen. Archipresbyteratus, die Veneris, anno 1595. die 21. Aprilis apud Penſam deciſ. 344. num. 4. & per totum.*

85 Et aduertas, quod in omnibus his, & alijs caſibus, in quibus Epiſcopus Iure delegato procedit, non appellatur ad Metropolitanum, ſed ad Delegantem, *Riccius in praxi reſol. 449. iuxta regulam c. ſuper queſt. §. porro de off. deleg. Iordanus tom. 3. de Iudice delegato tit. 6. lib. 13. n. 60.* idest ad Sedem Apoſtolicam, *Garcias de benef. part. 4. cap. 5. num. 12. Barboſa coll. ad Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 10. nu. 10.* niſi in cauſis criminalibus, in quibus ad Metropolitanum fieri poteſt appellatio, *ex Trid. ſeſſ. 13. de ref. cap. 2.* & ad Epiſcopum, ſi ſpecialiter Vicario fuit cauſa delegata, *cap. 2. de off. Vicarij in 6. vbi gloſſ. Sbroz. de off. Vicarij lib. 2. q. 55. n. 35. Garcias, Laurent. Felinus, & alij cum Barboſa cit. in d. cap. 2. n. 3. & Gallemart.*

86 Idem ſi fuerit appellatum à ſententia Epiſcopi procedentis in Viſitatione, tãquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, inter ponitur ad Metropolitanum appellatio, quoad effectum deuolutiuum, *Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. de ref.* non quoad ſuſpenſiuum *Zerola in praxi Epiſcopali part. 2. verſ. viſitatio §. 3. Velaſcus, & alij cum Gallemart citatis in remiſſionibus ſuper dicto Concilio verb. appellatio;*

pellatio ; ex vulgata regula, quod appellatione prohibita à iure, vel ſtatuto intelligitur quoad effectum ſuſpenſiuum, *Groſſus ad conſt. prag. Com. de caſtro* §. 44. *nu.* 7. vt in interlocutorijs criminalibus latis à magna C. in Regno noſtro non datur appellatio, niſi quoad remedium ſuſpenſiuum à *Abruzzus ſuper prag. ſol. facti, &c. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 219. ſicut à mero poſeſſore, *Giurba Obſeru.* 56. *n.* 3. *&* 7. & à ſententia lata ſuper reſtitutione dotis, *Gratianus deciſ.* 72. *nu.* 2. *Afflictus deciſ.* 261. *n.* 1. *Viuius com. opin.* 57. *nu.* 2. *part.* 1. *Surdus de alim. tit.* 8. *priuil.* 60. *nu.* 8. & à ſententia de migrando, *Riccius deciſ.* 272. *part.* 1. & à ſententia condemnatoria mercedis famulorum, *Gratianus deciſ.* 53. *nu.* 2. *Abruz. de ſeruitijs perſon. com.* 1. *nu.* 51.

87 Item ab Epiſcopi electione in concurſu ad Parochiales appellatio deuolutiua conceditur, *Triden. ſeſſ.* 24. *decr. ſ. cap.* 18. *Vgolinus de poteſt. Epiſcopi cap.* 50. §. 13. *nu.* 1. *Campanili in diuerſorio iuris Canonici rub.* 7. *cap.* 7. *nu.* 75. *Gonzales ad reg. Cancell.* 8. *gl.* 6. *nu.* 138. *Maſſobrius in praxi hab. concurſ. requiſ.* 5. *dubio* 2. *n.* 42. *Mareſcott. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 52. *n.* 23. & in omnibus cauſis executiuis, *Amatus reſol.* 74. *& alij cum Abruzzo mox citato n.* 52. *& in lectura quibus alienare licet n.* 72. *Groſſus* §. 16. *num.* 15. & contractibus cum obligatione camerali, *Zacharias de obleg. camerali, Marcheſanus, Scaccia, Theſaurus, & alij cum Barboſa de clauſulis clauſul.* 161. *& ſimil.* à Doctoribus ſpecialiter tractantibus de appellatione allatis, *vt melius inf. lib.* 4. *d.* 1. *dicam.*

88 Limita etiam concluſionem, vt appellatio, licèt detur ad Sedem Apoſtolicã in cauſis, in quibus Epiſcopi, vel Archiepiſcopi procedunt tanquam S. A. Delegati; tamen non denegantur ſubditis alia remedia, ex quibus ad alios Superiores pergere poſſint, vt in Regno ad Tribunal Regiæ Monarchiæ introducuntur illæ cauſæ Epiſcoporum, Delegatorum, & Executorum via exceſſus, *Baronius de citationibus tom.* 2. *addit. ad* 19. *quæſt. num.* 1. *&c.* videlicet quia fines iuriſdictionis exceſſit, de quo *Salgadus de regia protectione part.* 4. *cap.* 3. *nu.* 7. *&* 33. *& part.* 4. *cap.* 4. *iuncta part.* 5. *cum ſeq.* grauaminis, iuſtæ querelæ, & ſimil. *tex. optimus in c. ad reprimendam de officio ordinarij ibi, de iniuſta tibi fuerit excommunicatione conqueſtus. Abruzzus in lectura l.* 1. *ff. de off. eius nu.* 221. qui, in appellatione à Conſeruatoribus idem, & benè dicit, *ex Mota, & alijs*, quibus addas *Donatum de Conſeruatoribus q.* 43. *n.* 4. *Barboſam de off. Epiſcopi alleg.* 106. *n.* 4. à quibus, licèt nõ poſſint ad Legatos natos, vel de latere appellationes dari, tamen alia remedia grauatis ſunt relicta, ea veriſſima, & receptiſſima concluſione; quod prohibita appellatione à iure, vel ſtatutis, non eſt via ſecluſa, vt valeant partes ſe dirigere, & iura ſua experire coram Superioribus alijs remedijs, reuiſionis nimirùm, *Groſſus ad conſtit. pragmat.* §. 7. *n.* 26. *Giurba Obſer.* 114. *n.* 28. nullitatis, *idem* §. 5. *nu.* 15. *&* §. 7. *nu.* 24. via exceſſus, *d.* §. 5. *n.* 16. *&* §. 14. *n.* 20. iuſtæ querelæ, §. 45. *n.* 13. ſupplicationis, *Lapus alleg.* 123. *n.* 3. *Borellus ſum. deciſ. tit.* 34. *n.* 110. recurſus, *idem Borellus n.* 22. *&* 23. qui eſt ſimilis reductioni ad arbitrium boni viri, quæ datur, & ſi partes cõuenerint de non appellando, *Borellus citatus nu.* 25. *& in Regno ſcribentes ſuper pragmatica Comitis de Caſtro* §. 48. *& Groſſus*, ſtãte læſione in compromiſſis, dari reductionẽ deciduni, etiam ſtante pacto de nõ appellãdo, nec petendo reductionem, iuramento vallato; non obſtante iuramento peti poteſt; ſed abſolutionem petãt partes ad cautelam, ſi ænormiter, vel ænormiſſimè læſi ſunt, quæ tamen ſi omittatur, non excludit audientiam illis; cùm ſit ad cautelam.

89. Sicuti in procurationibus ad ſtipulandum minutas, quæ fieri ſolent hodiè cũ pacto de non opponendo, &c. eodem modo ambulandum eſt; circa reductionem ad arbitrium; quæ ab his nec cenſetur excluſa; & intra tempora ſtatuta in compromiſſis peti poteſt, *vt etiam infra d. deciſ.* 1. *de iudicijs in fine dicam*, idem concludas de alijs remedijs, vt eſt grauamen, &c. *Giurba citatus*, nec hoc excluditur ſtante clauſula [ appellatione remota] *Gratianus diſcep. cap.* 41. *& cap.* 494. *Cenedus, Marta, Marcheſanus, Tu-*

*Tuſcus*, *& alij apud Barboſam de clauſulis clauſul.9.n.20. cum ſeq.*

90 Quod ſi Epiſcopus non tanquam Ordinarius, vel Delegatus procedat, ſed tanquam Dominus feudi hoc caſu à ſuis ſentẽtijs, vel miniſtrorum ſuorum appellatio ad Dominum datur, *Giurba de Feudis*, *Marta de Iuriſdictione*, *& alij cum Baronio de citationibus tom.2.addit.ad quæſt.29.n.21. Iord. in elucub.varijs tom.3.tit.de appellat.n.512.* & in his, quæ ſpectãt, ſeu fuerunt commiſſa Epiſcopo ſpeciatim, appellatur ad Archiepiſcopum, Legatum, vel Papam, nullo attento ordine, quia de iure Eccleſiaſtico nõ ſeruatur regula, vt gradatim fiant appellationes, ſed ab Archidiac. Vicario, & alijs, poteſt fieri appellatio ad Archiepiſcopum Omiſſo Epiſcopo, vel ad Primatem, Legatum, aut ad Papam, *vt ex Scaccia docet Iordanus citatus num.527. & 465. ibi. ad quem appellandum, &c. Franch. in c. dilecti de appell.n.26. & alij.*

91 Dubium reſtaret ad dandam regulã; quando Epiſcopus, vel Archiepiſcopus iure delegato proceſſit, & quando iure ordinario, in qua danda variè Doctores elaborant; ſed melior mihi videtur illa, quod quando Superior committit cauſam ſpectantem eidem Ordinario ex ſuo officio, nõ dicitur, nec delegatus efficitur hoc caſu, *arg.c. licet de off. ordinarij*, quando verò cauſa non ſpectaret ad ſuum officium, tunc in illa cauſa dicitur Delegatus, & appellatio fieri debet ad Delegantem, *c. cum aliquibus de reſcriptis in 6. Abruzzus in lectura l.1.ff.de off.eius n.25.& 26.ex Amato, Maſtrillo, Caſtillo, & alijs*, vt ſi diceretur, procedas iure noſtro delegato, appellatione remota, &c. quæ verba ius delegatum important, nec ordinarius hoc modo procedit, *Maranta de iudicijs part.4.diſt.5.n.4.& 5. Barboſa de off.& pot. Epiſcopi alleg.92.n.3.& per totam, Iordanus tom.3.tit.6. n.162. cum ſeq. Giurba conſ.39.n.21.cum ſeq.*

92 Et in dubijs an videantur procedere vti Delegati, an vt Ordinarij, dicas; etiam quod, hæc concluſio cadere poteſt in caſibus; quando & delegatam, & ordinariam habent Iuriſdictionem confuſam, nam ſi clarè ex Verbis, vel ex poteſtate colligitur delegatam hanc cauſam, & Iuriſdictionem, ex hac procedere poſſunt non ex alia; in primo verò caſu, Dico, quod cum habent vtramque Iuriſdictionem, *arg. Trid. ſeſſ.6. de ref.cap.6.& ſeſſ.24. cap.10. ibi etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati*, vtroq; modo procedere poſſunt, & in dubijs iure Ordinario proceſſiſſe cenſentur, *arg. c. licet de off.ordin.* quæ cenſetur in ſuo robore ſemper manere, *c.cum ab Eccleſiarum ibid.* & literæ à Superioribus, inferioribus directæ, etiam in Sæcularibus puta à M.R.C. & alijs ſupremis Curijs in dubijs cenſentur excitatiuæ iuriſdictionis, *Intrigl. Burgius, & alij cũ Abruzzo citato ſupra n.27.* daturque appellatio ad Superiorem ad quem ex his ſententijs, *d.c.licet vbi Abbas n.3. Angelus conſ. conſ.214. Barboſa, & alij.*

93 Fundamentalem verò regulam circa Poteſtatem Epiſcopi retineas, omnia fieri poſſe ab Ordinario locorum, ſiuè iure Ordinario, ſiuè Delegato, quæ ad ſubditorum correctionem, & bonam ſuæ Diœceſis gubernationem pertinent, nil de iure cõmuni tollendo; atque quando ei conceditur aliquod ſupra ius Superiorum iuſta cauſa faciat, & cognoſcat, *Tridentinum Concil.ſeſſ. 25.de reform.cap.18.* vt mutando pœnitentias impoſitas à Papa, quando de facili quis adire non poteſt Romam, *D.D. apud Dianã part.9.tract.9.reſol.11.& ibid. reſol.49.* nec poteſt abſque cauſæ expreſſione penſiones imponere ſuper beneficijs pinguibus; ſed de hac quæſtione, *infra lib.3.tit.de Penſionibus dicam*, item cum cauſa diſpenſat in Obſeruatione Ieiunij tempore quadrageſimæ, puta peſtis, *idem part.10.trac.14.reſol.3.* vel infirmitatis communis incompatibilis cum cibis Quadrageſimalibus, & etiã intrà illud tempus ipſe licentiam vendendi carnes pro infirmis dat: Sicut in alijs ieiunij temporibus *arg.c.qui ſuis 93.diſt. c. quia frater 17. q.1.c.non decet 82.diſt.c.1.& 2. vbi Canoniſtæ de Obſeru.ieiunij; Trid.ſeſſ.25. de delectu ciborum, ieiunijs, & diebus feſtiuis.*

94 In feſtis etiam obſeruandis attendãt

Præ-

Prælati, *Triden. ſeſſ. 25. in decret. de ven. & reliq. Sanctor. & ſeſſ. 25. de reg. cap. 12. & in decreto ſupradicto de delectu*; quæ fuerunt, & ſunt ab Eccleſia vniuerſali ſtatuta, *c. conqueſtus de ferÿs, & c. 1.* aùt ab ipſo Epiſcopo cum Populi, vel Cleri conſenſu indicta *Facundez in preceptis decalogi lib. 1. cap. 3. n. 11.* & in Synodo, *Cauan. in Enchir. alleg. 105. n. 39. Barboſa de off. & pot. Epiſcopi alleg. 105. nu. 36. & 39. Moroni reſp. vÿ.* aut alijs Edictis *c. 1. de conſec. diſt. 3.* parcè tamen, *Sayrus lib. 7. clau. reg. cap. 3. n. 16. Diana part. 4. trac. 4. reſol. 178.* vt ſunt Feſta Dedicationis Eccleſiæ *Rota Roman. apud Martam in ſſ. nouiſſimis Verb. Eccleſia cap. 32.* quæ celebrãda non obſtante, quod eodem die Metropolitana ſuã celebret, *vt ibi*, & Patronorũ; Meſſanæ v. g. Beatiſſimæ Mariæ Virginis, ob Literas Meſſanenſibus datas, quæ Feſtiuitas celebratur cum maxima Solemnitate, & Populorum concurſu, ex omnibus Mundi partibus ſub die 3. Iunij [quæ dies eſt datæ eiuſdem Sanctiſs. Epiſtolæ] & hanc maximam Feſtiuitatem deſcripſere, aliqua ſolùm attingẽtes [quia haud deſcribi, & enarrari ab hominibus plenè poteſt] *Pater Albertus Guazzi Ord. Prædicat. Pater Dominicus Arganãtius Societatis Ieſu, & Placidus Reina*, [omnes viri Doctĩ, & Eruditi] & Feſtum etiam S. Placidi, & Socior. Martyrum, quod celebratur die 5. Octobris, & Inuentiones Sanctorum Corporum die 3. Auguſti deſcripta à *Philippo Gotto Nobili Meſſanenſi, &c.*

94 Non dubito tamen, Epiſcopum, *cum Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 4. & 5.* de iure poſſe inſtituere Feſtũ alicuius Beati nondum Canonizati, quia Beatificatio eſt quædam Canonizatio cum minori apparatu celebrata, ſed petere licentiam à S. Apoſtolica conſulerem; nam Epiſcopus de facto non poteſt dies Feſtos ſacrare ijs, qui non ſunt in Sanctorum numero adſcripti, & publicati à Romano Pontifice, *Sanchez in precept. decalogi lib. 2. cap. 43. n. 9. Barboſa citatus n. 36. Diana part. 3. trac. 5. reſol. 9.* & poterit puniri contrarium faciens, tanquam non obſeruans ordinem, & ſtylum cõmunẽ Romanæ Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ, *Rota Romana in vna Tolet. Canonic. ſub die 11. Ianuarÿ anno 1610. apud Farin. deciſ. nouiſſ. 212. Trid. ſeſſ. 25. in decreto de diebus Feſtiuis, & de inuocatione, &c.*

95 Sicuti ipſe punire poteſt ſubditos nõ obſeruãtes modum ſuæ gubernationis, Synodum, & Præceptum de Feſtis obſeruandis, *Barboſa citatus nu. 40.* & Decreta Trident. ſupradicti clara ſunt, ad quæ omnia, ſicut ad illa cuſtodienda abſtinẽdo ſe à ſeruitijs, & operibus manualibus tenẽtur Diœceſani, *Pius V. in ſua Conſt. 5.* & Regulares etiam *Diana part. 11. trac. 2. reſol. 20. Trid. ſeſ. 25. cap. 12. de regul. vbi Doctores, Sanchez lib. 4. cap. 15. num. 21. Suarez, tom. 2. de relig. trac. 6. lib. 4. cap. 9.* omneſque communiter: ſub cenſuris cogi poſſunt, aut alijs pœnis, *Moroni reſp. 7. nu. 10. Barboſa collec. ſuper decreto de delectu ciborum, &c. n. 2.* ad Feſtum Patroni, & aliorum celebrandum, *Nouarius verbo Feſtum nu. 5. Cauan. tom. 2. Theſau. ſect. 1. cap. 5. tit. 1. Bellaſius Verbo Feſtum n. 4.* ſed Regulares feſtum ſolũ ſine octaua, *Diana citatus trac. 3. reſol. 3. & Bordonus deciſ. 8.*

96 Licentiam tamen concedere poſſunt Ordinarij ſubditis ſuis, vt in diebus Feſtiuis neceſſaria ad vitam, conducant, & colligãt; præſertim tempore Vindemiarum, Serici, & ſimil. vel laborent pro aliqua re ſacra facienda, quando tempus non feſtiuum, non ſufficeret, *Francolinus de tempore horarum can. cap. 84. num. 12. & de his quæ Iudæis erãt licita cap. 66. Sacr. Congreg. ſub die 22. Aprilis 1599. apud Gallemart. in remiſſionibus ad Concilium Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. Barboſa ſuper dicto decreto de delectu ciborum, & diebus Feſtis, Moroni reſp. 7. & alÿ*, nec Epiſcopi ferãt vt hæc ſeruilia, [licèt neceſſaria] fiant in diebus Feſtiuis, quando fieri poterant in alijs diebus, nec adeſt neceſſitas, *c. licet, c. conqueſtus de ferÿs*, ibi *niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat*; ideò non ſunt permittendi Barbitonſores, qui in die Dominico laborant, & die ſequente ſedent, nam non vrget ratio, *tex in d. c. licèt.*

97 Idem de ſartoribus, ſutoribus, & ſimil. qui ſi in diebus Feſtis, hæc non facerẽt,

vti-

vtique Christiani, qui in tali tempore ſpreto Dei honore hæc petunt, nec peterent, tertio multos Theologos morales permittere ob cōſuetudinem ſaltem, hos poſſe hæc ſeruitia facere, ſed hi dicunt contra textus citatos, & rationem, non enim introduci poteſt, nec introducta valet conſuetudo, contra honorem Dei, & Sanctorum, & abuſus eſt; potius in die Lunis conſuetudo eſſet introducenda; etſi benè examinant hoc, factum contra Dei honorem, abuſū, non conſuetudinem certè dicere debent, & credo firmiter apud hos non eſſe hoc nomen abuſus, & omnia quæ fiunt, & tolerantur ex lōgo tempore, quæcumque hæc ſint, introducunt conſuetudinem obſeruandam; iura quæſo legant, & conſiderent requiſita conſuetudinis, & poſtea hæc decidāt, quæ præter *Trid. ſupra citatū*, ſunt *in c. cum conſuet. de conſ. c. cum tanto. ibid. vers. rationabilis, c. illa autem 12. diſt. c. veritati, c. mala 8. diſt. Extrauag. 1. de conſuet. &c.* Abbatis doctrinam inſequendo, *in c. cum tanto de conſuet. qui ait*, quod cōſuetudo introduci nō valet contra decem præcepta, &c. in caſibus ergo neceſſitatis, & pietatis hæc fieri poſſunt, & permitti ab Epiſcopo, ſicut, & alia nō facientibus ad lucrū, ſi enim quis pingeret, ſcriberet, vel parietes ornaret, aut piſcaret, vel venatur ob recreationem ſolummodo, ſi nō eſſet perſona venalis, tunc prohiberi non poteſt. *Diana p. 4. trac. 4. reſolut. 222. & communis ſchola Canoniſtarum, & Theologorum.*

98 Quæ licentiæ in caſibus ſupradictis in ſcriptis dandæ ſunt, *Sacr. Congreg. ſub die 21. Aguſti* 1615. ab Epiſcopo, vel alio ad quem ſpectaret, *Barboſa de off. Parochi cap. 16. per tot. Moroni cit. reſp. 7. n. 11.* dummodo Laycus iudex non ſit, pro Feſtis ad Diuinum cultum ſpectantibus, qui pro laborando in ſuis ferijs, & feſtis solùm licentiā concedit, *idem Moroni n. 8.* nec aliquid exigi poteſt pro his licentijs cōcedendis in rebus neceſſarijs; ſecùs pro rebus, in quibus non adeſt omnimoda cauſa concedendi, & tunc poteſt aliquid accipi, & erogari in pios vſus, *vt idem Author, ex Barboſa adducit,* quod in hoc ſecundo caſu non probat; non enim danda eſt licentia ab Epiſcopo laborandi, niſi in caſibus neceſſitatis, *ex d. c. conqueſtus*, ſi ergo in his nihil peti debet, reſtat abſoluta concluſio quod pro his licentijs concedendis aliquid exigi non poteſt, quia ex officio Epiſcopus hæc dare tenetur; piaque loca ex alijs eleemoſynis viuant, quæ licitè capi poſſunt, *c. non eſt putanda cum ſeq. 24. q. 5. Prou. cap. 3. honora dominum de tua ſubſtantia, Auguſt. de Verbis domini, de iuſtis laboribus facite eleemoſynas.*

99 Quod dixi de Epiſcopis, qui poſſunt concedere licentiam laborandi diebus feſtiuis extendas ad Prælatos regularium circa ſuos ſubditos regulares; *Portellus Verb. Abbas nu. 11. Azorius tom. 2. Inſtit. lib. 1. cap. 28.* non tamen ſuis famulis ſæcularibus; nā non ſunt veri Prælati reſpectu horum famulorum, *Portellus, qui ſupra, & Bellaſius Verbo, Feſtum, in fine in promptuario*, idem dicas etiam circa proceſſiones, quæ indicuntur ab ipſis regularibus intra clauſtra abſque Epiſcopi licentia, ſecùs extra, *vt infra deciſ. pen. meliùs dicam*, vbi quando regulares, & quando Clerici ſæculares cogi poſſint, vt accedant ad proceſſiones indictas ab Epiſcopo, qui hæc indicere, & ordinare debet, *Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de refor.* cum Capituli Conſilio, & præcedentias circa locum dirimere, etiam inter regulares, *Ferrus de praeced. q. 52. nu. 11. & Donatus de conſeruatoribus. quaeſt. 19.* à qua ſententia non datur appellatio, *Scaccia de appell. q. 17. lim. 2. memb. 2. nu. 8.* & Vicarius etiam, qui deambulando per illas cum decenti comitatu, omnia humiliter componat.

100 An verò ante atrium, & porticum Eccleſiarum debeāt permitti nundinæ, vel vt vēdantur comeſtibilia, & alia ad luſſum, & lætitiam Populorum? & abſolutè concludendum quod non; præcipuè in rebus comeſtibilibus, & baccannalibus, en verba *Triden. ſeſſ. 25. in decreto de Inuocatione, Veneratione, & Reliquijs Sanctorum. Omnis porrò ſuperſtitio in Sanctorum inuocatione, Reliquiarum veneratione, & imaginum ſacro vſu tollatur, omnis turpis quaeſtus elimi-*

*netur,*

*netur, omnis denique laſciuia vitetur, ita vt procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione, & reliquiarum viſitatione homines, ad comeſſationes, atque ebrietates non abutantur, quaſi feſti dies in honorem Sanctorum per luxum, & laſciuiam agantur; Poſtremo tanta circa hac diligentia, & cura ab Epiſcopis adhibeatur, vt nihil inordinatum, aut præpoſterè, & tumultuariè accommodatum, nihil prophanum, nihil inhoneſtum appareat; cum Domum Dei deceat Sanctitudo, &c.* quæ Verba cuſtodienda ab Epiſcopis, quia malitia hominum hodiè maxima eſt, & ad Eccleſias, & feſtiuitates pergunt forsàn pro inhonorando Deo, non Sanctificãdo, de quibus loquitur *Pſalm. 68. v. 15. Aduerſus me loquebantur, qui ſedebant in porta, & in me pſallebant, qui bibebant vinum,* nec decorem Domus Domini,& locum habitationis gloriæ eius diligunt iuxta illud, *Pſalm. 25. verſ. 8.* & in Ciuitatibus loci ſunt publici, vbi venduntur hæ res comeſtibiles, & baccannales, non ante Eccleſiam vendi debent,maximaque abuſio eſt, inter alias, de quibus *Vgo de 12. abuſionib.* & portas Sion dominus etiam diligit, iuxta illud *Pſalm. 86.* quæ etiam in veneratione ſunt habendæ,ſicut portæ, & Atria Principum temporaliũ, in quibus hæc conuiuia,& commeſſationes non ſunt,& inhonores Principum,& ſimilibus verbis vtitur, *Concilium in Decreto de delectu ſupra citato,* ibi, *vt dierum feſtorum deuota, & religioſa celebratio, &c.* & nundinæ aliò in loco fieri debent, non ante Eccleſias, ſi ex his, cultus Dei, & Sanctorum deuota veneratio impeditur, quod arbitrio Epiſcopi relinquitur ex Verbis *Triden. citati.*

101 Ex quibus etiam colligitur, quomodo Ordinarius debeat ſe gerere circa picturas Sanctorum, & Imaginum, vt deuotè, & pulchrè pingantur, & apponantur in Oratorijs imagines Sanctorum, vel Beatorum, qui à Sede Apoſtolica tales ſunt publicati, non ante publicationem, & canonizationem, *Barboſa ſuper dicto concilio nu. 4. & 5. vbi decretum Congreg. iuſſu Vrbani VIII. de anno 1625.* circa hanc materiam adducit, nec miracula noua ſunt admittenda, niſi Epiſcopo approbante, & recognoſcente, *Barboſa in c. fin. de reliq. & ven. Sanctorum*; idem circa Reliquias dicas, & carũ adoratione, & informatione, quæ facienda ab Ordinarijs locorum, ſeu Epiſcopis, cum conſilio Theologorum, & adoratio cũ approbatione Papæ, *c. 2. de rel. & ven. Sãct. vt in dicto Decreto plenè legitur,* nec parui faciendæ inuentiones Sanctorum Corporum, & reliquiæ illorum, qui Deum vident de facto, *c. merito, §. firmiſſimè 15. q. 1.* quæ haud retineri debent in domibus priuatis, ſed in Eccleſijs, & locis ſacris, Epiſcopo etiã circa hoc inuigilante.

102 Ætas ad Epiſcopatum neceſſaria eſt 30. annorum, *Trid. ſeſſ. 7. de refor. cap. 1.* ſed de Poteſtate Summi Pontificis abbreuiari poteſt; ſicut, & de alijs ætatibus decidunt omnes,ſed nulla nõ eſt electio minorũ facta, etiam ſi Summi Pontificis fuerit, *vt ex Oſio, Selua, & alijs docet Narbona de ætate ad hum. actus requiſita ann. 30. quæſt. 3. & 5.*

103 Præcedentia Epiſcoporum Principaliter deſumitur ex ordine prioritatis, & conſecrationis, *c. Epiſcopus 17. diſt. Gamma deciſ. 1. n. 50. Cerem. Rom. lib. 1. cap. 31. §. in ſeſſione verò,* vbi habetur quod Epiſcopus, qui primus dignitatem recepit, præferendus eſt, in Sede, & alijs locis inter Epiſcopos, niſi iſte ſecundus habeat pallium, ſicut Archiepiſcopus, *Gratian. diſcep. forens. cap. 298. Puteus deciſ. 105. num. 2. lib. 3. Boerius, Caſſan. & alij cũ Ferro de præcedentijs quæſt. 27. nu. 6.* idem diſcurras, ſi iuriſdictionem habeat vnus, quia præcedere debet, & ſi iunior, non habenti dignitatem cum iuriſdictione, *Puteus citatus, arg. l. omnes C. vt dignitatum ordo ſeruetur lib. 12. Caſſan. in catal. gl. mundi part. 6. conſid. 1. & ſeq. Alex. in c. Epiſcopus col. 12. verſ. & quoniam hic de prabend. Scaccia de appell. quæſt. 2. art. 2. nu. 30.* ſicut,& inter Cardinales; *Gratianus diſcept. 111. gl. in c. ſtatuimus de mai. & obed. ver. conſuet. Ferrus citatus nu. 7.* atque ſi habentes iuriſdictionem, & diœceſim vna maior ſit, præfertur maiorem habens diœceſim,& iuriſdictionem, *Gratian. citatus Solorca-*

*Sorcanus in alleg. pro ſupremo conſilio Indiarum n.33. & 57. Ferrus citatus num.9.* idem dicens in Epiſcopo habente vnitas alias dignitates, vt ſi ſit Regius Conſiliarius, Doctor in vtroque iure, &c. & Aduertas, quod Epiſcopus non Doctor Aſſeſſores habere debet pro decidendis cauſis ciuilib. & criminalibus, *c.ſtatuimus §. Aſſeſſor de reſcriptis in 6. Barboſa de off. Epiſcop. alleg.* 109. *n.6.* & Clericos Aſſeſſores potiùs, quàm Laycos eligat, cum hi ſint Clericis inimici, & infeſti, *c.Clericis de imm. Eccl. in 6. & in deciſ. pen. n... meliùs dicam, & de Poteſtate Aſſeſſorum,* qui iuramento recuſantur, *vt deciſione* 10. *inf. num.*48. *&* 49.

104 Et in ſua Diœceſi dubium non eſt omnibus Clericis, & Canonicis Epiſcopum præferri, *Trid. ſeſſ.25. de ref. cap.6. Riccius in praxi aurea reſol.*203. *nu.*3. *in fine, Betcus de ſynodo* 3. *part. n.* 10. cum communi, & vera ſententia, & vbique exercere poteſt Pontificalia, *Sbroz. de off. Vicarij q.* 10. *lib.* 2. in ſua Diœceſi tamen; nam extra illam licentia Ordinarij requiritur, *idem Sbroz. q.7. num.*7. circa exercitium Pontificalium; non negò tamen poſſe benedicere populo, & crucem deferre Archiepiſcopus, & celebrare in Pontificalibus in loco exempto ſuæ diœceſis, aut Prouinciæ, *Clem. Archiep. de priuilegijs,* ſicuti Epiſcopus etiam vti poteſt Baldachino, & alijs Pontificalibus, *Barb. collec. ſuper Trid. ſeſſ.6. de reform. cap.5. Tamb. de iure abbat. tom.*1. *diſp.*15. *q.*15. & extra ſuã iuriſdictionem ex probabiliori ſententia Canoniſtarum, *in Clem.2. de priuil.* benedicere etiam poteſt, quia benedictio eſt actus Sacerdotalis, *Sebaſtianus Cæſar de Eccleſiaſtica Hierarchia de Archiepiſcopis* §.1. *in fine, & diſp.4.* §.4. *n.*25. *vt ſupra tetigi deciſ.6. n.* 19. quod ſi ordines conferat extra diœceſim ſuam punitur, & priuatur Pontificalium vſu per annum, *vt etiam num.*23. *dicebam ſupra, hac deciſione,* & licèt ſupradicta facere non poſſit extra ſuum territoriũ, & diœceſim, *Trid. ſeſſ.6. de ref. cap.*5. imò præſente Legato in Ciuitate Epiſcopus, & Archiepiſcopus non vti poſſunt Mozzettã, & Cruce, *Barboſa cit. n.*17. *ex deciſ. Congreg.* tamẽ honorandus eſt ab Archiepiſcopo illo præſente, & Legato de latere; imò à Cardinale, *Capicius deciſ.27. nu.*24. *Viſconti in Concluſ. iuris. verb. Epiſcopus, ex Sbroz. & alijs,* quia ſemper Paſtores, & Domini Miniſtri ſunt, vbique maneant Epiſcopi, & coram quibuslibet perſonis.

105 In Seſſionibus, & locis primi ſint iſti, & præcedant omnes in ſuis Eccleſijs, Proceſſionibus, &c. etiam Laycos, in quacunque dignitate conſtitutos; ſicut & in Thurificatione, *Cerem. Roman. lib.*1. *cap.*33. *fol.*40. *Bocrius de auth. magni Conſilij n.* 43. *&* 44. *Maſtrills de magiſtratibus lib.* 4. *cap.* 13. *n.*143. *Caſſan. Campanili, & alij cum Ferro de præcedentijs q.*27. *n.*11. Layci enim in Eccleſijs poſt Clerum Thurificandi ſunt, *vt in Ceremoniali Rom. habetur,* cui ſtandũ, *Moneta de conſeru. cap.5. n.*80. Sed circa hãc materiam obſerues inueteratam locorum conſuetudinem, quæ ius circa ſedem, & hos honores facit, *Sacr. Congreg. in vna forolin. ſub die* 4. *Aprilis* 1615. *Riccius collec. deciſ.* 1446. *Capicius Latro conſul.* 181. *per totam Sanfelici deciſ.*331. *Barboſa de vniu. iure Eccl. tom.1. cap.3. de imm. Eccl. nu.*21. *&* 22. *Seraphinus deciſ.*964. *nu.* 3. etiam ſi iuri repugnet, *idem deciſ.*402. *&* 716. *n.*18. *Ciriacus controu.*201. *num.*165. *&* 171. *tom.*1. *Moroni reſp.5. n.*18. nec nón priuilegia particularia, & diſpenſationes, atque conceſſiones Sedis Apoſtolicæ, tribuentes ius Laycis, Abbatibus, & alijs circa Thurificationem, & Sedẽ, vt Melitæ Epiſcopus Meleuitanus præcedit cæteros poſt Magnum Magiſtrum ſtante conuentione, *Emilius Verallus deciſ.* 358. *part.2. Marta in ff. nouiſſimis verb. Epiſcopi cap.*22. quod ſi hæc non adſunt Ceremoniali Romano ſtandum eſt; qui liber fidem facit, & authenticus eſt, *Ferrus citatus, & Moneta,* & in quacumque Eccleſia ſæcularium, vel regularium hæc obſerues circa Sedem Epiſcopi, & priuilegia Religioſorũ, Abbatũ, &c. *Can. in Clem. fin. de priuilegijs.* Et Aduertas, quod habentes aliquam dignitatem, & locum non debent ex vlla cauſa pati eum imminui, & illam contemni, ſed tenentur illam in ſuo gradu conſeruare;

quia

quia aliàs dicerentur ignari ſui officij,& iniuriam inferrent ei, à quo poteſtatem habuerunt, & Succeſſoribus in dignitate, *Petrus de Greg. de Republica lib. 4. cap. 10. n. 11.* iuſtaque,& laudabilis eſt contentio pro cõſeruando ordine in præcedentijs, *Menochius conſ. 51. n. 1. Beccius conſ. 192. nu. 1. Turretti conſ. 14. nu. 1. vol. 1.* & Sancti viri etiam de præcedentia contenderunt, vt S. Hilarius, *Gratian. diſcep. for. c. 284. num.* 52. & alij magni viri ab eodem adducti, nec Superbus, & Ambitioſus dicitur, qui ius ſuũ conſeruat, *idem Gratianus, & Ciriacus controu. 201. num. 23. cum ſeq.* & ſe aliquando laudat, præcipuè nõ noſcentibus dignitatẽ, & virtutem, nam laus in ore proprio vileſcit reſpectu perſonarum, quæ cognoſcunt merita, & virtutes laudantis; ſi quis enim ſuã, vel ſuorum virtutem manifeſtat coram perſonis, quæ illam neſciunt, iactator non dicitur, *Tacit. ann. lib. 4. no Auunculi eius laudes obſoleſcerẽt, & Apuleius (vt refert S. Auguſt. ſuper geneſim) Auditoribus ſuis admirantibus Doctrinam commendabat, non auiditate conſequenda laudis, ſed charitate ſeminanda veritatis,* quia Virtuti, non perſonæ datur laus, *Ariſt. lib. 2. Ethic. ita Fontanella de pactis tom. 2. clauſ. 6. gl. 3. part. 6. fol. mihi* 364. vbi ſuam familiam laudat ſicut *& Cotta, vt ipſe adducit in memor. Verb. Imperator debet in fine, & Cutelli familiam ſuam probat tom. 1. de don. in Epiſt. ad lectorem,* & Sãcti etiam ſe laudauerunt, *vt B. Iob cap. 29. 30. & 31. Sanctus Ezechias, Iſa. 38. num. 3. S. Paulus, vt habetur 2. ad Corynth. c. 11. & 12. & 2. ad Timot. cap. 4. & Iuſtinianus Imperator, vt in l. vnica C. de nouo C. faciendo, Baldus, & alij notauerunt, poſt Caſſan. in Catal. glor. mundi 1. part. conſ. 59. ad lectorem,* licitumque eſt ſeruire de vento dixit, *Bartolus in l. ſi non remunerandi §. cum quidam ff. mandati,* & licita, *ex Doctrina S. Greg. in præfatione Expoſ. lib. Iob. cap. 3. circa finem, S. Th. Opuſc. 19. cap. 13. S. Anton. ſum. 2. part. tit. 4. cap. 4. §. 2.* nec indecens res commendatio facta ab homine virtuoſo ex ſuis laboribus, forſan ignotis ab hominib⁹, vel ex æmulatione, aut aliquo infortunio occupatis, cum laudari debuiſſent, dicente *Apoſtolo 2. ad Corynth. cap. 12. factus ſum inſipiens vos me coegiſtis, ego enim à vobis debui commendari: vt, ex Salazar adducit Carneual. de Iudic. tom. 1. diſp. 2. quæſt. 2. n. 75.* ibi (de hoc loquens) *Coegit autem me, fortuna minùs proſpera, & prolixa mea ſtudia digna iudicarunt, quicumque me nouerunt mei, ſtudiorumque meorum rationem reddere ijs, qui me viderunt in inferiore multo loco, quàm vnquam teſtes laborum, & ſtudiorum meorum ſperauerint;* & aliquando laudari quis debuiſſet à perſonis, quibus multa contulit beneficia, & à nocentib. virtutem ſuam; & non laudatur, atq; pro gratia odium redditur, quia nõ videtur forſã exſolui poſſe, dicẽte *Tacito Ann. lib. 4. Beneficia eo vſque læta ſunt dum videntur exſolui poſſe, vbi multum antecenere pro gratia odium redditur.* Sed neſciũt Ingrati, quod Silere poterunt, ſed non beneficijs obliuiſci, *idem Tacit. in vit. Iulij Agricol. memoriam quoque ipſam cum voce perdidiſſemus, ſi tàm in noſtra poteſtate eſſe obliuiſci, quàm tacere,* nec virtus oppreſſa remanet, *quæ locum habes inter aſtra Sen. Trag. 9.* & hanc qui habet, nullius rei ad beneuiuendum indiget, *Cic. Reth. vet. lib. 1.* clara enim, æternaque poſſidet, *Salluſt. Cathilin. viuite ergo fortes, nec letheos fama per omnes, vos fata trahent; Sed cum ſummas exiget horas conſumpta dies, iter ad ſupernos gloria pãdet ſubdit Sen. cit. Trag. 9.*

## DECISIO VIII.

### De Abbatibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbas idem, ac Pater, & Archimandrita Pater Patrum, ſeu Princeps gregis, & eorum, qui in cauernis habitabant; & de Meſſanenſi Archimandrita Magno Abbate cum Iuriſdictione à Comite Rogerio fundato.*

*Eminentiſſ. D. Federicus Sforza S.R.E. Cardin. & Archimandrita laudatur,*

2 *Archimandrita ſedere poteſt in Cappella*

*Papa poſt Protonotarios, & Correctorē Cancellariæ, & tanquam Abbas exēptus cum Iuriſdictione, non exemptis præfertur, ſicuti Doctores, non Doctoribus, nobiles ignobilibus, Doctor in vtroque iure, Doctori in vno iure tantum, &c.*

3 *Abbates habentes Iuriſdictionem ſunt, tanquam Epiſcopi, & præferuntur Vicario Generali, Canonicis, & alijs Dignitatibus Cathedralibus; exceptis officijs particularibus, & dicuntur in dignitate conſtituti ibid.*

4 *Iuriſdictio, & poteſtas Archimandritæ Meſſanenſis explicatur, cum num. ſeq. & de officio Poteſtate Straticoti, Meſſanæ, & in diſtrictu, & Iudicum Curiæ Straticotialis, qui etiam ſunt Regij Delegati circa deciſiones contra priuilegiorum noſtræ Ciuitatis ibid. & poſſeſſionem Capiunt in Palatio Illuſtriſs. Senat. coram quo iurant omnia Priuilegia obſeruare, ibidem & in eodem ſiunt dictæ deciſiones contrapriuilegiorum.*

5 *Diſtrictum ſola Meſſana habet, in quo, ſicut & in Ciuitate Princeps vti non poteſt abſoluta Poteſtate.*

6 *Straticotus eſt prima dignitas in Sicilia poſt Proregē, et quę perſonæ eligi poſſint,*

7 *Archimandrita ius Viſitandi habet, & puniendi delinquentes Clericos, ſtatuta ſua facere, & alia tanquam locorum Ordinarius, cum veniat illius appellatione.*

8 *Abbates alij Sæculares, alij Regulares, & alij cum iuriſdictione, alij abſque.*

9 *Commendatarij ſunt Abbates, & beneficiarij, quibus non datur beneficium in titulum, ſed in Commendam, ideſt cōmendatur, & Commendæ temporales ſiunt ab Ordinarijs locorum: perpetuæ à Summo Pontifice, & circa onera per omnia exæquatæ ſunt Commendæ titulis ibid.*

10 *Abbatum Regularium præeminentia ex ſuis priuilegijs cognoſcuntur, & Abbas venit appellatione Monachorum, ſicuti ſuperiores Religionum in materia electionum nomine Abbatum veniunt.*

11 *Qualitates Abbatum eligēdorum, & quo in loco Pontificalibus vti poſſunt, & poteſtas regulatur ab illa Epiſcopi; licèt maior ſit Poteſtas Abbatis in Monachos, quàm Epiſcopi in Clericos, ordineſque minores ſuis ſubditis conferūt, & alijs ex licentia, & cum dimiſſorijs ſuorum Prælatorum, atque ordines maiores cum licentia Pontificis.*

12 *Abbatiſſa eligitur à Monialibus in Monaſterijs, & eſt ad inſtar Abbatis, quæ ætatem 40. annorum habere debet, ſicuti Abbas 25.*

13 *Abbatiſſa fieri non poteſt bigama, aut infamis, nec vna duobus Monaſterij præfici debet, & circa electionem ſtandum maiori parti, & Epiſcopus eſt Dominus, ſi nolint ſe concordare, qui punire debet Simoniacas, & petentes eligi medijs illicitis, puta per pecunias, & ſimil.*

14 *Abbatum præcedentia inter ſe, & cum alijs, & Sæcularium, cum Regularibus num. 15.*

1 POſt Epiſcopos in Eccleſijs locum ſuū tenent Abbates, *c. ſi quis deinceps 16. q. 7. c. vt Apoſtolicæ de priuileg. in 6.* habentes iuriſdictionem, & præeminentias. *Gloſ. in c. tuam verſ. non aſcendat de ætate, & qualit. & in c. attendendens vers. Abbatem 50. diſt.* quia Prælati tunc appellantur, *c. decernimus de Iudic. d. c. vt Apoſtolicæ,* & ex ipſo nomine Patres dicuntur, *Gloſ. in Clem. 1. de reſcript. c. fin. de regular.* & aliquando habent etiam alios Abbates ſub ſe, & Patres Patrum dicuntur, & vulgo quia in Cauernis habitabant, ob timorem, & tyrannias Principum vocabantur Archimandritæ, ſeu Principes gregū, & eorum, qui in cauernis habitabant, *l. nos reddentes §. omnes C. de ſumma Trinit.* vt eſt Archimandrita Meſſanenſis Magnus Abbas, antiquitùs Abbatia à Comite Rogerio, cum primum Meſſanam venit, fundata, cum maximis emolumentis, & Red-

& Redditibus, atque cum Iuriſdictione Tēporali, & Spirituali, *vt Pater Placidus Samperi, Soc. Ieſu notat in Iconologia B.M.V. libro v. cap. 13.* vbi Bullam *Alexandri Tertij P.M.* de hac Abbatia loquentis adducit, & nullibi in Sicilia eſt dignitas Archimandritatus præter Meſſanam, eſtque ad Regiam præſentationem ſubiecta, & hodiè illam habet Eminent. D. Federicus Sforza S.R.E. Cardinalis, cuius ſummæ laudes in excelſo proſpiciuntur ob maximas eius animi virtutes.

2 Et Archimandrita ratione dignitatis Archimandritatus ſedere poteſt in banco in Cappella Papæ, poſt Protonotarios, & Correctorem Cancellariæ, *Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 23. num. 8.* & inter alios Abbates locum habere debet, non ſolùm quia exemptus, & exempti, à iuriſdictione Epiſcoporum non exemptis præferuntur, *c. vt Apoſtolica de priuilegijs, Gamma deciſ. 1. n. 16. gl. in l. decernimus verſ. reſidendi C. de Sacroſ. Eccleſijs, Gratianus diſcep. forens. to. 1. cap. 106. nu. 40. Barboſa in ſua Paſtorali tit. 3. cap. 8. n. 62.* ſicut Doctores, non Doctoribus, *Maſtrilli deciſ. 130. n. 14. Decius conſ. 160. n. 2. Menochius conſ. 126. nu. 7.* Nobiles cæteris paribus Ignobilibus, ex probabili ſententia, *de qua infra dec. 10. nu. 61. Tiraq. de nobilitate cap. 4. nu. 8. 16. & 17. Barboſa alleg. 78. n. 21. Caſſan. Catal. gl. mundi part. 8. conſid. 7. Lara de Cappellanijs lib. 2. cap. 8. per tot.* & etiam Antiquiores, *arg. cap. 1. de mai. & obed. l. 1. ff. de acq. rer. dom. l. 1. ff. de albo ſcribendo l. 1. C. de conſulib. lib. 10. l. cum ſcimus in fine C. de agric. & cenſit. lib. 11. Beſold. de præced. cap. 3. Maſtrilli citatus, & de magiſtratib. lib. 4. cap. 14. num. 35. Riccius in praxi præced. deciſ. 579. & 580.* atq; Doctor in vtroque iure, præfertur Doctori in iure Pontificio ſolùm, *Menochius conſ. 125. n. 11.* & Nobilis, & Doctor; non Doctori nobili, *Tiraq. citatus cap. 5. nu. 28.* ſicuti Doctor peritus, nobili imperito etiam Doctori præferri certum eſt, *vt ſupra deciſ. 2. circa finem probaui, & ſimil.*

3 Sed etiam Abbas, aut Archimandrita, iuriſdictionem habētes in ſuos ſubditos omnibus alijs præferri debent, etiam Vicario Epiſcopi, *Boteus de ſynodo part. 3. nu. 15. Menochius conſ. 52. n. 132. & conſ. 257. num. 77. & 78.* Canonicis, & alijs Dignitatibus Cathedralibus, *Aſcanius de iure Abbatum diſp. 25. quæſt. 3. & 4.* exceptis his, quæ pertinent ad Officia particularia cuiuslibet, vt Vicarius circa ſuam iuriſdictionem, Canonici circa res Capituli, &c. nam quilibet in ſuo ſpeciali officio omnibus præfertur, *Ferrus de præced. q. 1. n. 14.* cōtrarias improbans circa talē præcedentiam concluſiones; ſunt enim tanquam Epiſcopi, & illorum appellatione veniunt, *Tamburinus de iure Abbatum tom. 2. diſput. 6. n. 11. Suarez, Daluin. Cāpan. & alij cum Barboſa in coll. ad concil. ſeſſ. 23. de ref. cap. 15. nu. 28.* & Abbates omnes Sæculares exempti habentes iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem, omnia poſſunt regulariter, quæ Epiſcopi in ſua Diœceſi circa ea, quæ ſunt iuriſdictionis, *Barboſa de off. & Poteſt. Epiſcopi Alleg. 32. n. 31.* Dignitatemque habent, *Cæſar de Eccl. Hierarch. §. 2. de Abbatibus nu. 4. & 5.* dixi regulariter; nam aliquando reſtringitur eorum poteſtas, *arg. Trid. ſeſſ. 24. de ref. cap. 20. Barboſa in appellatiuis, verb. Epiſcopus n. 18.*

4 Sed circa noſtrum Archimandritam, eiuſue Iuriſdictionem, eſt Magiſtrale Conſilium, *Franciſci Antonini Coſtæ Mamertini*, 23. vbi ait ſolummodo Iuriſdictionem habere in terris ſibi conceſſis à Rogerio, circà creationem Capitanei, Iudicis, & Iuratorum, ſed alia Iuriſdictio eſt Regiæ Curiæ Straticotialis, & Merum, Mixtumq; Imperium, ſicut, & in toto diſtrictu, *idem n. 72. & 95. & conſ. 1. n. 12. prout infra n. ſeq. dicam*; actusuè Iuriſdictionales facti ab Archimandrita declarati fuerunt tendere contra Vrbis noſtræ priuilegia, *vt ibi*, ex quibus Clarè conſtat de Diſtrictu, & Terris, *vt ſupra deciſ. 3. n. 96. dixi*, & de Straticoti Iudicibus, & Regiæ Curiæ Straticotialis poteſtate: tàm in cauſis ciuilibus, & criminalibus ordinarijs, quàm in procedendo Straticotus, vt Capitaneus Armorum, tempore belli, & pacis, de quibus *Ferrarottus de præminentia Straticoti diſcurſ. 16.* ex Priuilegijs, *Federici Regis, & alior.* Iudicum conſilium

ſilium

ſilium etiam capiendo,&c. *vt ibi,& diſcurſ. 25. de Curia Straticotials*, qui ſunt Delegati à ſua Catholica Maieſtate in Deciſionibus Contrapriuilegiorum, *Gloritius reſp.2.n.9. & reſp.8. nu.9. Coſta conſ.3.n.31.& conſ.23. n.13. Giurba conſ.59. n.123.* nullumque Superiorem circa hoc in Regno habent, quia ipſi ſunt Delegati, ſolentque ex inueterata conſuetudine fieri hæ declarationes in Palatio Illuſtriſſimi Senatus, à dictis Regijs Delegatis, *vt meliùs dicam infra deciſ.6. de priuilegijs*, inſuper dicti Iudices Regiæ Curiæ Straticotialis ſunt Ordinarij in cauſis Feudalibus, merum, mixtumuè Imperium habent, *Ferr.cit. d.diſc.24.* poſeſſionemque capiunt in dicto Palatio Illuſtriſ. Senatus, coram quo iurant omnia Priuilegia, Capitula Regni, & alia Fauorabilia Conceſſa Ciuitati inuiolabiliter obſeruare.

5 Diſtrictumque habere maximi priuilegij eſt, *Coſta citatus*, & *conſ.1. n. 17. Bucalus in Reſponſis noniter editis reſp.5. pro Medico nu.504. Giurba ad conſuet. Meſſ. in præmio*, & in tota ferè Italia nemo diſtrictum habere cernitur, niſi cõmunitas Venetiarũ, & Florentiæ, & in Regno Siciliæ ſola Meſſana, vt teſtatur, *idem Coſta conſ.23. nu.98. & praxis*, qui diſtrictus eadem habet priuilegia, ac Meſſana, *Bucalus cit.n.499. ex Muta, & Coſta conſ.2. num.87.* cum diſtrictuales Ciuium appellatione veniãt in priuilegijs, & fauorabilibus, *Bartolus conſ.196. lib.1. n. 5. Gratian. Tuſcus, Abbas, & alij cum Auguſtino Barboſa in appellatiuis verbo Ciuis appell.48.* vt in priuilegio conceſſo Meſſanenſibus, quod Princeps vti non poteſt poteſtate abſoluta contra Ciues Meſſanæ, intelligitur etiam contra diſtrictuales, & in diſtrictu, *Cutelli de don.tom.1. diſcurſ.2. particula 6.n.202. Gloritius reſp.6.n.68. Coſta conſ.13.n.52. Bucalus n.504.* idem dicas de alijs, & Priuilegia *Aready, Rogerij, Federici, Henrici*, & aliorum Principum Meſſanæ conceſſa clarè demonſtrant.

6 Straticotus ergo, qui eſt prima dignitas in Sicilia poſt Proregem, *Giurba cõſ. 19. nu.10.* & eius electio ſpectat ad Regem in omni caſu deſicientiæ, *Gloritius reſp.4.nu. 23. cum ſeq.* biennale habet officium, currit que de momento ad momentum; adeò vt eo elapſo eſt perſona priuata; *vt ex Caſaris priuilegijs adducit idem Gloritius n. 28.* nec eligi poteſt Ciuis, vel Ciuibus coniunctus, *vt ibi*, & non titulatus, ſed perſona eximia eſſe debet, *Ferrar.cit. de praeminentia Straticoti diſcurſu 4. & 5.* qui de eius iure poteſtate, & præeminentia, Meſſanæ, & in terris diſtrictualibus, tempore belli, & pacis latè diſcurrit, *& Giurba conſ. 59. per totum, Gloritius reſp.10.n.16. Coſta conſ.23. num.19. & 71. cum ſeq.* ibi; *Quo verò ad acta iuriſdictionalia, & Ciuilia facta per Dominum Archimandritam, eiuſue Vicarium, & alios Officiales eorum nomine, quod ſint contra Regia Priuilegia Nobiliſſimæ Ciuitatis Meſſanæ patet Clariſſimè; nam non eſt dubitandum Ill. Regium Straticotum, & Spectabiles Iudices eſſe Iuſtitiarios; & cognitionem cauſarum criminalium, & ciuilium ſpectare ad eos, tàm in Vrbe, & territorio, quàm in diſtrictu; verùm quod in diſtrictu, dum ibi non adſunt, cognitio eſt Capitaneorum terrarum diſtrictus, qui quoad cauſas meri, & mixti Imperij, tantummodo capiunt informationes, procedunt ad bannum, & confectionem inuẽtarij, ad nomen R.F.R.C. Straticotialis, vt ex litteris Ioan. de Vegha, &c. & quando Dominus Straticotus cum vno ex Iudicibus, & Curia formata viſitat terras diſtrictuales, tunc ſolùm cognoſcit de delictis cuiuſuis generis, & ciuilibus, verum etiam ſindicat Capitaneum, Iudices, eorumue Magiſtrum Notarium, &c.* atque appellatio cauſarum omnium diſtrictualiũ fit ad Iudicem Appellationis Meſſanæ, *vt ex Priuilegio, Ludouici, & Ioãnæ, Iacobi, Martini, & aliorum apertè colligitur.*

7 In Spiritualibus etiam Archimandrita, vel eius Vicarius in terris ſibi ſubiectis ius Viſitationis habet, *arg. Trid. ſeſſ.21. de ref. cap.8. & ſeſſ.7. de reform. cap.8. vbi Barboſa. & Gallemart. verb. ab Epiſcopis, Seraphinus deciſ.1052. Pariſ. de reſig. benef. lib.7. q.15.n.9. Riccius in praxi fori Eccl. dec.614.* & *Barboſa in appellatiuis cap.177. n.6. & 7.* & puniendi delinquentes Clericos, & de criminibus accuſatos, *Belletus de iuriſdict.*

Abba-

*Abbatis exempti* §.*vnico num.* 3. Statuta ſua facere, Synodumque conuocare, *Can. in c. congruente de off. Ordin.* & alia tanquam locorum Ordinarius; cum illius appellatione veniant Abbates habentes quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, & Commẽdatarij etiã, *Barboſa de off. Epiſcopi alleg.* 32. *n.* 32. *Leo in Theſau. fori Eccl. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 55. *Gonzales ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 8. *n.* 28. *Gratian. diſcep. forenſ. cap.* 83. *nu.* 15. *Sanchez de matrim. lib.* 5. *diſp.* 7. *n.* 4. ibi, quod poteſt omittere denũciationes in matrimonio ex cauſa beneuiſa, ſicuti facit Epiſcopus, *Triden. ſeſſ.* 24. *de ref. matrim. cap.* 1. *& Barboſa ibi verſ. niſi Ordinarius ipſe, & in appellatinis cap.* 177. *nu.* 7. aliaque regules ſecundùm ſua Priuilegia, & prærogatiuas, quæ traduxit transcribendo, *Pirrus in Notitia Abbatiarum lib.* 4. *notitia* 1. *poſt noſtrum Maurol. Albertum Piccolum, & alios*.

8 Omnium ergo Abbatum alij Sæculares, alij Regulares ſunt, *c. trãſmiſſæ, ibi Gloſſ. verſ. Abbatis de renun.* Primi, vt ex nomine patet ſunt, quæ occupantur à Clericis Sæcularibus, & Clerici obtinentes beneficia ſæcularia cũ titulo Abbatiæ dicũtur Abbates Sæculares, *c. cum de benef. de præb. in* 6. *in fin.* quod ſi hoc beneficium habet ſecum iuriſdictionem ſæcularium, vel Eccleſiaſticorum, vel priuilegia tradendi beneficiario, ſeu Abbati anulum, mitram, & paſtoralem baculum, hæc Abbatia erit illa, de qua ſupra locutus ſum *n.* 1. nam Clerici hoc titulo Abbatis, & exempti locum habent poſt Epiſcopos, & Prælati dicuntur. Si verò non habent tales prærogatiuas, dicuntur Abbatiæ ſimplices meram dantes præeminentiã Clerico abſque iuriſdictione, exemptione, & dignitate, quæ omnia ex ſuis priuilegijs colligi poterunt.

9 Dixi [Clericos Sæculares obtinentes beneficia Sæcularia] nam Abbatias Regulares in titulum habere non poſſunt Sæculares Clerici, ſecùs in commendam, & dicuntur Abbates commendatarij, quando vacat Abbatia Regularis, & interim pro adminiſtratione Clericus ponitur Abbas Cõmendatarius; & hic dicitur, cui illud beneficium commendatur; quæ exploſis iuribus antiquis, *Extrau.* 2. *de præbend.* nunc in vſu ſunt, *ex Vrban. VI. Paulo II. &c.* vt teſtantur, *Moderniores, cum Barboſa de vniu. iure Eccleſiaſtico hoc titulo; & Caſare in Hierarch. diſp.* 14. §. 7. *vbi num.* 10. *ex c. de multa de præb. & c. dudum de elect. & c. qui plures* 21. *q.* 1. docet temporales cõmendas fieri poſſe ab Ordinarijs cum Eccleſiæ vtilitate; Perpetuas verò à ſolo Pontifice ſummo, tàm Sæculares, quàm Regulares, atque circa onera, & alia pertinentia ad beneficium, per omnia exæquata ſunt hodiè Commẽdatarijs tulis, & ad ea, ad quæ teneretur titularis, Commendatarius eſt obligatus, *Garcias p.* 3. *cap.* 2. *de ben. n.* 166. *Barb. ſuper Trid. ſeſſ.* 23. *de ref. cap.* 1. *n.* 38.

10 Regulares Abbates ſunt, qui occupant beneficia Regularia etiam cum iuriſdictione, & præeminentia ſupra Sæculares, vt aliqui Abbates Caſſinenſes, &c. qui etiã Superiores ſunt ſui Monaſterij, *c. cũ ad Monaſteria verſ. Abbas de ſtatu Monachor.* aùt nullum ſubditum habent, & ad honorem Abbates ſunt, quod ſi vis cognoſcere eorũ præeminentias in Choro, & Proceſſionib. atque in Miſſa ad priuilegia attendas, *d. c. ad Apoſtolica de priuileg. & c. Abbates. Durand. de rat. diuin. officij lib.* 3. *c.* 13. *Tambur. de iure Abbatum, to.* 1. *diſp.* 26. *q.* 1. *& paſſim. q.* 13. *cum ſeq.* & Monachi nomine venit in fauorabilibus, non in odioſis, *Lezana in Summ. V. Abbas nu.* 6. *Tambur. tom.* 1. *diſp.* 1. *q.* 7. *Bellaſ. in promptuario verb. Abbas nu.* 6. ſicuti Abbatis nomine veniunt etiam Superiores locales Religioſi Superiorem non agnoſcentes, in materia electionum, *c. Congregatio* 16. *q.* 7. *c.* 1. *de elect. c. cum dilectus de conſuet. Moroni reſp.* 72. *n.* 4.

11 Circa qualitatem Abbatum eligendorum Regularium videas, *Conſtit. Pij IV.* [*Sanctiſſimus*] de Sæcularibus clamant iura, vt Abbates non ſint illegitimi, corpore vitiati, &c. *c.* 1. *vbi DD. de filijs Presb.* ſed in ætate ad hęc beneficia requiſita, *Tridẽt. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. *Gloſſ. in c. ex eo* 32. *de elect. in* 6. *& Canoniſtæ in c.* 1. *de ætate, & qualit.* neq; vtantur pontific alibus, & mitra niſi,

niſi ſpecialiter ex ſuis priuilegijs ſit datum, quibus in ſuo titulo vti poſſunt,& in alijs ex licentia Ordinarij, *vt de Epiſcopo dicebam ſupra*, mozzettam verò poſſunt vbique deferre etiam præſente Epiſcopo, *Tambur. to. 1.diſp.20.q.2.cum ſeq.* vbi has,& alias quæſtiones ex propria materia examinat, ſicuti Abbates Monachorum, qui iuriſdictionem habent, omniaq; regulantur ſecundum ſuã poteſtatem, & poteſtatem Epiſcopalem, *Clem.1.verſ.proprij de reb.Eccleſ.non alien.* adeò, vt valeat argumentum de Epiſcopo ad Abbatem iuriſdictionem habentem,& ordinariũ ſuæ Terræ, *vt ex ſupradictis colligitur*, nam poſſunt regulariter omnia, quæ facere poteſt Epiſcopus, *Triden.ſeſſ.24. de reform. matrim. cap.1.& 6.c.finali 16.q.4. c. accedentibus de exceſſ. Prælat.* etſi maior ſit poteſtas Abbatis in Monachos, quàm Epiſcopi in Clericos, *Scaccia de appell.q.17. lim.26.n.*10.& etiam Commendatarij, *Gloſ. in c.ordinarij de offic. ordinar. in 6.c.cum Eccleſiarum eod.titulo*: atque Abbates poteſtatem conferendi ordines minores habentes, ſuis ſubditis Regularibus Ordines Minores,& primam tonſuram conferre valent, *Trident.ſeſſ.23. de reform. cap.10. Sà in Aphori.V.Ordo, Bellaſ.verb.Abbas n.*20.& alijs Sæcularibus, & Regularibus etiam cum licentia, & dimiſſorijs ſuorum Prælatorum, *Barboſa ſuper dict. Concilio*, & *Bellaſ. cit. Gratian.diſcep.for.c.871.n.30.cum ſeq.*& de licentia Summi Pontificis conferre valet ſacros ordines ex probabili ſententia, *gloſ. in c.manu de conſec.diſt.5.Abb. in c.quanto de conſuet. & alior.*

12 De Abbatiſſis dicendum breuiter poſſe fœminas eligi in Abbatiſſas Monaſteriorum ad inſtar Abbatum Regularium, & habebunt, aliquo modo, & largè iuriſdictionem, *c. dilecta de priuileg. vt ſupra deciſ. 3.nu.36.Tambur. de iure Abbat.q.32.quæſit. 1.n.3.Maſſinus de confiſcatione q.35.num.*44. ſicuti habet Abbas in ſua Abbatia *c.2.de Iudic.*& ætatẽ debẽt habere ad minus 25. annorum, *c.cum in cunctis §. inferiora de electionib.* ibi ætatem requirit 25. annorum, ſicuti etiam in alijs Abbatibus Regularibus, vel Sæcularibus, *Trident.ſeſſ.24. de reform. cap.12.* ſed pro Abbatiſſis ab eodem, *Trident.ſeſſ.25. de Regul.cap.7.* ætas 40. annorum eſt requiſita, vel 30. ſaltem, ſi in Monaſterio, aut extra nulla quatragenaria reperiatur. *Narbona de ætate ad human. actus requiſ. quæſt.2. anno*40.

13 Ita etiam, & alia requiſita habere debet ſicuti de Abbatibus, & Epiſcopo dixi, vt nimirum non ſit illegitima ſecundum aliquos, quod de iure compertum non eſt: ſicuti neque aliud requiſitum, vt Virgo ſit, eadem ratione, benè verùm non debet eſſe bigama, *c.2.78.diſt.Tamburinus de iure Abbatiſſarum diſp.28. quæſt.13. & Barboſa ſuper dicto Concilio nu.4.* nec infamis infamia iuris, vel facti, quæ omnia etiam cum ſpecialiter deciſa non ſint ad Conſuetudines eligendi attendendum eſt; *& Trid.* voluit, vt nulla Abbatiſſa duobus Monaſterijs præficiat, maiorique parti ſtandum in electione iuxtà diſpoſitionem, *d. c. dudum de elec. in 6.& c. quia propter ibid.* quid ſi nolint ſe cõcordare, vel in paritate vocum, puto abſolutè Epiſcopum eſſe dominum,& pro bono pacis vnam eligat ſibi beneuiſam, & Sãctiorem: puniatque ſimoniacas, & inhabiles, ideſt non profeſſas, ſe ingerentes in hac electione, & alijs medijs illicitis per pecunias, &c.

14 Abbatum Præcedentiæ inter ſe colliguntur ex maiori dignitate, quæ eis ineſt, vt ſi exempti, qui non exemptis præferuntur; nam illi dicuntur habere quaſi Epiſcopalem dignitatem, & etiam habentes vſum Pontificalium, *Caſſan. in Catal. gloria mun. part.4. concl.32. ver. duodecimo Abbates*, atque pretioſiori Mitra vti poſſunt exempti, quàm nõ exempti, *Ciriacus controuers.201. nu.132.* qui ſunt in dignitate conſtituti, *c.ſi quis deinceps, c. vt apoſtolicæ de priuil. in 6. Cæſar de Eccl.Hierarch.diſp.13.§.2. n.4. Seraphinus deciſ.514.nu.7.Lapus alleg.84.col. penult.Menochius conſ.52.nu.136.Villadiego trac. de legibus q.7. Abbas in c. 2. de iudicijs n.2.* ideò committuntur cauſæ Apoſtolicæ, *c.ſtatutum de reſcriptis in 6.* & poſſunt eſſe Conſeruatores, *Moneta de conſeru. cap. 5. n.79.*

*n.79.* & 80. & præferuntur habentibus dignitates in Cathedrali, vti ſingulis, *c. ſi quis deinceps 17. q. 4. c. fin. de off. deleg. c. præſenti de off. ordin. Decianus in c. 2. de Iudic. Abbas int. ex ore de priuil. nu. 3.* breueſque expediti in Curia videntur, in quibus priùs ſunt Abbates nominati, ex qua nominatione præſumitur, & arguitur præcedentia, *Decianus conſ. 160. n. 2. Gamma deciſ. 1. n. 40. & 53. Cacher. deciſ. 141. nu. 4. Solorçan. in alleg. pro ſupremo Indiar. Conſil. n. 80. Aſcanius de iure Abbat. diſp. 24. tom. 1. q. 3. Gramat. deciſ. 64. n. 18. Decian. reſp. 19. vol. 3. Lara de Cappell. lib. 2. cap. 3. n. 47. Ferr. de præced. q. 1. n. 3.*

15 Dico (vti ſingulis) nam in Canonicis, & alijs dignitatibus Capitulariter procedentibus concluſio ſupra dicta locum non habet, *Ferrus citat. num. 5. & 7. vt ex Ceremon. Epiſcop. colligitur lib. 1. cap. 31.* puta ſi in proceſſionibus, Choro, Synodo, & Concilio prouinciali ſint Canonici cum Abbatibus, *Ceremon. d. lib. 1. cap. 23. fol. 40.* quod ſi alia eſt Conſuetudo, hæc ſeruanda in hac materia, *vt infra deciſ 10. nu. 50. dicam*, ſicuti de præcedentia cum Vicario, *deciſ. 9. nu. 11.* inſuper præcedunt Generales ordinum in concilijs Generalibus, vt ex ordine litteræ, *in Concilio Trid. notat Decian. reſp. 50. vol. 4. num. 35.* & inter ſe Abbates ſi ſunt æquales, puta omnes habentes exemptionem, vel vſum Pontificalium; Sæcularis Regulari præfertur; Regulares verò inter ſe præcedentiam habent ex antiquitate, niſi vnus maiores prærogatiuas circa benedictiones, & iuriſdictionem habeat, *Decian. d. reſp. 19. Menochius conſ. 902. n. 17. vol. 10. Ferrus cit. n. 11. & 15. idem Menochius etiam con. 857. n. 33. & 34.* quia qui maiori fulget ornatu, & prærogatiuis præferendus, *Aſcanius de iure Abbatum tom. 1. diſp. 25. q. 3. n. 2. Gratian. diſcep. forens. tom. 1. cap. 106. Barboſ. in paſtorali tit. 3. c. 8. nu. 62.* quod ſi omninò pares, antiquior præfertur, *arg. c. 1. de maior. & Obed.* vel Doctor, aut nobilis, aut alio fulcitus accidenti, & qualitate honorabiliori, vt ex regulis generalioribus faciliter colligitur, & virtuti, ſtudijſque deditus nobili, non virtuoſo, & non Doctori maximè praeferendus, *Ferrus ſup. cit. n. 18. ex Tiraq. de nobilitate, cap. 4. n. 8. 16. & 17.*

## DECISIO IX.

### De Officio Vicarij.

*SVMMARIVM.*

1 *Chorepiſcopi non ſunt in vſu, & eorum loco ſucceſſerunt Vicarij ab Epiſcopo electi, qui idem ſonat ac miſſi, & Vicegerentes, vnumque Tribunal faciunt cum Epiſcopis, & n. 6.*

2 *Vicarij multiplicis generis, & Vicariæ aliæ Temporales, aliæ Perpetuæ, quæ veniunt beneficiorum nomine.*

3 *Vicarius aut eſt Generalis, aut Foraneus, & de differentia inter hos; cum alijs Commiſſionatis.*

4 *Vicarius Generalis creatur ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli, & Sede vacante à Capitulo, & non tenetur Epiſcopus Vicarium facere ibid.*

5 *Et hic debet eſſe in ſacris, vel Clericus prima tonſura ſaltem initiatus non Laycus, nec Monachus etiam cum licentia Abbatis ſui, & de alijs requiſitis ad Vicariatum remiſſ. ibid.*

6 *Vicarius Generalis Epiſcopi facit cum eo vnum Tribunal, nec ab eo datur appellatio ad Epiſcopum, niſi proceſſerit vti delegatus, vel fuerit Foraneus ibid. & omiſſo medio ad Papam fieri valet appellatio.*

7 *Habet eandem poteſtatem quã Epiſcopus, & Iuriſdictionem Ordinariam in his, quæ non ſunt ſpecialitèr Epiſcopo reſeruata, quæ adducuntur n. ſeq.*

9 *Chorepiſcopus [ideſt coadiutor] datur Epiſcopo ſeni, aut infirmo, &c. cauſis nimirùm a S. A. cognitis: Vicariatus non eſt beneficium, nec ſimonia in eo locum habet.*

10 *Ætas ad Vicariatum eſt 25. annorum.*

11 *Vicarius præcedit Dignitates in Cathedrali extra actus proprios, & Capitulares, niſi aliud ſit ex Conſuetudine,*

L *quæ*

*qua dat locum Vicarijs in proceſſionibus, & choro, & hac non extante quo loco ſidere debent præſente, & abſente Epiſcopo n.12. & de Vicario Capitulari, ibid.*

13 *Laicos, & alios Eccleſiaſticos præcedit, ſi ſint ſuæ Iuriſdictionis, & ſubditi, & de Præcedentia inter plures Vicarios Generales cum alijs extra ſuam iuriſdictionem.*

14 *Eſt in dignitate conſtitutus largo ſumpto vocabulo, & in Conſeruatorem de iure eligi non valet.*

15 *Non habet ſpecialia in iure inſignia, nec caudatarium; & Vicarius Presbyter, non presbytero haud præferendus.*

16 *In abſentia, vel in caſu mortis alium ſubſtituere Vicarius non poteſt, ſicut nec locumtenens alium loco ſui, & adducuntur argumenta, & limitationes nu. 17. & 18. ſi ſubſtit. ciuilitatem perdit.*

17 *Prorex in Regno Siciliæ, & Neapolis an ſubſtituere poſſit, & quomodo alij Officiales, & in quibus caſibus.*

18 *Officiales perſonalitèr ſeruire debent, quia cenſetur electa induſtria perſonæ, nec Vicarius alium ſubſtituere poteſt, niſi facultatem haberet ab Epiſcopo.*

19 *Vicarius eſt Ordinarius, & venit Ordinariorum nomine, omniaque facere poteſt, quæ fiunt ab Ordinario, ut diſpenſare in denunciationibus matrimonij, &c.*

1 EXploſis antiquis Iuribus de Choreſpiſcopis, ſeu coadiutoribus Epiſcoporum à *Damaſo in c. Chorepiſcopi 68. diſt.* in horum locum Praxis habet Epiſcopi Vicarium, qui etiam dicitur adiutor Epiſcopi, & de eo aliqua decidit Papa, *in c. 1. & 2. de offic. Vicarij*, nimirum quod iſte tamquã ſuus adiutor, & locumtenens vices illius gerit in Iuriſdictione, & Iudicio, *d.c.1. & 2. de de offic. Vicar.* & miſſus vocatur alio nomine *c. de parentela 35.q.6. Coſta conſ.83.num.18.* vnumque Tribunal efficiunt, *idem conſ.85. n.13.* & ad hũc eligendum non tenetur Epiſcopus, ſi ipſe idoneus ſit ad iuriſdictionẽ exercendam per ſe, *Riccius coll. deciſ.1602. Diana part.10. trac.15. reſol. 31.* licèt contrarium dicant, *Sbroz. & Cotonius contron. lib.3. contro.8 cap.8. nu.210. ex tex. in c. in nona 16.q.7.* nam hoc in tex. loquitur de Vicario layco, qui non eſt creandus ab Epiſcopo.

2 Antequam verò deueniam ad explicandam Poteſtatem, & officium Vicarij, ſupponas, quod hoc nomẽ [Vicarius] in iure Canonum multiplicitèr ſumitur, ſemper tamen ſub nomine miſſi, atque illius, qui vicem alterius gerit; nam aliquando ſignificat locumtenentem, & Vicarium in Eccleſijs Monachorum, *c. vnico de cappell. Monachor. in 6.* & Vicarij etiam inſtituuntur in Eccleſijs Parochialibus ab Epiſcopo, *c. fin. de offic. Vicar.* vbi Rectores, quia Domini directi curam animarum exercere nõ poſsũt, *c.1. eod.* & hæc Vicariæ perpetuæ ſunt, ſicut ſi Eccleſia Parochialis, alteri vnita legitimè reperiatur, cum Rector nequeat in vtraq; per ſe ipſum reſidere, merito in vna; per ſe, & in alia per Vicarium perpetuum reſidet, *c. extirpanda §. qui vero de præbendis d.c. vnico*, aut ſi Eccleſia vnita reperiatur Monaſterio Monachorum, vel Monialium quo ad titulum, & temporale regimẽ, debet Vicarius perpetuus conſtitui, qui Sacramenta miniſtret, *d.cap.1.* & his caſibus vnus eſt Rector, & Principalis, alter erit Vicarius perpetuus, qui beneficium etiam habere dicitur, & venit beneficiorum appellatione Vicaria perpetua, *Cæſar ſupra citat. diſp.14. § 8.* non ita temporalis, & ad nutũ amouibilis, *Barboſa in appellatiuis verb. Beneficium num.4.*

3 Dantur, & temporales Vicarij, & ſunt illi, qui à Rectoribus ad libitum electi ſunt, & amouibiles, *c. illud 7. q. 1.* & hi propriè Cappellani, & à Papa etiam Viſitatores, & Vicarij mittuntur in Prouincias; ſicuti à generalibus Religionum, *c. fin. 61. diſt. c. adjciamus 16.q.2.* cum Iuriſdictione, & abſque. atque etiam Vicarij Epiſcoporum ab iſtis creati ad libitum, *c.1. de offic. Vicarij in 6.* qui in duplici differentia ſunt, nam alij generales pro tota Diœceſi, alii ad vnam tantum Ciui-

Ciuitatem, & foranei in Praxi nuncupantur, primo ſubiecti, de quibus *Gloſ. in c. 1. de offic. ordinarij, verſ. foranei*, qui etiam differunt à commẽdatarijs, vt ex ſupradictis patet, & docet, *Gloſſ. in Clem. 1. de officio Vicarij*, cæteri, quibus cauſæ committuntur ab Epiſcopo dicuntur Delegati, Auditores, vel ſimplices commiſſionati, officiales, &c. & in Curia etiam Vicarius eſt Papæ, *Iordan. in elucub. tom. 3. tit. 3. n. 18. & 19.*

4 De Vicarijs cum Iuriſdictione ſolummodo agam, & præcipuè de Vicarijs generalibus; quibus cognitis facilior erit cognitio aliorum, & decidit Papa Vicarium ab Epiſcopo ſine cõſenſu Capituli creari, *in c. ea naſcitur de his quæ fiunt à Prælat.* vnum, vel duos in eadem diœceſi, *Cotonius cõtrou. lib. 3. controu. 8. cap. 8. num. 211.* nam eo ipſo quod Epiſcopus non poteſt per ſe ipſum gubernationem ſuſcipere, omnibuſque ſatisfacere, creat Vicarium, vnum, vel duos pro neceſſitate, ſed à Capitulo Sede vacãte vnus de Capitulo ſolum creatur, *Trident. ſeſſ. 24. de refor. c. 15.* & ille Vicarius Epiſcopi, licentiatus, vel doctoratus eſſe debet ex aliqua Conſuetudine, vel priuilegio particulari, non enim iure communi inſpecto video iura contrarium dicentia, ſed ſolummodo expoſcunt hæc, quod ſit in ſacris ordinibus conſtitutus, vel Clericus primæ tõſuræ non coniugatus, *c. in noua 16. q. 7. Marcus, deciſ. 999. part. 1.* nec Laycus, *c. decernimus de Iudic.*

5 Nec Monachus etiam cum licentia Abbatis ſui, vel ſuperioris creatur Vicarius, vt multi apud *Barboſ. de Vicar. & Coadiut. Epiſc. cap. 15. nu. 16.* dicunt poſt *gl. in c. ſi quis 58. diſt.* nã eſt contra ſtatum Religioſum, cuius eſt ſubeſſe, *c. legimus, c. ſi inimicus 93. diſt. c. cum in Eccleſijs de maior. & Obed. & Peyr. tom. 1. Priuil. in Conſt. 4. Sixti 4. §. 10. n. 48. Riccius in praxi reſol. 351. Bellaſ. in promptuar. V. Vicarius Epiſcopi*, aliaque requiſita, vt quis creari poſſit Vicarius, alijſq; proponi, videas apud *Homob. de ſtat. hum. vitæ part. 1. cap. 7. nu. 1. Ferrum de præced. q. 25. n. 11. & q. 52. n. 19. & 20. Nouar. de grau. Vaſſal. grau. 198. tom. 1. Dans. pug. DD. tom. 1. de qual. offic. c. 1. n. 85. Sbroz. Capobl. & alios.*

6 Hic Vicarius Epiſcopi Iudex, omnia illius negotia demandata expedit, *Gloſſ. in c. 2. de offic. Vic. in 6. verſ. officialem*, nec appellationem admitto à Vicario ad Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem, *c. 2. de Conſtit. in 6. c. Romana de appell. in 6.* niſi ſit ad cauſam aliquam ſpecialitèr delegatus, quod ſecùs eſt in foraneo, qui non generalis, ſed verè delegatus ad cauſam, *c. ſuper quorumdam, de officio deleg. Gloſſ. in Clem. 2. de reſcript. verſ. foraneo*; & appellatio ab hoc admittitur, & pro prima Concluſione, *eſt Coſta Meſſanenſis conſ. 85. nu. 14. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 29. n. 3. ex c. Romana de appell. in 6. & c. 2. de conſuet. in 6. Scaccia de appell. quæſt. 6. art. 2. n. 24. 26. & 82. & quæſt. 8. n. 53. 58. & 72.* licèt poſſit fieri appellatio ad Papam omiſſo medio, ideſt Epiſcopo, *idem q. 7. nu. 50.* ſicuti in alijs, *dixi ſupra deciſ. 7. nu. 90.* quod per ſaltum ad Papam, vel ad Legatũ fieri valet appellatio.

7 Eius poteſtas eſt eadem cum illa Epiſcopi de Regula circa Iuriſdictionẽ, & poteſtatem Iuriſdictionis, nam de ordine certũ eſt, quod nõ habet, ſicuti ea, quæ ſunt ſpecialitèr Epiſcopo conceſſa, & à iure communi ſolum reſeruata Epiſcopo, & Vicario limitata, quia ait *Gloſſ. in c. penult. de offic. Vicar.* quod Vicario non conceduntur omnia ex generali Epiſcopi conceſſione, quæ ſpecialiter, & voluntariæ Iuriſdictionis à iure dantur Epiſcopo, ſed debet Epiſcopus ſpeciali mandato aſſignare, *Coſta conſ. 4. n. 53. Scaccia cit. q. 8. n. 56. 57. & 81.*

8 Ideò beneficia non poteſt conferre, niſi ex ſpeciali mandato, *c. ſin. de offic. Vicar. in 6.* & alia in beneficialibus exercere; nec litteras dimiſſoriales dare, *c. cum nullus de offic. ordin. in 6.* vt nimirum Clericus alibi ordinari poſſit ſine Epiſcopi ſpeciali mandato. Rurſus neque diſpenſare in Caſibus occultis, *Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. Barboſa ſuper dicto cap. n. 46. Diana part. 7. tract. 4. reſol. 5.* àut concurſum facere ſine ſpeciali iuſſione, *idem Diana part. 10. trac. 15. reſol. 23.* nec delinquentes punire, etſi delicta inquirat, *Scaccia, qui ſup. nu. 8. verſ. in foro*

*Menach.conſ.52.nu.97.* aut abſoluere à reſeruatis, *c.pen.de pen. & remiſſ. in 6.* & alijs Caſibus à iure diſpoſitis; Ideò concludas habere omnem Iuriſdictionem Epiſcopalē ordinariam; niſi a iure fuerit limitata, & reſeruata, *Bald.in auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ea quæ veniunt in generali commiſſione, *Diana citatus reſol.31. Selua de benef. fol.43. n.7.*

9 Tandem aduertas ad dignitatem Vicarij omnia pertinere, quia prima poſt Epiſcopalem cæteris paribus eſt, vel vt alij dicunt Epiſcopus, & Vicarius ſunt æquales, *Scaccia de appell.q.19. nu.33.* & expirat per mortē Epiſcopi, aut tranſlationem, *c.ſi quis Epiſcopus 92.diſt.* vel etiam per reuocationem ab eodē Epiſcopo, &c. Sed nota quod Vicarius Epiſcopi dicitur Coadiutor illius circa Iuriſdictionem impropriè, nam verus Epiſcopi coadiutor eſt, qui datur Epiſcopo Seni, *c.1. de Cleric. agrot. in 6.* vel infirmo, *c.1.7.q.1.* aut alijs cauſis, à Sede Apoſtolica noſcendis, *Trident.ſeſſ.25. de reform. cap.7.* & huic omnia, quæ poteſt Epiſcopus facere conceduntur, cum futura ſucceſſione, ſicut in coadiutoria Canonicorū, habenti tamen omnia requiſita, quæ ad Epiſcopalem dignitatem requiruntur, &c. vide *Barboſam de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.118. per totā* nec beneficiū eſt; ſicut Vicarius Epiſcopi nō dicitur beneficium habere, & in eo locum nō habet ſimonia, ſi ematur, aut vendatur, *Sanchez, & Diana quos adducit Cotonius in Cōpend. Diana V. ſimonia n.4.* alioſque effectus beneficij non parit Vicariatus, vt obligatio ad horas Canonicas recitādas, &c. ad inſtar Coadiutorum, *Suarez de horis Canon. lib.4. cap.22. num.19. Cotonius controu. iuris lib.3. cap.1. n.11.*

10 Ætas ad illum requiſita eſt 25. annorum, vt omnes *DD.* fatentur, *cum Narbona de ætate ad Humanos act. requiſ. ann.25. n.1.* ea ratione, quia Parochus Parochorū eſt, & curam animarum habet; ideò 25. annum habere debet, *arg. cum in cunctis §. inferiora de electione.*

11 Præcedentiam Vicarij cum Abbatibus ſupra dixi in præcedenti *n.3.* modo circa alios habentes Dignitatem, vera, & communis ſententia docet hos præcedere debere in actibus capitularibus, & particularibus officij ſui, Perſonatus, vel Dignitatis, vt Archidiaconus, circa ſuam poteſtatem; Archipresbyter circa curam particularē, &c. *Sbrozius de offic. Vicarij lib.2.q.25.num.8.* in alijs non ita, vt in proceſſionibus, Sede, Cōcilijs, &c. circa quas præcedentias obſeruāda eſt conſuetudo ſi extat; adeò vt Vicarius præcedat Capitulum ex conſuetudine in loco, proceſſionibus, Choro, & ſimil. *Ceremonial. Epiſcoporum lib.1. cap.13. in fine, ibi Vicario Generali dabitur locus vbi habere ſoles pro conſuetudine diuerſarum Eccleſiarum, Riccius prax. præced. deciſ.582. n.4. in fine, Boteus de ſynodo part.3. n.3. & 43.* qui idem dicit de loco in Synodo, *& Ferrus de præced. q.52. nu.5.*

12 Quod ſi conſuetudo non ſit introducta hos excludens, dicas Vicarios Generales in Cathedralibus, & loco cum Canonicis, & Capitulo, ſe habere deberi hoc modo, vt præſente Epiſcopo, Vicarius locum non habeat, nec hos præcedat, ſecùs eo abſente, *Gratianus diſcept. Forenſium tom.2. cap.298. nu 73. Ferrus citatus n.6. cum Menochio, & alijs,* ea ratione; quia Vicarius, & Epiſcopus vnum faciunt Tribunal, *c.2. de conſuet. in 6. Berous conſ.23. n.1. Rota Roman. apud Peniam deciſ.80. num.13. Coſta conſ.85. n.13. Scaccia de appell. q.8. n.159.* & æquales ſunt, *idem q.19. n.33.* eo ergo præſente alius locum habere non debet, & ſolùm cum decenti comitatu in proceſſionibus publicis deambulare poteſt, vt componat, & dirimat controuerſias locorum, *vt ſupra deciſ.7. nu.99. dicebam*: quod extendas etiam ad Vicarium Capituli Sede Vacante, ſtante dicta conſuetudine, cui dari debet Sedes Vicarij Generalis abſente Epiſcopo; licèt de iure nō præcedat Canonicos, Antiquiores, Decanos, Primicerios, &c. *Riccius citatus in praxi Vicar. Capit. Sed. Vacante, deciſ.475. vbi declarationem Sacræ Congreg. adducit*, quæ ſeruanda, ſi conſuetudo non ſit in contrarium: *Ferrus citatus n.15. & 16. Homobonus de ſtatibus hum. vitæ part.1. n.2.*

*& Re-*

*& Rebuffus in prax. Vicar. nu.* 28. qui putant non practicari deberi concluſionem à Canonico, qui relinquat locum ſuum, & Vicarij Sedem occupet in Capituli contemptum; adeò vt, magis ex Vicariatu, quàm ex Canonicatu glorietur; ideò Vicarius ſimul, & Canonicus in ſede ſua Canonicali ſedeat, *Moroni reſp.* 5. *nu.* 12. *poſt Doctores citatos ſupra*;

13 Inſuper Vicarij ſupradicti præferendi omnibus alijs Eccleſiaſticis perſonis, Archipresbyteris ruralibus, & Vicarijs Foraneis, *Scaccia de appell. q.* 8. *n.* 26. etiā ſi de Eccleſia Collegiata ſint, & Canonicis eiuſdē, quia ſunt ſubditi, *arg. c. ſolita de maior. & Obed.* Itē, & Laycis in quacumque dignitate, qui in Eccleſia Vicarium præcedere non debent, prout de Epiſcopis, Sede eorum, & Thurificatione ſupradictum eſt, *deciſ.* 7. *nu.* 105. *vide Maceratenſem in ſua pract. lib.* 1. *variar. reſol. caſu* 31. *& Ferrum nu.* 18. ſi verò non ſint ſubditi, ſed alterius iuriſdictionis, tunc ſi in dignitate maiori præferuntur: ſi in pari, puta ſi plures ſint Vicarij Generales, & tunc ad dignitatem Epiſcopi recurrendum eſt; adeò vt ex illa præferatur Vicarius, alio Vicario; & data paritate inter Epiſcopos ad accidentalia Vicariorum recurrēdum eſt, vt nimirùm ſi antiquior, Doctor, &c. qui præferendus non Doctori, vt paret ex dictis, *deciſ.* 2. *& deciſ.* 6. *in fine*, horumque veſtes, & ſedes regulandæ etiam ex conſuetudine; nō enim habent propria in iure inſignia.

14 Et licèt Vicarius Epiſcopi Generalis, in dignitate ſit aliquo modo conſtitutus; adeò vt poſſit eſſe Papæ Delegatus, *Sbroz. lib.* 2. *q.* 22. *n.* 5. *Menochius, Gratianus, Zabarella, & alij cum Barboſa in collec. ſuper Trid. ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 10. *n.* 3. & Executor gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Curia, *idem Sbroz. q.* 23. ſicut & Conſeruator, *Cochier de iuriſd. ordin. in exemptis part.* 1. *q.* 39. *n.* 4. *Sacra Congreg. Emin. Cardin. interpret. Concil. Trid. ſub die* 23. *Octob.* 1623. *quam refert Donatus Laynenſis rer. regul. to.* 1. *tit. de Conſeruatoribus q.* 26. vbi ex multis docet cōcluſionem, Vicarios, quia in dignitate conſtituti ſunt, & veri Prælati iuriſdictionem habentes, poſſe eligi in Conſeruatores, quod non approbo; nam dato, quod poſſit Vicarius ratione iuriſdictionis aliquo modo appellari in dignitate conſtitutus, cōtra *Abbatem, & Silueſtr. in ſumma verb. dignitas, num.* 2. *Cardin. & gloſam in Clem. etſi principalis de reſcriptis, cum Ioan. de Selna, quos ſequitur Menoch. conſ.* 52. *n.* 32. dicentes nō habere dignitatem, quia non eſt perpetuus; tamē electio huius facta à Regularibus pro futuro dūtaxat quinquēnio iuxtà Bullā *Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *& Bulla Greg. XV.* eſſet eluſoria, nam ſi eſt amouibilis ad nutum Epiſcopi, & durat ad minùs durante vita Epiſcopi, eligent perſonam incertam, & ita erit inconueniens; quia ſi remouetur; denuò alium eligere debent, & ſi negotium eſſet cæptum, cum maximis impendijs, hæc perduntur à Regularibus, ergo concludendum; quod de iure eligi non poteſt; vel quia dignitatem non habet, in Eccleſia requiſitā pro Conſeruatoribus, *cap. fin. de off. deleg. in* 6. ſecundùm *DD. citatos*, aut officiū Eccleſiaſticum, cui annexa ſit iuriſdictio, *c. ſtatutum de reſcriptis in* 6. *cap.* 1. *de conſuet. ibid.* ſed ſolùm ſubrogatus, & Coadiutor Epiſcopi, cum iuriſdictione delegata, quæ non conſtituit aliquem in dignitate, & ita non poteſt eſſe Conſeruator, aut ſi aliquo modo largiſſimo digna poſſit vocari perſona, & in dignitate; tamen propter amotionem non debet eligi à Religioſis in Conſeruatorem, & hæc de iure verior opinio eſt, vt docet, *Barboſa de off. Epiſcopi alleg.* 106. *n.* 13. *ex multis*, licèt poſſint eſſe Religioſi habentes priuilegium eligendi Vicarium Generalem in Conſeruatorem, vt ſunt Dominicani, & refert, *idem Donatus, qui ſupra*.

15 Tamen non debet ſedere in loco Epiſcopi, eo abſente, nec Caudatarium habere, Aſſiſtentes adducere, &c. quia hæc in iure cauta non ſunt; ſi ergo ſpecialia, nō adſunt priuilegia, aut conſuetudines, innouari aliquid non debet; ſed pro vt ſupra diſcurrendum eſt; dummodo ſit Presbyter, nam Clericus Presbytero præferri non debet; *Marta voto* 101. *Viſconti in concluſionibus*

*bus iuris Verb. Vicarius circa medium.*

16 An verò Vicarius Epiſcopi poſſit alium Vicarium ſubſtituere in caſu abſentiæ, vel mortis; dicas quod non, *Iacob. de S. Giorgio de feudis Verb. Vicarius in fine, Guid. Papa deciſ. 374.* ſicuti locumtenens locumtenentem creare non poteſt, *Baldus in l. 1. §. à Præfectis ff. de leg. 3. Viſconti citatus verb. Locumtenens, ex Iacobo de S. Giorgio.*

17 Dices Vicarius Epiſcopi eſt Ordinarius Iudex, *arg. c. 2. de off. Vicarij in 6. c. ſua de off. Vicarij vbi Innocentius, Riccius coll. deciſ. 1600. Abruzzus in lectura ff. de off. eius, &c. n. 23. & 143. Sebaſtianus Cæſar de Eccl. Hierarch. part. 1. diſp. 3. de legatis, §. 2. nu. 1. Menochius conſ. 52. n. 14. & alij cum Barboſa in d. c. ſua &, c. iuncto c. ſanè el. 2. de officio iudicis delegati, vbi Didac. Sahaum;* & Officialis, *idem Menochius conſ. 51. n. 38. & Abruzzus citatus;* ergo ſubſtituere valet, tam in caſu abſentiæ, & infirmitatis, quàm in caſu mortis, *arg. §. ad hoc prohibemus, Auth. de collat,* ſicuti in Regno noſtro Prorex ſubſtituit in caſu abſentiæ, impedimenti, vel mortis, vt docet *Abruzzus citatus quæſt. 8. n. 119.* vbi caſus deciſos adducit, & in Regno Neapolis, *Ronitus in prag. de administrat. & quod perſ. &c. & in prag. 34. de offic. ſacri conſilij, Ponte de poteſtate Proregis, Viſconti citatus Verb. locumtenens,* alijque Officiales in Regno Siciliæ, *ex cap. Regis Alphonſi 29.* qui licèt perſonalitèr inſeruire valeant de regula, *Giurba conſ. 36. & deciſ. 9.* tamẽ in tribus caſibus ſubſtituere valent, *Primo ad menſem vnum ex ſua libera voluntate: Secundo in caſu abſentia pro ſeruitio Regio: Tertio ſi infirmitate fuerit Officialis detentus; vt ſunt verba capituli citati,* quod præter *Giurbam,* declarat, *Baronius de citationibus tom. 2. addit. ad quæſt. 30. nu. 22.* ſed omnes notant, quod ſubſtitutus debet eſſe eiuſdẽ qualitatis, ac ſubſtituens, *Abruzz. n. 179.* quod ſi alius officiũ acceptet ciuilitatẽ ſuã amittit ſicuti dixi ſupra *deciſ. 2. n. 91.* qa cenſetur renunciata, etiam in his ſubrogatis, *Groſ. in conſt. prag. §. x. in addit.* & de culpis iſtius ſubſtituentem teneri.

18 Ad dubiũ dicas, quod in officialibus cenſetur electa induſtria perſonæ, *c. fin. §. is autem de off. delegati, l. inter artifices ff. de ſolut.* ergo benè ſonat diſpoſitio, *tex. in d. clericos de off. Vicarij;* vbi habetur, quod Vicarius ſubſtituere Vicarium nõ poteſt, quã ſequuntur omnes Doctores, limitantes cõcluſionem, quando facultatem haberet ab eodem Epiſcopo ſubſtituendi, *Riccius coll. deciſ. 1599. Puteus deciſ. 168. part. 1. Marta in ff. nouiſ. V. Vicarius cap. 23.* dummodo fiat his requiſitis; ad modicum tempus, & ex iuxta cauſa, *Rota Rom. apud Riccium citatum,* & hoc modo concedere valet Epiſcopus ſubſtituendi facultatem, *Marta in ſuis ff. nouiſſ. Verb. Vicarius cap. 23. tom. 6.* poſſem etiam negare Vicarium habere ordinariam iuriſdictionem cum alijs, *ex Rota Romana in nouiſſimis deciſ. 297. part. 2. quam adducit idem Marta cap. 31. & Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 29. num. 2.* ſolùm delegatam concedentes iuriſdictionem; vel diſtinguere, *cum Abruzzo in lectura de off. eius n. 143.* qui ait eſſe Ordinarium; dependentẽ tamen ab Epiſcopo, quia vnum Tribunal faciunt, nec diſtincta eſt; ſed melior eſt illa reſponſio; Vicarium, licèt Ordinarium aliquo modo dici poſſe; tamen quia electa eſt ſua perſona, delegare, & ſubſtituere alium Vicariũ nõ poteſt; niſi de cõſenſu Epiſcopi; quæ reſponſio eſt conformis, *textui in d. c. clericos;* & ſaluat concluſiones ſupradictas.

19 Colliges 1. ex dictis Vicarium Generalem eſſe Ordinarium in diœceſi, & venire Ordinariorum appellatione; quia conceſſa eſt ei iuriſdictio à Canone, vel à Lege, *arg. c. 2. de off. Vic. in 6.* non ab Epiſcopo, qui conſtituit Vicarium Generalem, ſed iuriſdictionem ille habet à Canone *d. c. 2.* rursùs quia non datur appellatio ad Epiſcopum à Vicario, *vt ſupra dixi, n. 6.* ſed ſi eſſet Delegatus daretur appellatio, quia à Delegato appellatur ad Delegantem, *c. ſuper quæſtionum §. porrò de off. deleg.* & quia vnum Tribunal faciunt, *c. romana de appell. in 6. c. 2. de conſuet. in 6.* eadem eſt iuriſdictio Epiſcopi, ac Vicarij Generalis ex officio Vicarij collato ab Epiſcopo, & iuriſdictione collata à iure, *vt docent Sanchez lib. 3. de matrim.*

*matrim.diſp.29.n.3.poſt gloſam in c.Romana de appell. in 6. verb. generalitèr Barboſa de off.Epiſcopi part.2.alleg.32.nu.118.& in appellatiuis verb. Ordinarius n.5. ex Molina, Bonac. Sbroz. & alijs, Maſcard. concl.1412. n.9.Marcus deciſ.317.nu.7.part.1.Ciriacus controu.273.nu.38.tom.2.* ideò diſpenſare poteſt in denunciationibus matrimonij ob nimiam contrahentium diſparitatem, vel ex alia cauſa ſibi bene viſa, vt omittantur, *arg.Triden.ſeſſ.24. de ref.matrimonij cap.1. Riccius in praxi fori Eccl.reſol.225.Gratian. diſcep.for.cap.83. n.25. Molina de ritu nuptiar.lib.2.diſſ.11.n.50. Hurtadus, Nouarius, & alij cum Narbona de ætate ad hum. actus requiſita ann.65.q.3.& Ciriaco cit.* & conferre beneficia extra diœceſim, *Boerius deciſ.30.Marta in ff. nouiſſ. V. Vicarius cap.* 14. atque inſtituere, *idem cap.* 7. & reſignationes admittere, *Rota Rom.de offic.Vicar. deciſ. 2.in antiquis, Bellamera deciſ.* 94. non verò permutationes, *idem Marta cap.26. &c.*

## DECISIO DECIMA.

### De Canonicis, Capitulo, & Coadiutoribus.

*SVMMARIVM.*

1 *Nomen [Capitulum] quibus modis ſumi poſſit? & quid veniat eius appellatione?*

2 *Canonici dicuntur Clerici primi gradus, & quid ſint n.6.*

3 *Referendariorum Papæ priuilegia, & numerus.*

4 *Protonotariorum etiam, & de eorum officio, alijque dicuntur Participantes, alij non Participantes, nec iſti ſunt abſolutè exempti à iuriſdictione Epiſcopi ibid.*

*De Auditoribus Rotæ, Theſaurarijs, Clericis Cameræ, Vrbis Gubernatoribus, & alijs Perſonis dignitates, & officia habentibus in Curia Romana, ibid. remiſſiuè.*

5 *Extra curiam dantur aliæ perſonæ varia officia habētes in Eccleſia, & de Prioribus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, eorumuè priuilegijs, & Priores Hieroſolymitani veniunt Ordinariorū nomine.*

6 *Canonici nomen quid ſignificet? & de Præbenda Canonicali? iure ſedendi, &c. & Præbenda beneficium eſt, præcipuè ſi Canonicatui fuerit annexa, non ita Canonicatus abſque Præbenda, nec Canonici tales tenētur ad onera, & diſtributiones ibid.*

7 *Canonici alij ſunt Eccleſiæ Cathedralis, alij Collegiatæ, & primi Digniores, inſigniaque habent ſecundum ſua Priuilegia, & de Inſignijs Canonicorū Prothometropolitanæ Eccleſiæ Meſſanenſis, & aliarum Eccleſiarum.*

8 *Canonici Senatores Eccleſiæ vocantur, & Epiſcopus multa facere non poteſt abſque eorum conſenſu, quæ in ſeq. numerantur.*

10 *Conſilium etiam capit à Capitulo prudens Prælatus, & cum Eccleſiaſticis commoratur, perſoniſque honeſtis, qui præbeant de eius vita teſtimonium.*

11 *Vicarium creant Canonici mortuo Epiſcopo, vel Vacante Sede alio modo, & de modo electionis, & præfertur Doctor Canoniſta Theologo.*

12 *Decanus dicitur, quia præeſt decem viris, vel pluribus, ex Conſuetudine, [quæ præualet in materijs præcedētiæ n.18.] & de præcedentia Decani Capitularis, Cardinalium, Collegij, &c. dict. n.18.*

13 *Archidiaconus dicitur Princeps miniſtrorum, & Oculus Epiſcopi, & de præcedentia cum Decano conſuetudo eſt attendenda ibid. & quid in dubijs, quādo ex Verbis conceſſionis colligi non poteſt, & de priuilegijs, & poteſtate nu. 14. & 15.*

14 *Primicerius dicitur, quia primus deſcriptus in cera, & de eius præcedentia nu. 17. cum ſeq. nec habet dignitatem, ſicut & alij Canonici, contrarijſq; reſpondetur n.16. & 18.*

18 *Conſuetudo valet in materia præced. & n. 61. Præcentor, cum Magiſtro Schola, ſi ex conſuetudine ſunt in dignitate conſtituti*

ſtitui Delegati S. Apoſtolicæ, & Cõſeruatores eſſe poſſunt, & n. 19.

20 Archipresbyter quid? & quotuplex? & de præcedentia cum Archidiaconis nũ. Nonum 21. & 22.

23 Et etiam cum Canonicis, & Vicario. Habet dignitatem, & poteſt eſſe Conſeruatoribus, & n. 26.

24 Archipresbyter etiam ruralis eſt in dignitate aliquo modo conſtitutus, & eſſe poteſt Conſeruator, primumque locum tenet ante omnes ſuæ Eccleſiæ Presbyteros, & ante Vicarium Foraneum, & num. 26.

25 Præcedentia Archipresbyterorum inter ſe, & in Synodo.

26 Archipresbyteris committi poſſunt cauſæ Apoſtolicæ.

27 Inſignia Archipresbyteri.

28 Protopapatus dignitas eſt Meſſanæ, & idẽ eſt Protopapa, ac Archipresbyter, & de eius electione, & prærogatiuis Eccleſiæ ſiue vulgò [Catholica] vocatæ nu. 29. & 30.

31 Ætas ad Canonicatum, Archipresbyteratum, & Archidiaconatum.

32 Diſpenſatus, vt ante ætatem habeat Canonicatum, & Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ vocem in Capitulo nõ habeat, niſi fuerint 22. annorum, ſed capiunt Diſtributiones; non ita ſi fuerit diſpenſatus, vt intra annum non teneantur promoueri num. 33.

33 Vocis appellatione intelligitur de iure &c.

34 Annus incæptus non habetur pro completo in Canonicatib. obtinendis, Eccleſiæ Cathedralis, & quid in alijs beneficijs ibid.

35 Canonicus habens ætatem requiſitam ad Canonicatum, ſi non aſcenderit in ſacris, non eſt priuandus Canonicatu, niſi Canonicatus fuerit Presbyteralis, vel Diaconalis, &c. & quomodo cognoſcatur talem eſſe ibid. & ſeq. & n. 128.

36 Beneficium relictum cum onere miſſarum ſatisfieri poteſt per ſubſtitutum.

37 In dubijs ſi ad Canonicatũ requiratur ordo ſtandum conſuetudini.

38 Conſuetudo facere poteſt, vt Canonicus non Subdiaconus vocem habeat in Capitulo.

39 Canonici reſidere tenentur in Eccleſijs ſuis, nec abeſſe vltra tres menſes ſub pœna ex Concilio ſtatuta n. 40.

41 Diſtributiones quotidianas non lucrantur abſentes Canonici; ſed debent eſſe præſentes, & canentes in choro, non ſolum aſſiſtentes, & quibus cauſis abſentes lucrantur diſtributiones nu. 42. cum ſeq. & de Iubilatis Canonicis.

43 Infirmitas etiam cauſata ex culpa non facit, vt Canonicus diſtributiones non habeat.

44 Lectores, & ſtudentes diſtributiones lucrantur, & quo modo ibid.

Studens habitus in alio ſæculo erit Aduocatus, & ſtudeat ordinarium ſtipendium quinquennij in ſtudijs publicis.

45 Lectores extraordinarij publici, ſunt verè Lectores, & gaudent priuilegijs Lectorum.

46 Studentes debent iuri Canonico, & Ciuili, operam dare, ſi boni Aduocati eſſe cupiunt.

47 Diſtributiones, qui lucrantur in abſentia, non habent partem iuris accreſcendi, quæ datur Canonicis præſentibus pro non legitimè impeditis.

48 Canonici, & alij beneficiarij fidei profeſſionem emittere tenentur ſub pœna Trid. & coram Epiſcopo, tenentur, non corum procuratores habentes etiam ſpeciali mandato, & Regulares an teneantur ibid. & n. 49.

50 Doctorandi etiam coram Cancellario, ſiue Clerici ſint, ſiue Layci profeſſionem fidei emittunt, & Cancellarius dominus eſt ſtudij, nec ſequi tenetur vota Doctorum de Collegio, qui allegati poſſunt omnes ſuſpecti, & Prior, quo allegato an ſint ſuſpecti alij de Collegio, ſitur & de Præſide, Prorege, & Epiſcopo.

51 Aſſeſſores, & Doctores de Collegio, M. Notarij, & alij ſolo iuramento allegantur, vt ſuſpecti, & excipiuntur Iudices Cauſarum Deleg. M. R. C. qui votum

habent

*habent neceſſarium, & ex forma Pragmatica non allegantur ſolo iuramento, ſicut Mag. Not. eiuſdem Curiæ.*

52 *Optandi ius habent, Canonici, & quid ſit optio? & quomodo ſit?*

53 *Adeſt hoc ius in Capitulis, vel ex priuilegijs Pontificum, aut ex conſuetudine, quæ ſpatio 10. annorum introducitur, & fauorabilis eſt, nec per nō vſum amittitur, ſicuti Meſſanæ priuilegia per non vſum non amittuntur, & Ciuibus Laycis, & Eccleſiaſticis conceſſa cenſentur, & nu. 54. 55. de priuilegijs optandi conceſſis Canonicis noſtræ Cathedralis Meſſanenſis ibid.*

*D. Marius Giurba I.C. laudatur.*

56 *Optandi priuilegium quando ceſſet, & de effectibus immemorialis conſuetudinis, quæ priuilegio æquiparatur, &c. cum nu. ſeq.*

57 *Non cenſetur ſublata per verba generalia, & priuilegia item generalia certo loco, & perſonis conceſſa nō diminuuntur ex illis Verbis.*

58 *Præcedentia Canonicorum cum Parochis, & num. ſeq.*

59 *Maior cedit minori, qui in ſua domo eſt: in qua quilibet eſt Rex, & Princeps, & iſti cedere debent in domo aliena.*

60 *Abbas in cauſis proprijs præfertur Epiſcopo, & Inquiſitor, quando Epiſcopus eſt ſuſpectus.*

61 *Canonici, & cæteri Dignitates habentes in Capitulo, in actibus proprijs præferuntur omnibus. Conſuetudo ſpectanda in omnibus præcedentijs potiùs, quam ius ibid. & ſup. n. 13.*

62 *Presbyteris ſæcularibus etiam præferuntur, & Regularibus in proceſſionibus, nec non Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ Canonici Cathedralis, & ratio aſſignatur.*

63 *Canonici Collegiatæ non habent Dignitatem, nec præeminentiam da iure cōmuni, & ſi ex aliquo priuilegio habeāt, poſſunt eſſe Iudices Delegati, & in ſua Eccleſia cæteris præferuntur, ſicut Canonici Cathedralis.*

64 *Canonici coram Epiſcopis non ſuis, ſua inſignia ferre poſſunt de eorum licentia, & Abbates mozzettam coram Epiſcopo, & alia inſignia deferunt ſecundum ſua priuilegia, ſicut Canonici Regulares.*

65 *Canonici in proceſſionibus, & Synodo Abbates præcedunt, & alios, n. 66.*

67 *Canonici Supernumerarij, nec vocem, nec locum in Capitulo habent de iure.*

68 *Nec prouentus Eccleſiæ diuidi debent, & augeri, vel minui numerus Canonicorum, niſi auctis redditibus. Epiſcopus in ſubſidium ex ſuis redditibus diſtributiones Canonicis aſſignare debet, ſi non ſunt redditus, & prouentus ex Dignitatibus, & officijs, &c. ibid.*

69 *Antiquiores cæteris paribus proponendi, & Epiſcopus Canonicus quo in loco in Capitulo ſedere debet, & nu. 73.*

70 *Doctores Canonici de iure non Doctoribus præferuntur.*

71 *Sacerdos Canonicus poſteriùs receptus, an præferatur Clerico anteriùs recepto etiam ſtante conſuetudine, & quid ſi Canonicatus fuerit Presbyteralis nu. 72.*

73 *Epiſcopus factus Canonicus nomen Canonici retinet.*

74 *Monachus Abbas factus, Monachus erit, & creatus Epiſcopus inſignia, & habitum portare debet, & Senator electus in Imperatorem remanet talis, & Notarius factus Præſul, Baro alias habens dignitates, Auditor Cameræ factus Epiſcopus, & Iudex factus Præſidēs, vel maiores habens dignitates, & Dignitas maior minores non abſorbet.*

75 *Doctus vnus plùs prodeſt Eccleſiæ quàm decem indocti.*

76 *Nobiles non præferuntur ignobilibus, in Dignitatibus Eccleſiaſticis acquiſitis, ſicut Doctor nobilis Doctori ignobili nō præfertur, niſi ob antiquitatem.*

77 *Nobiles cæteris paribus an præferendi in acquirendis Præbendis, & Dignitatibus, nec Nobilitas ſanguinis refragatur, quæ ſola abſque virtute eſt Nobilitas ſtercoris, & fœtoris.*

78 *Nobiles ſunt guloſi, rixoſi, & luxurioſi, pluſquàm populares, & ſuperbia eſt commune nobilitatis malum, ratio aſſignatur, & reprahenduntur tales vitioſi.*

79 *Nobilitas ex virtute potior eſt, quàm generis claritas, & virtuoſi præferendi in dignitatibus, atque de Virtutis laudibus, quæ prodeſt, non Nobilitas ſanguinis, n.80, cum ſeq.*

81 *Studia, & Doctores appretiari debent in Republicis, nam his veuè Regna gubernantur.*

82 *Nobiles veri præſumuntur honeſtè vivere, & abſque ſuperbia, nec delectan.ur de ſordidis, aut mentiuntur ibid. & de requiſitis, & ſignis veræ nobilitatis.*

83 *Ignorantia, Paupertas, & luxus nobiles degeneres facit.*

84 *Oriundi in Canonicatibus acquirendis, dignitatibus, & officijs non oriundis præferuntur, etiamſi iſti magis idonei ſint, & de conſuetudine multarum vrbium, in quibus oriundi præferuntur.*

85 *De iure Diuino eſt concluſio, & Naturali Canonico, & Ciuili, ibid. & n.94.*

86 *Originarij origine propria, vel paterna præferuntur Ciuibus ex priuilegio, & quid concurrentibus his, ibid.*

87 *Statutum inhabilitans Ciues ad officia, & beneficia non valet, & rationes aſſignantur in ſequentibus, & Ciuitatis opprobrium, eſt, vt non ſint ciues apti, & virtuoſi.*

88 *Militiæ ſuæ fructum quilibet habere in ſua Ciuitate debet, & Conſanguinei teſtatoris non Conſanguineis præferuntur, in beneficijs acquirendis.*

89 *Spes multa operatur.*

90 *Doctorari quis ad præſens Idoneus poterit ſub ſpe futuræ diligentiæ, & ſtudij, & teſtes deponere poſſunt ſtuduiſſe ſtante habilitate ibid. & ſup. n.44.*

91 *Bona non debent extrahi extra Ciuitatē, & valet ſtatutum, ne quis exeat extra ſuam Vrbem, ibid.*

92 *Patriæ debitores ſumus, & ſupra Patrem.*

93 *Benefacientibus benefacere debemus, & Patria potiùs ſuos, quàm alienigenas alere, & fouere debet.*

94 *Pauperibus loci potiùs, quàm alienigenis Elemoſynæ ſunt tribuendæ.*

95 *Statuta, & leges ad commodum Reipublicæ trahi debent.*

96 *Ciues ſunt magis apti ad res ſuas, & ſuæ Patriæ faciendas, quam exteri.*

97 *Idoneus, qui nam ſit, arbitrio iudicis, & prudentis relinquitur, & quid ſit arbitrium.*

98 *Lector, qui ſcripta non habet non eſt eligendus in Lectorem, & qui libros compoſuit præferendus alijs, & de requiſitis ad Lectorem eligendū in ſeq. vt non ſit longus, in ſcriptis ſubtilis, &c.*

99 *Breuitas amatur in iure, & Lectores, atque Aduocati potiùs breues, quàm longi ſint.*

100 *Doctor, & Lector debent docere, quæ ab Auditoribus intelliguntur, nec leggere ad oſtentationem, & antiqua iura non non ſunt adducenda, & examinanda, ſed ſolum, vt non ignorentur attingenda, & quæ in praxi tractantur potiùs examinanda; noua magis placent, & delectant.*

*Doctores, & optimi Iuriſconſulti Theoricam, & quæ ad praxim conducunt, cognoſcunt, & præferuntur alijs, qui ad Cathedram ſolùm parati ſunt.*

101 *Subtilitates in iure aufugienda, & Doctores nimis ſubtiles reprahenduntur, ſicut & alij, qui plures loquacitates ponunt in ſcriptis, & extendunt plura iura ad idem attingentia pluribus argumentis.*

152 *Claritas, & ſimplicitas propria legum, & Scholaris, & Doctor vagus, Docti non euadent, ſicut & qui parùm ſtudēt nihil ſciunt, & laborioſa, eſt ſcientia virtutis, nec qui prima legum principia cognoſcunt ſunt vocandi iuris periti.*

103 *Doctores non exercentes officium, & malè exercentes ſunt vocandi Dolores, Aſini, &c. nec gaudent priuilegijs Doctorum, quia verè Doctores non ſunt, & de pœna vſurpantis officium, & nomen Docto-*

*Doctoris cum alijs notabilibus.*

104 *Requiſita Doctorum, & Lectorum ex Romano ponuntur & n.105. & 106.*

107 *Scholarium frequentia nõ facit, nec arguit Doctorem eſſe egregium, & vſuram committunt mutuantes pecuniam ſcholaribus, vel alijs, vt ſuum impleant auditorium, & infames ſunt, & reſoluitur obiectio ſi non poſſunt ſeruari requiſita in eligendo idoneo ad officia propter propinquitatem, amicitiã, & diuitias, quæ validiora ſunt hodie in electoribus.*

108 *Coadiutor quid? & quibus dari poteſt.*

109 *Coadiutores, aut ſunt tẽporales, aut perpetui, & de ætate requiſita tàm in Coadiutore, quam Coadiuto.*

110 *Papa ſolus has Coadiutorias concedit, & fictè Canonicus dicitur Coadiutor.*

111 *An in vita habeat honores, & inſignia Coadiuti etiam eo præſente, & referũtur Declarationes S.Congreg. nu.112. & rationes n.113.*

114 *Coadiutores in abſentia principalium ſedere debent in vltimo loco, & ratio aſſignatur, niſi eſſent Coadiutores Dignitatum, vel Canonicorum Presbyterorum, &c.*

115 *Non ſunt verè beneficiarij, ideò officium diuinũ nõ recitant, nouamque capiunt poſſeſſionem mortuo Coadiuto, & ſeruire tenentur, aliàs diſtributiones non percipiunt.*

116 *Fidei profeſſionem non emittunt, niſi mortuo Coadiuto, nec ad reſidentiam tenentur, niſi quatenus lucrantur diſtributiones, & de bonis ſuis vacantias ſoluunt cum n.ſeq.*

117 *Onera Coadiuti habent, & an ætatem Presbyteri habere debeant.*

118 *Ordinari quis non poteſt ad titulum Coadiutoriæ, & tenetur portare habitum Coadiutor, & tonſuram; Beneficiarius habitum non portans gaudet fori priuilegio ibid.*

119 *In Sacris ordinibus conſtitutus, omnia facit ſicut Canonici, & ei ſeruiunt iſti prout Coadiuto ſeruire tenerẽtur ibid. ex S.Cong.*

120 *Parochus quid, & Parochia, à quibus erigi poſſunt, & diuidi n.121. & 22. de Authoritate Parochi 123.*

124 *Habet ius decimarũ, & vnire debet domiciliantes in matrimonium.*

125 *Libros de baptizatis, & confirmatis tenere debet, & de decentibus in ſua Parochia, nam ex eo libro mors probatur; & reſidere tenetur, nec abeſſe, niſi ex bimeſtre cum licentia Epiſcopi ibid.*

126 *Cauſæ excuſantes Parochũ à reſidentia, & de ſubſtitutis Parochi, quibus danda eſt congrua portio ex fructibus Parochiæ n.127.*

*Electus ad Parochiam amplius examinari non debet, & ſi Coadiutor Parochi perpetuus alios ſubſtituere poſſit ibid.*

128 *AEtas ad Parochos eſt 25. annorum, & ſi intra annum non promotus priuari poteſt.*

129 *Præcedentiæ Parochorum inter ſe, & cũ Canonicis.*

130 *Candelas, vel alia an poſſit petere Parochus ob ſepulturam, remiſſ. & Legatũ relictũ Eccleſiæ generaliter an debeatur Parochiali, ſicut Oblationes factæ imagini depictæ in Parochia, vel loco in parietibus, & ambitu illius ibid.*

131 *Miſcellanea alia de Parochis, & eorum poteſtate.*

1 PEtes primò, quid ſit Capitulum? Reſponſum dabis quod licèt variè hoc nomen (Capitulum) ſumi poſſit, & varios habeat ſignificatus, nam in dies Citamus Capituli nomen, quod oſtendit Tex. Decretalium, & iuris Canonici, necnon & Capitulum paruum caput ſignificat, & eſt diminutiuum nominis, caput. hìc vero nomẽ, Capitulum, ſumitur pro quadam Congregatione Canonicorum, & de ea loquimur, cum Papa *in Rubr. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capitul.* aliàs etiam pro Congregatione Sæcularium accipitur. *c. Capitulum Sanctæ Crucis, de reſcript.* & pro Capitulo Religioſorum ſeu vnione illorum, *c. edoceri de reſcript.* appellatione

tamē Capituli non venit Prælatus, *gloſ. in Clem. 2. de ætate, & qualitate verb. in eiſdem,* niſi in fauorabilibus, & larga ſignificatione, *Barboſa in appellatiuis verb. Capitulum,* neç alij beneficiati, ſed ſoli Canonici, *Farinacius, Abbas, Rota Romana apud eundem Barboſam citatum.* cum alijs.

2 Petes ſecundo quid ſit Canonicus, & quid Canonia? Poſt dignitates in Eccleſijs, & etiam poſtquā enumeraui perſonas habentes dignitates, & iuriſdictionem in illis; de alijs perſonis habentibus prærogatiuas, & honores in eiſdem dicendum eſt. & hi Clerici dicuntur primi gradus, vt ſunt Canonici. de Clericis, & Eccleſiaſticis ſecundi gradus, vt ſunt ſimplices Sacerdotes, & Clerici dicam infra alia ſequenti Deciſione, modo de Canonicis. Antequam perueniās ad eorum cognitionem.

3 Scias dari alias perſonas dignas, & dignitates licèt impropriè habentes (vt ex dictis ſupra *Deciſ. 7. de Epiſcopis n. 9. & 10.* vel ex priuilegio, vel quia ita vulgo nuncupatur, & in Curia, & extra Curiam Romanā præter Canonicos, [qui ſolummodo in Cathedralibus, & Collegiatis dicuntur dignitates modo explicato habere, ſeu perſonatus.] In Curia ſunt Referendarij Papæ, vtriuſq; ſignaturæ quorum priuilegia enumerat multa decidendo *Sixtus V. in Conſtit. quemadmodum, data die 10. Octobris* 1586. & etiam officium, & numerum eorū ad ſeptuaginta vſque ad centum extendit ex diuerſis nationibus, &c. qui gaudent priuilegijs exemptionum, & ſolum ratione beneficiorum, quæ habent ſubſunt locorum Ordinarijs, *Trid. ſeſſ. 24. de ref. cap. 11.* vbi *Barboſa, Gallemart, & Bellarminus, cum Salgado de ſuppl. ad Sanctiſſimum part. 2. cap. 15.* & præſunt Canonicis, & Dignitatibus, *Barboſa ſup. dicto Concilio num. 5. & de Vniuerſo iur. Eccl. tom. 1. cap. 22. alia de Referendarijs adducit.*

4 Accedunt his Protonotarij, ſeu Sedis Apoſtolicæ Notarij, qui ſedent in Cappella in banco poſt Epiſcopum, & deſeruiunt ad conſcribenda Sanctorum geſta, & proceſſus efformandos pro informationibus ad Canonizationem alicuius Sancti, &c. & hi hodie ſunt XII. *ex Conſtit. Sixti V. Romanus. dat. anno* 1585. ibi, de eius priuilegijs, & prerogatiuis vſu di inſignijs Epiſcopalibus, &c. alios vero per orbem extra Curiā videmus Protonotarios, quos etiam in dignitate cōſtitutos eſſe declarant literæ ſuæ facultatis, ſed de numero illorum aliquid nō decidūt, iura, ideo nō participātes ſeu extraordinarij dicuntur, & exempti à Iuriſdictione ordinarij, & de varijs eorum prærogatiuis tractat *Barboſa citatus cap. 23. & de Poteſt. Epiſcop. alleg. 74. nu. 30. & in collec. ſuper Concil. Triden. ſeſſ. 24. de ref. c. 11.* vbi docet, quod ſubſunt poteſtati Epiſcopali in criminalibus, & ciuilibus excedentibus ſummam 25. ducatorum ſunt exempti quia Concilium citatum derogauit criminalibus cauſis non ciuilibus; *idem Barboſa,* & gaudent priuilegio fori, etſi Eccleſiæ non deſeruiant, *idem in Canonicis deciſionibus verb. Protonotarius,* Dantur etiam Auditores Rotæ, Clerici Cameræ, Camerarij, Theſaurarij, Vrbis Gubernatores, & alij de quibus præter *Tholoſanum Gregorium Syntag. iuris lib. 15. cap. fin. tractant Zechius de Ref. Eccleſiæ tit. de Prælatis, & Iordanus in elucub. Rom. tom. 9. tit. 3. num.* 15. & 39.

5 Extra Curiam etiam prærogatiuam habent in Eccleſia Primicerius, ſeu primus in Choro, vulgo Cantore, *c. 1. de offic. Primicer.* Theſaurarius, ſeu Cuſtos Eccleſiæ, *c. 1. de offic. Cuſtod.* & lector Scripturæ, ſeu Magiſter Scholæ, *Triden. ſeſſ. 23. de refor. cap. 18.* quibus addas Prioratum Sæcularem, *c. licèt Canon. de elect. in 6.* & Prior Eccleſiæ ſæcularis dicitur, qui curam habet animarum in aliqua Eccleſia, vel etiam titulū ſecularē, ſed Priores Regulares nō ita, vt Priores Sācti Ioānis Hieroſolymitani, & alij, qui quia innumeri nec de eis dari poteſt certa regula, ideo ſecundum Conſuetudinē locorum, & Inſtitutiones ſuas iudicandum erit, *c. cum olim 6. de Conſuetud. Sebaſtianus Caſar de Eccl. Hierarch. quæſt. [illegible] num. 10. & n. 5. & diſp. 12. [illegible] de primicerijs Magiſtro Scholæ, & Præpoſitis tractat, ſicuti Diſp. 13. de Prioribus, cum Barboſa ſupra citato*

*tom. cap.* 20. qui priores Hieroſolymitani veniunt Ordinariorum nomine, *Rota recent. deciſ.* 493. *nu.* 5. *Barboſa in appell. verb. Ordinarius n.* 3.

6 Redeundo à quo diſceſſimus ad petitionem in *n.* 2. da reſponſum, quod hoc nomen, Canonicus, idem ſignificat, quam primus in Eccleſia deſcriptus, ſicut harmonicus dicebatur antiquitus, qui primas partes in iudicando habebat; ita Canonici primam partem Canonis, ſeu ærarij Eccleſiæ capiunt, ex verbo Canonia, quod eſt Ius proueniens ex electione, & receptione in fratrem, *Gloſ. in c. cum M. Ferrarienſis de Cõſtit.* ex qua oritur præbenda Canonicalis, quæ prouenit, & eſt annexa cum perſonatu, *c. dilecto de præbend.* & ius ſedendi, vocis, oſculum pacis, *c. pro illorum de præbend.* percipiẽdi fructus, *c. ex parte de conceſſ. præbend. DD. in c. cum M. Ferrarienſis de Conſtitut, Cotonius cõtrou. iuris controu.* 6. *cap.* 2. *nu.* 21 *lib.* 6. *Azorius tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *q.* 1, & præbendati dicũtur etiã, quia in Eccleſijs exigunt redditus, & habent beneficium in illa, cum præbenda beneficium ſit, vt docẽt nonnulli, *& dicam lib.* 2. *cum de beneficijs, deciſ.* 1. præcipuè ſi Canonicatui annexa ſit, *c. in noſtra* 32. *vbi Barbatia nu.* 28. *& Abbas in* 2. *notabili, de reſcriptis*, & Canonicatus ſi præbenda careat beneficium Eccleſiaſticum non eſt ſtante conſuetudine communiter recepta, ideò ad diſtributiones non veniunt tales Canonici; nec aliquo honore fungi poſſunt, *Cæſar. citatus diſp.* 12. *in fine num.* 50. quidquid ſit de iuris rigore, vt idem perdoctè notat; quo attento diſputabilis eſt materia, *ex d. c. in noſtra, & c. ſtatutũ de reſcrip. in* 6. *§. dilectus de præben. &c.*

7 Canonici vero alij ſunt Eccleſiæ Cathedralis alij Collegiatæ, ſed Eccleſiæ Cathedralis ſunt digniores alijs, qui talitèr nũcupati ſunt, quia propriè Capitulum non efformant, ſed Collegium Clericorum ad diuina officia recitanda, &c. non enim omnes Eccleſiæ Cathedralis, vel Metropolitanæ nomen habent, *arg. §.* 4. *de offic. legat.* horum inſignia varia ex varijs priuilegijs. Sic Herbitana Eccleſia in Sicilia *Meſſanen.* Diœceſis ex Bulla Leonis X. & aliæ, varia habent priuilegia, & aliquando ius eligendi, vt illi dictæ Eccleſiæ Herbitanæ inter ſe electiones Canonicatus faciunt, *ex d. Bull. Leon.* & confirmatur electio facta ab Ordinario loci, & ſunt in quaſi poſſeſſione, ex Immemoriali tempore huius priuilegij, & electionis cum ſupradicta confirmatione, & licèt ibi ſint duæ Collegiatæ Eccleſiæ, vna quæ eſt in Eccleſia S. Nicolai, altera in Eccleſia S. Mariæ Maioris, hæc *Bulla Leonis Papæ* fuit conceſſa Eccleſiæ S. Nicolai, quæ hæc priuilegia habet, de quibus Eccleſijs loquitur, *Cotonius nouiter in ſuis Controuerſijs controu.* 6. *cap* 2. *de Parochis, Canonicis, &c.* qui eſt eiuſdem oriundus Ciuitatis Nicoſiæ, & hanc poſui Eccleſiam ad exemplũ aliarum Eccleſiarum Collegiat. quæ ſunt ad diſtinctionem Eccleſiarum Cathedralium, in quibus ſunt Canonici diſtincti ab iſtis, & ſua habent priuilegia, vt Canonici Prothometropolitanæ Eccleſiæ Meſſanenſis ex Bulla Iulij III. & aliorum Pontificum priuilegijs, vtuntur Mitra, albis calciamentis, ſicut Epiſcopi, alijſque præeminentijs; quia poſt Epiſcopum in Diœceſi locum, & in Cathedrali etiam authoritatem habent, & poteſtatem maximam circa beneficia, & alia, vt praxis demonſtrat.

8 Senatores Eccleſiæ vocauit Canonicos Hieronymus, *in c. Eccleſia* 16. *q.* 1. Ideò quatenus vnum corpus faciunt, & Capitulum, multa facere poſſunt, vt dicebam *deciſ.* 3. *de Conſtitut. n.* 48. etiam ſine Epiſcopo in rebus minimis, & ad Capitulum pertinentibus, ſicuti & Epiſcopus multa facit ſine Capitulo, *c.* 1. *de his quæ fiũt à Prælat. ſine Capit. & cet.* ſed aliquando requiritur aſſenſus Capituli.

9 Primò in adminiſtratione rerum Eccleſiæ; *c. quanto de his, quæ fiunt, &c.* licèt ſecus ſit de conſuetudine, ſeu abuſu. Secundò in alienatione rerum Eccleſiæ, *c.* 1, *ibid.* Tertiò in vniendis dignitatibus Eccleſiaſticis, vel Eccleſijs, aut donationibus Religioſo loco, *c. sua nuper ibid. Trident. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 5. ibi *iuxta formam iuriſ. Clem. fin. de reb. Eccleſ. non alien.* Quartò in ſuppreſ-

preſſione Canonacatuum, & beneficiorum, *c. cum acceſſiſſent de Conſtitut.* Quintò in omni negotio præiudiciali Eccleſiæ Cathedralis, *c. fin. de maior. & obed.* & intereſſe Capituli, & quæ ſpectant ad Capitulum, & Epiſcopum ſimul, quod à iure, & priuilegijs, vel conſuetudine introductum eſſet, *Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de reform.*

10 Neque ſolum authoritatem, vel conſenſum, ſed conſilium à Capitulo in omnibus rebus grauioribus, & gubernatione Eccleſiæ facienda capit prudens Epiſcopus, *c. nouit. de his quæ fiunt, &c. c. fin. 1. q. 5.* & Canonici ab eodem honorandi ſunt; vbi enim requiritur illorum conſilium, & fuerit aliquid factum ab Epiſcopo, non ritè factũ dicitur, *c. paſtoralis ibid. & d. c. quanto*, atq; in domo ſit Collega Sacerdotum, *c. Epiſcopus 95. diſt.* ibi *intra domum verò Collegam ſe Presbyterorum eſſe cognoſcat, ex Concilio Cartaginenſi, & S. Greg. vt habetur in c. cum Paſtoris 2. q. 7. præſenti Decreto conſtituo, vt quidam ex Clericis, vel etiam ex Monacis, electi miniſterio cubicali Pontificalis obſequẽtur, vt is qui in loco regiminis eſt, tales habeat teſtes, qui vitam eius in ſecreta conuerſatione videant, qui ex viſione ſedula exempli profectus ſumant, & adducit gloſ. in c. nulli Epiſcoporum de accuſat.* iuxta illud etiam *Eccleſ. 36. quam ſpecioſum canitiæ indicium, & à Presbytero cognoſcere Conſilium, & cap. 8. cum extraneis conſilium non habeas.*

11 Sede verò vacante creant Vicarium Generalem, qui habet omnem iuriſdictionẽ Epiſcopalem, [quam habet ipſummet Capitulum infra octo dies, & antequam creatur Vicarius ab eo. Siuè vacet Sedes ob mortem, ſiuè ob translationem, vel alio modo. *Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 16.*] & intra octo dies, aliter ad Metropolitanum ſi Eccleſia eſt ſuffraganea, vel ſi non eſt ſuffraganea, ad vetuſtiorem ſuffraganeum, aut viciniorem Epiſcopũ deuoluitur electio, *Trid. ſupra cit.* quod etiam ponit conditiones requiſitas in Vicario Capitulari, vt nimirum ſit Doctor in iure, vel licentiatus, vel aliàs idoneus, quantum fieri poteſt: & hìc ſiuè de Capitulo, ſiuè extra, ætatem habeat ſaltem 23. annorum, *vt Sacra Congregatio Cõcilij data ſub die 11. Auguſti 1614. & alia Congregatio Cõcilij ſub die 28. Auguſti 1621.* quæ cenſuit Doctorem Theologum non poſſe eſſe Vicarium Capitularem; ideò Tridentinum loqui de Doctore Canoniſta, qui nobilior; & practicus, quas adducit *Barboſ. de iure Eccleſiaſt. to. 1. cap. 32. nu. 53. & ſuper dicto capitulo Triden. num. 31.* & qui Doctor non eſt creari poterit, ſed poſtea conſultorem eligere priuatum debet, ergò dicas Canonicum non Doctorem paſſiua voce priuatum eſſe, nec eſt in concurſu cum alijs, *vt verba Tridentini docent*, ibi [*qui ſaltem in iure canonico ſit Doctor, vel licentiatus*] non exiſtentibus verò Doctoribus, aliàs idoneum creare poſſunt Canonici, qui eligere debet conſultorem, & hoc importat dictio, *aliàs*, poſita in textu, *arg. l. qui teſtamento §. mulier ff. de teſtamentis, Narbona ann. 25. quæſt. 10. n. 5. Mantica deciſ. 316. nu. 1.* & quod Doctor Theologus non ſit admittendus, notaui etiam ſupra hoc libro, *deciſ. 2. n. 28.*

12 Inter Canonicos ſunt Decanus, qui præcipuus in Capitulo eſt, *Gloſ. in c. cum inter de elect. verſ. decanum.* Sicuti etiam inter Cardinales eſt Decanus, & etiam inter Rotæ Auditores, in Collegijs, &c. ideò primum tenet inter illos locum poſt Vicarium tamen, vt ex dictis ſupra *deciſ. præced.* colliges, & adeſt *Decretum Congregationis in vna Placentina. datũ 19. May 1607. &* Talis dicitur Decanus, quia præeſt decem viris, vel pluribus ex conſuetudine, *Thor. comp. deciſ. Neapol. part. 2. verſ. præcedere an debeat omnino Decanus*, qui plura congerit circa præcedentiam Decani Capitularis, & Decani Collegij, concurrentis etiam cum Præſidente, & Conſiliarijs, vt omnibus præferantur de Collegio, & Capitulo, quia antiquiores, & digniores reputantur, Regeſque ipſi, & Imperatores, qui licèt vbique præcedant Cardinales vti ſingulos, in Conſiſtorio tamen, & Cappella Papæ locum habent poſt antiquiorem Cardinalem Presbyterũ, *Cratian. diſcep. foren. cap. 111. num. 6. & cap. 298. nu. 27. vt adducit idem Thorus.*

13 Poſt

13 Poſt eum de Praxi communi, & Conſuetudine venit Archidiaconus, qui Princeps Miniſtrorum dicitur, & oculus Epiſcopi; *Gloſ. in c. Diaconi verſ. oculi 93. diſt.* licèt de iure antiquo prima dignitas in Cathedralibus dicebatur Archidiaconus, hodie Praxis contraria eſt, & communis fere conſuetudo, *DD. in c. ad hæc verſ. ſecundum de offic. Archidiac.* quæ inſpicitur in hac materia præcedentiæ, vt teſtatur *Garcias 3. p. cap. 4. num. 26. & 5. parte cap. 1. nu. 256. Cæſar de dignitatibus Cathedralibus diſp. 12. §. 2. n. 11. Barboſa de Decano tom. 1. vniu. iur. Eccl. cap. 26. Ferrus de præcedentijs quæſt. 18. num. 1. & quæſt. 21. num. 1. & melius quæſt. v. num. 2. & ſeq.* quod ſi illa non eſſet, attendenda ſunt Verba Papæ in conceſſione, & primo nominatus præfertur, *idem n. 5. & 6.* & in dubijs præfertur Archidiaconus, quia iſte prærogatiuas varias habet, & vocatur Epiſcopi oculus, vt ſupra, *Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* maior poſt Epiſcopum, *Grammaticus deciſ. 64. num. 2.* in Dignitate conſtitutus, *Baldus conſ. 187. lib. 1. arg c. perlectis 25. diſt. cap. 1. vbi Barboſa, & omnes Canoniſtæ de off. Archidiaconi*, an verò præcedat Vicarium Generalem, *ſupra in præcedenti deciſione dixi nu. 11.* requiſita ad Archidiaconatum ſunt regulariter ad Canonicos neceſſaria, de quibus infra.

14 Primicerius etiam, ſeu Cantor eſt in Capitulo, de quo *in titulo de officio Primicerij*, & talis dicitur, quia primus ſcriptus erat in cera, hic non neceſſario Canonicus eſſe debet, neq; locum habet in Canonicis, & eorum inſignia; ſed ex locorum Conſuetudine variè decidendum, vt dicebam, de iure tamen ſi Canonicus eſt, locũ habet poſt Archidiaconum, *DD. in tit. cit.* niſi adſit Archipresbyter, qui poſt Archidiaconum primum locum tenet, *c. vlt. de offic. Archipresb.* & primus presbyter dicitur.

15 Sicut Archidiaconus primus Diaconus, & curam habet de omnibus Presbyteris, & Eccleſia Cathedrali, & multa priuilegia de iure communi, *c. officium eod.* vt excommunicare, *c. cum ab Eccleſiarum de offic. ordinarij, c. Romana de ſent. excom. in 6.* curam quæ animarum habere, & iuriſdictionem, *c. 2. & c. Archidiaconis de off. Archidiaconi, &c.* quæ hodiè ſunt ſublata, *vt ex Zerola, Zechio, Azorio, & alijs notat Cæſar citatus num. 9. & 12.* nec Dignitatem habere dicuntur iſte, & Primicerius, quia non habent iuriſdictionem, *idem num. 11. arg. Extrauag. execrabilis de præbendis*, ſicuti de Canonicis ſupra *deciſ. 7. nu. 11.* ideò omnes tàm Canonici ſimplices, quam alij, perſonatum habere dicuntur, *Fabricius in titulo de beneficio cum dignitate nu. 59. Rebuffus de ben. tit. ſæcul. benef. quotuplex nu. 9. cum alijs citatis à Cæſare diſp. 12. § 3. num. 11.*

16 Quod ſi aliquos contrarium dixiſſe inuenies, *ex c. ſtatutum de reſcriptis in 6.* dicas locutos eſſe in larga ſignificatione, *Felinus in c. Paſtoralis de off. deleg. Riccius in praxi aurea reſol. 349. n. 4. Maceratenſis var. reſol. lib. 3 reſol. 11. n. 19. Homob. de ſtatib. hum. vitæ part. 1. cap. 9. Ferrus noniter de præcedentijs quæſt. 10. num. 2.* nec *tex.* citatus hoc affirmat, ſed contrarium, ibi *Sancimus igitur, vt nullis, niſi in dignitate præditis, aut perſonatum obtinentibus, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonicis; cauſæ Authoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum eiuſdem de cætero committantur.*

17 Et de Primicerio, Præcentore, & Magiſtro Scholæ, quod non habeant dignitatem *tex.* citatus demonſtrat, & ſequitur *Alex. conſ. 77. vol. 2. nu. 5. Grammaticus deciſ. 64. num. 6. ex c. cum acceſſiſſent de conſtit.* ibi *Primiceriatus eſſet officium*, licèt *ex c. ad aures de reſcriptis, & c. cum olim de conſuet.* cõtrarium prima facie appareat pro Primicerio, vt ſit dignitas, ibi, *ad aures noſtras peruenit, quod plerumque Decani, Archidiaconi, Præcentores, vel alij Eccleſiaſticis præditis dignitatibus, & in d. c. cum olim, ſtatuentes, vt Præcentor taliter inſtitutus in ſeſſionibus, proceſſionibus, & alijs illam haberet in London Eccleſia dignitatem, quam habent alij Præcẽtores in alijs Eccleſijs Anglicanis*, quos textus ad literam ſequuntur, *Barbat. conſ. 39. n. 1. vol. 1. & lib. 2. conſ. 5. Botcus de Synodo 3. part. n. 26. Menochius conſ. 190. vol. 2. n. 5. Moneta de conſeruat. cap. 5. num 93. Innoc. in rub.*

*in rub. de primicerijs, & Abbas, Redoan. in trac. de ſimon. cap. 19. num. 7. & alij* docentes Primicerium, & Magiſtrum Scholæ dignitatem habere.

18 Quæ iura, & Doctores diſcordantes concordes prout ſupra, quod loquuntur de dignitate largo ſumpto vocabulo, & impropriè, nam dignitas propriè conſideratur in habentibus iuriſdictionem, *arg. c. de multa de præbendis, c. 1. de conſuet. in 6. Moneta, qui ſupra cap. 5. n.* 84. vel ſi ex conſuetudine introductum ſit, vt Primicerius, & Magiſter Scholæ, aut Præcentor, inter perſonas conſtitutas in dignitate ſint, quo caſu eſſe poſſunt Delegati S. A. & Conſeruatores, *Grammaticus deciſ. 64. nu. 7. Alex. ſupra citatus, Boerius deciſ. 286. n. 7. Oldrad. conſ. 146. n. 2. Moneta num. 101. Ferrus de præcedentijs quæſt. 30. nu.* 3. nam conſuetudo potens eſt hoc facere, *Valenz. conſ* 33. *nu.* 89. *Boteus de Synodo 3. part. n. 26. vt ſupra dixi n.* 12. ſicut & Priuilegium Papale, vt loquitur *tex. in d. c. cum olim*.

19 Idē diſcurras de Succentore, ideſt de inferiore Cantoris, qui nimirùm canendo reſpondet, *c. Cleros 21. diſt. c. perlectis 25. diſt*, nam locum ex conſuetudine introductum habere debet, *Ferrus citatus in fine*.

20 Et circa officiū Archipresbyteri decidas, quod aut eſt Ciuitatis in qua eſt Epiſcopus, & habet iuriſdictionem, & poteſtatem ex Conſuetudine datam, & ſtylo Epiſcopalis Sedis: aut eſt Archipresbyter ruralis, & præter officium parochiale, (quia Archipresbyter eſt Parochus) habet authoritatem regulatam ab authoritate Epiſcopi, & quam ille dare voluerit, *c. cum ab Eccleſiarum de offic. ordinarij, Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. n.* 21.

21 Sed vt aliqua dicam circa nomē Archipresbyteri, & eius præcedentiam, omnibus notum eſt, quod talis dicitur quaſi (primus Presbyter) ſicut Archidiaconus, primus Diaconus, & Archiepiſcopus Princeps Presbyterorum, *c. fin. de off. Archipresbyteri*, vbi habetur etiam, quod Archipresbyter poſt Archidiaconum primum locum tenet, ſed intelligas in his, quæ ſunt contētioſæ iuriſdictionis, *ſi adſunt, Barboſ. in c. 1. & in c. ad hæc de off. Archidiaconi, Cæſar diſput. 12. de dignit. Cathedral. §. 2. n. 7. & §. 1. nu.* 3. at in diuinis miniſtrandis Archipresbyter Ciuitatenſis ſuperior eſt, & Archidiaconos præcedit, *gl. in c. 1. de off. Archipresbyteri, Gamma deciſ. 1. nu. 47. Felinus in rubrica de maior. & obed. num. 1. Menochius conſ. 52. n. 100. & conſ. 51. n. 56. Contelorius de præced. nu. 63. Barboſa cit. in d. c. 1. & Cæſar, Tuſcus, Verb. Archid. n. 13. & 14. in concl. iuris, Genuenſis in praxi Archiep. cap. 52. nu. 1. Riccius in praxi præced. deciſ. 581. in fine.*

22 Niſi Archidiaconus Presbyter eſſet, quo caſu in omnibus præcedit Archipresbyterum; *Ferrus de præced. quæſt. 5. n. 13. & quæſt. 6. nu.* 2. quod non approbo: nam de iure, & conſuetudine, Archipresbyter eſt poſt Epiſcopum in adminiſtratione diuinorum primus, *c. qualis §. Archipresbyter 25. diſt. c. 1. de off. Archipresbyteri, Abbas in c. omnis de pœnit. & remiſſ. Boerius conſ. 22. vol. 1. Menochius conſ. 52. n. 39. &* 40. coque abſente Miſſas ſolemnes celebrat, benedicit, & alia munera loco Epiſcopi facit, *c. perlectis 25. diſt.* ibi, *& quādo Epiſcopi ſui abſentia cōtigerit, ipſe vice eius Miſſarum ſolemnia celebret, d. c. 1. & c. 3. de off. Archipresbyteri*: & ita præeſt Archidiaconus ſolùm in rebus contentioſæ iuriſdictionis, & quoad dignitatem; non in diuinis, & quoad ordinem, *d. c. 1. vbi gl. verſ. ſubeſſe.* modo prout ſupra.

23 De alijs dignitatibus dicas, [quod licèt ipſe ſit in dignitate conſtitutus *d. cap. 1. & 2.*] non tamen præcedit Decanos, niſi contraria adſit conſuetudo, *Alexander conſ. 142. num. 4. & 15. vol. 6. Ferrus de præced. quæſt. 6. nu.* 3. vel ſit in quaſi poſſeſſione primæ dignitatis, quod probari poteſt ex enūciatiuis Papæ, teſtibus antiquis, & ex actibus iuriſdictionalibus, vel ſpecialibus pertinentibus ad primam dignitatem, & ſimil. *Rota Rom. in nouiſſ. Orani deciſ. 585. part. 4. Marta in ff. nouiſſimis ſuis V. Archipresbyter cap. 5. & in vna Auellina Archipresbyteratus ſub die 6. Aprilis anno 1590. apud Peniam deciſ.* 80. *nu.* 1. alios verò Præpoſitos, Cantores, Primicerios, & Præcentores

præ-

præcedere non dubitatur, ſicut & Canonicos, omneſque habentes peæeminentias, officia, vel perſonatus, *Tuſcus citatus, Caſtrenſis conſ.66. n.4. lib.1. Grammaticus deciſ.64.n.4.Menochius conſ.52.n.87.Seraphinus deciſ.420.n.2. Ferrus citatus n. 5. Cæſar diſp. 12. §.2. nu. 11.* & poteſt eſſe executor gratiarum, *Riccius in praxi aurea reſol.287. nu.2.* & Conſeruator, *Moneta de conſeruat. cap.5. n.89.* quia eſt in Dignitate conſtitutus; *arg. c. ſtatutum de reſcriptis in 6.* & dignioribus præeſt, *Menochius cõſ.52. n.85.* an verò præcedat Vicarium Generalem, vel Capitularem; dicas de iure quod non, niſi in actibus pertinentibus ad officium ſuum, *vt ſupra deciſ.9.n.11.dixi*; de Conſuetudine verò, ſecundùm eam decidas, vt in Eccleſia Paduana Archipresbyter Clericos ſuæ Eccleſiæ corrigit, punit, & ordinandos examinat, prouiſos inſtallat, aliaq; plura facit, & Vicarium præcedit, vt teſtatur *Menochius citatus*.

24 Rurales etiam Archipresbyteri, & Plebani an dignitatem habeant controuertitur inter Doctores; rurſùs ſi eis committi poſſunt Cauſæ Apoſtolicæ, & fieri Conſeruatores? & diſputando concludit *Ferrus de praced.cit.n.6.* quod habent dignitatem ſaltem largè, *ex c. vt ſingula de off. Archipresbyteri, c. cum ab Eccleſiar. de off. ordin. c. ex literis de conſang. & affin.* ex quibus colligitur, quod habent iuriſdictionem Ordinariã, & ſunt Prælati, atque Præſides ſuarum terrarum, & locorum, poſſuntque minora negotia decidere, tanquam habentes iuriſdictionem, & grauiora referre, ergo habẽt aliquam dignitatem, *arg.c.1. de conſuet. in 6.l.1.ff.de procur.Menoch. conſ.784. n.2.Tuſcus citatus, Verb. Archipresbyter num.9.cum ſeq.* & præeminentiam, *Rota Romana 1. de off. Archipresb.in nouis, Guglielmi Herbort. poſt Martam in ff. nouiſſ. V. Archiep. cap. 3.* præcipuè ſi eis ſubſint Cappellæ, aut Eccleſiæ Parochiales, vel Collegiatæ, *Gonſal. ſuper reg.8. Cancell. gl.5. nu.62.* in quibus ipſi primum locum etiam tenent ante omnes ſuæ Eccleſiæ Presbyteros, & ante Vicariũ Foraneum de iure, *Barboſa in coll. ſuper c. 2. de off. Primiceriy n.8. Boerius de Auth. magni Conſiliy nu.84.* in alijs verò Eccleſijs, & Cathedralibus, ſi fortè reperiantur, non ita *Ferrus citatus nu.7.* idem in proceſſionibus cõcurrentibus cum Presbyteris alterius iuriſdictionis, & Eccleſiæ, in quibus locus nõ debetur Archipresbytero, ſed Clericis, & Sacerdotibus Collegialiter congregatis ad funus, vel ad proceſſiones, *Decianus reſp. 67.vol.2.* nam eſt præferendus inter ſuos de ſua Eccleſia, non alijs, *Boerius cit. n.79. Ferrus n.8.* & in ſua Eccleſia non in alijs.

25 Quod ſi duo Archipresbyteri rurales, vel Ciuitatenſes reperiantur extra ſuũ territorium quis præferendus ſit; diſcurras *pro vt ſupra dixi de Epiſcopis deciſ.7.n.103. & 104. & de Vicarijs deciſ.9.n.13.* & ſi vnus eſſet Archipresbyter, & Plebanus in capite, & alter Vicarius ſolùm Parochialium, *Rota Romana in nouiſſ. Lancell. part.2. deciſ.326.* decidit quod ille præferendus, & ſequitur, *Marta in ſuis digeſtis nouiſſ. Verb. Archipresbyter num.1.* atque in Synodo, & Concilio Prouinciali prælatio inter hos deſumitur ex conſuetudine, vel Statutis Epiſcopalibus, quibus non exiſtentibus ad accidẽtalia cuiuslibet perſonæ recurrendum eſt, puta Doctoratum, Antiquitatem Eccleſiæ, Perſonatum, Dignitates, &c. *Quaranta in ſumma Bull. Leonius, & alij, poſt Barboſam ſuper Cõcil. Trid. ſeſſ.24. de ref. n.14. & de off. Epiſcopi alleg.93. nu.16. & per totam, poſt tex in c. Epiſcopus in Synodo 35. q.6.*

26 An vero poſſint eſſe Delegati Apoſtolici; & concludas quod ſic, ſi Collegiũ habeant, *Rebuffus in praxi Cancell. Apoſtolicæ folio mihi 407. §. circa qualitatem, Moneta de conſeru. cap.5. n.90.* ſicut & Conſeruatores, *c. fin. de off. deleg. in 6.* vbi Papa enumerans perſonas, quæ poſſunt eſſe conſeruatores ait *de catero deputari non poſſint, niſi Epiſcopi, vel eorum Superiores, aut Abbates, ſeu dignitates in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis habentes, Moneta ſupra citatus, & Barbo. de off. Epiſcopi alleg.106. n.8.* & circa hæc nõ erit Archipresb. ſubditus Epiſc. ſed tanquam Delegatus Sedis Apoſtolicæ appellatio fieri debet ad quem ſpectat pro vt

N ſupra

ſupra *deciſ.7. de Epiſcopis dicebam*: neque obedire tenetur, & ſeruare Synodum ſui Prælati, ſi in ſuo diſtrictu, vel Collegio recepta non fuit, *Rota Rom. apud Martam in dictis digeſtis ſuis nouiſſimis, Verb. Archipresbyter cap.*8.

27 Alia circa horum poteſtatem regulari poterunt ſecundum facultatem, & poteſtatem ab Epiſcopo datam, aut ex officio Parochi, de quo infra in fine huius deciſionis *: arg. c. cum ab Eccleſiarum 3. & c. inter cætera de off. ordinary, ex verbis, vndè præcipimus, tam in Cathedralibus, quàm in alijs Eccleſijs, viros idoneos ordinari, quod Epiſcopi poſſint coadiutores, & cooperatores habere, &c.* Horum verò inſignia omnimodè regulanda ex conſuetudine, vel conceſſione Papali, ſicuti ſi alia habent priuilegia, vt nimirùm à Papa ſolo creentur, hæc faciant in ſua Eccleſia, &c.

28 Eſt etiam Meſſanæ Clericorum Græcorum Archipresbyter vocatus Protopapa, quod idem ac latinè (Archipresbyter) ſonat, *Ioan. Fileſaco Theologus Pariſienſis de ſacra Epiſcoporum Authoritate cap.*8.§.5. ibi *ita in Canonibus Nicænis arabicis, qui ferūtur, Archipresbytero nomen Protopapa, vel Archipapa tribuitur,* vel vt alij dicunt, Protopapa dicitur caput Eccleſiæ ſuæ, & Propapa noſter eſt caput Cleri, & Eccleſię Græcorum, quæ vocatur vulgo *(Catholica)* nā hoc nomen ſortita fuit ob vnionem, quàm habuit cum Eccleſia Romana, cum de anno 1438. Protopapa adeſſet in Concilio Florentino, & ſe oſtendiſſet accerrimum defenſorem Romanæ Eccleſiæ à Summo Pontifice Eugenio 4. ei dictū fuit, *tu ſolus in Papam credidiſti*. Oſtendens Pontifex Protopapam ſemper fuiſſe in protectione, & Obedientia Eccleſiæ Romanæ, eiuſque Ritū, doctrinamue ſequutum eſſe, *ex DD. citand.*

29 Nec me latet, quod multæ erant antiquitùs Protopapales dignitates, & in Cōſtantinopoli Protopapa erat qui obtinebat locum poſt Patriarcham, in Imperatoris Coronatione, legebatque Euangelium, & cum Imperator in die Cænæ Domini pedes pauperum lauabat, ipſe Protopapa benedicebat aquam, &c. atque in alijs partibus Græcorum hodiè ſunt Protopapæ varia habentes officia, & dignitates, ſicut Archipresbyteri, de quibus vide *Codinum lib.*1. *cap.*10. *cum ſeq.*

30 Hic verò Meſſanæ Protopapa in publicis proceſſionibus pontificaliter indutus incedit poſt finem ſui Cleri, in medio Diaconi, & Subdiaconi, cum ſua cappa, & inſignijs, habens etiam in manibus baculum, in cuius ſūmitate adſunt duo deaurati Leones, tenentes vnus ex eis clauem, alter calamum, qui denotant Latinam, Græcamq; Eccleſiam, ſcilicet Leo, qui tenet clauem, Latinam, & alter cum calamo, Græcam, per clauem denotat poteſtatem Pontificiam, iuxta illud *tibi dabo claues*, & leo tenens calamum Doctrinam, & ſcientiam deſignat, quæ fuit antiquitùs in Eccleſia Greca in Patribus ſapientiſſimis, Atanaſio nimirùm, Chriſoſtomo, Baſilio, & alijs, poteſtatemque habet Protopapa, ſicut Archipresbyter, de quo ſupra, & eligitur à ſuo Clero, cum confirmatione electionis ab Archiepiſcopo, & ſunt in Clerici in quaſi poſſeſſione huius electionis per hanc vltimam Confirmationem, & electionem ob mortem D. Leonardi Patè, & per alias antecedentes electiones, & Confirmationes: aliaque habent priuilegia, quæ attendenda *c. cum olim, c. paſtoralis, c. fin. de priuilegijs*, & de electionis poteſtate, *eſt Bulla Iuly 3. data die* 23. *Nouembris* 1553. *quam adducit P. Samperi Societ. Ieſu in Iconologia B.M.V. lib.*1. *cap.*16. *fol.*119. *&* 120. nec eſt paruifacienda Eccleſia hæc Catholica, quia vnicum eſt veſtigium, & Reliquiæ vnionis Eccleſiæ Grecæ cum Romana, vt S. C. iuſſu Sanctiſſimi reſpondit in quadam cōtrouerſia inter Archiepiſcopum Meſſanenſem cum Protopapa, vt refert *P. Sāperi, in d. Iconologia B.M.V. cap.*24. *cit. fol. mihi* 439.

31 Ætas ad Canonicatum eſt à iure determinata, vt ſit 22. annorum *:* & ſi curam habent animarum ſit 25. annorum, vt eſt Archipresbyteratus, & Archidiaconatus. *Tridens. ſeſſ.*24. *de reform cap.*12. quod ſi Canonicus non ſit Subdiaconus non habet

vocem

Digitized by Google

vocem in Capitulo. *Clem. 2. de ætat. & qualit.* idẽ *dicas de Coadiutoribus de quibus mox tractabo, in ſequenti petitione*.

32 Et Summus Pontifex ſolus diſpenſare poteſt circa ætatem, & circa vocem in Canonicis, vt communis docet ſententia, cum hac tamen differentia, quod diſpenſatus circa ætatem ſolùm, vt nimirùm ante 22. annum habeat Canonicatum, non poteſt eſſe Iudex Delegatus, & vocem, & prærogatiuas habere in Capitulo. *Trid. ſeſſ. 22. de ref. cap. 4. Rebuffus in praxi diſpẽſ. ad plura beneficia n. 78. Maiolus de irregularitate lib. 1. cap. 30. n. 12. Barboſa de Canon. cap. 37. Garcia de beneficijs part. 3. c. 4. n. 25.* Idem de Canonico, vel præbendam habẽte, in Collegiata Eccleſia dicas, qui licèt poſſit eſſe de iure ante ætatem 22. annorum, & in 14. anno, quia nihil Concilium innouauit circa Eccleſias Collegiatas, *Riccius in praxi deciſ. 735. & Narbona de ætate ad hum. actus req. ann. 14. quæſt. 55. Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 60. n. 71. Riccius, Armendar, Caſtro Palaus, & alij apud eundẽ Barboſam in coll. ſup. Concil. ſeſſ. 20. de ref. cap. 12. nu. 48. poſt tex. in c. ſuper inordinato de præbendis*, tamẽ vocem non habebit, niſi fuerit 22. annorum, *Trid. citatum, Gratian. & alij, cum Barboſa ſuper dicto Concilio n. 5.* & Subdiaconus, vt Verba Concilij demonſtrant, *Narbona citatus n. 8.* & ſi poſſet diſtributiones percipere, *Moneta de diſtribut. part. 2. q. 19. n. 17.*

33 Sed ſi fuerit diſpenſatus, vt intra annum adepto Canonicatu non teneatur promoueri, tunc adeò cenſetur diſpenſatus, vt integras diſtributiones lucrari poſſit, vocẽ in Capitulo habere, & optare, *Moneta citatus nu. 23. Borgaſ. de irregularitate tit. de interpetrat. diſpenſ. n. 25.* quos refert, & ſequitur *Narbona de ætate citat. ann. 22. nu. 12. & Barboſa qui ſupra nu. 11. & 13.* dixi vocem habere (intellige) actiuam, quæ ſimpliciter, & abſolutè vox dicitur, non paſſiua, *Garcia qui ſup. in addit. ſub n. 15. Barboſa de can. cap. 16. n. 18.*

34 Atque in hac re annus inceptus non habetur pro completo, quia in augmentum temporis Reipublicæ fauor attenditur, *Rota Rom. in nouiſſ. ſub tit. de reſtriptis 26. quam refert Marta in ſuis ff. nouiſſ. verb. Canonicus cap. 5.* ſicuti in pœnitentiario ætas 40. annorum requiſita debet eſſe completa, *Nouar. in ſingul. Canon. concl. 17. n. 2. Barboſa coll. ſuper ſeſſ. 24. de ref. cap. 8. nu. 19. ex Garcia, & alijs*, niſi iura diaconatum, vel ſubdiaconatum, abſolutè requirant, *vt in d. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4.* ibi *in ſubdiaconatu ordine ſaltem conſtitutus*; quo caſu, quia ad diaconatum, & ſubdiaconatum accipiendum ſufficit ætas incæpta, vt communis ſchola ex *Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 12. de reform.* ait poterit quis eſſe Canonicus in hac ætate ſaltẽ incæpta, nec loquitur de his *Rota*, ſed de Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ, vel alijs, qui ætatem 14. ann. habere debent completam, *Riccius coll. deciſ. 2444. qui Deciſionem Rotæ à Marta adductam etiam refert*; & nouiter ſequitur, *Narbona citat. ann. 14. quæſt. 55. nu. 6. exploſo Garcia, & Sa. in Aphoriſm. Verb. beneficium nu. 31. Zerola, Azorius, Enriquez, & alij poſt Barboſam in coll. ſuper Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. n. 12. & de off. Epiſcopi alleg. 60. n. 66. & 70. Gallemart. in remiſſ. ſuper eod. tex.* alij verò ætatem 22. ann. habentes Canonici eſſe poſſunt; licèt ſi non ordinentur in ſacris vocem in Capitulo non habent: *Trid. ſupra citatum, Clem. vt ij qui de ætate, & qualitate*, ſed diſtributiones lucrãtur, *vt ibi, & Gallemart. ſup. eodem Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de ref. verb. prouiſus ex declaratione S. Congreg.* an verò hæc regula ætatis completæ locũ habeat in alijs beneficijs ſimplicibus etiam iuriſpatronatus, & dicas quod non, ſed ſufficit vt ſit incæpta, *ex comuni DD. ſententia apud Narbonam citatum q. 54. n. 7.*

36 Quid verò ſi poſtea Canonicus non aſcenderit ad ordines ſacros, & Presbyteratum, an ſit priuatus Canonicatu; Dicas breuiter, quod ſi Canonicatus eſt Presbyteralis, vel Diaconalis, aut Subdiaconalis, iuxta ea quæ traduntur *in Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* ibi, *in omnibus verò Eccleſijs Cathedralibus, omnes Canonicatus, aut portiones, habeant annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, quibus*

*quiſque ordo ex ſacris annexus in poſterum debeat, ita tamen vt dimidia pars Presbyteri ſint, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi, vbi verò conſuetudo laudabiliter habet, vt plures, vel omnes ſint Presbyteri omninò ſeruetur*, & hoc caſu obtinens Canonicatum debet eſſe in ea ætate, & ordine requiſito ab illa Præbenda, vel Canonicatu; vel vt intra annum aſcẽdat ad ordinem à die habitæ poſſeſſionis, *vt idem Trid, loquitur, & ibi Barboſa n. 40.* ſub pœna priuationis, *Gallemart. ibid. n. 15.* factis denunciationibus, *&c.* ſicuti in Abbate, & Parocho, qui ſi intra annum nõ ſe ordinauerint factis priùs monitionibus, vt aſcendant, priuandi ſunt: *Rota Rom. apud Peguam deciſ. 594. tom. 1.* & Canonicus Sacerdos poterit habere Præbendam Diaconalem, vel Subdiaconalem, non è contra, *Rota Romana apud Barboſ. de Can. cap. 16. n. 2.* ſed ſi facta non fuerit ordinum diſtributio ſufficit, quod Canonicus ſit in ea ætate, vt intra annum aſcendat ad Subdiaconatum, *Riccius in praxi aurea reſol. 239. Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 60. n. 70. & ſuper tex. Concil. cit. nu. 46.* & hæc eſt ætas 22. ſaltem incæpta, vt dicebam, quæ eadem etiam ſufficit ad obtinendum Canonicatum, cui annexa ſit Parochialis, nec vllus ordo requiratur Diaconalis, aut Presbyteralis, in fundatione Canonicatus, *Germonius de indultis Cardinalium verb. quibuſuis n. 6 Campan. diuer. iuris Can. rub. 6. cap. 6. n. 26. Gonzales ad reg. 8. Cancell. gl. 9. n. 4. Barboſa, qui ſupra n. 48. & Sacra Congreg. apud Gallemart. citatum n. 17. verſ. aut in tali ætate.*

36 Igitur ſi in Canonicatu non ſit ordo ſacer annexus, quod accidit ſi ex fundatione antiqua, conſuetudine, ſtatuto, aut noua inſtitutione fuerit talis, vel teſtibus demonſtretur. *Rota Romana in vna Coſtantienſi Canonic. ſub die 9. Decembris 1611. coram Coccino, apud Farinac. in nouiſſ. deciſ. 366. & poſtea in deciſ. 421. coram Pirouano ſub die 8. Iunij 1612.* nec Præbendæ Sacerdotalem ordinem habere dicuntur, niſi illis modis, *Rota citata part. 1. deciſ. 321. apud Martam in ſ. nouiſſ. ſuis cap. 52. & 53.* aut ſi nõ fuerit dictum expreſsè, ſed tacitè ſub his, aut ſimilibus verbis [*promoueantur Canonici intra tale tempus*] *vt Rota ait*, vel [*vt Miſſas celebrent*] *&c.* nam ſi solũ fuerit onus Miſſarum annexum, quia ex Probabili opinione poſſunt per alium ſatisfieri, *vt in tit. de beneficijs lib. 3. dicam num.... & docet Farinacius in d. deciſ. 361. per Rotam in vna Romana Cappellania die 25. Iannar. anno 1589.* non dicitur Præbenda Sacerdotalis, *Barboſa ſuper Concil. cit. nu. 44. Rota in vna Trid. Canon. ſub die 21. Aprilis 1608.* & tunc poterit quis in ætate tamen 22. ann. [requiſita ad Canonicatum] illum acquirere, & ad ordines non aſcendere, quando non conſtat de Canonicatu ex eius fundatione, aut ſtatuto, vel Conſuetudine, quod debeat tales ordines habere Canonicus, priuatus tamen erit voce in Capitulo, *vt ait Trid. ſeſſ. 22. de ref. cap. 4.* non tamen erit priuatus, aut priuandus Canonicatu cum non conſtet Sacerdotalem eſſe, & Ordinẽ requirere, aut vt intra tale tempus promoueatur, quæ sũt requiſita ad probandum Canonicatũ Presbyteralem, *vt ex Rota decidit Farinacius ſupra citatus*, nec de iure Canonicatus certũ ordinem annexum habet, *Clem. generalem vbi gloſa de ætate, & qualitate, Abbas in c. cum in cunctis §. inferiora nu. 10. & 12. de electione*, quod ſi requiratur ſtatuto, aut alijs modis dictis, tunc promotus ad Canonicatum debet habere ordinem requiſitum, aliàs collatio non valet, vt benè docet, *Abbas citatus Farinacius, & Boerius deciſ. 171.*

37 Atque in his materijs eſt optima, *gloſa in c. 1. 60. diſt. V. nullus ex c. placuit 32. diſt.* quæ dicit *in quo autem ordine debeat eſſe Cantor, Primicerius, & ſimil. ſtandum eſt Conſuetudini*, & vbicumque habens dignitatem, officium, vel perſonatum, non habet curam animarum, nec in iure cauetur, quod debeat habere certum ordinem, tunc ſeruanda conſuetudo, *vt poſt gloſam docet Abbas, & Oldradus conſ. 315.* quæ regula optima eſt, & menti tenenda circa Canonicatus, & Dignitates Cathedralium, &c.

38 Et hæc conſuetudo, ſtatutum, vel inſtitutio facere poſſunt, vt etiam Canonicus, vel alius in Collegiatis, vel Cathedralibus

non

non Subdiaconus vocem habeat, & præeminentias in Capitulo, non obſtante Concilio, *Garcia in add. ad 3.part.cap.4. nu.31. Portell.de regul.verb.electio nu.6.Barboſa de Canon.cap.37.nu.11. & Synodus Trid.d.ſeſſ. 22.cap.4.* loquitur de his, quibus ordo ſacer eſt, annexus, ibi, *quibus onera varia ſunt annexa, videlicet, vt alij Miſſas, alij Euangelium, alij Epiſtolas dicant*; non de alijs.

39 Et circa diſtributiones capiendas, & reſidentiam Canonicorum, *ex Trid.ſeſſ.24. de ref.cap.12.* notabis, quod Canonici, & Præbendati Eccleſiarum Cathedralium, vel aliarum; [eorumue Coadiutores, *Moneta de optionibus cap.4.q.8.n.172.*] præter redditus ſtatutos, ex Canonicatu, & Præbendas (ſi adſunt) diſtributiones aliquando capiunt quamdiù reſiderint, ideſt ſteterint in Eccleſia ſua, à qua diſcedere, & abeſſe non valent vltra tres menſes quolibet anno, *Trid. citatum Ver. vltra tres menſes, Garcia de Ben. part.3.cap.2.n.180. cum ſeq. & n.181.* idem dicas de omnibus Abbatibus, Prioribus, & Superioribus Eccleſiæ Collegiatæ, & Verba Trid. clara ſunt, & generalia, *Propterea obtinentes in ijſdem Cathedralibus, vel Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones*, ſicuti qui habet Parochialem in illa reſidere tenetur, aut in Canonicatu, ſi vnitæ non ſunt, aut ſi vnitæ in qualibet; *Barboſa de off. Epiſcopi alleg.53.num.113. & 114. & ſuper Concilio citato*, niſi contrariæ ſint Obſeruationes in Capitulis, & Statuta, quæ illeſa ſeruantur ab eodem *Triden.* quibus non exiſtentibus ſi Canonici, vel alij non reſiderint in dicto tempore [in quo reſidere de iure tenentur,] ſiuè continuum ſit, ſiuè interpolatum, *Garcia d.c.2. nu.327.* nec adſit Epiſcopi licentia, qui dat etiam licentiam, vt abſint per quatuor menſes *Barboſa cit. de off. Epiſcopi num.123.* dummodo Eccleſia non careat ſuis ſeruitijs, nec ſint in diebus ſolemnibus vacationes, puta in Paſchate, Natale Domini, & ſimil. *Garcia cit. n.316. & Barboſa.*

40 Concilium pœnas ponit, vt ibi, *Alioquin primo anno priuetur vnuſquiſq; dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac reſidentia fecit ſuos, quod ſi iterum eadem fuerit vſus negligētia, priuetur omnibus fructibus, quo eodem anno lucratus fuerit, creſcente verò contumacia contra eos iuxta ſacrorum Canonum Determinationes procedatur* [ideſt priuentur beneficijs ſuis] *c.1. de Cler. non reſid. in 6. & c.1. de conſuet. ibid.* factis nimirùm trinis monitionibus, &c. ſi in Ciuitate exiſtant, vbi Eccleſia ſua eſt; nam in Eccleſia ipſa reſidere debent, *Garcia cit. n. 323. Riccius in praxi fori Eccl. Sanctarel. & alij cum Barboſa ſuper dicto Concil. nu. 66. & de off. Epiſcopi nu.122.* vt Præbendam obtineant, ſi habent, non diſtributiones, de quibus non ſum locutus; quia habens præbendam, & diſtributiones, ſi adfuerit per tres menſes lucratur præbendam, non diſtributiones, quod ſi diſtributiones ſolū ſint, quæ ſucceſſerunt loco Præbendæ, tunc illas lucratur abſens in his tribus menſibus, *vt Riccius, Garcia, & Barboſa citati docent.*

41 Eſt enim diuerſa conſideratio in vna re, ac in alia, quia illæ ſunt fructus quotidiani laboris, quæ per recitationem ſingularum Horarum Canonicarū in Choro debentur; non ita Præbendæ, & laborantibus diſtribuuntur, *Triden. ſupra citatum d.c.12.* atque canentibus non intereſſentibus ſolū abſque cantu, *vt ait Trid.* niſi contraria ſit conſuetudo; nimirùm vt Canonici, & Dignitates non cantent, ſed aſſiſtant, aut ſubmiſſa voce recitent, vel priuatim in domo, nam hac ſecluſa tenentur canere in choro cum alijs, nec ſatisfaciunt, ſi ſolùm aſſiſtant, & mortaliter peccant, *Caſar de Eccl. Hierarch. diſp.12. §.1. nu.7. & 11. & communis ſchola Theologorum, & Canoniſtarum cum Barboſa ſuper dicto Concilio n.118. & de off. Epiſcopi n.131. & 32. Diana part.2. tract.12. reſol. 6. & 7. & part.4. tract.4. reſolut. 149. Mar. Vidal. in Theol. mor. tit. de hor. Can. in q.1. n.39.*

42 Nec abſentes regulariter diſtributiones lucrantur, ſed datur ius accreſcendi, *Rota Rom. Lodouiſij deciſ.107. part.2. quam adducit Marta in ff. nouiſſ. tom.6. verſ. diſtributio cap. 19.* niſi ſint Priuilegio Papali muniti, *can. in c. vnico de Cler. non reſid. in 6. Garcia*

*via ſupra citatus nu.407.* vt ſunt Auditores Rotales, qui etiam abſentes percipiunt fructus ſuorum beneficiorum, Inquiſitores, *Diana citatus d.part.4.reſol.71. Barboſa de can.cap.24.nu.1.& 3.* Collectores Cameræ Apoſtolicæ, ſubcollectores, Aduocati, Procuratores Fiſcales, & Notarij in cauſis Spoliorum, *ex Priuilegio Sixti V. dato ſub die 8. Maij* 1590. Archidiaconus tempore quo viſitat iura, & redditus ſuæ Præbendæ, vel Eccleſiæ, ſi habet, *Moneta de diſtrib.q.11.n.63.* & Canonicus, aut alius beneficiarius, qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi in viſitatione, *c. de cætero, c. cum dilectus, & c. ad audientiã de Cler. non reſidentibus, Abruzzus de ſeruitijs perſonalibus comm.1.n.301.& 303.* qui ſolum de Canonico loquitur excludente alios Beneficiarios, ſed iura citata de omnibus loqui videntur ex argumento ſeruitij, vt notat *gl. in d. c. de cætero*, & Pœnitentiarius, dum inſeruit pro Confeſſionibus audiendis, *Moneta citatus*, Theologus, ſeu obtinens præbendam Theologalem dum legit, *Garcia ſupra citatus n.118. Sanchez in Conſilijs moralibus lib.1.cap.2.dubio 95.nu.5. & ita declarauit Greg.13. vt adducunt Doctores citati*, & Canoniſta, *vt infra num.45.& 46.* aut Iubilati, puta ſi per 40. ann. fuiſſent in ſeruitio Eccleſiæ Canonici, aut alij, & ex Statuto deſeruiẽtes illo tempore, in abſentia lucrantur diſtributiones, *Barboſa de off. Epiſcopi alleg.53.n.117. Grat. diſcep. forenſ. cap.298.n.19. Moneta de diſtrib.p.2.q.7.nu.21.& 12.n.61.q.13.nu.41. Piaſec. in prax.p.2.cap.3.num.9. verſ. de ſenio ex conſtit. Gregor. XIII.* Concilio Prouinciali, Generali, vel Synodali intereſſentes, *Barboſa ſuper dicto Concilio n.81.& 82.* qui *n.83.* mentionẽ facit de aſſiſtentibus Sacramentis, aut confeſſionibus, dummodo cura annexa ſit ſuæ Præbendæ, vel Canonicatui in propria Eccleſia, ſecùs ſi in aliena fuerint, ideſt extra Eccleſiam, vbi reſident Canonici, quia tũc, & ſi propria ſit annexa Canonicatui, fructus ſeu diſtributiones non debent percipere, quia reſidere non dicuntur.

43 Inſuper Canonicus petens ad limina Apoſtolorum iuſſu Epiſcopi, *ex Conſt. Sixti V.* diſtributiones lucratur, & vi detentus, aut legitimè impeditus, quia nimirum fuit captus ab hoſtibus, *Moneta de diſtrib. part.2. q.5.n.56.* abſens pro ſeruitio Eccleſiæ, vel Capituli, aut pro lite capituli, vel defenſione iurium ſui Canonicatus, vel beneficij, *Barboſa cit. n.86.& 87. Borellus ſumm. deciſ. tom.1.tit.20.n.137. Rota Romana apud Martam in ſſ. nouiſſimis V. diſtributio cap.16. in vna Conchen. Veſtiarij, die 15. Februarij anno 1591. apud Peniam deciſ.108.* & debet eſſe licentia Capituli, quia hæc approbat impedimentum Canonici, *Rota citata apud eundem deciſ.437.n.3.* & ſi prouiſus de Canonicatu litigat cum Capitulo, fructus lite pendente ſunt deponendi penes idoneam perſonam, vt reſtituantur poſtea cui de iure dabitur Canonicatus *Penia cit. deciſ.585. nu.10.* Idem dicas ſi fuerit carceratus, vel exulatus pro Capitulo, vel alio modo iniuſto ab Epiſcopo, vel alio Superiore, vel ſuſpenſus, aut excommunicatus, &c. *Rota Roman. in vna Vercellen. Canonicat. de anno 1597. die 17. Octobris apud eundem Peniam deciſ.502.* aut alio impedimento detentus, puta infirmus, &c. *idem deciſ.302. c.1. de Cler. non reſid. in 6.* nec poſſit ad Eccleſiam petere, & Chorum, ad quem ſolebat, vt debilis in cruribus, vel tibijs, Cæcus, Laborans in podagra, depreſſus, medicinam ſumens, aut Balneum, aut ſi lepra, vel alio morbo contagioſo, & graui fuerit coactus ab vrbe diſcedere, & ſimil. & ſi ex culpa propria acciderint infirmitates, vel morbũ, etiam Gallicum (vt vocant) cùm humanũ ſit peccare, nec homo in infirmitatibus, & malis vult incidere, ſed hæc ſequuntur ex culpa, quæ ſi infirmitates adducit, diſtributionibus tamen non erit priuandus Canonicus, vt docent comuniter, *DD. cum Garcia de benef. p.3. cap.2.n.363. Marign. de horis Canon. c.71. num.78. Zerola in prax. V. diſtrib. §.3. verſ.3. Barboſ. de off. Epiſcop. alleg. 53.n.168. Naldus in ſum. V. diſtribut. num.8. Lott. de re benef. lib.3.q.27.n.138. Gutier. q. can. lib.1.c.1.n.138. Moneta de diſtribut. p.2. cap.6.* & enumerat etiam hos caſus diſtinctos poſt eum, & alios Doctores, *Barboſa ſuper*

*ſuper tex. Trid. cit. n. 73. cum ſeq. de Marinis tom. 1. var. reſol. cap. 40. n. 6. cum ſeq.*

44 Quibus Addo, quod abſens cauſa ſtudij in Vniuerſitatibus, & locis publicis, vbi ſunt ſtudia conſueta, poteſt beneficiarius diſtributiones percipere, *c. tua de Cler. non reſidentibus*, dixi in Vniuerſitatibus, *ex tex. citato*, ibi, *in quibus nullum eſt, vel minùs competens ſtudium*, & præſumitur competens, ſi in eo adſint Publici Lectores Ordinarij, & Extraordinarij, vt Romæ, Neapolis, Meſſanæ, & ſimil. & Authoritate Pōtificia, & Regia, ſeu Principis erectum, in quo poſtea Doctoratur, vide *Borellum de Præſtantia Regis Catholici nu. 9. cum ſeq.* vbi de ſtudijs agit, & in his abſque dubio ſtudens diſtributiones lucrantur, *Boerius deciſ. 17. num. 3. Maÿnardus deciſ. 8. Borellus conſ. 16. per tot. Afflictus dec. 289. in fine, Bologn. in Auth. habita C. ne filius pro Patre n. 381. Felinus conſ. 18. Flores de mena variar. lib. 3. q. 24. nu. 19.* & in terminis quod in ſtudijs publicis ſtudere debent, *Barboſa de off. Epiſcopi, alleg. 56. nu. 21. & 22.* nec ſufficit ſtudium, & quod in eo optimè legatur, & publicè, ideſt omnibus venientibus, ſi non erectum authoritate Pontificia, &c. *prout ſupra, idem Barboſa num. 22. & ſuper Concilio ſeſſ. 5. de ref. cap. 1. n. 47. 48. & 49. ex Garcia, & alÿs*, & debet eſſe licentia Epiſcopi, *c. ex eo de elec. c. tua de Cler. non reſid. Barb. de pot. Epiſcopi alleg. 56. nu. 28. Borell. ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 7. nu. 75.* quæ haud concedi ſolet, perſonis idoneis, & minoribus 25. ann. quia dicit ſolet ſtudens barbatus in alio ſæculo erit ~~in~~ Aduocatus, *Neuiz. in Silu. Nuptiali lib. 5. n. 5. Parlad. quotid. quæſt. 14. n. 9.* ſicut ſcholaris, qui exceſſit 25. annum præſumitur non addiſcere dicebat *Bartol. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. n. 31.* in quo Studio Publico, determinato tempore ſtudeant, puta per quinquennium, *Garcia de ben. part. 3. c. 2. nu. 101. Leſſius de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 34. n. 29. Moneta cit. q. 10. n. 14.* quod eſt tempus ordinarium ſtudij, *Doct. in proemio ff.* licèt ſcholaris magni ingenij, qui non ſtuduerit per hoc tempus doctorari poſſit, *Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. nu. 17.* nam doctrina ſemper inſpicitur, & ſcholaris Doctus præfertur Doctori indocto, *Menoch. cons. 885. n. 8. & infra nu. 91. dicam de idoneitate*, quo tempore, ſi infirmus etiam lucratur diſtributiones ratione ſupradicta.

45 Non ita Lectores iuris Canonici, Theologiæ, Scripturæ ſacræ, & iuris Ciuilis, qui diſtributiones percipiunt abſque vlla licentia, dummodo legant actu in Vniuerſitate publica cum ſalario, vel ſine, & approbatione Vniuerſitatis, ſeu clauſtri vbi ſunt, aut Collegij Doctorum, *c. fin. de Magiſtris Barboſa, qui ſupra ſuper d. cap. Concilÿ n. 80. & de off. Epiſcopi n. 26. & 27.* & ſunt Lectores Ordinarij, & Extraordinarij, approbati ab Vniuerſitatibus, qui verè Lectores ſunt, omnibuſque gaudent priuilegijs, quæ dantur Doctoribus actu legentibus, *Garcia de ben. part. 3. cap. 2. nu. 59. & 60. Gallemart. ſuper Concilio ſeſſ. 5. cap. 1. Barboſa de off. Epiſc. alleg. 56. n. 27.*

46 Dixi [iuris ciuilis] quod intelligas ſi ſint Lectores legentes Ius Ciuile, & Canonicum ſimul, quia verum eſt, quod Ius Canonicum non benè abſque Iure Ciuili intelligitur, *Paul. Lancell. de comp. vtriuſque iuris in fine*, & ideò quia ille Lector legit Ius Ciuile propter ius Canonicum, ſi beneficia, aut Canonicatum habet, in abſentia dum legit lucratur diſtributiones, & priuilegium habet, vt præferatur iuris Ciuilis Doctori, *Actius de ludo ſcacch. quæſt. 5. n. 26. Ferr. de præced. q. 1. num. 19. & q. 23. n. 3.* nec benè erit ſtudentibus, qui ſolùm Iuri Ciuili operam nauantes ſtudium Iuris Canonici relinquunt; & ex furto V.I.D. dicuntur, *vt ſupra deciſ. 2. in fine dicebam*; vix enim contingere poteſt, vt quis rectè Canonicum Ius teneat, quin idē, & ius Ciuile nō calleat; at qui ius Ciuile tenent, Ius verò Pontificiū nec olfaciunt mali Doctores erunt, *vt ait Lancell. ſupra citatus*, diſcantque ignari iſti vnius iuris Doctores, Aduocatorum munere rectè fungi non poſſe abſque ſtudio iuris Canonici, vt ex materijs examinatis in hoc, & alio volumine quiſque colliget, atque cognoſcant, quod ius Canonicum, non tractat ſolùm de rebus Eccleſiaſticis, & ad Eccleſia-

cleſiaſticos pertinentes, ſed de rebus, quæ ad Aduocatos Eccleſiaſticos, & ſæculares pertinent, & etiam à Theologis ſcitu neceſſariæ ſunt, ſi gubernare Eccleſiam cupiunt, & munus ſuum benè exercere, nec Clerici, & Eccleſiaſtici ſæculares prohibētur hodiè has ſcientias profiteri, *vt probabo lib.4. deciſ.8. de ſent.excom.circa finem, ad intellectū tex.in c. ſuper ſpecula, ne Cler. vel mon.& c. 1. eodem in 6.* qui omnes dū legunt, & Scholares dum ſtudent priuilegia habent, incluſis vacantijs, quæ dantur recreationis cauſa, nec ob id dicuntur abeſſe à ſtudio, ſed tanquam præſentes reputantur, fructuſque lucrantur, vt ſcribentes ſuper dicto *Concilio ſeſſ.v. cap.1. notant*.

47 Notabis tamen 1. quod fructus, & diſtributiones, his abſentibus, & impeditis iuſta cauſa debentur, ac ſi ſinguli eſſent præſentes, non tamen accipient partem illam diſtributionum, quæ accreſcit ſolis præſentibus, propter aliorum abſentiam, *Sacr. Cōgregat. apud Gallemart. ſuper dicto Concilio num.25.*

48 Nota 2. quod diſtributiones, & fructus non debentur Canonico antequam faciat fidei profeſſionem, *Trid.ſeſſ.24. de ref. cap.12. Rota Rom. apud Farin.in nouiſſ.deciſ. 127.n.1.* ſicut nec fructus cæteris Beneficialibus, *Garcia de benef. part.3.cap.3. Sanchez in præcept.Decalogi tom.1.lib.2. cap.5.* etiam Epiſcopis, *Barboſa de off. & pot. Epiſcopi alleg.61. & ſuper dicto cap.Concil. nu. 16. Vgolin.de off.Epiſcopi cap.1.§.3. nu.1.* & Prælati Regulares intra duos menſes ab adepta poſſeſſione, *ex Pij IV. Bulla quæ incip. iniunctū*, quæ in vſu nō eſt inter Regulares Prælatos, nec inter Lectores Philoſophiæ, & Theologiæ, vt teſtatur *Diana part.3.tract.2.reſol. 79. Sorb. in ann. ad comp.priuil. tit. profeſſio fidei, Portellus in dubijs regul. eod. Lezana tom.1.cap.18. n.102. Sanchez cit. & alij*, & in manibus Epiſcopi emittenda ab inferioribus beneficiarijs, *Trid.cit.* ibi, *in manibus Epiſcopi à die adeptæ poſſeſſionis ad minùs intra duos menſes, &c. ſub pœna amiſſionis fructuū, nec illis poſſeſſio ſuffragatur*, & pro Epiſcopis eſt in Pontificali Romano, *Clem.VIII. fol.mihi 80. & refert Leo Thes.for.Eccl.part. 2.cap.10.n.15.*

49 Non negarem tamen hanc fieri poſſe per procuratorem, *cum Diana part.5. tract. 14.reſol.23. & alijs relatis à Barboſa ſup. dicto Concil.n.29.* dummodo habeat ſpeciale mandatum, ſed inter alias rationes, adductas *à Sigiſmundo à Bononia de electione dubio 50.num.3. cum ſeq.* qui docet quod non fieri poteſt per procuratorem habentem etiam ſpeciale mandatum, vna mihi cōuincens eſt, quia talis profeſſio perſonam pertingit, non in ſubiectione, vt teneatur ſubiectionem oſtendere ſubditus Prælato, quia aliquando à non ſubditis, coram non ſuperioribus exigitur, ſed vt animum oſtendat Fidelem erga Deum, & S.Apoſtolicam Sedem, quæ beneficia non dat infidelibus, & negantibus hanc fidelitatem, ſed cenſurat illos; *ex Trid.citato*, ibi, *Fidei publicam profeſſionem facere, & in Romana Eccleſia Obedientia ſe permanſuros ſpondeant, ac iurent*; quod fieri non poteſt per procuratorem, qui hæc pro alio ſpondere non poteſt, vt ex Bulla Pij IV. ſuper forma iuramenti profeſſionis fidei clarè colligitur, *curam habentibus animarum, prouideri continget publicā Orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſeque in Romana Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpōdere, & iurare teneantur*, & in formula, *ego firma fide, credo, &c. Profiteor, omnia quæ cōtinentur in Symbolo, &c.* quæ verba propriā denotant perſonam in his omnibus ſupradictis profeſſionem emittentibus.

50 Quibus addas, vt Doctores antequā Doctorantur fidei profeſſionem facere, coram Cancellario teneantur, *ex Conſtit. Pij IV.* quicunque iſte ſit, ſiuè Eccleſiaſticus, aut Epiſcopus, ſiuè Laicus, coram quo Doctores omnes Clerici, & Laici fidei profeſſionem emittant, & Rector ſtudij Laicus eſt Iudex competens Clerici in cōcernentibus ſtudium, *Marin.var.reſol.to.1.cap.53. n.10.* & Statuta, atque Capitula ſtudij illius ſeruāda in Doctoratu, *Barb. de off.Epiſc.alleg. 55.n.6. Garcia de benef.part.7. cap.7. nu.51.* pro vt etiam in noſtro Almo Studio iurare debent defendere Immaculatam Virginis Con-

Conceptionem, quod in aliquibus Studijs pariter ſeruatur; & Cancellarius Studij eſt omninò Dominus, & vota Doctorũ irritare poteſt, quæ conſultiua, non deciſiua ſunt, *Rouit. ſuper prag. de Scholaribus nu. 14. Fab. di Anna conſ.*88. *in principio*, & sũt tanquam teſtes, *Corſett. in ſingul. in antiquis fol. mihi* 187. *V. ſuſpicio, ex Ioan. de Imola, & alijs, Palumba in trac. de regim. offic. reg. 1. n.* 203. & quod poſſint recuſari tanquam ſuſpecti omnes, de Collegio, & aliqui ex eis docent, *Felinus in c. cauſam qua, circa principium 1. col. de off. deleg. & in c. 1. de Iudicijs, Berous conſ.* 16. & ſinguli, *Pariſ. de Puteo de Syndic. fol. mihi* 292. *V. ſuſpicio n.9.*

51 Item, & Collegij caput, puta Prior eadem ratione: quo ſuſpecto allegato, & totum Collegium ſuſpectum erit, *Capicius latro deciſ. 90. nu. 24. Scaccia de appell q. 16. lim. 1. num. 16. Menochius de arbitrarijs caſu* 449. *Suarez in ſuis opinionibus lit. S, n. 238. Mart. vot. 142. Roland. conſ. 20. vol. 3.* nam vbi caput eſt ſuſpectum totum Concilium recuſari poteſt, *l. 1. C. ſi quacumque præditus poteſtate, &c. c. quod ſuſpecti 3. q. 4. c. inſinuante de off. deleg. Baldus, Francus, Ludouiſ. & alij, poſt Giurbam deciſ. 27. n. 2.* quod intelligitur, quando in totum, Collegium dependeret à Priore, vel Concilium à Præſide, *idem Giurba n. 6. Scaccia cit. & q. 8. nu.* 57. qui in Prorege exemplificant, vt recuſato ſuſpecto omnes Regni Officiales ſint ſuſpecti, & Epiſcopo ſuſpecto Vicarius ſuſpectus eſt, non è contra [quidquid alij dicant apud *Maſtrillum deciſ. 151. n. 84.*] ſecùs ſi non dependeret, nec eius votum Doctores, vel Conſiliarij neceſſariò aſſequuntur, ſed ipſe, tanquam alij, ſit in Collegio, & votum ſaltem primum haberet conſultiuum, nam hoc caſu ipſe ſuſpectus allegari poterit ſolus, & cum Collegio, dato ſolùm Iuramento ab allegante, abſque alia cauſa expreſſa coram Magiſtro Notario Studij, vt de alijs Aſſeſſoribus, & Conſultoribus decidunt, *tex. in c. ſtatutum §. aſſeſſores de reſcriptis in 6. arg. c. cum ſpeciali de appell. c. cauſam, & c. ſuſpicionis de off. delegati, ſpeculator in tit. de recuſ. §. qualiter verſ. quod ſi præſumptio, Bart. in conſ. 105. incip. inquiritur n. 4. Iaſon in l. apertiſſimi n. 20. C. de Iudicijs Hippolit. de Marſil. in rub. de probat. num. 146. Seraphinus de priu. iuram. priuil. 6. Puteus deciſ. 229. lib. 1. Burſatus conſ. 265. n. 9. vol. 3. Maſcard. de probat. concl.* 953. & alij mox citandi; cum enim nullam habeant iuriſdictionem, ſed ſolùm viam aperiant petentibus, eius votum ſequi nõ debet neceſſariò à Principali, & à Cancellario in Doctorandis, qui Iudex, & Dominus circa hanc cauſam laureandorum eſt, ſicuti Epiſcopus, qui Aſſeſſorem habet, *vt dixi ſupra deciſ. 7. n. 103.* & eius votum neceſſariò non ſequitur, aliumque ab alio poſtulat, & alij Iudices Conſultores habentes, omnes ſolo iuramento, vt ſuſpecti recuſantur, *Anna ſingulari* 15. *Ancharanus conſ.* 202. *Roland. cõſ. 31. n. 24. vol. 3. Alex. conſ. 104. vol. 2. Nepita ad conſuet. Catinæ tit. 7. conſuet. vnica nu. 22. fol. mihi* 125. nec in his Conſultoribus, & Aſſeſſoribus, locum habent requiſita ad allegandum Iudicem Ordinarium, *Caſtillus deciſ. 231. nu. 33.* qui excipit in Regno I.M. R.C. cauſarum Delegatarum, & alij, qui decidunt cum voto Iudicis Eccleſiaſtici, quod horum votum eſt deciſiuum neceſſariò ſequendum ab illo Iudice, & iſti allegantur ſuſpecti non ſimplici iuramento, ſed cum cauſa, & modis *per Prag. de recuſ. iudic.* adductis, quæ Pragmatica non habet locum in Conſultoribus, & Aſſeſſoribus regularitèr, & in Actuarijs, qui etiam ſolo iuramẽto recuſantur, *Maſtrilli deciſ. 151. num. 90.* licèt ex literis Viceregijs, & alijs Decretis M. Notarius Magnæ Regiæ Curiæ non allegatur ſolo Iuramento, ſed modo pro vt in Pragmatica, *vt idem ait*, ſed alij Magiſtri Notarij Curiarum ſolo iuramento, vt ſuſpecti recuſantur, & eorum loco ſubrogatur Actuarius de Archiuio, *Ioan. Ant. Bot. in add. ad Afflictum in conſtit. Iuſtit. de Iuſtit. Aſſeſ. &c.* an verò Conſultores teneantur ex ſuo malo conſilio dato? & præter alias diſtinctiones reſoluas, nõ teneri niſi ſolùm de dolo: nam tãtùm iſti exhortantur, & voluntatem excitant Principalium, *ſecundum ea quæ ſcribit Capicius latro conſult. 5 . n. 16. & 24.*



Digitized by Google

*& 24. de conſulentibus*, & horum imperitia, Magiſtratum non excuſat, quin litem ſuam faciat, *arg. l. ſi poſt depoſitum C. de aſſeſſoribus:* niſi fuiſſet electus à Republ. vel Principe ſupremo, quo caſu excuſandus Magiſtratus, vel Iudex inferior, *Cotta in memor. iuris verb. Aſſeſſoris imperitia*, vel in publica Vniuerſitate fuiſſet Doctoratus, quia etiam iſto caſu Prætor excuſari debet, *Salic. & Alex. poſt Cottam, & Giurba mox citandus*, non dubitarem tamen quod puniri poſſit propter hanc imperitiam pæna extraordinaria, vel priuatione, *Giurba conſ. 31. per tot.* ſed ad damna non tenetur, niſi fuiſſet in dolo, vel lata culpa, *idem Giurba conſ. 68. n. 35. Regens de Marinis nouiter dec. 114. qui de Officialibus, Doctoribus, Lectoribus, & Aſſeſſoribus loquitur*, & quod Magiſtratus, Baro, vel alius excuſantur, quãdo elegũt Doctor. pro vt ſup. Aſſeſſorẽ præter dictum *Giurbã d.c. 31. qui deciſionẽ M.R.C.* adducit per quã fuit dictum cuidam Baroni, *quod non moleſtetur, & Aſſeſſori facta iniunctio, ne hoc munere amplius fungatur, docet idem Marinis deciſ. 178. n. 3. ex Bartolo, & alijs.*

52 Inſuper optandi ius habent, *c. fin. de conſuetud. in 6.* ideſt antiquiores Canonici deſiderant admicti ad dignitates, & præbẽdas, vacantes, *c. 1. de Cler. non reſidentibus, d.c. fin.* ibi, *cum in tua Eccleſia (in qua conſuetudo habetur, quod antiquiores Canonici gradatim meliores, ſi voluerint, poſſint cum vacant per ſe, vel per alios optare præbendas)* dicitur, meliores; nam de maiore ad minorem præbendam non fit oprio, *Franciſcus Marcus in deciſ. Parlam. Delph. part. 1. deciſ. 1264. Rota Rom. in nouiſs. deciſ. 2. de conſuet. quam adducit Marta in ſuis ff. nouiſſ. Verb. Optio cap. 8. & cap. 14. & verb. tex.* aperta ſunt, circa antiquitatem, & *gradatim*, adeò vt optionem habentes debent ſucceſſiuè vnus poſt alium optare, & qui eſt anterior receptus optet, *Borellus ſumma deciſ. tom. 1. tit. 20. de beneficijs, n. 188. poſt alios, gloſa in d.c. fin. verb. antiquiores, Menochius conſ. 773. nu. 4.* niſi minor præbenda eſſet magis grata, *Franciſc. Marcus ex eodem Menochio citato*, quod non approbo; nam eſt contra *tex. in d.c. 1. de conſ. in 6. & c. 1. de Cler. non reſidentibus*, vbi ratio aſſignatur *cum nullus ſit inuentus Epiſcopus, qui ad maiorem de maiori Ciuitate tranſiret*, & qui creſcit, de minori ad maiùs creſcere debet, *c. legimus 93. diſt. c. 1. de tranſ. Epiſcop. c. geſta 79. diſt.* nec ex eo, quod eſt pinguis, & magis grata maior dici poterit præbenda, vel beneficium, *d.c. legimus*, ibi, *potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit, c. ſicut 96. diſt.* & *parua Ciuitas prærogatiuam Regni non minuit: nec beneficiarius habens pingue beneficium, ex hoc cæteris præferendus habentibus alia tenua beneficia*, vt ex iurib. citatis, docet *Decianus reſp. 19. nu. 207. cum cum ſeq. vol. 3. & Ferrus de præced. quæſt. 9. num. 3.*

53 Hæc optio ſpecies electionis eſt, *arg. § optionis inſtit. de legatis*, & introducitur in Capitulis, vel ex Priuilegio, pro vt Meſſanæ Canonici Eccleſiæ Metropolitanæ Meſſanenſis habent, *ab Innoc. Papa VIII.* & alijs Summis Pontificibus anteceſſoribus, vt teſtatur Inſignis, eruditus, & nunquam ſatis laudãdus *D. Marius Giurba* ſæculi noſtri honor, communiſq; Magiſter *in allegatione pro Reuerend. D. Mauritio Giurba Meſſanenſes Eccleſiæ Canonico, Fratre, contra Reuerend. D. Ioann. Caſtell. etiam Canonicum eiuſdem Eccleſiæ*; aut ex Conſuetudine, vt habent multæ Eccleſiæ, *d.c. fin.* ibi, *in qua conſuetudo*; quæ ſpatio 10. annorum introducitur, *Rota Rom. in nouiſſ. Mohed. tit. de conſuet. quam adducit Marta citatus cap. 2. 3. & 4. Bellamera deciſ. 62. Cardin. Puteus deciſ. 201. n. 1. lib. 2. Borellus ſum. deciſ. tit. de præbendis n. 32. Oldrad. conſ. 285. num. 3. Tuſcus prac. concl. V. conſuetudo, concl. 914. vel 40.* vt alij aiunt, *Creſcentius deciſ. 4. de priuil.* nec amittunt dictam facultatem nõ optantes per ſpatium temporis etiam longi, *Antonius Capycius deciſ. 134. n. 4. & Borellus cit. num. 26.*

54 Idem dicas de optione conceſſa ex priuilegio, quæ per non vſum neque tollitur, *Giurba citatus in prædicta allegatione, ex Maceratenſe, & alijs*, ibi, *Capituli ergo*

negli-

*negligentia in non optando, non nocet Eccleſia Meſſanenſi, vt optandi priuilegio ſpolietur, nec Canonicis, vt ſingulis, præiudicium aliquod afferre potuit Capitulũ, & prædeceſſorũ neglig͞etia Canonicis ſucceſſorib. in beneficio nõ nocet;* & idẽ docet de cõtrario vſu, qui ſiuè particularis, ſiuè vniuerſalis ſit, ſpeciale priuilegiũ nõ tollit cõceſſum à Sũmo Põtifice, non enim Canonici, aut alius, poterunt præiudicium inferre Capitulo habenti priuilegium à Sede Apoſtolica, etſi per mille annos non optauerint, *Ioan. And. in c. cũ in tua de cõſuet. in 6. Verb. poſſunt, Butrius nu. 4. Anchar. verſ. quod ſi iſti, & Geminian. cum Franco, Monet. de option. cap. 8. n. 18. Rota in Meleuit. optionis coram Merlino de anno* 1640. quia conſuetudo eſt facultatiua, nempè, ſi antiquior voluerit optare, qui nõ optans præiudicium nõ infert, *Rota in Meſſanen. Decan. ſub die 27. Ianuarij anno 1642. & Doctores citati,* præcipuè Meſſanæ, in qua priuilegia per non vſum, vel per contrariũ vſum non tolluntur, *vt dixi ſupra deciſ. 3. de conſt. n. 92. & notauit idem Giurba adducens priuilegium Alphõſi Regis datũ in Ciuit. Gaita Meſſanenſib. die 15. Apr. XIII. Ind.* 1440.

55 Quod priuilegium, ſicut & alia Meſſanæ, non ſolùm Laycis, ſed etiam Clericis, & Regularibus data cenſentur, quia loco, vel Ciuitati conceſſa ſunt, *arg. c. dilecti de foro compet. c. per exemptionem de priuil. in 6. Rebuffus in c. poſtulaſti de regular. Craſſus, Theſaurus, Duardus, Bellettus, Surdus, Marta, Gratianus, Valenz, Salgadus, & alij in numeri poſt Giurbam citatum,* & Eccleſiaſticis ſunt etiam fauorabilia, *gl. in c. ſi ſen. de ſent. excom. in 6.* quia hi ſunt ſicut diſtrictuales, *arg. c. fin. vbi DD. de off. deleg. c. dilecti de foro com. l. 1. §. cum vrbem ff. de off. prefecti vrbis Bellett. diſq. Cler. part. 1. tit. diſcipl. Cler. §. 2. nu. 12. Rota Roman. diuerſ. deciſ. part. 1. deciſ. 452. n. 2. Surdus deciſ. 129. nu. 13. Caſſan. ad conſuet. Burgun. rub. 13. §. 9. nu. 2. Ferrettus conſ. 138. n. 1. Plotus conſ. 94. n. 8. Milis. in repert. V. Clerici, & Prælati, Zucchar. conſ. 28. n. 4. lib. 1.* & Ciues, *Bellet. cit. Maſtrilli deciſ. 180. n. 8. Barbat. conſ. 1. num. 65. Baldus conſ. 241. vol. 1. Barboſa in appell. iur. verb. Ciuium appell. Marcus deciſ. 455. & 1092. nu. 2. Surdus conſ. 241. n. 7. Burſat. conſ. 93. n. 23. lib. 1. Nepita ad conſuet. Catanæ in proœmio nu. 142. Craſſus de effec. Cleric. in præludio num. 365. Cantuccius Deciſ. Rot. Rom. 105. nu. 1. lib. 2. Borellus ſumma deciſ. tit. de Cleric. tom. 1. nu. 14. & 15. Marta de iuriſdictione p. 4. cent. 1. caſu 1. num. 27. Riccius coll. deciſ. 269. Boſſius, Ambroſinus, Bouadilla, & alij, quos citat, & ſequitur Carneual. de iudicijs tom. 1. diſp. 2. n.* 83. atque de populo, *c. ſi in adiutorium 10. diſt.* ibi *iniurioſos ciuem c. 1. de præbendis d. c. ſi. ſententia, Gramat. deciſ. 100. n. 18. Bellett. & Craſ. cit. Groſſ. cont. 30. n. 50. & 2. n. 18.*

56 An verò ceſſet hoc ius optandi in aliquibus caſibus, ſtantibus præcipuè regulis Cancellariæ 3. & 4. reſeruantibus dignitates maiores poſt Pontificales, ſtante immemoriali Conſuetudine optandi, [quæ ſublata non cenſetur à ſtatutis derogãtibus conſuetudines, & contrarias determinationes, ex prærogatiua immemorialis conſuetudinis] *Gloſa communiter recepta in c. 2. de reſcriptis in 6. verb. præſcript. Afflictus deciſ. 454. n. 5. Beltrad. conſ. 98. n. 12. de Crauetta de antiq. tempor. part. 4. §. materia iſta num. 4. Garcia de benef. part. 8. q. 2. nu. 190. Gutierez lib. 3. pract. q. 77. in fin. Narbona de appell. p. 2. fundam. 3. nu. 10. Maſcard. de prob. concl. 1382. Gonſal. ſup. reg. 8. cancell. gl. 33. num. 2. Buratt. deciſ. 570. Germ. de indult. Cardin. §. etiam ex eo n. 16.*

57 Et Priuilegio æquiparatur, licèt nõ ſit verum priuilegium, *Soccinus conſ. 260. num. 22. lib. 2. Caſſan. conſ. 34. n. 13. Rota Romana in vna Salamantina iuris viſitandi, ſub die 28. Februarij anno 1583. & in vna Burgeñ Emolumentorum ſigilli ſub die 28. Februarij, anno 1591. apud Peniam deciſ. 103. n. 7. cum ſeq. Afflictus deciſ. 254. Oſaſcus deciſ. 95. nu. 14.* inducitque ius, *gloſ. in c. ſuper quibuſdã §. præterea, verb. non extat memoria, de verb. ſignif. Iaſon in l. ſi certis num. 15. C. de pactis, Gozad. conſ. 8. n. 37. Pariſ. conſ. 27. nu. 80. lib. 1.* & titulum, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. Verall. deciſ. 355. part. 1. Riccius coll. deciſ. 778. & Tuſcus prac. concl. iuris cap.* 873. qui alios effectus immemorialis con-

ſuetudinis adducunt; nec ex verbis generalibus [non obſtante] & ſimil. ſublata cenſetur, *arg. Trid. ſeſſ. 22. de ref. cap.* 8. ibi expreſsè loquitur de conſuetudine immemoriali, quando illam auferre intendit, *& ſeſſ. 24. cap. 20. ſeſſ. v. cap. 2.* non tollit immemoriales conſuetudines, *vt teſtatur Sac. Congr. ex Giurba cit.* in Allegatione ſupradicta, *& Barboſa ſuper dicto Concilio n. 12. & 85. Gratian. diſcep. 492. Salgad. de regia protectione part. 1. c. 1. præl. 3. n. 154. Decius conſ. 496. nu. 9. Penia deciſ. 103. nu. 36.* & ſtante regula 8. *dicam lib. 3. deciſ. 1. de beneficijs.* vbi quando hæc, & aliæ Regulæ cenſentur derogatæ, & facultas optandi diminuta, quæ ex Priuilegijs, aut conſuetudine fuit introducta, & quando non, examinabo, pro modo attentas ad Verba Priuilegij, & Indulti Apoſtolici concedentis facultatem optandi, & ad conſuetudines optionum, quæ ſi Immemoriales haud faciliter tolli poſſunt, *DD. citati, & Achillis deciſ. 13. n. 3. de iure patron. Garcias de ben. part. 9. cap. 2. n. 198. Buratt. deciſ. 172. n. 14. & 15. Calder. conſ. 3. nu. 2. Cancer. var. reſol. part. 3. cap. 3. n. 265. & 341.* & Priuilegia ſpecialia certo loco, & perſonis cõceſſa, ex quibuſcumque verbis generalibus, nec diminuuntur, *Giurba in dicta alleg. verſ.* [*vt ergo quæ diximus*] præſertim ſi in conceſſione eſſent Verba, [*non obſtantibus quibuſcumque reſeruationibus, aliàs factis, & de cætero faciendis*] *Giurba Verb. reſp. VI. Cãcerius var. reſol. part. 3. cap. 3. de priuil. num. 267. & ſeq.*

58 Præcedentias habent Canonici inter ſe, & reſpectu Presbyterorum, quia Clerici primi gradus dicuntur, vt moderator, docebat, *poſt Menochium conſ. 52. nu. 83. & Barbeum de Synodo 3. part. n. 26.* Item cum alijs in dignitate conſtitutis, vt ſunt Abbas, Vicarius, & cæt, *pro vt locis ſuis dixi*, & cum Parochis, & Rectoribus Eccleſiarum Parochialium, cum quibus debent ſe haberi tanquam ſubditi, & de Parochia, *arg. c. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. c. 2. de decimis*, ſed circa locum in funeralibus vbi Canonici interueniunt ſimul cum Parocho, ex Parochia ad quam defertur cadauer, præferri defendũt Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ, & Cathedralis, *Doctores poſt Salgadum part. 2. de regia protectione, cap. 9. nu. 64. & Ferram de præced. q. 32. n. 5.*

59 Ea ratione, quia Cathedralis Eccleſia dicitur etiam Parochia totius Ciuitatis, & Diœceſis, & reſpectu aliorũ dignior eſt, idem, & Collegiata, *arg. gl. in c. 3. de off. Archipresbyteri, verſ. à foris veniunt*, ergo Canonici harum Eccleſiarum, Parochis ſunt præferendi; Sed his aduerſantur alij Doct. in magno numero relati à *Gratiano diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 298. per totum, Barboſa de off. Epiſcopi, alleg. 78. nu. 38. & Salgado ſupra citato nu. 46. & 55.* qui melius de iure concludunt Parochum in his actibus tanquam proprijs, & ſpecialibus præferendum etiam Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, *Rota Roman. apud Peniam in vna Calaguritana Præeminentiarum de Victoria ſub die 16. Nouembris* 1592. & alijs dignitatibus, quia iſte repræſentat Epiſcopum, & illius vices gerit, qui eſt Paſtor totius Diœceſis, & Parochus ſpecialis rector in ſua Parochia, & in alijs pertinentibus ad eam veluti in adminiſtratione Sacramentorum, & cæteris; & maior debet cedere minori, dum eſt in domo ſua, *Gratian. cit. n. 88. Lucas de Penna, & Io. de Platea, in l. nihil C. de Palat. lib. 12. Decian. conſ. 67. n. 72. lib. 2. Caſſan. in Catal. gl. mundi part. 4. conſ. 81.* etiam ſi Rex eſſet; nam iſte in Domo aliena debet cedere Domino, quia in domo ſua quilibet Rex eſt, & Princeps, *Solorcan. in quadam alleg. Præcedentiæ n. 92. Ferrus de præced. q. 1. nu. 92. Beſoldus cap. 3. num. 5.*

60 Sicuti Abbas in cauſis proprijs, & rebus ſui ordinis præfertur Epiſcopo, *Inn. in c. quanto de off. Ordin.* eiuſue Vicario, & Canonicis, vt ſupra *deciſ. 8. nu. 3. dicebam*, Inquiſitor præcedit Epiſcopum in cauſis fidei, *DD. in c. per hoc de hæret. in 6.* quod intelligas, quando iſte non eſt iudex, vel quia ſuſpectus, aut alio modo, ſe immiſceri non poteſt, quia iſti pares ſunt circa hoc regulariter, & de iure, ait *Ferrus de præced. q. 22. n. 6. & q. 1. n. 14.*

61 Ita Canonici in actibus Capitularib.

cæte-

cæteris præferuntur, Archidiaconus in officio ſuo, Decanus, & alij, *vt ſupra etiam deciſ. 8. n. 14. & deciſ. 9. n. 11.* atque [vt toties dictum eſt] in his præcedentijs de facto ſeruanda eſt conſuetudo, quæ facit, vt in proceſſionibus funeralibus etiam præferantur Canonici Parochis, ſiuè ſint Eccleſiæ Collegiatæ, ſiuè Cathedralis, *vt DD. ſupra citati docent, & Natta conſ. 577. lib. 3. num. 3. verb. extante conſuetudine, Baldus in c. cum olim de conſuet. Rota Romana, apud Penīam citatum deciſ. 204. n. 16.* & pro concluſione de conſuetudine, quæ potens eſt in his materijs docent præter *DD. relatos, alij ex c. ſtatuimus, & c. 1. de mai. & Obed. Barboſa in alleg. 78. n. 27. Menochius conſ. 51. nu. 49. & conſ. 257. n. 39. Decianus reſp. 19. nu. 27. Boterus de Synodo part. 3. n. 33. Rota Rom. apud Farin. in nouiſſ. ciuil. deciſ. 595. & 718. nu. 3. Seraphinus deciſ. 964. per tot. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 106. n. 8. & tom. 2. cap. 298. num. 8. & cap. 590. n. 23. Gamma deciſ. 1. nu. 49. Boerius de auth. magni conſil. n. 49. 52. & 68. Genuenſis in praxi Archiep. cap. 52. nu. 1. Rota etiam in vna Meſſan. præeminentiarum apud Seraphinum deciſ. 716. n. 18. Gramat. deciſ. 64. nu. 17. Maſtrill. deciſ. 130. n. 16. & de Magiſtratibus lib. 4. cap. 14. n. 1. Salgadus de regia protectione part. 2. cap. 9. nu. 18. Solorcan. in ſua alleg. pro ſupremo Conſil. Indiar. n. 31. 32. cum ſeq. Rudolphinus de origine ducum Italiæ nu. 234. & 292. Gloſa optima in c. deliberatione de off. leg. in 6. verb. electione, ibi, dic quod de maioritate prælationis loquitur, in qua licèt inſpicienda ſit conſuetudo, S. Congregatio, ſub die 8. Iunij 1618. quam adducit Bellaſ. in prompt. V. Præced. nu. 1. Baldus in c. cum olim de conſuet. Riccius coll. deciſ. 1069.* & potiùs ob hac, quàm à iure omnes regulari debent præcedentiæ, *Seraphinus citatus, & deciſ. 402. & 716. n. 18. Ciriacus controu. forenſ. to. 2. cap. 201. n. 171.*

62 Cæteris Præsbyteris etiam beneficiatis ſæcularibus, quod præferantur Canonici Eccleſiæ Cathedralis, nō dubitatur, *arg. c. ſtatutum de reſcriptis in 6. c. Epiſcopus 95. diſt. c. monit. de his, quæ fiunt, &c. c. cum Clerici de verb. ſignif. c. Paſtoralis de off. deleg. c. fin. de conſuet. in 6.* nec locum vnquam illi prætendunt in omnibus functionibus ante Canonicos, *vt praxis docet*, idem dicas de Regularibus interueſſentibus proceſſionibus, etiam ſi Abbates eſſent, *Salgadus cit. nu. 65. & 66.* & de Collegiatis Canonicis, perſonatibus alijſuè ſupernumerarijs; *idem n. 43. & 44. Gram. deciſ. 64. nu. 21.* quia ſunt Canonici Eccleſiæ Cathedralis viciniores Epiſcopo, *c. perlectis 25. diſt. Staphil. de lit. gratiæ §. magis graduatus nu. 24. & 28. Rodriq. quæſt. regul. tom. 3. q. 37. art. 1. Signor. de præced. Doctorum n. 15.* ideò digniores, *Boterus de Synodo 3. p. n. 26. & 27. Gamma deciſ. 1. n. 54. Boerius de auth. magni conſilij nu. 78.*

63 Nec aliquam habent de iure Canonici Eccleſiæ Collegiatæ præeminentiam, & Dignitatem ſaltem largè, ſicuti habent Canonici Cathedralis, *gl. in c. ſtatutum de reſcriptis in 6. verſ. Cathedralium*, dixi, de iure, poſſunt enim ex Conſuetudine, vel Papali priuilegio illas habere, *Seraphinus deciſ. 1223. n. 1.* ſicuti, & Inſignia, *Riccius in praxi fori Eccl. praxis var. deciſ. dec. 637. n. 6. vt ſupra dixi n. 7.* de Eccleſia Herbitana, quæ Collegiata, & tamen illa Priuilegia tenet; eiſque ſi dignitatem habent committi poſſunt cauſæ Apoſtolicæ; *Rebuffus in praxi benef. fol. mihi 408. §. circa qualitatem perſonarum, in praxi Cancell. Apoſt. & cæteris* Presbyteris ſuæ Ciuitatis, vel loci præferuntur, tanquam Digniores, vt de Canonicis Cathedralis, etiam *docet Rodriq. citat. cum alijs.*

64 An verò iſti Canonici, ſicut & Regulares omnes etiam corā Epiſcopis, in proceſſionibus, & ſuis locis, vti poſſint inſignijs, à Sede Apoſtolica conceſſis? & interrogatus temporibus elapſis affirmatiuè Reſpondi; benè verùm, quod in alienis licentia requiritur, vt poſſint Pontificaliter incedere, miſſaſue ſolemnes dicere, ſicuti de Epiſcopo in aliena Diœceſi *dicebam ſupra deciſ. 7. in fine*, & de Abbatibus habentibus vſum mozzettæ, quòd poſſunt eam deferre etiam coram Epiſcopo, non dubitauit, *Sac. Congreg. rit. edita ſub die 9. Decembris 1617. & alia edita die 30. Martij 1621. apud Tamburi-*

buri-

*burinum tom.* 1. *de iure Abbat. diſp.* 20, *q.* 2. *quem refert Bellaſius in prompt. verb. Abbas n.* 14. de Mitra, & Baculo, etiam idem dicas, ſi habeant in priuilegijs ſuis, *Nouarius in Lucer. regul. verb. baculus, Gauant. in man. Epiſcop. V. Abbas nu.* 9. & de Baldachino *Lapus alleg.* 19. *& Gauan. V. Baldach. cum Nouario, & Tamburino tom.* 1. *diſp.* 20. *quæſt.* 2. & Canonici regulares etiam in proceſſionibus publicis vti poſſunt Rochetto, & ſuper pelliceo, *ead. Sacr. Congreg. ſub die* 28. *Auguſti* 1628. *& refert idem Bellaſ. verbo. Can. Regulares*, ſed in loco ſuo venire debent ſecundum antiquitatem, vel ordinem datum, & priuilegia Pontificum, quæ adducit *Tamburinus cit. diſp.* 25. *nu.* 294. *q.* 1. *Bellaſius cit. & V. Præcedentia, num.* 1. *cum ſeq.*

65 Sed circa locum cum Canonicis Cathedralis Eccleſiæ collegialiter procedentibus, in proceſſionibus, dicendum eſt hos præcedere Abbates, *Menochius conſ.* 257. *n.* 28. *&* 29. nam licèt Abbas dignior ſit Canonico; attamen hoc intelligitur extra Eccleſiam ipſius Canonici, *vt ex Selua, & alijs docet idem Menochius*, & ſi conſiderantur Canonici vti ſinguli, *Bellaſ. cit. d. verb. præcedentia n.* 7. *Baldus in c. Paſtoralis nu.* 3. *de off. delegati, Felinus in c. meminimus de accuſ. n.* 6. *Decianus conſ.* 67. *vol.* 2. *n.* 13. *Sebaſtian. Cæſar de Eccl. Hierarchia diſp.* 12. *nu.* 8. *Aſcanius de iure Abbatum diſp.* 25. *q.* 2. *n.* 10. quod procedit etiam ſi in dignitate eſſent, *c. ſi quis deinceps* 17. *q.* 7. vt Archidiaconus, Decanus, & alij, modo pro vt ſupra, *c. fin. & c. præſenti, de off. delegati, Gemin. in c. quamuis* §. *quamquam de præbendis in* 6. & in breuibus, quæ expediuntur per Sedem Apoſtolicam, cum clauſulis generalibus, priùs nominantur Abbates, ex qua priori nominatione præcedentia deſumitur, *Lara de cappellanijs cap.* 3. *n.* 47. *Gramaticus deciſ.* 64. *n.* 28. *ſicut ex Ceremoniali Roman. lib.* 1. *cap.* 23. *fol.* 40. *verſ. tum ſi aderunt Abbates*, vbi diſponitur, quod in Synodo prouinciali priùs ſedeant, votaue proferant Dignitates, & Canonici Eccleſiæ Cathedralis, cum Capitulariter procedunt, aliàs Abbates titulares præcedant.

66 Alij Canonici Collegiatæ Eccleſiæ, vel Regulares, aut ſimplices Presbyteri, Canonicos hos, & Capitulum Cathedralis nõ præcedere, certum indubitatumuè eſt; etiã ſi ſint in ſuis Eccleſijs, in quibus Canonici cum Epiſcopo incidentes locum ſuum habere debent, & ille erigere Baldachinum poteſt, *Sacr. Congreg. ſub die* 10. *Iunij* 1603. *apud Quarantam Verb. Priuil. regul.* & Pontificalia exercere, *Tambur. de iure Abbat. diſp.* 15. *q.* 15. *ex Sac. Congr. ſub die* 17. *Ianuar. anno* 1584. & contradicentes cenſuris, & pœnis cogere, *Peyr. tom.* 1. *priuil. in conſt.* 26. *Leonis* 10. *Bellaſ. verb. Epiſcopus n.* 13. quod ſi vti ſinguli incederent, non ita diſcurrendum eſt; adeò vt nec in Collegiata Eccleſia, & Capitulo Locum primum habere debent, rationibus ſupra dictis, & argumento de Abbate, qui ſolus præcedit Canonicos vti ſingulos, ſed Capitulum non ita, & Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ non præcedit Canonicum Eccleſiæ Cathedralis, ſed Capitulum Collegiatæ præcedit.

67 Inter ſe Canonici omnes, aut ſunt cũ Præbenda, & eadem prærogatiua; aut non, hi locum non habent cum Canonicis, quia abſque Præbenda, & ſupernumerarij vocati ſolent, nec vocem, & locum in Capitulo de iure, niſi adſit contraria conſuetudo, *Tuſcus verb. Canonici ſupernumerarij concl.* 33. *in concl. iuris, Riccius in praxi aurea var. reſol. deciſ.* 263. *Maſtrilli deciſ.* 130. *nu.* 24. *cum ſeq. Caſtrenſis conſ.* 373. *nu.* 3. *Caſſ. in Catal. gl. mund. part.* 4. *conſid.* 12. *in fine, Ferrus de præced. quæſt.* 10. *n.* 5.

68 Nec Eccleſiæ prouentus diuidi debent, *c. auaritiæ de præbendis*, niſi fructus ſint aucti, quo caſu Canonico Supernumerario præbenda aſſignari debet, *c. cum M. de conſtit. Maſtrilli de Magiſtratib. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 95. *Abruz. de ſeru. perſon. comm.* 1. *nu.* 380. qui addit, *n.* 282. *ex c. ex parte ibid.* quod ne minuatur Eccleſiæ ſeruitium minui non poteſt numerus Canonicorum, ſicut nec augeri niſi auctis redditibus, vel ſi Epiſcopus præbendas creſcere vellet, *d. c. cum M. c. quãto de cenſib. c. in nouo* 21. *diſt. gl. in d. c. ex parte verb. diminuti*, qui etiam aſſignare tenetur

tur diſtributiones Eccleſijs, tàm Cathedralibus, quàm Collegiatis, ſi non ſunt, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, *Trid. ſeſſ. 21. de ref. cap. 3. & ſeſſ. 22. cap. 3.* & ex fructibus, & prouentibus Dignitatum, Canonicatuum, & officiorum, *vt idem Trid. decidit,* quæ ſi non ſint, ex alijs prouentibus Eccleſiæ quomodocumquè veniant, colligantur, aut à mortuarijs, vel adminiſtratione Sacramentorum, nam Verba *Trid.* generalia ſunt, *fructuum, & quorumcumque prouentuum, & obuentionum,* quibus minimè exiſtentibus in ſubſidium Epiſcopum cogendum puto, vt ex ſuis redditibus diſtributiones aſſignet Canonicis ex quarta, quæ Clericis dari debet ex fructibus Epiſcopatus, *Greg. in c. cognouimus cum ſeq. 12. q. 2. & Gelaſius in c. quatuor ead. cauſ. iuncto c. de redditibus, & Mos eſt,* quia redditus ad diuinum cultum, atque Eccleſiaſtica munia sũt conſtituta, nec minui debet cultus Diuinus, & augeri Domus Epiſcoporum, ſunt enim hi vocati à Deo, non ad propria commoda, ſed ad labores, & ſollicitudines pro Dei gloria, *vt loquuntur Sancti Patres apud Barboſam de Epiſcopali munere tit. 2. gl. 2.* neque hæ diſtributiones ex parte beneficiorum ſimplicium colligi poſſunt, *Sac. Congreg. in vna Meliticenſ. ſub die 9. Aprilis* 1597. cum nouum onus hæc ſuſtineri non debeant, *ead. ſub die 1. Iulij 1597. quas adducit Gallemart. in remiſſ. ad Concilium Trid. ſeſſ. 21. de cap. 3. verb. tertiam partem fructuum.*

69 Cæteri cum Præbẽda, & eadem prærogatiua omnes locum habere debent ſecundum antiquitatem, & receptionem, [exceptis Dignitatibus, de quibus ſupra] *arg. c. 1. de mai. & obedientia l. 1. ff. de conſulibus lib. 10. Riccius praxis præcedentiæ deciſ. 579. & 580.* nam antiqui ſunt præponendi cæteris paribus, *dixi ſupra deciſ. 2. n. 29.* & in terminis corroboratur, *à tex. in c. à collatione de appellationibus in 6.* vbi habetur, quod Epiſcopus, qui eſt in Capitulo, vt Canonicus locum habere debet poſt Canonicos antea receptos, *Maſtrilli deciſ. 130. num. 1. Gratian. diſcep. forens. cap. 298. n. 83. Capycius, Ponte, & alij, quos citat, & ſequitur Barboſa ſuper Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 6. num. ſuo 46. ex verbis Concil.* [*primam Sedem,*] *Thorus in compend. deciſ. Neapol. par. 2. verb. præcedere an debeat Decanus, Abruzzus ſup. cit. n.* 337. de rigore, licèt de æquitate poſt dignitates locum dant *Gratianus cit. tom. 1. cap. 106 n. 9. Seraphinus deciſ. 437. nu. 4. & alij, quos refert Ferrus de præced. q. 27. n. 2.* ſed Epiſcopo proprio illius Diœceſis, nam in alio Epiſcopo non proprio, locũ habet regula abſoluta, quod ſedere debeat, vocemque habere poſt Canonicos antea receptos, *Ferrus cit. ex Caſſan. in Catal. Gloria mundi 4. part. conſ. 25. & 45. Giorg. alleg. 35. col. 1. & 2. de Ponte conſ. 14. & deciſ. 8. Anna conſ. 40. n. 14. & 39. Abbas, & Can. in c. a. collat. 11. de appell. in 6. Anell. amat. cõſ. 30. n. 6.* etiam ſi poſterior tempore fuerit, *vt Idem docet,* & quando Epiſcopus, vel alius Præſes dicatur interuenire vti Præſes, ſicq; vti caput, & quando vti Canonicus, & mẽbrum, cognoſcitur ex ſubſcriptione, & ſede, quia ſi ſe ſubſcribit poſt Archidiaconum, vel alios Canonicos dicitur interueniſſe vti Canonicus, *gl. in d. c. à collatione verb. Prælatus,* etſi non appareat quomodo ſederit, & actus fuerit factus ſine ſcripturis, in dubio præſumitur interueniſſe vti Caput, *Scaccia de appell. quæſt. 8. n. 120.* ibi infert, quod ſi interuenerit vti Canonicus datur appellatio ad ipſum tanquam ad Epiſcopum, ſecùs ſi interuenerit vti Præſes, & tunc appellatur ad Superiores.

70 Quod ſi vnus ſit antiquus, nec vllum gradum habeat, & nouiter receptus aliquẽ gradum, hunc præferrri dixere aliqui, puta ſi fuerit Doctor, qui nõ Doctori præferendus, etſi ille ſit antiquus in receptione, *Maſtrilli dec. 130. per tot. Abruz. cit. n.* 138. nam de eodem tempore receptis, quorum alter eſt Sacerdos, & Doctor, & alter non Doctor, licèt Sacerdos, quod ille præferatur, non dubitarunt, *multi poſt Ferrum de præced. quæſt. 10. nu. 15.* ſed quamuis circa hoc Doctores multum elaborent Ingenium in concedenda prioritate Canonicis Doctoribus etiam poſteriùs receptis, adeò vt antiquitas tribuat præeminentiam cæteris paribus; *gl.*

*in cap.*

*in cap.placuit verſ.proponimus 16.diſt. Amedola ad Franch. deciſ.*364. *Afflictus deciſ.1. n.*4.*& 8.Riccius deciſ.*131.*n.16.tom.1.& deciſ.*135.*nu.*3. non ita ſi iuuenis Canonicus qualitatem Doctoratus habeat, & dignitatem hanc, quia hic non obſtante, quod fuerit poſteriùs receptus præfertur, *arg.§. penul.Auth.de Monachis*, ibi, *non enim eſt exhonorandum omnino tempus, Fabius Anna conſ.*122.*n.*13.*Canon. in c.ſtatuimus de mai. & Obed.Tiraq.de iure primog. in præfac. nu.* 151.*Coſcia diff. iuris in fine reſp.2.nu.14. & 15.Menochius conſ.*126.*nu.*31.*Crilenzonius conſ.*121.*per tot.Boniornus de nobil.part.3.n.* 99.*Abruz.cit.n.*338. *Riccius col.deciſ.*147. licèt etiam in hoc ſeruanda ſit conſuetudo Eccleſiarum, & Cathedralium, quæ magiſtra eſt, & norma, in his materijs præcedentiarum, *vt ſupra dicebam n. 61.*

71 Item ad quæſtionem de Sacerdote Canonico, an præferatur non Sacerdoti anteriori? videbatur dicendum non præferri, quia inter Canonicos prima cauſa præcedentiæ eſt Antiquitas, & prior receptus cæteris præfertur; ſed iã dixi, quod hoc argumentum locum habet cæteris paribus; ſecùs ſi in vno fuerit qualitas, quæ nobilitatem tribuat, & potioritatem, vt Doctoratus, & ita Sacerdos cum habeat dignitatem, *arg.c.1.& c. denique §.dignitas 96.diſt c.1. verſ. dignitas de vita, & honeſt.Cler. in 6.c. Odoard.de ſol.c.ſedes verſ.maiores de reſcriptis,Tiraq.de nobil. cap.9.n.*4. præferri debet non Sacerdoti; licèt anteriùs recepto, *vt decidit tex.in c.ſtatutum de maior.& obed.* ibi *ſtatuimus, vt Presbyteri primum locum, Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium, & ſic de reliquis obtineant ordinatìm, etiam ſi poſteriùs admictantur, & qui maior eſt ordine; etiam ſi poſtea ſit receptus in portione percipienda eſſe volumus potiorem, ac minores facere ſeruitia conſueta*, & tex. ſequuntur, *Barboſa, omneſque ferè Canoniſtæ*, & qui contrarium dicunt loqui videntur ſtante conſuetudine, cum de iure *ex tex. citato* dubium non ſit; ad quam conſuetudinem etiam tollendam, *Sacra Congregatio Rituum* emanauit, quam refert, *Marta in ff.nouiſſ.verb.Canonicus cap.* 38. *Ferrus de præcedentijs d.q.*10.*& alij*, cuius verba ſunt, *cum ſecundum cuiuſque dignitatem, quilibet in ſede ſit honorandus, & qui prior eſt in ordine, in loco etiam permitti debeat; declarauit Sacra Congregatio Rituũ, Canonicos qui in ordine Presbyterali conſtituti Canonicatum Presbyteralem obtinuerunt, in Choro, Capitulo, proceſſionibus, & ſeſſionibus præcedere debere Canonicos in Diaconatu, vel Subdiaconatu, Conſtitutos, Canonicatus Diaconales, vel Subdiaconales obtinentes, etiam ſi poſtea fuerint in Eccleſia admiſſi, & recepti, non obſtante Conſuetudine, qua tanquam abuſiua, & improbata admicti non debet, vndè Canonico prouiſo de Canonicatu Presbyterali in Eccleſia, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ cenſuit S.Congregatio locum inter alios Presbyteros deberi ſupra omnes Diaconos, & Subdiaconos, licèt priùs in Eccleſia receptos*, & ſequitur Declarationem, *Riccius in praxi præceden. deciſ.* 579.*& coll. deciſ.* 147. *&* 1446. *poſt Doctrinas Gammæ, deciſ.1.n.48. Rebuff. & aliorum.*

72 Et præcipuè in Eccleſijs Cathedralibus, in quibus ordo ſacer requiritur, ait, *Ferrus cit. n.9.* ſed hoc conſtare debet; ideò dicendum abſolutè eſt, Declarationẽ Congregationis relatam loqui, quando in Canonic. obtinendis requiritur ordo ſacer, & Canonicatus Presbyteralis eſt; ſecùs in alijs, etiam ſi Eccleſiæ eſſent Collegiatæ: nã de iure Presbyter præferendus, *vt dicebã ex tex.* ex conſuetudine ſi adſit, illi ſtandum eſt, niſi fuerit hæc Conſuetudo introducta contra ipſam Fundationem Canonicatus, in quo requiritur ordo ſacer, & non poteſt Conſuetudo facere, vt talis non ſit, & Presbyteri non præferãtur in Canonicatu Presbyterali, quod ſi præbendæ ſint diſtinctæ, Canonicus Presbyter poſteriùs receptus præferendus etiam eſt Diacono anteriùs recepto; nec valet Conſuetudo contraria, quæ in alijs locum habere poterit, & quando non conſtat de hac diſtinctione Præbẽdarum, & quod Canonicatus ſit Presbyteralis, quod probatur ex fundatione, &c. *prout ſupra n.* 33. de quibus loqui videtur, *Gratian.diſcep. forens.tom.3. cap.482.n.14.*

*qui*

*qui Declarationem aliam Congr. Rituum, ſub die 12. Decemb. 1606. adducit.*

73 Dices Epiſcopus eſt longè maior in dignitate Presbyteris, ſi ergo Presbyter poſteriùs receptus præfertur Clerico, vel Diacono anteriùs recepto, in Canonicatu, quarè non idē de Epiſcopo dicimus, ſed Contrarium *ſupra n.69.* nempè Epiſcopum Canonicum locū habere poſt Canonicos antea receptos? Dicas quod non eſt eadem ratio in vno, & in altero caſu; nam in hoc ſecundo Presbyter de iure præferri debet; quia magis inſeruit Eccleſiæ, quæ non militat in Epiſcopo Canonico, *ex tex. in d. c. à collatione de appell. in 6.* nec factus Epiſcopus Canonicus, nomen, & præeminentias Canonici deperdit.

74 Sicuti Monachus factus Abbas adhùc Monachus reſtat, & etiam ſi fuerit factus Epiſcopus non poteſt habitum mutare, ſed ſaltem aliquod inſigne portare, *Boerius decif.* 158. & Senator electus in Imperatorē adhùc Senator reſtat, *l. ius Senatorum C. de dign. lib.* 10. Notarius factus Præſul non deſinit eſſe Notarius, *l. praclarum C. de primip. lib.* 12. Baro alias dignitates acquirens maiores, nō deſinit Baronem eſſe, *Capoblancus de Baron. in præmio n.19.* Auditor Cameræ effectus Epiſcopus locum non mutat, *Grat. diſcep. for. cap. 298. n. 34. tom. 2.* atque generaliter dignitas maior ſuperueniens minores non abſorbet, *de Franchis decis. 445. & in decif. Neapol. Thor. verb. Pracedere an debeat Iudex, per tot.* vbi docet, quod Iudex alios ſocios præcedere non debet, ex eo, quia nouam habuit dignitatem maiorem Iudicatu.

75 Ita Epiſcopus factus, Canonicus, in Capitulo, & actib. Capitularibus, talis erit, nec ex hac dignitate in Capitulo maioritatem acquirit, quia magis non inſeruit, ſicuti inſeruiūt Presbyteri præferēdi, non Presbyteris, & Doctores non Doctoribus, nam dici ſolet; quod Doctus vnus plùs decem Eccleſijs ſeruit, & prodeſt, quam decem indocti vnicæ Eccleſiæ, *Decian. reſp. 14. n. 37. vol. 1.* & ex æquitate aliqui DD. ſupra relati locum dant, poſt Decanum, vel poſt vltimam dignitatem, *Maſtrill. decif. 130. in fine cum alijs.*

76 Quod dixi de Canonico Epiſcopo, idem dicas de Canonico Abbate, Priore, aut alias dignitates habente, vel officia, qui ſolùm in rebus pertinentibus ad has dignitates præfertur, non in communibus, & Capitularibus, in quibus intrat, vt Canonicus, nec alium locum habere debet, & de Nobili, quod non præferatur Ignobili, non eſt dubium; in Dignitatibus enim Eccleſiaſticis acquiſitis, non eſt perſonarum differentia, *gloſ. in c. ſtatuimus de mai. & Obed. verſ. potiorem, c. conſtit. de appell. c. 1. 16. q. 7. c. hisita 25. q. 1. arg. l. verum §. ſi cum tres ff. pro ſocio,* ſicuti in Doctoratu nobilis nō præfertur ignobili, niſi ratione antiquitatis, *Odd. conſ. 14. n. 40.*

77 In aquirendis verò aliquando poſſet Nobilis præferri, ſi æquè Doctus, ac Ignobilis; quia tunc qualitas nobilitatis aliquid tribuit ſupra Doctrinam, *gl. in d. c. ſtatuimus. & c. pen. de pœnis verſ. nobilitate, Paſcal. de Patria poteſt. par. 4. cap. 2. n. 83. Tiraq. de nobil. cap. 20. nu. 11. gl. in Extrau. 1. Ioan. 22. de prab. verſ. generis, Glarītatē, Decianus Reſp. 21. nu. 49. Ciriacus controuerſ. tom. 2. controu. 201. n. 146. Menochius conſ. 106. propè finem verſ. & ſcribere volut, Natta conſ. 638. n. 28. Auend. de exeq. mand. part. 1. cap. 19. n. 17. ex Baldo, Saluſtio, & alijs, Caphalus conſ. 615. num. 51. Puteus decif. 126. Mut. tom. 6. ad cap. Reg. cap. 11. nu. 115. Bucalus in Reſponſo pro Medico n. 494.* licèt contrarium dicat, *gloſ. ſingul. in c. nunquam 56. diſt.* quæ habilitatem, & Nobilitatem propriam reſpicit, non aliam, & ſequitur, *Andreas Barbatia conſ. 57. lib. 2. col.* 8. & probabilitèr diſcurrendo ſi Eccleſiæ, & publicæ vtilitati proſpicere volunt Prælati, priùs de literatura, quàm de Nobilitate generis quærere debent, *Barbat. cit. conſ. 57. Cotta in mem. verb. Nobilitas,* qui dictum Accurſij refert, *in l. ſocietas contrahitur ff. pro ſocio,* nam regulariter peritus, & Doctor Ignobilis præfertur nobilibus, *vt dixi lib. 1. decif. 2. n. 28.* quibus addas *Menochium conſ. 125. & conſ. 902. n. 19. Cottam V. Doctor in fin. in memor. iuris Cotonius contron.*

*tron, lib. 5. c. 2. n. 29.* nec refragatur ſanguinis ſola nobilitas, *Giurba de Feudis in prœludio nu. 14. Fontanella de pactis nuptialibus tom. 1. clauſ. 3. gl. 1. num. 30. Petrus de Greg. in comm. art. mirab. lib. 4. c. 20.* quæ ſtercoris, & fœtoris nobilitas dicitur, *Taſſon de antephat. verſ. 10. obſeru. 2. n. 12. Tiraq. de nobil. cap. 4. n. 1. fol. mihi 22. & cap. 22. num. 22. fol. 103. Roſell. in floril. verb. nobilitas, Hoſtienſis in c. venerabilis num. 1. in fine de præbendis, & in c. tua 7. n. 3. de conſang. & affin.* qui dicunt vno ore, quod nobilis, qui ſuperbit de nobiliori ſanguine, intumeſcit de nobiliori ſtercore, nec eſt facienda vis in genere, quia ex inferioribus fiunt Reges aſcendendo, & ex Regibus fiunt comites deſcendendo, & de ruſticis fiunt milites, & de militibus ruſtici, *refert Viuius com. opin. 597. n. 47. & 48. & Ciriacus tom. 2. controuerſ. 201. n. 203. cum ſeq.*

78 Ideoque nobiles ſuperbi ſunt, arrogantes, rixoſi, ad alios cõtemnendos proni, *Ariſt. lib. 2. Rhet.* & dicuntur equites ad ſimilitudinem equorum, *vt idem ait, & Thomas Actius de ludo Stacchorum quæſt. 6. n. 24. & 25. cũ ſeq.* ludiſque impliciti, nihilque moderati habent, & ſua profundunt, *vt Salluſtius in Coniur. Catilinæ*, procliues ad æs alienum contrahendum, & diſſoluendum difficiles, *Leotardus de vſuris quæſt. 2. nu. 11. fol. mihi 7.* guloſi, & luxurioſi pluſquàm populares, *Baldus in l. per adoptionem 35. in prima lectura ff. de adoptionibus, Viuius, & Ciriacus citati*, ac ſubditorum, & popularium Oppreſſores. *Seſſe mox citandus n. 39. & Actius citat.* qui repræhendit nobiles tales, & moderationem deſiderat in iſtis veſtium, morum, & luxuriæ, quia hæc erunt deſtructiones domorum, & ſint Magnanimi, Dociles, & Induſtrij, Politici, & Affabiles, non appetant nimiùm honores, nec ſint aliorũ deſpectores, ſecundum *Egidium lib. 1. de regim. Principis part. 3.* ſuntque in eis hæc vitia, & alia peiora, quia de ſua gloriantur natiuitate, non de virtute, quæ mater eſt omnis nobilitatis, *Tiraq. cit. cap. 23. n. 9. & c. 20. n. 75.* & ſuperbia eſt commune nobilitatis malum, *Seſſe deciſ. 8. n. 38. Hoſt. Capolla, Afflictus, & alij relati à Tiraq. d. cap. 23. & Bucal. n. 470. & 471.* & ſtant ſimul, quod quis ſit nobilis, tamen faciat, quod de iure fieri non debet, *Barbatia noſter conſ. 18. nu. 38. Beccius conſ. 52. n. 100. Surdus conſ. 80. n. 38. tom. 1.*

79 In dignitatibus ergo, & Præbendis conferendis attendant Superiores, & Collatores, ad nobilitatis primam originem, quæ ſcientia, & virtus eſt, *Seſſe d. deciſ. Arag. 8. n. 38. Barboſa de Epiſcopali munere tit. 2. gl. 17. n. 15. cum ſeq. Viſconti in concl. iuris verb. nobilitas in principio, Ferrus de præc. quæſt. 25. n. 11. Fontanella ſupra cit. Staccia de ſent. & re iudic. cap. 1. gl. 4. quæſt. 1. num. 53. & 55. Tiraq. de nobil. cap. 4. Canoniſtæ omnes ex c. nos qui de præbendis*, Verbo [*morum nobilitate*:] cæteriſque nobilibus, etiam ex origine, præfertur nobilitas ex virtute, adeò vt Doctor dicitur magis nobilis, quàm ille, qui eſt nobilis genere, *Cinus in l. pen. C. de poſtulando Alex. conſ. 94. conſideratis his quæ in Themate, col. 2. verſ. ſed ita eſt lib. 1. Felinus in rub. de mai. & obedientia, & in c. Clerici in fine de iudic. Cotta in mem. iuris verb. Doctor in fine Ciuiliſtæ in l. cum quid ff. ſi certum petatur, Decian. reſp. 7. nu. 59. vol. 3. de Franch. deciſ. 128. n. 4. Anna conſ. 34. num. 4. Viſconti cit. circa fin.* & alij, *poſt Senecam lib. 3. de benef.* vbi, *eadem omnibus principia, eadem origo, nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius: qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine, ac multis Stegmatum, illigata flexuris in prima ædium parte collocant, noti magis, quàm nobiles ſunt. Vnus parens omnium, ſiuè per ſplendidos, ſiuè per ſordidos gradus, ad hunc prima cuiuſque origo perducitur, & Tacit. lib. 11. ann.* ait, *quod nobilitate cæteris, qui anteit, eius virtus experenda an dignum ſe Patruo, & aliis præbiturus ſit, qui enim ſua virtute nobilitatem non acquirunt, vel retinent; polluiſſe familiæ nobilitatem videbantur ait idem Tacit. lib. 3. annal. Ouid. de Pont. lib. 1. Eleg. pen. non Celſum nec clarum nomen auorum, ſed probitas magnos ingeniumque facit. Iphicrates ad Hermodiũ, vt narrat Plutarch. in apophthegmatibus, qui*

*ſibi ignobilitatem exprobauit; ait; genus, & nobilitas mea à me ipſo initium ſumit; tua autem in te finit, Idem Sen. in Herc. fur. Traged. 1. qui genus ſuum laudat aliena laudat. Boet. de Philoſoph. conſol. lib. 3. proſap. 6. ſplendidū te ſi tua non habes, aliena claritudo non efficit*, & quidam Philoſophus nobili dicenti ſe de domo vili, nec poſſe cum eo competere, reſpōdit, *mihi ignobilis domus eſt in dedecus, ſed tu es in dedecus domui tuæ*, & demùm menti teneant in his collationibus beneficiorum dictum, *gloſa in c. quoniam vetus verb. inuidia, 24. q. 1. quod Petro piſcatori ex fabro genito Succeſſorem quærimus non Auguſto*; nec in hoc Chriſtus Dominus nobilitatem quæſiuit, vt aduertit *Barboſa ſup. cit. num. 17.*

80 Hi enim magis erunt apti ad gubernandum, & Eccleſiæ inſeruiendum, *Decianus reſp. 14. n. 37. vol. 1.* non nobiles ſimplicitèr ex genere, magiſque appretiandi nobiles ex Virtute, & Doctrina, quàm alij, qui onerantur oneribus, quæ portare non poterunt; quis enim in litibus Eccleſiæ, vel Capitulo occurrit, niſi Canonicus Doctor? quis benè ſcit ſuas Dignitates, & prærogatiuas, niſi Canoniſta optimus, Collationes, prouiſiones, Capitulationes, Electiones, & alia, à quibus dirigi poſſunt, niſi ab illis; quibus remotis à Collegijs, & Capitulis, erunt hæc ſemper in diſſidijs, & rumoribus, & Eccleſia abſque ſeruitijs, hos igitur maximè appretient Prælati, & optimè gubernabunt Eccleſias ſuas, nam vt ſupra dicebam, Doctus vnus plùs decem Eccleſijs prodeſt, quā decem indocti vnicæ, *ex Decian. cit.*

81 Et ſtudia appretiari debent in Republicis à Gubernatoribus, & viri Docti, qui lateribus Principum aſſiſtunt, & ad pedes ſtare non debent, *l. iuriſperitos ff. de excuſ. tut. Angel. de Peruſ. in l. 2. C. ſententiam paſſis, &c.* & Vrbanus Pontifex Maximus VIII. ad oſculum pacis recipiebat Doctores, licèt alios ad oſculum pedis, vt refert *Viſconti in ſuis concluſionibus iuris Verbo. Nobilitas*, illudque vulgatum, quod Princeps omnia iura habet in ſcrinio pectoris, procedit in eo, qui tenet iuxta ſe ſapientes viros, *Cinus in l. omnium C. de teſtam. arg. Mach. 2. 5. & 3. Reg. Prou. 15. 20. & 24. Paul. ad Rom. 12.* & benè ab iſtis gubernantur Ciuitates, & Regna, *c. peruenit 84. diſt. c. ne irritar. de conſt. vt probat Aegid. Colūna de regimine Principis lib. 3. cap. 18. et 19. cum ſeq. Borell. ſumm. deciſ. tom. 1. titulo 65. n. 13. & 20. Specul. de requiſ. conſil. & de aduoc. verb. habito, Tho. Actius de ludo Scacch. quæſt. 6. nu. 6. 7. 8. & 9. ſublatiſq; ſtudiorum pretijs etiam ſtudia peritura, vt minùs decora dicebat Tacit. lib. 11. ann. & Alciat. Parergon lib. 12. cap. fin.* & remanet abſque Rectoribus Ciuitas, ſicuti de alia, *idem Tacit. Expulſis Sapientiæ profeſſoribus, atque omni bona arte in exilium acta. in Vit. Iul. Agricol.* quas Authoritates, iura, & rationes non legunt nobiles aliqui [aud hoc nomine digni, forsàn noſtri temporis] qui ac ſi nati eſsēt in quinta parte geminorum in horoſcopo, *vt quidam Modernior ait*, paruifaciunt omnes, etiam Doctores mundi Magiſtros, & Luminaria, *Salic. in Auth. habita C. ne filius, &c. l. 2. C. de off. ciuil. Iud. Luc. de pen. in l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. Viuius com. opin. 197. n. 13. p. 1.* qui honorātur à Principib. *l. quidquid C. de Aduoc. diuerſ. Iudic.* & omnis ianua clauſa, eis patet, *l. ſciant C. de off. diu. iudic.* & nobiliſſimos vocat ipſe Imperator, *in l. prouidendum C. de poſtul. l. diximus C. de excuſ. tutor.* & illuſtres §. *cumque in proœmio inſtit. Cotonius in controu. lib. 5. cap. 2. nu. 43.* certè hi ſuam agnoſcant originem, quæ nō ex Sole Parente erit; aut ſi nobiles ex origine, & ſtipite dicere nolunt, quia hoc eis non prodeſt [erunt enim forsàn ex viliſſimis foſſoribus deſcendentes] ſed ex virtute propria, quarè Doctores, & Magiſtros ſpernunt, qui primam nobilitatis cauſam, & originem habent, quæ Virtus eſt? oh certè miſeria temporum noſtrorum, in quibus Ignorantia, Superbia, & Paupertas proſpicitur, & ſolùm in his nobilitatis fumus ſpectatur, qui ex antiquis nobilibus remanſit.

82 Nec iſti nobiles ſunt, ſed viles perſonæ, *Afflictus in conſtit. ſancimus lib. 3. nu. 1.* nam veri nobiles præſumuntur, benè, ac innocenter viuere, *Menochius de præſumpt.*

*lib.6.præſum,4.n.12.* & honeſtè, atque caſtè, *idem lib.4.præſum.78.n.127.* & abſque ſuperbia, qui ſuperbos debellant, *Virgil. Aeneidos lib.6.* omnibuſque gratificantur, etiam cum laboribus proprijs, *quia Generoſos animos labor nutrit, dicebat Senec. Epiſt. ad Lucill.31.* nec delectantur de humilibus, & ſordidis, *idem Epiſt.37.& de benef. erigite audacter animos: & quidquid in medio ſordidi iacet tranſilite, expectat vos in ſummo magna nobilitas,* fideſq; eis adhibēda eſt, quia mentiri, nec fidem fallere præſumuntur, *Menochius conſ.466.n.32.* & pro nobilibus; vt probè ambulent præſumendum, *Idem conſ.422.n.10. Ramonius conſ.87.n.14.* nec infames ſint, *Idem conſ.804.n.46.& Ramonius conſ.4.nu.21.* ſed virtuoſi potiùs, & recti, *Scardcr. de Feudis part.9.ſect.12.n.19. & 23.* & integri *Actius de ludo ſcacchorum q.5.n.16.* hæc de regula. Quod ſi ſcire cupis requiſita, & ſigna veræ nobilitatis, *Vide Aluarum Pelagium de Planctu Eccl.lib.2.cap.76.* qui ſeptem ponit nobilitatis veræ ſigna, primùm liberalitas, 2. gratitudo, 3. manſuetudo, & miſericordia, 4. ſtrenuitas, ſeu virilitas, 5. timor turpitudinis, 6. Cordis magnitudo, qua quis modica contemnit, & maxima appetit, 7. Erubeſcentia maximè à vitijs: verecundia namque ingenuos prodit natales, vt ait D. Ambr. & adducit *d. Actius de lud. Scacc. q.6. n.88.* quod ſi hæc non ſint cumulatiuè in nobili haud verum nobilem eſſe dicas, & ſi ipſe ſe iactet de genere ſuo, quod ad nihil conducit, & refert illud, *Aeſopi in Apolog. de mulo,* qui interroganti de ipſius genere, reſpondit ſe eſſe filium equæ, de aſino autem Patre, nec verbum quidem; huius generis ſunt illi, qui interroganti de ſuo genere ſemper nominant nobiliorem, ac ditiorem, quamuis illis etiam non attingat, niſi multum remotè, imò quandoque fingunt, aliquos famoſos viros eſſe eorum auos, & genitores, qui tamen erunt eis tanquam Adā, vel Eua, & ſi quos habent pauperrimos Parentes, vel Conſanguineos de illis tacent, vel eos abnegant, aut opprimūt. ſicut equi, qui ſuper pedites pertranſeunt, & nobiles ſuper pauperes, eos opprimendo, *Ariſt. lib.2. Reth. Caruuita ſuper Ritu M.R.C. Ritu 160. Actius de lud. Scac. q.6.n. 24.& 25. ſuper relatas.*

83 Sed omnia ſupradicta, & alia mala facit in aliquibus nobilibus Ignorantia, ſi enim, & Philoſophos, Iura, Sanctoſque Patres, & Doctores curioſè, & Doctrinaliter ſcribentes legerent, in has foueas, & ſpinas non inciderent, ſeque, & alios benè cognoſcerent: & etiam paupertas, quia commune eſt apud Doctores dictum, quod nobiles familiæ inopia, & paupertate ſordeſcunt, *l. quiſquis §. primo in fine C. ad legem Iul. Maieſt. Menochius conſ.723.n.18. & conſ. 116.n.3.117.n.50.& 813.nu.12. Ramonius conſ.1.n.71.* vbi *Nobiliſſima familia ſi detrahas opes plurimum ſane ſplendoris dignitatiſue detraxeris, & conſ.19.nu.38.conſ.100. nu.373.ex Guid. Papæ deciſ.476.& 480. Tiraq. de primog. q.4.n.16.& q.71. Molin. de primog. lib.1. cap.11.n.4. Burſat conſ.226.n. 38.& alijs, & nobilitatem vtriuſque pecunia innandam, ait Tacit. ann. lib.2.n.48.* Inſuper, & Luxus, vt de Cotta Meſſalino refert, *Id. Tacit. ann. lib.6.n.7. quo non aliud honeriſcentiùs Cotta euenit, qui nobilis quidem, ſed egens ob luxum, per flagitia infamis, Leotardus de vſuris q.2.n.11.* qui omnes degeneres in opprobrium familiæ ſunt, *Lepidum odij nactus, vt ſecordem, inopem, & maioribus ſuis dedecorem, Tacit. ann. lib.3.n.32.& lib.1.n.53. par cauſa ſæuitiæ in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, ſolers ingenio, & prauè facundus, & de Mamerco Scauro, eod. lib.3.n.66. ait ille Scaurus, quem proœm ſuum opprobrium maiorum Mamercus infami opera de honeſtabat, &c.*

84 Demum oriūdus præfertur, non oriundo, etiam ſi ciuis eſſet ex priuilegio; aut alio modo indubitata enim eſt iuris concluſio apud Iuriſtas, & Theologos, in beneficijs omnibus, & officijs conferendis oriundos non oriundis, ciues non ciuibus præferendos eſſe, *Barboſa in c. bona el.2. de poſtul. prælat. & in c. fin. de Cler. peregrinis. ex verbis apertis tex. c.1. diſt.71.c.1.& 2. & per tot. 52. diſt. c. nullus 60. diſt. l. in Eccleſijs C. de Epiſcopis, & Clericis, ex Regula Cancellariæ,* ibi,

ibi, *oriundos non oriundis præferri*, *gl. in c. ſi proponente de reſcriptis*, *Borell. ſumma deciſ. tom. 1. tit. 20. n. 163. & 165. Diana part. 3. trac. 3. reſol. 3. Garcia de beneficijs tom. 2. par. 7. cap. 9. de naturalitate, Viuianus de iure patron. lib. 12. cap. 9. n. 3. Riccius collec. dec. 925. Ioannes à Solorcano in alleg. præced. n. 92. Riccius in praxi fori Eccl. prax. concurſ. ad Eccl. Parochiales deciſ. 425. nu. 2. & tit. de iure patron. dec. 230. & 359. Gutierez lib. 2. Canon. quæſt. cap. 11. n. 63. & conſ. 2. nu. 24.* etiam ſi forenſis fuerit magis idoneus, *vt idem docet, & Sandoual de iuſtit. diſtribut. cap. 8. Camp. diuerſ. iuris Can. rub. 6. cap. 3. nu. 35. Ceuall. com. contra com. quæſt. 659. nu. 3. Mareſcottus variar. lib. 7. cap. 52. nu. 25. & 26. Zerola in praxi Epiſcop. part. 1. verb. beneficia §. ad octauum, Idem Barboſa ſuper Concil. ſeſſ. 24. cap. 18. de refor. nu. 130. & de Off. Epiſcopi alleg. 69. n. 103. Fuſcus de Viſit. lib. 2. cap. 15. n. 13. Maſtrill. deciſ. 2. nu. 14. & alij, poſt hos citatos cum Gregor. Toloſ. Sintag. iuris tom. 1. lib. 17. cap. 6. n. 41.* qui de conſuetudine multarum Vrbium principalium teſtatur, & de Collatione Parochialium Panormi oriundis facienda, *Serio de Poteſtate Parochi Bullam Clementis VIII. adducens*, Epiſcopatus Burgenſis, Placentinus, Calaguritanus, & Granatenſis, non conferuntur, niſi Originarijs, vt refert, *Carneu. de iudicijs diſp. 2. tom. 1. n. 68. & 69. Diaz. in prax. Crim. Can. cap. 55.* vbi ait, quod maximi tumultus fuerunt in Hiſpania ob eam cauſam, quia beneficia Eccleſiaſtica conferebantur exteris, *Doctor Illecas Hiſpanus in ſua Pontificali Hiſtoria cap. della guerra final del Rey de Francia por racobrar el ducado di Milan* §. 10.

85 Et de iure diuino, & naturali eſt concluſio, vt dixere aliqui, *poſt Tappiam deciſ. 15. tom. 1. ex Gomeſio ſuper reg. 10. Cancellariæ de idiomate, idem Tappia in Conſtit. occupatis fol. 105. & 106.* & ex verbis, *tex. in d. c. fin. clarè colligitur* ibi, *te nobis proponente didicimus, quod quidam Prælati Eccleſiarum tuæ iuriſdictionis in Eccleſijs ſibi commiſſis ſine conſcientia tua, Clericos de alienis Epiſcopatibus inſtituere non verentur, Attendentes igitur iam eis nulla ratione licere, cum ſit honeſtati contrarium, & à Sanctorum Patrum inſtitutionibus alienum, &c. ex c. nullus 61. diſt. cum ſeq. habeat vnuſquiſque fructum ſuæ militiæ in Eccleſia, & gl. ibi verb. ciuitatis*, electionem factam de Ciue etiam à minori parte electorum defendit, *& Gregorius Papa*, Neapolitanis Clericis electionem Epiſcopi ex ſua Eccleſia mandat, vt habetur in *c. ſtudij 61. diſt.* ſicut Pelagius Papa Eucarpo Epiſcopo Meſſanenſi ob mortem Epiſcopi Catinenſis committens illi viſitationem imponit, vt electio fiat à Clero de perſona ciue, ex eodem Clero Catinenſi, &c. atque hoc ex ratione *tex. in d. c. fin.*

86 Quin imò non ſolùm in Canonicatib. & beneficijs conſideratur origo, vt originarij præferantur, ſed etiam quia datur origo propria, & paterna, vel materna, *vt dixi deciſ. 3. n. 160.* quis nam præferendus concurrentibus his perſonis ex diuerſa origine? & Concludas ſemper præferri eum, qui ex origine propria ciuilitatem habet, ſicut ſi originarius, cum domiciliante concurrat, illum præferri, quia origo potior alijs eſt, & ciuis ex natura, cum ciue ex priuilegio, ſi concurrat, etiam præfertur; vt benè docet *Ferrus de præced. q. 25. n. 12.* regulamque habeas Ciuem ex fictione, vel priuilegio, vero ciui non præferri, & ſi duo ſũt domiciliantes, vel ex priuilegio, aut originarij ex propria origine, vel paterna, nec adſit aliquod accidentale puta, antiquitas, Doctoratus, & ſimil. tunc ad alia attendendum eſt requiſita; adeò vt, vnus prælationem non habeat ex hoc, ſed ex alijs, puta Doctoratu, Sacerdotio, &c. *vt meliùs lib. 3. deciſ. 1. de beneficijs dicam ex Reg. Cancell. 16.* vbi hanc quæſtionẽ de Originarijs præferendis in concurſu, & collationibus examinabo, & hæc obitèr dicta ſufficiant hoc loco pro Canonicis.

87 Ex qua vera ſententia à Iure Diuino, & Naturali emanata Colliges de iure non valere Statuta, ex quibus Ciues, & Originarij venirent excludẽdi ab Officijs Ciuitatis ſuæ, Beneficijs, & Cathedris, quando ſunt idonei, & apti ad gubernationem Officij, & ad Cathedram ſubſtinendam, vel

Bene-

Beneficium, aut Parochiam rectè gubernandam, ita præter DD. relatos, & infra adducendos. *Regens Tappia in concord. iurium reg. in cõſtit. occup. fol. mihi* 105. *&* 106. *Petra ad Capycium deciſ.* 121. *Amendola ad Franch. deciſ.* 409. *& deciſ.* 486. *Guttierez conſilio* 2. *num.* 24. *Sotus de iuſt. & iure lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *Lucas de penna in l. quiſquis col.* 1. *verſ. & nota hic C. de omni agro diſert. lib.* 10. *Alciat. de præſumpt. reg.* 1. *præſump.* 37. *nu.* 3. *cum ſequent.* ſicuti è contra valent, & laudabilia ſunt ſtatuta, quæ admittunt originarios ad officia, &c. excluſis alienigenis, vt in Regnis Caſtellæ, *Borell. de præſt. Reg. Catholici, Con. prac. cap.* 35. *num.* 5. & in alijs locis, *Carneualius de iudicijs tom.* 2. *diſput.* 2. *q.* 2. *nu.* 68. *cum ſeq. Ciriacus controu. tom.* 2. *cap.* 205. *n.* 14. *&* 15. *Sandoual. de Iuſtit. diſtribut. cap.* 8. *Sot. cit. qui teſtatur, quod in Conc. Trid. ſummo omnium conſenſu conſultabatur, Con. var. d. cap.* 35. *Diaz prax. crimin. Can. cap.* 55. & cum ratione, *Baldus in c. cum acceſſiſſent n.* 11. *de conſtitutionibus*, & alia è cõtra irrationabilia, *vt ibi*, præcipuè in officijs, quæ ſunt abſque iuriſdictione, in quibus ſuſpicio, quod gratias facient ciues, & iniuſtitias præſumitur forsàn, *Menoch. de preſ. c.* 12. *n.* 8. *& Alciatus eod. tit. reg.* 1. *præſumpt.* 37. *nu.* 4. & in his nulla poteſt eſſe cõtrouerſia, ſed in omnibus alijs etiã in Regularibus abſolutè pro vt ſupra, decidas his rationibus: Prima eſt, quia in opprobrium eſt Ciuitatis, vt veniant exteri, qui tanquã magìs Idonei admittantur, & filij ſint apti, & poſtponantur; dicere enim quis benè poterit, Ciuitatem eſſe abſq; Doctore, qui benè legere, & docere valebit; nec honor eſt Ciuitatis, vt de ea hoc dictum ſit, vt in ſimili dicebat *Diuus Greg. Clero Neapolitano, & habetur in c. ſtudij* 61. *diſt.* vt eligant Epiſcopum ex proprio Clero; *nam graue Cleri illius erit opprobrium, vt ſi hic fortaſſe approbatus non fuerit alium ſe dicant, qui eligi debeant non habere*, & ita ſi non eſſet exterus, qui munus ſubire vellet, vel non idoneus, remaneret Ciuitas infamata abſq; Doctore; iam enim dignum Doctorem non habent, & exterum petunt; idem dicas de Officialibus in alijs officijs Eccleſiaſt. Sæcularibus, & Regular.

88 Secunda ratio eſt, *ex tex. in c. Nullus, & c. Nec emeritis eod.* 61. *diſt.* vbi habetur, quod vnuſquiſque habere debet fructum militiæ in ſua Eccleſia; & Celeſtinus Papa, ſcribens ad Epiſcopos Galliæ alios nõ proponit, ſicuti pater habens proprios filios alios adoptare non poteſt, vt his diminuatur ſpes ſucceſſionis, *l. nec ei §. præterea ff. de adoptionibus*; hi enim fructus, & ſucceſſio, atque Salarium, quod datur his exteris eſt ſanguis Ciuium: nec Ciuis erit tàm Patriæ proditor, & inimicus fratrum ſuorum, qui his egentibus panem, dare vellet exteris contra Chriſti Domini verba, non eſt bonum ſumere panem filiorum, &c. ergo ex hac præſumpta voluntate fundatorum, & Ciuium, ſequitur deberi præferri Ciues, & oriundi, exteris, ſicut & conſanguinei, non conſanguineis teſtatoris etiam præferuntur in beneficijs, *vt ait Vinianus de iure patron. lib.* 12. *cap.* 9. *nu.* 15. & vidi in M. C. Archiepiſcopali noſtra non ſemel deciſum.

89 Tertia eſt ratio, quam adducit *P. Diana ſupra citatus*, qui acriter defendũs; quod beneficia dari debent Clericis Diœceſanis, & propriæ Ciuitatis, ait hoc fieri debere, *vt animentur Ciues ad ſtudium, ſub ſpe, quod quod Cathedram habebunt v.g. vel beneficiũ, aut officium*, quod non accidit ſi contrarium obſeruatur, & ſtatuitur, quia nemo abſque ſpe aliquid facit: *ſpes alit Agricolas, ſpes ſulcis credit aratis, ſemina quæ magno fœnore reddat ager, ait Tibull. eleg.* 7. *Teren. Comed. ſpe incerta certum laborem ſubſtuli, Tacit. Hiſt. lib.* 2. *num.* 74. *& Veſpeſianus modo in ſpem erectus aliquando aduerſa reputabat, & lib.* 1. *num.* 2. *his, ac talibus inter ſpem metũque iactatum, ſpes vicit, Ann. lib.* 1. *aderatq; finis, & ſpes noua, Origin. ſuper Exod. futurorum ſpes, laborantibus requiem parit, & Auguſtinus, qui gaudet in ſpe tenebit, & rem, Ambroſius, ſpes commodi furatur labores, & metum abſcondit periculi.*

90 Addas quod, & ſpes ipſa, quod proficiet in ſtudijs electus, etiam ſi non ſit tàm perfectus, & in officio officialis, etiam conſiderabilis eſt, & propter futuram hanc do-

ctrinæ

Digitized by Google

Quia ſpem multa contra iuris regula introducuntur, vt docet Alciatus de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 7. & lib. 1. de verb. ſignif. pag. 16. ex Iaſon. & Inn. & Actius de lud. Starchen q. 8. n. 82. vbi ait, quod poteſt quis ad Doctoratum promoueri, tamen ſi adhuc non multum profecerit, ſi ſpes futuræ diligentiæ, & ſtudijs ſubſit, & ipſe dixi ſup. deciſ. 2. nu. 33. quod teſtes in conſcientia deponere poſſunt, hunc ſtuduiſſe per ſpatium quinquennij, ſi ipſis conſtet de hac ſufficientia ſaltem præſumptiua, ex fine ſtatuti, & mẽte legum, & ſi hoc tempore nõ ſtuduerit, & ſcholaris bonę ſpei pręferẽdꝰ eſt, Doctori imperito, Actius cit. quia multũ eſt ſpes conſiderabilis, Burſ. cõſ. 30. n. 49. Dec. cõſ. 390. n. 11. Menoch. conſ. 36. nu. 24. in principio, & ſupra num. 44. dicebam, ex Menochio, & Bartolo in l. 1. C. de dignit. lib. 12. n. 17. & 31.

91 Quarta, quia remanent bona in Ciuitate, nec diſtrahũtur ab exteris, quibꝰ bona, & lucra Conſanguineis, & in ſuã Ciuitatẽ mittentibus, amittit Ciuitas, & diminuitur, dicente, Tacit. 1. Inſidi ſapè exteri lib. 3. Hiſt. & lib. 1. Vrbes vrere, ſolent guaſtare, & rapere: Liui lib. 48. morituros ſe Affirmabant citius, quàm immiſti brutijs in alienos ritus, & S. Aug. in Pſal. 58. Deſiderium eſt exteris ad ſuos redire cupientes, & de Ciuit. Dei lib. 10. cap. 7. Libentius homo ſit cum cane ſua, quam cum homine alieno, nec vlla bona habet Ciuitas, S. Hier. de ſcien. Diuina Legis; Solent enim Ciues ex peregrinis dolos, & Verſutias addiſcere, temporiſque progreſſu malis, & diſſimilibus moribus inſtrui; Vide Sauium Polit. fol. mihi 68. & 264. & 66. quod etiam habetur in Capitulis Regni noſtri, Regis Alphonſi 14. & Ferdinando 34. & 96. ibi, ſtãti chi li renditi ſi tranſportano fora dillu dittu Regnu, &c. atque Caſſiod. lib. 3. Epiſt. 10. dicebat, Nobiliſſimi Ciuis eſt Patriæ ſuæ augmẽta cogitare, & ſtatutũ, ne quis exeat extra ſuam Ciuitatem valet, Menoch. conſ. 1176. num. 1. pro amplianda enim Ciuitate deſeruit, & augendis Ciuibus, ſicuti & illud, ne bona, & immobilia alienentur exteris, Rapa in l. filius famil. §. diui. n. 80. ff. de leg. 1. Alciatus reſp. 33. n. 14. Cephalus conſ. 246. num. 38. lib. 2. Decianus conſ. 33. num. 2. lib. 1. Burſat conſ. 281. n. 4. lib. 2. Menochius cit. & conſ. 1060. nu. 105. ea ratione ne exteri fruantur bonis Ciuium, & Ciues ferant onera, & Patriæ obſequia præſtare teneantur, Io. Baptiſtæ de S. Seuerino in l. omnes populi n. 103. ff. de iuſtitia, & iure, R. de Marin. deciſ. 197.

92 Quinta eſt; nam ſicut Patriæ de iure naturæ debitores ſumus, l. veluti ff. de iuſtitia, & iure l. poſtliminium §. filius ff. de captiuis: imò amor Patriæ omnibus præfertur, & dulcis eſt, l. qui habebat in prouincia, & ibi gl. in fine ff. de leg. 3. Decius conſ. 661. nu. 10. cui ſuccedit illud Catonis, pugna pro Patria; Patriæ, & Reipublicæ naſcimur, l. 1. §. ſi ea, quæ ff. de ventre in poſſeſſ. mittendo. Barbatia conſ. vltimo vol. 4. Alex. conſ. 2. n. 6. Baldus in Auth. & omnino col. pen. nu. 14. ne vxor pro marito, &c. Homer. in Odiſſea, ſanè nil dulcius Patria, neque parentibus, Cic. lib. 1. off. nam vt præclarè ſcriptum eſt à Platone, non nobis ſolùm nati ſumus, ortuſque noſtri partem Patria vendicat, partim amici, & Tuſcul. quæſtionum lib. 1. in fine, claræ verò mortes pro Patria appetitæ, non ſolùm glorioſæ Rhetoribus, ſed etiam beatæ videri ſolent; repetunt ab Erechtheo, cuius etiam filiæ cupidè mortem pro vita Ciuium expetiuerunt, Codrũ qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu Regio, quia oraculum erat datum ſi Rex interfectus eſſet victrices Athenas fore; Menechæus verò non prætermittitur, qui oracula edito largitus eſt Patriæ ſuæ ſanguinem, &c. ſicuti lib. 4. Rhetorum nullum tantum periculum, quo Sapiẽs pro ſalute Patriæ arbitretur, & infra, nam ſapiens ſæpè ipſe ſecum loquitur non mihi ſoli, ſed adeò multò potius natus ſum Patriæ, Valerius Max. lib. 2. tit. de inſtit. antiquis, apud antiquos, qui Curiæ limen intrabant abiecta priuata vtilitate publicam induebant; Homerus non illi indecens pugnanti pro Patria mori, & Valentinus [vt narrat Tacitus lib. 4. Hiſt. n. 85.] ex probanti Patriam ſuam captã reſpondit accipere ſe ſolatium mortis, ita Nero cunctas ſibi curas amore Patriæ leuiores dictitat, Idem lib. 15. ann. nu. 36. Patriæq; amor Piſonis Galba impellit, vt ei quieſcenti prin-

cipatum

*cipatum offerat, & lib.1. Hiſt. n.15.* & paſsim de hoc naturali amore Ciuium erga Patriã plenæ ſunt Hiſtoriæ, quod immutabilis ſit, & iura immutabilia. *arg. l. aſſumptio ff. ad municip. l. in adoptionem C. de adoptionibus, l. origine C. de municipib. lib.10. l. pen. vbi gl. in fine ff. de ſenat.* atque hic amor ſupra Patrem, vt probabilis docet opinio, poſt *Plat. lib.5. de Republ. & Acti. de lud. Scacch. quaeſt. 6. num.51.*

93 Eadem ratione naturali, & Patria ſuos fouere, ſuis fauere, & ſuos alere debet magis, quàm exteros, *Mandoſius ſuper regul. 16. Cancell. verſ. trigeſimo nono. n.2. & 3.* nam naturali iure benefacientibus benefacere debemus, *l. ſed & ſi §. conſuluit ff. de petit. hæredit, Plaut. in Ruden. addecet benemeriti benefacere gratiam, & Ariſt. lib.5. Ethic. Oportet famulari ei, qui gratiam facit, Sen. lib. de ben. Gratus enim ſi à ſeruo ſuo beneficiũ accepit, exiſtimat non à quo, ſed quid acceperit,* ſi ergo Ciues pro Patria mori parati sũt, illamque defendunt omnibus in neceſſitatibus, & ſubleuant, quo modo hæc ingrata erit his non benefaciendo, cum poſſet, & Patres Patriæ, ſeu Gubernatores, & Principes, hæc conſiderare debent, *dicente, Caſſiod. lib.3. Epiſ.x. Nobiliſſimi Ciuis eſt Patriæ ſuæ augmenta cogitare, & eorum maximè, quos Reſpub. ſummis honoribus obligauit, & Epiſt.30. Ciuis nõ habetur, qui Vrbis ſuæ gratiam non tenetur, & Senec. lib. de tranquill. animi, poſt princip. non is ſolũ Reipublicæ praeeſt, qui tuetur res, & de pace, belloque cenſet, ſed qui Iuuentutem exhortatur, qui in bonorũ præceptorum inopia, virtutem inſtituit, & Ariſt. lib.3. polit. quicunque Politicæ intendunt vtilitatem communem, rectè ſunt iuſti,* hæc eſt communis vtilitas, ſplendor, & honor Reipublicæ, vt Ciues ſui in ſua Ciuitate maneant, & benemeriti officia omnia, & Eccleſiaſtica, Sæcularia, & Cathedras habeant, igitur ſi ſtatutum, vel Capitulum, aut conſtitutio, eſſet hos inhabilitãs ad hæc bona, ad quæ Patria tenetur de iure naturæ, hoc ſtatutum tanquam contra illud ius non tenet, *arg. gl. in c. à nobis de decimis, §. 1. 13. diſt. c. non eſt peccatum 6. diſt.* & iuri naturali cedit omnis conſtitutio, & conſuetudo, *§. 1. 5. diſt. c. quo iure 8. diſt. §. dignitate vero, c. 1. & per tot. 9. diſt.* & ſecũdùm æquitatem naturalem ſtatuta interpretari debet, *Iaſon in l. quamquam num.3. C. de mil. teſtam. Soc. Decius, & alij cum Menochio conſ. 8. num.14.*

94 Item quia contra Sanctorum Patrũ ſtatuta, *ex d. c. fin.* nec valere debet, *arg. c. nolite xi. diſt.* & quia contra ius Diuinum, *Deut.18. in princip. & poſt medium,* vbi, *Deus tibi ſuſcitabit Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, illique obedies Hier.8. adducã ſuper vos gentem cuius ignorabitis linguam, Mandoſius cit. ſuper dicta reg.16. num.9.* imò & contra ius Canonicum, *pro vt ſupra dixi,* & ius ciuile, *l. in Eccleſijs C. Epiſcop. & Cleric.* ex quo præferuntur originarij exteris, *& in l. diuus ff. de tutoribus datis ab his,* ibi, in tutela præfert originarios exteris, *& l. fin. C. de off. præt. in Pratura Vrbis præfici debent originarij, alijs excluſis, l. vnic. C. ſi cur. reliq. Ciuit.* facit *tex. in l. 2. in fine, Ciuibus noſtris debere conferri, vbi fit ſubuentio originarijs, & ibi notat Bartolus, quod Ciues poſiti ſuper eleemoſynis, non debent illas extraneis pauperibus dare, C. de ann. Ciu. lib.11. & Trid. ſeſſ.25. de ref. cap.3. pœnas pecuniarias, quæ locis pijs,* ibi, *exiſtentibus* adducitur, *tex. in l. vnica, C. non licere habit. metroc. loc. ſua, &c. lib.11. vbi* extranei, à poſſeſſione excluduntur, *Barbatia in c. ſi proponente pen. col. de reſcriptis,* qui alia etiam adducit in propoſito, *Specul. in tit. de inſtrum. edi. in §. nunc vero aliqua verſ.65. in fine, quos refert, & ſequitur Hyppolit. de Marſil. in trac. de ſideiuſ. nu.264.* & Cic. *potiores nobis,* inquit, *ſunt Ciues, quàm Peregrini, Lucas de penna in l. quiſquis, C. de omn. agro deſer. lib.11. in tract. præſumpt. qui adſcribitur Alciat. part. 3. præſumpt. 3. nu.3, & ſeq.* Ciuibuſque ſolis non exteris multa ſunt commoda à legibus, & ſtatutis tributa, *Menochius de præſump. lib.6. præſump.30. n.2.* ergo abſolutè vera eſt de iure naturali, Diuino, Canonico, & Ciuili, atque de æquitate concluſio ſupradicta Ciues in officijs, Cathedris, & beneficijs, quæ dantur à ſua Ciuitate, non Ciuibus

bus præponendi, ſi apti ſunt ad officium, & Cathedram ſubeundam [de his enim locutus ſum, ſuppoſito quod dantur Ciues habiles, & exteri,] ſi enim Ciues non ſunt apti certum eſt ex ſola Ciuilitate præferri non debere, *vt omnes citati Doctores loquuntur cum Mandoſio*, ſed data paritate hos præferendos, & etiam ſi ſunt Ciues idonei, & exteri magis idonei, illi iſtis præferendi, ſecundùm, *Guttierez conſ. 12. n. 24. ex Rebuffo Gometio, Alciat. Gugliel. de Bened. & alijs*, qui nam verò ſint hi idonei infra dicam, nec tã rigidè concluſio ſumenda eſt, & generalis, vt quiſque præſumatur habilis, ſed debet habere requiſita infra dicẽda *n. 97* nõ enim natura, & origo dat habilitatem, ſed habilitas, & origo facit Ciuem præferri, quod menti tenendum volo; quia aliquãdo electores decipiunrur in hoc; & hanc concluſionem poſſet quis adducere pro ſe abſolutè, quod Ciuis ſemper præferendus, ſed ipſe denuò dico, Ciuem idoneum, & talem repertum requiſitis infra adducendis præferendum, aliàs non ità; quia poſſet maximũ inconueniens oriri, quod aſini de regione eliganrur, ex eo quod tales ſunt; nihil enim tribuit origo, & Patria Ignaris, qui ſunt in dedecus Patriæ ſuæ, *Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. nu. 55. in fine*, & hoc caſu eliganrur exteri idonei, qui hæc onera ſubire debẽt, quia tales, & apti, vel ſi iſti eſsẽt magis idonei, & Ciuis Idoneus ſolùm, hic præferendus; quia Ciuis, quod ſi hic Idoneus propter difficultates non poſſit benè cognoſci, & eligi, quid agendum dicam infra *n. 107. in fine*.

95 Et forſan ſtatuta hoc modo interprætari debent; quando enim fuerunt facta nõ erant Ciues Idonei, & apti, & ita erãt iuxta ius commune, vt benè loquitur, *Quint. Mandoſius ſup. cit.* ceſſante ergò cauſa finali ſtatuti ceſſat, & ipſum ſtatutum, *gl. in c. poſt translationem verb. ceſſante de renunciatione*, finis ſtatuti fuit, vt viri probi introducerentur ad Cathedras, & officia, & ita cum hi ſint in Patria, non debent anteponi exteri Ciuibus; hoc enim eſt commodum Reipublicæ, hic honor, hæc æquitas, & ratio naturalis, legeſque ad commodum Reipublicæ trahi debent, ait *Cic. lib. 1. Reth. vet. Omnes leges ad commodum Reipublicæ ferre oportet, & eas ex vtilitate communi, non ex ſcriptione, quæ in literis eſt, interpretari: ea enim virtute, & Sapientia maiores noſtri fuerunt, vt in legibus ſcribendis, nil aliud ſibi, niſi ſalutem, & vtilitatem Reipublicæ proponerent*, & ſi eſſent Maiores, & Patres Meſſanæ v.g. & viderent filios ſuos idoneos poſtponi exteris, certè ſtatuta hæc maximè præiudicialia ſanguini ſuo delerent, & ſi fecerunt, interpretari debent, quod non exiſtẽtibus Ciuibus æquè idoneis intelliguntur, quia non præſumuntur velle facere ſtatutũ contra ius naturæ, Diuinum, Canonicum, & Ciuile, & irrationabile, *Menochius, ex Baldo, de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 31. nu. 2.* Patriamque non diligere, & Ciues, *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſump. 37.* qui magis diligendi, & in rebus publicis adminiſtrandis anteponendi, *Lucas de penna & Alciat. ſupra citati*.

95 Demum addas, quod magis idonei præſumuntur de rebus proprijs Ciues, quã extranei, & practici in rebus ſuæ Ciuitatis, & Regni, ideò præferendi, contrariumque dicentes, his quæſo Reſpondeant, & impij, atq; inimici dici poterunt; ſunt. n. occaſio, vt Ciues habiles ſuam deſerant Ciuitatem, quia vident, quod labores in illa habent, nõ lucra, quæ dantur forenſibus forſan ignoratibus, dicente *Plutarco in libello de exilio, quo circa è ſapientiſſimis, & prudẽtiſſimis viris pauciſſimos in ſua ipſorum Patria funeratos inuenies, & nunc quoque optimus quiſque, & probatiſſimus peregrè viuit non pulſus, ſed ſpontè aliàs tranſgreſſus, nec fugatus, ſed fugiens ipſe moleſtias Occupationes, negotia, quę Patria adferre ſolet*, nec eſt propheta ſine honore, niſi in Patria ſua, quia nemo acceptus in Patria; *gl. l. 2. ff. in quibus cauſis maior. l. ſi eamdem ff. de off. aſſeſ. Alciat. de præſump. reg. 1. præſump. 37. n. 4. poſt verba Chriſti Domini Lucæ cap. 4. d.* & aduertas quòd ea, quæ dixi ſupra locum habẽt in omnibus officijs Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, & etiã Regularium, qui in ſua Ciuitate manere

debent rationibus ſupradictis, & in omnibus honoribus, & oneribus, quæ in Ciuitate dantur ſuppoſita idoneitate, quæ primũ fundamentum concluſionis eſt, atque hæc omnia de iure communi procedunt, quid verò dicendũ ex praxi, & de iure Regni noſtri Sicil. & Priuil. Meſſanę ſi ſupradicta corroborãt, dicã *tom. 2. lib. 3. tit. de beneficijs n....*

97 Dices, quisnam dicatur idoneus ad omnia officia hæc aſſumenda, & Cathedrã, ad effectum, vt eligi poſſit omiſſo extero, etiam idoneo, aut magis idoneo? & circa hoc dari non poteſt regula certa, ſed qualitas officij, & beneficij attendenda, ex qua dignoſcitur, quæ ſit perſona apta ad hoc munus ſubeundum, *vt notat Ferrus de præcedentijs, quæſt. 25. n. 11. ex Solorcano, Menochio, Riccio, & alijs*, & arbitraria materia eſt, ideſt quod electores ſecundum arbitrium in qualibet materia adaptare debẽt diligentias ſuas in cognoſcendis his perſonis, quod ſi hi hoc cognoſcere non valeant, Deputatos eligant, & in totum electio ſecundum Deum, & iuſtitiam fiat, nec gratificatio ſit, niſi inter pares, quia gratia eſt, vt inter idoneos, & æquè benemeritos eligatur vnus ex his, *Inn. in c. ne irritaris de conſtit. & in c. per tuas de ſimon. Baldus in l. ab eo C. quomodo, & quando, Decianus in reſponſo pro iuriſprudentibus aduerſus Alciatum cap. 22. n. 15. & 16. Leo Papa vt habetur in c. gratia 1. q. 1. Menochius de arbitrarijs q. 1. n. 3. & 4. & caſu 255. nu. 3. Riccius in praxi tit. de iure patron. deciſ. 218. n. 306. & 310.* & iniuſtitia eſt, vt omittatur idoneus, & admittatur indoctus, & ignarus; ex eo quia eſt filius v.g. talis nobilis, Conſanguineus Principis, & ſimil. *Amb. lib. 2. off. in iudicijs gratia abſit cauſæ merita diſcernãtur, & ſuper Malach. inter omnia peccata eſt maximum, quod Sacerdotes non cauſas, ſed perſonas conſiderant. Hier. ſuper Amos. quicunque conſanguinitate, aut amicitia, vel è conuerſo hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit Chriſti iudicium, & Iuſtitiam*, & arbitrium eſt actus iudiciarius quo dignus iudicatur, *Tiraq. de iure primog. q. 17. Ferrus citatus n. 14.*

98 Circa lecturam etiam attendendum ad qualitatem Lectoris, & onus impoſitum, eiuſque ſcripta conſideranda, nam non eſt eligendus in lectorem, qui ſcripta non habet, nec actu legit, & ſi duo ſunt Doctores; qui actu legit, vel profeſſionem facit, præferendus non legenti, *Caſſan. Catal. gl. mund. p. 10. conſid. 26. & 27. Gram. Vot. 2. Boerius de auth. magn. conſil. nu. 90. & ibi additio verb. legentes, Felinus in rub. de mai. & obed. n. 3. Ioan. de Solorcan. in alleg. pro præced. ſuper indi. Conſilij n. 56.* ſicuti qui libros compoſuit, *Caſſan. cit. & Ferrus de præced. q. 23. n. 6.*

99 Et in his ſcriptis debet eſſe breuis nõ longus, & ſuperfluus, *Abbas in proœmio decretal. Iaſon in l. ſtipulatio iſta §. hi ſunt ff. de verb. obligat. Decian. in apol. pro iuriſprudentibus cap. vltimo n. 145. arg. Extrau. 1. §. in primis de verb. ſignif.* ibi, *breuitatis cauſa, l. ſi ita vulneratus §. extimatio ff. ad legem aquiliam, gaudent breuitate moderni*, nam breuitas ſermonis gratiàm parit & faſtidiũ tollit, *l. breuiter ff. de off. præſ. præ.. l. vltima §. in refutatorijs C. de appell. Crauett. conſ. 127. nu. 8.* quod etiam obſeruent Aduocati coram iudicibus, vt non ſint longi, *Albertus Galleottus in aurea Margarita lib. 1. de Aduocat. cap. 1.* & dici ſolet, rara virtus in homine longo, ideſt prolixo, & qui negotia finire, & expedire neſcit, *vt Traian. dicebat, & Actius de lud. Scacch. q. 5. num. 28. & 29. poſt Bart. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic.* nec Verboſi, nihil in ſubſtantia concludentes iuxta illud *Tac. ann. 15. literas verbis magnificas, rerum vacuas, Eccl. 7. noli verboſus eſſe, & nõ iteres verbũ, Senec. ad Lucill. Epiſt. 38. non multis verbis opus eſt, ſed efficacibus, & Trag. 7. ſuſcepta ne ſint longa colloquia.*

100 Item Lector debet ea docere, quæ ab auditoribus intelliguntur, nõ legere ad oſtentationem, *gl. in præmia ſenti decent. & in c. 2. 88. diſt.* & ſecundùm audientiæ capacitatem dicta adaptare, *c. oportet 8. q. 1.* Leges abrogatas non allegare, & examinare in ſcriptis, *l. vltima §. hæc omnia C. de vetere iure enucleando*, & membranæ occupatores dicuntur, *c. ſi Romanorum 19. diſt. gl. in c. nouit. de iud. verſ. quicunque*, quod faciunt Lectores aliqui, qui officium Aduocati non

exer-

exercent, aut exercere neſciunt, & quia omnia vident tractata, & relata à *DD.* ideò omnia tranſcribunt, & ponunt in ſcriptis, quia ignota ſunt eis, quæ ad praxim conducunt, & leges antiquas, & abrogatas æquè examinant, ac iura noua, *C. & Auth.* me nõ fugit, quod antiquitates, & legum antiquarum aliquid ſcire perutile eſt, *tot.tit. C. de vetere iure enucleando*, ſed parùm vtile erit ſtudentibus tradere, & examinare antiqua iura, *ex l. 12. tabularum , & ſimil.* & quæ propter vtilitatem transformata ſunt, vt dicitur *in l.fin.d.tit. de vet.iure enucl.* atque in vſu ponuntur, *ex iure C.& Auth.* neſcire, nõ minùs, ac terminos, & alia quæ pro praxi, & iuris Regni cognitione neceſſariò ſcitu ſunt digna, & noua iura, nouæque determinationes appellantur, quæ magis delectant, & pulchritudine ſũt decorata, *arg.§.2.in proemio digeſt.§.quantumcunque Auth. de Conſulib.Apochalip. ecce noua facio omnia, Theſaurus, in præfat.deciſ.nu.2.Act.de ludo Scacch. q.8. n.69.* non enim hi termini cognoſcuntur, & traduntur, niſi à Lectoribus, & ſolùm quæſtiones practicabiles in foro examinãtur, ſed termini ſupponuntur in ſtudẽtibus, potiùs aliquid pro antiquitate, ſed breuitèr ponant, quæſtiones poſtea, & terminos neceſſarios examinent, & quæ ad praxim conducunt, quæ ſi ignorant non erunt optimi Iuriſconſulti, nam hi qui, & Cathedræ, & reſponſis parati ſunt Eccellentiores erũt illis, qui ſolùm Cathedræ intendunt, *idem Decian.reſp.11.n.20.& inf.cit.èn Bartol.* qui plura commentaria edidit, & plura Reſpõſa, ſicuti *Baldus*, qui nullam partem iuris Cæſarei, & Pontificij intactam reliquit, & per 47. annos ex Cathedra docuit, plurimaque conſilia etiam dedit, & etiam *Abbas, Alex.& alij*, vt benè adducit, *Decianus in Apologia pro iuriſprudentibus contra Alciatum cap.12. n.4. vſque ad* 20. nec perfectus dicitur Iuriſconſultus, qui omnibus muneribus Iuriſcõſulti neſciat vti, *idem cap.16.n.3. & c.11.n.20.* & Theorica ſine practica parui eſt momenti, *Ioan. And.in c.poſt transl.per illum tex.de renunciat.* & praxis, vera Legũ, Canonumque enucleatrix eſt, *Bald.in tit. de feudis ſine culpa non amitt.in vſib.feudorũ, Iodocus Damhouderij in compendioſa exegeſi ſubhaſtationum in principio nu.4.* & iſti qui profitentur dicuntur veri Nobiles, & Doctorum priuilegia habent non alij, *Gramat. vot.2.vt melius infra dicam n.103.*

101 Subtilitates etiam aufugiant, quæ ſunt reprænhenſione in iure, & reprobatur nimia ſubtilitas, *l.act io ff. de neg.geſtis, gl.in l.ſi mulier ff. de iure dotium verb.ſubtilitatẽ, l.ſi tibi pecuniam,ſi certum petatur, Menochius conſ.415.n 8. Barboſa in c. cum acceſſiſſent n.132.de conſtit.Io. Andreas in c.raynutius de teſtam.col.1. Paul. de Caſtro in l.1. C. quand. non pet.par.Iaſon in l.more n.58.ff.de iur.omnium iud.* repræhendentes Bartolum, qui aliquando non intelligebatur quid loqueretur, *& Hoſtiens. in c. licet qua de off. deleg. reprahendit Baldum*, qui in lecturis multa mirabilia, ſed malè dixit ex ſubtilitate, *vt adducit Decian.citat.cap.n.13. nu.29.& 31.* qui in ſeq. contra hos Doctores, & Lectores ſophiſticos reuerſus, acritèr illos repræhendit, quod res parui momenti ſub magna loquacitate tyronibus tradunt, falſiſque argutijs à vero ſenſu recedunt, & varijs inanibus argumentis, quæ ſub vna lege iura continentur extendunt, decipiuntq; mollia ingenia, quæ multa ſcire credunt, ſed nihil ſciunt; non enim ſunt citandæ, & extẽdendæ leges plures concordantes ad idem tendentes, ſeparando eas, ſingulaſque, pro ſingulis adducendo argumentis, vt benè idem *Decian.cap.22.nu.72.docet*, ibi, *nec eos laudandos reor, qui vt multa videantur adduxiſſe argumenta pro opinione, pro qua reſpondent, cum plures ſint leges idem probantes illas ſeparant, ſingulaſque pro ſingulis adducũt argumentis, hæc eſt quædam inanis ambitio, & fruſtatoria, atque otioſa repetitio, laudabiliùs ergo fuerit, ſi plures deciſiones legum in idem conſonent, & concordent omnes vnico argumento; ne vt prouerbio dici ſolet.ex vna offa plures conficiat buccellas, vel vnica dote plures velint collocare filias*, & alijs in locis præcipuè *cap. 12.& 13.* ſupradicta defendit, & perdoctè adducit.

102 Inſuper claritatem amplectantur, quæ

quæ propria legum eſt, §. *nos igitur Auth. de teſtame.imperf.coll.8. Extrau.1. de conceſſ. præbendæ*, ibi, *veritatem proſequens, & lucē amans*, nam qui in tenebris ambulat neſcit, quo vadit, *Matth. c.15.c. quæ ipſis* 38. *diſt.c.cum ſit de ætat. & qualit, gl. in d. Extrauag.* 1. & ſimplicitas magìs, quàm difficultas placet legi, §. *ſed quia inſtit.de fidecō. hæred.* nec apices iuris attendendi, *arg. l.fideiuſſor* §. *quadam ff. mandati vbi Bartolus, & Actius de ludo Scacch.q.7.n.16.q.8.n.72. q.12.nu.93. Tiraq. de pænis temper. cauſ.12. Menoch.conſ.94.num.25.* ſicut, & Aduocati breues, non ſubtiles, & clari eſſe debent in poſtulando, adeò vt tàm iſti, quàm illi, ſi ſe habiles non cognoſcant ad poſtulandum, & legendum exponi non debent, *Cic. lib.1. offic.ſuum quiſque noſcat ingenium, acremque ſe, & vitiorum, & bonorum ſuorum iudicem præbeat, ne ſcænici pluſquam nos videantur habere prudentiæ: illi enim non optimas, ſed accommodatiſſimas fabulas eligunt*, & pace Sapientum [de quibus non ſum locutus] aliqui reperiuntur forsàn temporibus noſtris, qui in foris morantur, & pro officio habent cauſas aliorum ducere in palatijs, & eos defendere, qui Priſciano operam non dederunt, & tamen Vulpianum profiteri dicunt, non dicam modo de primis Iuſtiniani rudimentis, & Inſtructionibus, quæ iſtis multò fortiùs erunt incognita, & verè de his dici poterit illud Euangelij, quomodo literas ſciunt cum non didicerint, *Cutelli de don.1.tom.1.diſcurſ.2.part.11.n.17. & illud Baldi conſ.477.lib.4.in fine*, [vide, quæ ſtuduiſti] videant, & ipſe dico, quæ ſtuduerūt, quod ſi ſcire legalem ſciētiam dici non poteſt, qui principia ſolummodò, & Inſtitutiones poſſidet, *Actius de lud.Scacch.q.8.n.24.* quomodo iſti Iuriſperiti vocari poterunt, qui vix hæc attigerunt principia, non dicam modo de altioribus quæſtionibus, quæ tractantur in praxi, nec legitur, quod ſcholaris vagus Doctus euadet, ſed contrarium, *gl. in l.1. C.de tyronib.lib.12.* & qui parùm ſtudet, parùm ſcit, *Cutelli cit. ex gloſ. in l.7.C. de proxim. ſac. ſcrin. lib.12.* & facilis haud eſt via, quæ ducit ad ſcientiam, vt iſti ſtoli di putant, ſed laborioſa, quæ gradi non poteſt riſu, aut in delitijs, & ioco, ſed per tormenta, & intolerabiles dolores, *Eccl.1. Iob. cap.28. vt ex D. Hier. etiam adducit Cutelli, poſt alios.*

103 Iſti ergo non erunt vocandi Doctores, ſed dolores, *Angelus in l.1. §.pueritiam ff. poſtul.* & Doctores neceſſitatis, & paupertatis, quia ſunt ſine lege, quæ eos nobilitat, Aſinæ Balaam, Fontes ſine aqua, Nebulæ exagitatæ à turbine, Moneta tonſa, ideſt ſine literis, *vt ait Muta ad cap. Reg. Alphonſi tom.5.cap.474.n.13. cum ſeq.* & Doctorelli, ideſt Doctorunculi, *Boerius de Auth.magni conſilij nu.94. Ancharanus conſ. 289.nu.5. Tuſc. prac.concl.iuris verb.Doctor, concl.556. Baldus conſ.477.lib.4. num.5.* vbi contra hos Conſultores, & Aduocatellos, ait *intelligentibus leges loquar, nam homines groſſi capitis non intelligunt ſubtilia*, & infra, *vnum pecus non diceret ea, quæ dicit iſte Doctor*, poſtea *n.7. ſi mihi non credis, crede Iacob.de Beluiſ. & Bartolo, ſed tamen ſcio quod tanta eſt tua ſapiētia, vt non cures de his Doctorellis, & Caſtr.conſ.402.n.2. in fine lib.1.* contra alium, *neſcit quid ſit litis conteſtatio, nec qualiter fiat, quia ſtuduit ſolùm titulum de iuris, & fact. ignor. & ſimil.* nec iudicio meo erit ignominia his non digna, qui præſumunt ſcire, & ſunt Idiotæ, *arg.c. ex multa de voto, Ranerius de forliuio conſ.263.n.13.* nomenque Doctorum verè, non habent, nec illorum priuilegia, *Actius mox citat. & Cutelli, Laudrech. conſ.30. n.6. Ber. de cenſib. lib.1.art.56.n.86. Nepita ad conſuet. Catinæ tit.64.n.16.fol.344. Caſtag. deduct. ne egeat q.19.fall.2.n.1. Fontanella de pactis nuptial. lib.1.clauſ.3.gl.3.n.16. Theſau.deciſ.9.lib.1. Amendola ad Franch. deciſ.253. num.10. & Scrib. in l.cum quid ff.ſi certum petatur, Mel. ad Gizzarel. deciſ.10. n.20.* ſicut ſcholares, qui ſtudijs reuera operam non dant, ſcholarium priuilegia non habent, *Menoch.conſ. 908.n.8. Barboſa in proemio ſexti Decret.nu. 16. Grat.diſcep.for.cap.291.nu.58 & 59. Bellet.diſq.Cler.de ſan. Cler.reali* §.5. *num.47.* quia non habent ſcientiam, *Iaſon in l.cum filium nu.38.ff.de verb.obligat. apud Actium*

de lud.

*de lud.Sch.quaeſt.*8.*nu.*29. *in fine*, nec eſt curandum, ſi plures hodiè Doctorantur ignari, quia iſti non ſunt Doctores, *vt idem benè aduertit*, deficit enim eis ſcientia, quæ eſt ſubſtantia Doctoratus, *Cardin. in proœmio decret.col.*2.*Selu. de beneſ.*2.*part.q.*5. *nu.*42. *arg.l.nemini C.de Aduoc.diuerſ.iudic.* & qui ſe gerit pro Doctore cum non ſit, punitur pœna falſi, & extraordinariè, *Palumba in trac.de regim.official.reg.*1.*num.*203. vbi docet, quod non ſunt de ſubſtantia Doctoratus traditio anuli, oſculum, & alia, quæ fiũt à promotoribus, quando quis Doctoratur; nam Cancellarius Doctorem facit, & inſignium traditio facta à promotoribus eſt pro forma, *de Marinis alleg.*31. *num.*6. *arg. Clem.*2. *de Magiſtris*, qui ſolùm promouent iudiciumque, & conſcientiam præſtant, circa examen promouendi, *vt idem num.*4. *ex Bart. & alijs adducit*, numeruſque eorum varius, & in noſtro Almo Studio quatuor ſunt promotores, ſicut Peruſij, & in alijs partibus, vbi publica ſunt ſtudia erecta, *idem Marin.qui lib.*2. *var.reſol.cap.*67. priuilegia his Doctoribus ignaris etiam concedit, ſed abſque ratione conuincenti, illa ſolùm generalitate contentus, quod vbi lex non dicit, &c. ſed ipſe contrarium reperio *in dict.tex.l.medicos*, qui hoc dicere apertè videtur, & comunem concluſionem affirmare, nimirùm Doctores ignaros, priuilegijs Doctorum non gaudere, ibi, in vltimis verbis, *quo facilius liberalibus ſtudijs, & memoratis artibus multos inſtruant*, *& in l.ſeq. Magiſtros ſtudiorum Doctores excellere oportet moribus primum, deinde facundia*, exemplo militum, qui dum militant, vel parati ſunt ad militiam priuilegijs ſuis gaudent, *Fontan.cit. ex multis*, hæc eſt communis, & vera opinio ratione, & Authoritate roborata, & in praxi recepta, Aduocatos officium gerentes, & lectores priuilegijs Doctorum frui non alios, vt ſupra relati Patres docent, nec probabilis nomen meretur cõtraria opinio, *ex trad.à Baldell.de hum.act.lib.*4.*diſ.*11.*n.*9.

104 Demum, *Romanus in ſermone, quem habuit in conſilio Baſilienſi inſertum poſt ſua conſilia num.*25. ponit decem requiſita, quæ Doctores, & Lectores habere debent; primò, vt ſciant loqui, & tacere ex tempore, quia primò tacemus, poſtea loquimur, & Menander dicebat, *meliùs tacere, quàm loqui, quæ non decet*, & alibi, *vel oportet tacere, vel dicere meliora*, *Macrob. lib.* 7. *Satur. cap.*1. *Hac eſt vna de virtutibus Philoſophia, quia cum Orator non alitèr, niſi orando probetur, Philoſophus non minùs tacendo, pro tempore, quàm loquendo philoſophatur*, *D. Greg. lib.*30. *Moral. ille ſcit rectè dicere, qui ordinatè nouit tacere*.

105 Secundò ſint diſcreti in tacendo, vtiles in loquendo, Tertiò loquantur intelligentibus, Quartò aptos ſe reddant audientibus, Quintò cum humilitate, dimiſſa omni arrogantia, ſicut de Stoicis dicit, *Tacit.ann.lib.*14.*quod aſſumpſiſſet Stoicorum arrogantiam*, & ſunt arrogantes, qui garrulitatem, authoritatem putant, nec humiliter ſciunt inferre, quæ dicunt, *c.*1.46.*diſt.* qui ſimilantur ruſticis, *d.c.*1. *&* 47.*diſt.* & quia honorari videntur, fiunt arrogantes.

106 Sextò doceant, quæ corrigunt, non quæ delectant, quia eſſent fontes ſine aqua; Septimò nõ omittant proſequi ſanam Doctrinam; licèt aliquibus non ſatisfaciant; Octauò ſi omnes ſanæ Doctrinæ faciunt obſtaculum recedant ab eis; Nonò non omittant opponere, vt errores corrigant; Decimò omnia à Deo largitore agnoſcant, & gratias agant.

107 Vnum addam pro Lectoribus, & tyronibus, quod frequentia diſcipulorum non facit, nec arguit Doctrinam egregiam, ac ſingularem docentis, & ambitioſi ſunt Lectores hanc requirentes, *ex Prouerb.*14. *vbi non ſunt Boues Præſepe vacuum eſt, vbi autem plurimæ ſegetes, ibi eſt manifeſta fortitudo bouis*, & ſpecies ſimoniæ eſt captare pretio, vel precibus ſcholares, *Accurſius in l.*1.§ *ſolent verſ. tutelam ff. de off.præfec.vrbis, & in* §. *ſed & ſi quis verſ. remittit inſtit. de ſuſpec.tutorib. Petrus de Anchar. in c.peccati venia de reg iur.in* 6.*col.*4.*verſ.ſed dices in aliquibus, Calder.in c.nauiganti de vſuris*, & mutuantes pecuniam ſcholaribus, vel alijs, vt auditorium ſuum impleant vſuram com-

committunt, *Abbas in c.1.de depoſ.num.2.in fin.Ioan.de Anan.in rubrica de Magiſtris, Iaſon,& aly cum Deciano in apologia pro iuris prudentib.cap.13.nu.27.* qui contra hos loquens, ait, *demum quid non faciunt, vt huic ſuæ ambitioni frequentiam auditorum requirenti ſatisfaciant, cum pleriquc, & famulos, & amicos, qui iuri non incumbunt accerſant, vt augeatur Auditorum numerus, contra quos inuehit Bart.l.1.C.de ſtud.lib.vrb.Rom.lib.11.neque infamiam curant, quam incurrunt, vt eo in loco ſcribit, Bart.& Ioan.de Plat.*& ſubdit,quod huiuſmodi Doctores valdè peccant, *& notant ſcrib.in c.fin.40.diſt.& c.vltimo de mai.& obed.* hæc ille.Itē, ex eo quia antiqui, nō præſumuntur magis apti, & idonei, nam aliquando non dediguantur ſenes Iuuenum veſtigia ſequi, & opiniones, *arg.l.ſi ſeruum §.ſequitur ff.de verb.oblig.vbi Alex.& Actius de ludo Scacc.quaſt.8.num.9.*& vt vulgò dicitur vnus vir non videt omnia, nec omnia poſſunt eſſe in vno homine, *Eccl.cap.17.*nec erubeſcunt illi diſcere à Iuuenibus,nam etiam maiores, exempla minorum ſequi debent ſi bona, *c.de Conſtantinopolitana 23.diſt.vbi gl.verb.diſcere*, præſertim ſi decrepiti, & Octuagenarij, qui ſenſu carent, *Narbona de atat.ad hum.actus req.ann.80.q.3.n.5.* vel ſeptuagenarij, vt alij dicunt, qui bis pueri vocantur, *Menoch.conſ.82.n.185.*& in hac ætate tantum vmbra, & hominis nomen reſtat, *Narbona citat.quaſt.2.nu.2.Tacit.ann.lib.3.inualidus ſenecta Varro,Senec.lib.de beat.vit.cap.2,* contra hos à ſenectute arguentes ait, *quod argumentum turba eſt, Daniel c.12.ſuſcitauit Dominus S.Spiritum pueri iunioris, Theſau.deciſ.1.n.2.Ciriac.controu.201.num.185.tom.2.*& aliquando hi Doctores, Doctrinam non habent, & Doctorant plurimos, & legere præſumunt credentes egregiam habere Doctrinam, fluminiſque eloquentiam,quia aliquos textus,& maximas, ſeu regulas iuris in mentem, habent, à quibus ſi diſcedunt, Aſini remanent abſque onere; peteremq; ab his plurima cum Doctiſs. *M.Ant.Siuori, in ſtren.ad amicū tranſmiſſ.*& præcipuè, quæ ingenium, & memoriam, requirunt, nec in regulis ſunt, vt ex Præmio inſtit.[omiſſis altioribus quæſtionibus ad praxim pertinentibus ab eodem poſitis in principio] *Finem iuris ciuilis videtur exprimere voluiſſe Iuſtinianus, an fecerit, an rectè? Caius noſter quis fuerit, mihi non liquet, neque Theophilus inſtit. Author, Quanam verior, & probabilior partitio horum quatuor librorum, quid ſit titulus, rubrica, paragraphus, cur ita vocetur, quarè hac nota ſcribatur §: an rectè, & ſi (Dijs placet) cuius generis ſit idipſum de nomine (Pādecta) qua ratione digeſta ita deſignentur cum duplici, ff.(corruptè licèt) ridebam hæc audiens, iuuenis poſtea iura docentes ignorare* hæc, & alia ille Doctiſs. *ex pramio, & ex tit.de iuſtitia, & iure, de 1.n.g.& C.& de iure perſonarum,* varia petit ab amico, & ipſe alia etiam ex Obiecto, Inſtitutione, fine, & circa continuationes poſitioneſq; titulorum, &c. peteret, ſed locus non poſtulant, atque hæc quæ dixi vſque modo, coram Deo fateor haud dixiſſe contra aliquos Doctores particulares, ſed ſolùm requiſita Lectorū, & Aduocatorum, vt cognoſcantur, ex Anteſignanis Præceptoribus, tradidi.

Dices hæc de iure vera, & inuiolabilia eſſe, ſed practicando concluſionē videmus, quod non fit hoc examen in Ciuibus ſi idonei ſunt, vel non, nam iſti habent Conſanguineos in Ciuitate, qui putant eos Doctiſſimos ſemper [& ſi ſint ignari] ob propriū commodum, & vtilitatem, *Ariſt.lib.1.Reth.amor, & proprium commodum ſæpè faciunt verum non agnoſcere; Hier.ad Fabiolam,multa nos facere cogit affectus, dum propinquitatem reſpicimus, Tacit.Hiſt.1.ſecuti maritus in exilia coniuges, propinqui audentes conſtantes generi*, Amicos etiam qui eos anteponunt, & diligunt, *Senec.ad Lucillū Epiſt.28.Amicitia ſemper prodeſt, & Epiſt.3.precioſiſſimum diuitiarum genus Cic.lib.2.de Orat.plura multò homines iudicant odio, vel amore, Tacit.cit.& quibus deerat inimicus, per amicos oppreſſi, Ann.lib.2.amicis ineſſe adulationem,*& poſtea *lib.2.Hiſt.ipſe Veſpiſianus adire, hortari bonos laude, ſegnes exemplo incitare ſæpiùs, quàm coercere, vitia magis*

*ami-*

*amicorum, quàm virtutes diſſimulans*; non nego, quod potiùs amicis, tribuendum, quàm alijs, *Cic. lib. 1. offic.* qui dicuntur alter idem cum amicis, *Decianus in trac. crimin. part. 1. lib. 3. cap. 5. Craſſus de effec. amicitia nu. 93. Ariſt. lib. 8. Ethic. ſimile ſimili eſt amicum, Laerti. Diogen. de vit. & mor. Philoſoph. Interrogatus Ariſt. quid eſt amicus ait vna anima in duobus corporibus habitans, Cic. de amicit. Verus amicus eſt alter, idem,* & omnes Doct. *in l. 3. §. ſed quod diximus ff. de pen. legata, poſt Narbonã de atat. ad hum. act. requiſ. ann. 14. q. 43. n. 6. cum ſeq.* & inter ſuos computantur, *Lorca 2. 2. q. 26. art. 5. ſec. 6. diſput. 28. n. 55. Menochius conſ. 313. n. 42. Craſſ. cit. n. 81. Actius de ludo Scacch. q. 12. nu. 52. Menand. puta fratres veros amicos*, atq; aliquãdo anteponitur amicitia conſanguinitati, *idem Craſſ. n. 84. & 87. Menochius conſ. 683. nu. 23. & 24.* Inſuper potiùs parentibus, & conſanguineis tribuendum, *c. non ſatis 86. diſt. Tiraq. de priuil. pia cauſa in præf. verſ. & facit, Aluarus de plant. Eccl. lib. 2. cap. 20. arg. l. Præſes de ſeruit, & aqua, Actius cit. nu. 54. & q. 2. n. 45.* ea ratione, quia prima charitas incipit à ſe ipſo, & fratres atque conſanguinei adiuuandi ſupra alios à conſanguineis, *Sall. in Iugurta, quis eſt amicior quã frater, fratri, aut quem alienum fidum inuenies, ſi tuis hoſtis eris. Abbas in c. 1. gl. pen. de cohab. cler. & mulier, &c.* ſed hi omnes debent eſſe idonei ad officium ſubeundum, nec ex eo quia amicus eſt, vel Conſanguineus quis, vti talis aptus, & idoneus erit, ſed amici, & conſanguinei præferendi, quando idonei, haud tollendo ab alijs ius ſuum, ita loquuntur *DD. citati, & Aluarus* præcipuè, qui exẽplũ adducit de Epiſcopo, quod tenetur potiùs Conſanguineis, quàm alijs prouidere de beneficijs, dũmodo ſint idonei, & contra iſtos reſpicientes ſolùm perſonas loquitur, *Prouerb. cap. 19. multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt tribuentis dona.*

Quid dicam de pecunijs, quæ omnibus præualent, eiſque omnia obediunt, *Eccl. cap. 10. Prouerb. 18. Bald. in l. ſingularia col. 6. ff. ſi certum petatur, Iſidor. ſoliloq. lib. 1. cap. 1. vbique vincit pecunia, Horat. lib. 1. Epiſt. 10. imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuique, & Serm. lib. 2. omnis res, virtus, fama, decus, diuina humanaque, diuitijs parent, quiſqui cõſtruxerit, ille clarus erit, fortis iuſtus ſapiens, & etiam Rex, Tacit. ann. lib. 1. inualido legũ auxilio, quod vi, ambitur, poſtremò pecunia turbabatur, & lib. 6. repertique corruptores miniſtri Arſacis multo auro ad ſcelus cogunt, & lib. 1. Hiſt. mox potens pecunia, & orbitate, qua bonis, maliſque temporibus iuxta valens*, quæ idoneum quemquam ſtatim faciciunt, & aptiſſimum ſecundum iſtos malos electores, qui ſtolidiſſimi neſciunt quod *equum meliorem aurei frani haud agere poſſunt dicebat, Ariſt. in Epiſt. ad Alex.* & diuitiæ virtuoſum non faciunt, imò ab iſtis ſpernuntur, *Cic. Tuſcul. quaſt. lib. vltimo, Valer. max. lib. 7. Laert. Diog. de vit. & morib. Philoſoph.* & paſſim Hiſtoriæ ſunt plenæ, habẽt enim virtutem, quæ omnia continet, omnibuſque præfertur, & extollit eos ſuper aſtra, *Senec. Epiſt. 88. virtus hominem extollit, & ſuper aſtra mortales collocat, & 112. virtus regna, vrbes, prouinciaſque temperat, Cic. Reth. lib. 1. qui virtutem habet is nullius rei ad bene viuendum indiget. Sall. virtuti omnia parent, Valer. Maxim. lib. 2. nil eſt excepta virtute, qua mortali manu, & animo immortali quari poſſit.*

Quæ omnia ſicut, & alia capita, & animi paſſiones, ex quibus electores ad officia Dignitates, & Cathedras indignos eligunt, ſi præualent, adeò vt non eligantur digni ex capitibus adductis, qui nimirum apti ad Officia Cathedras, &c. quia aliàs experti, & virtuoſi, atque docti ſunt, ſed putantur digni, conſanguinei, amici, aut propter pecunias fiũt electiones, vel ob aliud caput; certè concluſio locum non haberet, & ſtatuta ſeruanda, exterique proponendi, nam illa locum habet quatenùs idonei eliguntur, & tales ſunt ciues, qui examinari magis debent, quàm alij, nec iudicium ex eis ferri debet, quia electorum Conſanguinei Amici, &c. ſed quia idonei, ſi ergo erit Ciuitas, vel vniuerſitas, aut communitas, in quibus hoc ſcrutinium fieri non valet, pro ciuibus,

fiat

fiat pro exteris, & illi potiùs eligantur ſecundum ſtatuta, quæ forsàn, ideò ſunt facta ab antiquis propter hæc, quæ obuenire poterant, quia dantur aliquando gubernatores anteponentes bonum priuatum bono publico; indigni certè hoc nomine Superiorum, & gubernatorum; diſcantque a Politicis [ præter innumerabiles Authores, qui adduci poterunt ] ſemper bonum publicũ priuato præferendum, mentique teneãt hæc Taciti in vita Iulij Agricol. *cæterum animorum prouincia prudens, ſimulque doctus, per aliena experimenta parùm profici armis, ſi iniuriæ ſequerentur, cauſas bellorum ſtatuit excidere, à ſe, ſuiſque orſus primam domum ſuam coercuit, quod pleriſque, haud minùs arduum eſt, quam prouinciam reggere, nil per libertos, ſeruoſq; publicæ rei, non ſtudijs priuatis, non ex commendatione, aut precibus Centurionum milites aſcire, ſed optimum quẽque fideliſſimum putare, omnia ſcire, non omnia exequi, &c.* & *Ann.6. quia priuato vſui bonum publicum poſtponitur, & lib.14. & 15. Quam occaſionem Petrus Thraſea ad bonum publicũ vertens, &c. Hiſt.lib.1. & paſſim*, bonum publicum priuato ſemper præferendũ in Reipublicis, & Regnis demõſtrat, & poſt eum *Aegidius Columna de Regimine principis lib.3.* & ſi aliquando idoneus inuenitur in Ciuitatibus facto illo ſcrutinio eligatur, diſpenſando ad ſtatutum, vel id interpretando locum non habere in idoneis, ſed ſolum in non aptis, aut quando electiones fierent non ritè, & rectè, & in electoribus acceptio perſonarum eſſet hæc cognoſcenda à ſuperioribus, ad quos pertinet inſpicere inferiorum iudicum, & aliorum acta emendare, *arg.c. ſi quis amodo* 81. *diſt. c. cum inferior de maior. & Obed. c. anteriorum* §. *illo videlicet 2.q.6. tot. tit. de app.* & in his dubietatib⁹, meliùs electio fiat ſecũdũ ſtatuta.

Colliges ex dictis, quod omnia ea quæ dixi de Sæcularibus Clericis, & Laycis perſonis præferendis in officijs ſi oriũdi, non oriundis, &c. extenduntur, & locum habent inter Regulares, vt potiùs oriũdi, quã Exteri ſint in Officijs, Cathedris, Prepoſituris, Vicarijs, &c. admittendi de iure, argum. ſupradictis de Clericis quorum nomine hi veniunt, *Barboſa in appell. verb. Clericus, & in deciſ. fin. probabo*, & ratio principalis, ſeù fundamentalis eſt, quia origo mutari non poteſt, vulgata *l.1. & l. aſſumptio ff. ad municipalem, l. filios, l. origine cum ſeq. C. de municipib.* nec Patria, *Giurba Obſer.77.nu.1.2. & 9. DD. in l. pen. C. de municipib. lib.10. Menochius conſ.1176.n.3. & 4.* & iura ſanguinis. *l. iura ſanguinis ff. de reg. iuris*, nec per Monachatum quis cenſetur Patriæ ſuæ, eiuſue beneficijs renunciaſſe, vt Ciuilitatem amittat, nec fruatur priuilegijs Ciuitatis conceſſis, non ſolum perſonæ, ſed ad vtilitatem publicam Ciuibus, *vt ſupra deciſ.3. nu.90. proban.*, & ciues etiam ſunt Clerici, & Eccleſiaſtici omnes, & pars populi, & Reipublicæ temporalis, *Marta de iuriſd. p.4. caſ.1. n.27. de Franchis deciſ.49. num.4. Bartol. Ceuall. Barbat. Albericus, & alij quos citat, & ſequitur Salgado de regia protectione part.1. cap.1. præl.3. n.58. & ſupra dixi n.55. per tot.* ibi, quod priuilegia Meſſanæ etiam Eccleſiaſticis conceſſa cenſentur, & ſtatuta, loquentia de ciuibus, Clericos comprehendunt, *arg. c. ſi in adiutorium 11. diſt. Natt. Cumia, Lucas de penna, & alij poſt Salgad. cit. n.58.* qui ſeruare tenentur etiam leges politicas tanquam vaſſalli, & in bonum publicum latas, *Gram. deciſ.100. Salg. qui ſup. nu.59. ex Carolo de Graſſis de effec. Cler. effec.2. n. n.361. cum ſeq.* nec per ingreſſum religionis Religioſus læditur in iuribus naturalibus, *Peyr. de Prælat. quæſt.2. cap.2. Sanchez in decalog. cap.12. nu.13. Graff. deciſ. part.1. lib.3. n.94. cap.5. & in addit. n.14.* ideo nobilitas non amittitur per ingreſſum Religionis, *Tiraq. de nobilitate cap.26. n.5. & DD. cit. quos refert Bellaſ. in prõpt. Verb. Nobil. n.1.* & Monachus nõ cẽſetur mortuus quoad actus naturales, *Zillett. cõſ.161. n.10. arg. l. iura ſãg. ff. de reg. iuris*, ſed ſolũ dignitates cũ iuriſdictione, & præeminẽtia perdũtur ſecũdũ *gl. in c.1. de purgat. Can. in fine*, & hæc iura, rationeſue non conſiderauit, quidam Doctorellus qui conſulebat temporibus elapſis, quod Religioſi nõ veniunt Ciuium appellatione, & ad Doctores dicentes, quod Ciuium

nium appellatione veniunt Clerici, dicebat, quod loquuntur de Clericis Sæcularibus, haud conſiderãs quod Religioſi etiam ſunt Clerici, & veniunt illorum appellatione in fauorabilibus ſaltèm, de quo nemo dubitauit, *Barboſa de Vniuerſ. iure Eccl. cap. 39. de priuil. Cleric. nu. 9. & in appell. 51. num. 7.* ipſiſque met tonſoribus non eſt obſcurum, legat ipſe dixi ſuas Ciuiles Inſtitutiones, [erat enim ille lector Inſtit. Ciuilium,] nec de his alloquatur, qui ſolùm in explicandis terminis proemij inſtitutionum eſt intentus, non dico de illis contentis in ipſiſmet Inſtitutionibus cũ hos etiã benè diſtinguere neſciat, & extra illas, tãtùm in pãdectis agnoſcit titulum de iuris, & facti ignorãtia; quod ſi DD. clariùs pro ſua Concluſione in terminis loquentibus deſiderat, legat *Bart. in l. 1. ff. ad municipal. Iacob. de S. Giorgio in l. hæres abſens §. ſi quis tutelam, &c. quos citat, & ſequitur Boerius deciſ. 260. n. 3. Surdus deciſ. 129. & Regẽs de Marinis alleg. 114. n. 8. quę eſt Conſiliarij Eraſmi de ponte:* quomodo vero iſti Eccleſiaſtici ſi oppreſſi ſint à ſuis Superioribus, & Prælatis, poſſint ſe tueri in iudicijs, & extra quando Dignitates non diſtribuuntur Oriundis, & benè meritis, & alias iniuſtitias patiũtur, præter ea, quæ infra *lib. 3. tit. 1. de beneficijs, & lib. 4. tit. de iudicijs ibi* de appell. grauamine, &c. aliqua dicam etiam *in deciſ. ſequenti* de extraordinario remedio per viam recurſus *num. 83.* quibus te remitto, vbi alia circa ſupradictam preſentem Concluſionem.

108 Petes Tertiò, quid ſit Coadiutor, & quib9 dari poſſit Coadiut? Officiũ Coadiut. vt ex nominis ethymologia colligitur, eſt coadiuuare, ſeu ſimul iuuare aliquem, & in Eccleſiaſticis perſonis eſt, quæ in dignitate, aut aliquo officio, vel perſonatu cõſtitutæ, quãdo impeditæ, vel propter infirmitatem, aut ſenectutem, &c. petunt coadiutores, ne Eccleſia orbata ſponſis remaneat, & à tempore Diui Gregorij, vt habetur *in c. præſentium, c. ſcripſit 7. q. 1.* & aliorum, *c. fin. de Cleric. ægrotan. c. 1. de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. c. ex rectoribus de Cler. ęgrotante c. 1. de Cler. ęgrotant. in 6.*

109 Hi aut temporales, aut perpetui dantur, temporalis coadiutor datur Canonico, vel Epiſcopo, vel alio beneficiali ęgroto, dum in ægritudine manet, *Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 6.* perpetuus vero, qui hodie eſt in vſu, datur cum futura ſucceſſione ex grauibus cauſis Sedi Apoſtolicæ noſcendis à DD. enarratis *in c. 1. de Clerico. ægrotan. lib. 6. & in Trident. ſeſſ. 25. cap. 6.* ætatemque habere omnes debent, quæ requiritur in principalibus, *Narbona de ætate ad omnes hum. actus requiſita ann. 60. quæſt. 5. qui n. 3.* docet etiã ætatẽ, in Coadiuto requiſitam, quando datur propter ſenectutẽ eſſe 60. annorum, ſi vero ſit propter ſenectutem, & infirmitatem eſſe annorum 55. & ætas ingraueſcens ſola eſt 60. annorum; ingraueſcens vero cum morbis narrata, ſufficit, vt ſit completa annorum 55. & infirmitates perpetuæ, in quacumque ætate ſunt cauſa dandi Coadiutores, ſi tales ſint, vt nõ poſſit beneficiarius aſſiſtere in Choro, *Borrellus ſum. deciſ. tit. 9. num. fin. & idem Narbona.*

110 Et facta conceſſione, atque expeditis Bullis à Papa, à quo conceduntur huiuſmodi Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, *ex Trident. cit.* in Epiſcopatibus, Archiepiſcopatibus cæteriſque dignitatibus, ſeu perſonatibus in Cathedralibus, vel in Collegiatis Eccleſijs, & extra, tunc Coadiutor ius ad rem habere dicitur viuẽte Coadiuto, & vocatur fictè beneficialis illius beneficij, nõ verè, ſicuti fictè Canonicus, &c. ſed mortuo Coadiuto ius ad rẽ habet, & verè dicitur Canonicus, beneficialis, &c. & tũc omnes fructus ipſe lucratur, & emolumẽta.

111 In vita vero illius non ita, ſed ſolummodò honores habet, & inſignijs vtitur abſente Coadiuto, vt conſului temporibus elapſis, *ex Garcia de benefic.* licèt contrarium vidi *apud Barboſ. de vniuerſ. iur. Eccleſiaſt. tit. de Coadiutoria n. fin.* & fuit iuxta hanc ſecundam opinionem, *Deciſio Cõgreg. proponente Aldrobrãdino die 6. Aprilis 1658.* pro Coadiutoribus Meſſanæ, cum alijs ad hanc materiam tenoris ſequentis.

112 *Canonicis Coadiutoribus Cathedra-*

*lis Meſſanenſis petentibus declarari, an ipſis competat locus in Choro præſentibus Coadiutis, Sac. Rit. Congreg. ad relationem Eminent. Cardin. Aldrobrandini reſponderi mandauit, licere Coadiutoribus etiam præſentibus Coadiutis diuinis in Choro intereſſe, ſed veris Canonicis digniorem locum deferre, ijſdemque ſuperuenientibus ſtallum dimittere, & ſi ſedes ſufficiant tantum veris Canonicis omnibus ijſdem præſentibus, vel ſuperuenientibus à Choro diſcedere Coadiutores teneri. Die 6. Aprilis* 1658.

*Epiſcop. Sabin. Card. Sacchettus.*
*Franciſcus Maria Phebus Sacr. Rit. Congreg. Secret.*

Inſuper, & alia circa loca, Stallum, & diſtributiones, *Coadiutoribus Canonicorū Cathedralis Meſſanenſis, quibus anno* 1658. *referente Eminentiſſ. Card. Aldroband. adiudicatus fuit locus in Choro, tum præſentibus coadiutis, ea tamen lege, vt Canonicis aduenientibus, ſi ſtalla deſinunt etiam diſcedendo à choro locum dimittant, nouiſſime declarare ſupplicarunt an deficientibus ſtallis Coadiutoribus quorum Coadiuti abfuerint, ſint dimittenda ſtalla, à Coadiutoribus quorum coadiuti præſentes erant, & Sacra Congr. Affirm. reſpondit, vt Coadiutores pro Coadiutis abſentibus poſſint lucrari diſtributiones, & ſupplere vicibus eorum, pro vt inconcuſsè ſeruari mandauit die* 12. *Iunij* 1660.

*Epiſcop. Sabin. Card. Sacchett.*
*Franciſ. M. Pheb. S.R.C. Secret.*

extat etiam alia *ſub die* 18. *Ianuarij* 1661, in qua deciditur, quod hæc decreta locum non habeant in ſeſſionib. Capitularib. vel alijs quibuſcumque Canon. Cōgregat. ſeu alijs quouis nomine nuncupatis, eorundem congreſſib. ſed tantum ad officia nempè ad aſſiſtentiam precum, officiorum, & ſacrificiorum diuinorum, concionum, &c.

113 Quam opinionem probat *Cæſar de Eccl. Hierarch. diſp.* 14. §. 9. *n. fin.* primo reijciendo, *Garciam part.* 4. *de ben. cap.* 5. *n.* 107. cuius rationes locum habent circa vocem in Capitulo, quàm non habent Coadiutores, quia vnum repræſentant Canonicatū Coadiutus, & Coadiutor, non verò quoad inter eſſentiam, & locum in diuinis officijs, quæ diuerſis reſpectibus vtriſque conuenit, vni, tanquam verò Canonico, alteri tanquā Coadiutori, ſicuti Epiſcopo locus debetur, & Vicario etiam alius, prout ex ſupradictis liquet, eodem modo reſpondeas ad ea, quę adduci poſſent, *ex Rota Rom. in vna Hiſpalenſi præbeminētiar. ſub die* 20. *Februarij anno* 1617. *poſt Rubeum tom.* 4. *recent. inſertam*, quod nimirùm vnum faciunt Canonicatum vnamque perſonam, & poſſeſſionem: honoreſque habere non debet Coadiutor, niſi mortuo Coadiuto; *Diana part.* 7. *tract.* 16. *reſol.* 76. & quod ſit fictè Canonicus, & ſimil. nam loquuntur quoad locum, & authoritatem Canonicalem, quam habere non poſſunt niſi mortuo Coadiuto, non quoad locum, qui pertinet Coadiutori, vt tali, nam huic debetur aliqua etiam præeminentia, quia fictus Canonicus eſt; *Moneta de optionib. quæſt.* 8. *n.* 143. *Rota recent. deciſ.* 410. *nu.* 6. *in principio, Gonſal. & alij cum Barboſa ſuper Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de ref. cap.* 7. *nu.* 8. ſicuti Coadiutori Epiſcoporum datur præeminentiæ aliquæ, *ex Deciſione Congreg. Ill. Dom. Cardin. ſuper Sacris Ritibus ad dubia Ill. Dom. Card. Palleotti, & Veronen. quam refert, Ferrus de præcedentijs quæſt.* 15. *in fine, & Campan. diuerſ. iur. Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 107.

114 Ad quæſtionem ventilatam de loco Coadiutorum in abſentia principalium; Dicas abſolute, quod nō incedere poſſunt nec debent in eodem ſtallo, & loco, in quo principales ſi præſentes eſſent, ſediſſent; ea conuincenti ratione [inter alias multas,] quia iſti Coadiutores mortuo Coadiuto ſedent in vltimo loco Canonicorum tanquā moderniores, & recentiores, ergo quando durat Coadiutoria, & dicti Coadiutores ſūt fictè Canonici, & principalib. deſeruiunt, nō debent æqualiter honorari, quia abſurdum ſequeretur, quod fictio prævaleret veritati, & magis eſſet valida, & ex altiori loco, ad minus principalem deſcenderent, & ita honorabiliores eſſent, cùm ſunt ficti Canonici, quam dum veri, quod maximum eſt abſurdum: comunis ergo Conſuetudo, &

Scho-

Schola docet non deberi locum niſi poſt omnes Canonicos, *Grat. diſcep. 106. nu. 40. Rota Romana apud Peniam in vna Salamàn Coadiut. die 15. Iunij anno 1593. & in alia Tarrac. apud Marcheſ. de comm. part. 1. §. 2. tom. 2. Campanili citatus, & Ferrus n. 1. Barboſa alleg. 61. nu. 4. Contelorius de praced. nu. 50. Gonſal. ad reg. Cancell. 8. gl. 9. nu. 98. cum ſeq. Barb. ſuper dict. Concilio ſeſſ. 25. cap. 7. n. 17. & 18. ex Garcia, Caſare, Diana, & alijs,* & præcipuè *ex Declar. Congr. S. R. de anno 1616. & 1619. &c.* quacumque conſuetudine non obſtante, vt ibi, niſi fuerint Coadiutores dati dignitatibus, *idem Barb. n. 20.* aùt Canonicis in diuerſo ordine, vt Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, *Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de ref.* tunc enim Coadiutores ſi fuerint dati Canonicis Presbyteris ſedere debent poſt eos; ante Diaconos, idem dicas de Diaconis reſpectu Subdiaconorum, &c. *Ferrus citat. n. 3. & Diana part. 4. tract. 4. reſol. 88. ex Ganan. Leone, & alijs.*

115 Et quia hic Coadiutor non eſt beneficiarius verè dum viuit Coadiutus, *Caſar part. 3. diſp. 14. §. 9. in principio, Gonſales cit. n. 40. & 64. Barboſa nu. 7.* nec Canoniam habere dicitur, ſed Officium ſimplicitèr, *Gonſales nu. 31. & 38. Petrus de Greg. Toloſ. lib. 15. cap. 25.* & adminiſtrationem *Garcia de beneſ. part. 4. cap. 5. n. 107.* nouamque poſſeſſionem capit mortuo Coadiuto, quia ius ſolum ad rem habet, *Rota Recent. deciſ. 647. n. 4. par. 3. & gl. in c. grãdi de ſuppl. negl. prælat. Sarauia de iuriſd. Adiunt. q. 29. nu. 44. Marta in ff. nouiſſimis Verb. Coadiutor cap. 17.* ideò non conſequitur fructus beneficij, & Canonicatus, nec diſtributiones, ſed ſeruire debet pro Coadiuto, *Garc. cit. in add. n. 130. dub. 36. Barboſa n. 11.* niſi aliter fuiſſet cautũ in Coadiutoria, vel eſſet pauper, non habens vnde alimenta ſumat, quo caſu teneretur Coadiutus alimenta præſtare, ſi ſeruitia expoſtulat, *Garcia vbi prox.* inſuper non tenetur ad officium diuinum recitandum, *Garc. part. 3. cap. 1. n. 109. Suar. de relig. tom. 2. trac. 4. lib. 4. cap. 22. Bonac. de horis can. diſp. 1. quaſt. 2. punct. 3. n. 15. Diana part. 5. tract. 13. reſol. 75. Caſar d. diſp. 14. & communis D. D. Schola.*

116 Nec fidei profeſſionem facit, niſi mortuo Coadiuto, & ad reſidentiam non tenetur, niſi quatenus lucraretur diſtributiones quotidianas; & de bonis ſuis ſatisfacit ſi non interſit, *Barb. qui ſupra num. 14.* qui addit quod non gaudet fructibus in abſentia ex cauſa ſtudij, vel iuſti impedimenti *nu. 25.* quod non approbo, non enim eſt cur Canonico ſuffragetur impedimentum, & non Coadiutori, nec poteſt eſſe Iudex Apoſtolicus, ſeu Delegatus Papæ, & Iudex Synodalis, officiaque exercere ad quę Coadiutus electus eſt, *Garc. in add. ad part. 2. cap. 5. nu. 88.* quia cenſetur electa perſona. ſibi etiam non optat, ſed Coadiuto, nec comprætenditur in Statuto de Iubilatione Canonicorum, *Garcia cit. num. 89.* oneraque omnia quæ ſubſtinent Canonici ſoluere non tenetur, cum à ſuo Coadiuto ſoluãtur. *Idem Barb. n. 26. & 27.*

117 Ordinem Presbyteralem ſi non habeat tempore cõceſſionis Coadiutoriæ, nõ ideò illam habere non poteſt, ſed ſufficit, quod habeat Clericatum, & legitimam ætatem ad ordinem requiſitum in ſtatuto v.g. requirente ordinem Sacerdotalem, in Canonicatu adipiſcendo, & vt ſit Clericus, & illam habeat ætatem, vt intra annum poſtea promoueri poſſit, *Barboſ. qui ſup. nu. 28. & Narbona de atat. ad hum. actus req. ann. 60. quaſt. 5. n. 8.* & ordinari tenetur intra annũ Coadiutor ſi reſidet, ſecus ſi nunquam reſiderit, vel inſeruijt, quia Coadiutus nõ vult; exemplo Sacerdotis habentis curam habitu, & non in actu, qui promoueri non tenetur ad Sacerdotium intra annum: *Barboſa de parochis cap. 5. n. 29. & ſuper Concilio cit. n. 29. & 39. ex Garcia;* ſed teneretur ille ad reſidentiam, quia eſſet in fraudem Eccleſiæ Coadiutoria, non in vtilitatem, & ita ſi non reſidet Coadiutus, monere debet Epiſcopus Coadiutorem ad reſidendum aliàs priuari poſſet, *Rota Romana apud Martam in ſuis ff. nouiſſimis verb. Coadiut. cap. 16.* præcipuè quando ſunt verba prægrãtia tenearis, debeas, neceſſitatem inducentia, ſecus ſi talia non eſſent, *vt Rota decidit,* & de his

loquitur *Barboſa in principiis cit.* at quando hæc verba facultatiua non ſunt, ſed neceſſaria, reſidere tenetur, & ſi per aliquod temporis ſpatium vacet etiam ſoluit vacantias, ſicuti quando tenetur reſidere, illas ſoluit, *vt dixi*, quod ſi Canonicatus non eſſet Sacerdotalis, nec Coadiutoria talem ordinē requireret; quia ætas Coadiutoris eſt ætas requiſita ad Beneficium, vel Præbendam pro qua cōceditur Coadiutoria, *arg. c. licèt Canon. c. cōmiſſa de elec. in 6. Rota Rom. diuerſ. deciſ. 347. n. 3. par. 3. Narb. cit. n. 7. nō ita crit.*

118 Item ad Coadiutoriæ titulum ordinari non valet Coadiutor, *Cæſar diſp. 14. §. 9. n. 4. cum ſeq. Garc. de benef. part. 2. cap. 5. n. 132. Moneta de optionibus cap. 4. q. 8. nu. 169. Barboſa, & alij poſt eum in coll. ſuper Concilio Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap. 7.* niſi forte congruam haberet portionem, *vt ibi*, & hoc quia Coadiutoria Beneficium Eccleſiaſticum non eſt, nec venit illius appellatione, licèt ex alio capite teneatur ad habitum, & tonſuram, non ex eo quia beneficium habere cenſetur, nam beneficiarius habitum non portans, & tonſuram gaudet fori priuilegio, *Grat. diſcep. for. 440. lib. 3. Ponte conſ. 24. Capiblancus de Baronib. prag. 8. part. 3. n. 36.* ſed quia officium in Eccleſia habet, & repræſentat Coadiutum, ideò tenetur habitum portare, & tonſuram, & fori priuilegio gaudet, *Cæſar cit. n. 8. Barb. de off. Epiſcopi alleg. 12. n. 4. cum ſeq.* omnibuſque præhemineтijs, quibus gaudet Coadiutus in abſentia, & præſentia iſtius, *prout ſupra dixi.*

119 Quod ſi non fuerit Coadiutus in ſacris conſtitutus poſſet omnia facere, & exercere quæ ſine paramentis ſacris, cum Cappa solùm, & cotta, facere poſſet Coadiutus, ſi præſens eſſet, *Sac. Congr. Rit. in vna bononiē. ſub die 19. Decembris 1615.* vt accedere ad proceſſiones, Conciones, &c. gaudetque diebus datis ob recreationem, & Canonici ei ſeruire tenentur prout inſeruire tenerentur Coadiuto Canonico in functionib⁹ Canonicalibus, *ead. S. Cong. in vna Caſalen. ſub die 10. Ianuarij 1609. apud Barboſam ſuper Concilia cit. n. 42. & 43.* quem vide, *& Garc. cit. d. p. 4. cap. 5. Camb. de Coad. int. Campeg. ſub eod. tit. Cæſar, & alios, tractantes de Coadiutoribus*, in alijs caſibus occurrentibus.

120 Petes vltimò quid ſit Parochus, & Parochia? In Eccleſijs officium, & poteſtatem habent Parochi, de quibus plura decidit Papa, *inr. tit. & tot. tit. de Parochijs*, in Decretalibus, hoc nomen ſortiti ſunt, quod ex græco venit à præbitione, quia Parochus plebi Sacramenta miniſtrat, vel paræcus, quia curam habet animarum populi ſuis, *Toloſ. Greg. Syntagm. part. 2. lib. 15. cap. 24. n. 7. Zecchius de republ. Eccl. cap. 28. nu. 1. arg. c. quia nonnulle de Cler. non reſid.*

121 Ideò Parochus eſt, qui curam habet, & regit populum, ſibi commiſſum, circa res animæ, & curator appellatur à cura, ſicuti Parochia eſt [cura, & curationis partitio, certis finibus deſignata,] & à Dionyſio Papa fuerunt diuiſæ Diœceſes, & Parochiæ, *c. ecclesias 13. q. 1. vbi Gloſ. verſ. diuiſimus, c. paſtoralis de his quæ fiunt à Prælat. & c. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 13.*

122 Hæ Parochiæ arbitrio Epiſcopi erriguntur, atque conſtruuntur, ſeparantur, & vniuntur, *c. in nouo 21. diſt. c. Epiſcopi 86. diſt. c. vnus 6. q. 1.* pro Populi neceſſitate, ne abſque pabulo oues remaneant, *c. ad audientiam de Eccleſ. ædific. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. & d. ſeſſ. 24. c. 13. & ſeſſ. 25. c. 1.* ſicut Diœceſes fuerunt ſeparatæ; & denuo erigi poſſunt à Papa, *d. c. paſtoralis*, & aduertant maximè ad hæc Decreta Prælati circa ſeparationem Eccleſiarum, & miniſterium Parochorum; quia multoties Parochus eſt abſens, & abſque Sacramentis infelices Chriſtiani decedunt, contra Chriſti Domini, & Sacrorum Canonum præcepta, ex quibus apertè colligitur, quod Parochus non debet multum abeſſe, ſi enim multum abeſt quomodo in neceſſitate occurrere valet Fidelibus, potius ergo plures Parochias cum Parochis quibus centum ſaltem ducati, iuxta *Trid. d. ſeſſ. 24. c. 13.* & melius Eccleſiæ deſeruiant, conſtituant, quam vnam, vni solùm, qui multos reddiтus, & ſpectus habeat relinquant; & fideles ſanctè

pere-

pereant, *Trid. ſeſſ. 21. cap. 4.* vel ad minus ſi habeat magnũ Populũ aliam conſtituant Parochiam, quæ principali ſuccurrat, *Rota Rom. apud Farin. in nouiſſ. deciſ. 304. num. 1.* nam officium Parochi eſt Sacramenta miniſtrare populis ſuæ Parochiæ in omni neceſſitate, & caſu. Feſtos indicere, & ieiunia, Miſſas celebrare &c. vt notant Scribentes de officio Parochi, inter quos eſt, *Barboſa, & Serio Siculus*, qui multa bona dicit ex Decretis citatis.

123 Ius, & authoritas Parochi eſt in ſuis ſubditis, non in exteris, *c. omnis de pœnit. & remiſſ.* ſicut vt neq; alius ſuos iudicet ſubditos, *c. nullus de Paroch.* rurſus præcipere poteſt ne in ſollemnibus Feſtis Oratoria priuata celebrent, vt fideles ſubditi tendant ad Parochiã, *c. placuit 9. q. 2. & c. in ſacris 16. q. 1.* præcipuè in Paſch. in Parochia, aut in Matrici Eccleſia Euchariſtia ſumẽda eſt, *d. c. omnis vtriuſque de pœniten. & remiſſion.* in alijs verò diebus non tenentur Parochiani ire ad Parochiam niſi de æquitate, *Gutierez lib. 9. Canon. cap. 30. lib. 1. per tot.*

124 Neque Religioſi in his ſe ingerant, *Clement. Religioſi de priuileg.* & in Baptiſmis, &c. *d. Clem.* & Ius habent ſepulturæ, vt dicam *lib. 2. deciſ. 5.* & decimarum, niſi obſtet Conſuetudo, *c. cum contingat de decim.* ſupra omnes ſuos ſubditos oriundos in Diœceſi, vel exteros domiciliantes, *c. vbicumq; in fine* [illegible] qui per domicilium fiunt illius Parochiæ, quomodo verò acquiratur domicilium [illegible] *deciſ. 3. de conſtit. num. 85. cum ſeq.* & eodem domiciliantes poteſt vnire in matrimonium, dummodo animum degendi [illegible] *Trid. ſeſſ. 24. de ref. matrim. cap. 1.*

125 Vnoque verbo de omnibus ad animarum [illegible] curam habere debet, *Trident. ſeſſ. 23. de ref. cap. 1.* & reſidere in Parochia, *idem ſeſſ. 6. de ref. cap. 1.* perſonaliter, [illegible] *perſonalem in ſua Eccleſia reſidentiam* niſi [illegible] cauſ. & licentia in ſcriptis obtenta ab Epiſcopo, vltra bimeſtre, & Epiſcopi vltra bimeſtre, [illegible] pœna, & alijs pœnis, *vt ibi,* nec non libros habere de baptizatis, *idem Trid. ſeſſ. 24. de ref. matrim. cap. 1.* & confirmatis, *vt ibi* de cõtrahentibus matrimonia, & de omnibus exiſtentibus, & decedentibus à ſua Parochia, nam ex eodem libro mors probatur, *Fuſcus de viſitatione lib. 2. cap. 3. n. 24.* & minor ætas, *Ciriac. contr. 252. n. 10. Giurba Obſer. 75. n. 24. & 25.* Idem dicas de Eccleſia Matrici, quæ prima baptiſmalis vocatur, in quã ab eodẽ Cappellano Sacramenta miniſtrantur, *c. 3. de Eccl. ædific.* licèt hic non habeat onera, vt Pueros edocere de rebus fidei, infirmos viſitare, aliaq; neceſſaria circa curam animarum adminiſtrare, ſicut Parochi, *Rota Rom. in vna Meſſan. Iuriſd. ſub die 24. Nouembris 1610. apud Farin. deciſ. 258. in nouiſſ.*

126 Mentique teneas quod in abſentia duorum menſium, quia à iure datur, licentia Epiſcopi non requiritur, quæ ſolùm neceſſaria eſt quando vltra duos menſes Parochus non reſiderit, *Nouar. in Manual. cap. 25. n. 121. Gallemart. ſuper Concilio citat. ſeſſ. 23. de ref. cap. 1. verſ. nullo pacto debere, & Barboſa poſt multos num. 67.* Ideò ſupra, vltra bimeſtre, dixi, & de alijs cauſis excuſantibus à reſidentia eſt *Sacr. Congreg. apud cit. Gallemart.* quas etiam eodem loco *Barboſa* ponit, vt ſi ad curandũ diſceſſerit Parochus in partes, vbi ſunt Medici optimi, vel medicamenta ſalutaria, & cum licentia Epiſcopo ſaltem expoſita, quam ſi non acceptauerit, & cauſa legitima eſt diſcedere Parochus poterit, nec vllas pœnas incurret, idem dicas, ſi Domus commodæ habitationis non fuerit in Parochia, viciniorem locũ eligat, & in Parochiæ Domo ſit Subſtitutus, nam Parochus commorando in locò à Parochiæ ambitu parum diſtante dicitur reſidere, & qui parum diſtat nihil diſtare videtur, *Marc. Vidal. diſq. Moral. tit. de reſidentia in quæſtionica. n. 28.* nec dicitur parum miliare Italicum, *vt idem ait ex Bonacina*, ſed arbitrio prudentis remittitur, vt ſaltem per aliquod ſpatium diſtet, vt in caſu neceſſitatis vocari ſtatim poſſit, puta ſi ſubſtitutus vocatus fuerit, & denuo neceſſarium erit in alia parte Parochum petere, ne abſque Sacramẽtis quis decederet, vel ob vtilitatem Reipublicæ, vt ſi fuerit ab hac miſ-

mati ſus

ſus ob aliquam neceſſitatem, aut ob ſuam Eccleſiam, *Trid.cit.* ibi *euidens Eccleſiæ, vel Vtilitas Reipublicæ, debita Obedientia*, vt ſi à Superioribus vocati fuerint; *Chriſtiana charitas*, ſi nimirùm ad Concionandum in partibus vbi non ſunt Concionatores, ad componendum perſonas, & inducendas ad pacem, & ſimil. *aut vrgens neceſſitas*, puta in infirmitatibus, & ſimil. pro vt ſupra.

127 Nec vltra has poſitas à *Trid.* aliæ ſunt legitimæ cauſæ excuſantes Parochum, & alios curam animarum habentes, etiam ſi ob ſeruitium Epiſcopi abfuerint *Barboſa ſuper Conc.cit.nu.52.* cuius verba ſunt *Parochos iuſtam cauſam reſidendi non habere quãuis in ſeruitio Epiſcopi, aut Eccleſiarum Cathedralium permaneant, vt nempe ſunt Vicarij, Viſitatores, Secretarij, Fiſcales, &c. & Docent Sa, Riccius, Piaſec. Garcia, Armendar. Valeri. Bonac. Santar. & alij ab eod. relati ex Sacr. Congr. declar.* aut ſtudium, vel inimicitiæ, quæ ſi adſint *S. Congreg.* diſpenſat ad reſidentiam per ſex menſes, ad effectum, vt componantur hæc, vel reſignet, aut permutet, *Barb. qui ſup. nu.57.* item Senectus non eſt iuſta cauſa non reſidendi, ſed poterit per Epiſcopum Coadiutorem habere Curatus, qui aſſiſtat in hoc, & alijs caſibus non reſidentiæ, vel ſi imperitus fuerit Parochus, *Borellus ſumm.deciſ.tit.9.nu.21. tom.1.* & ſemper ab Epiſcopo Subſtitutus approbari, & admitti debet, cum de iure Parochus perſonaliter inſeruire teneatur, *Trident. ſup. cit.* quod ſubdit huic deberi congruam, & debitam, mercedis aſſignationem, *ita tamen vt quandocumque eos, cauſa priùs per Epiſcopum, cognita, & probata obeſſe contingerint Vicarium idoneum ab ipſo ordinario approbãdum cum debita mercedis aſſignatione relinquant*, & ipſo iure electi ad Parochiam cenſentur approbati pro omni loco abſque alio examine, *Barboſ. alleg.25. nu.23. & Vidal.cit.inq.6.tit. an Epiſcopus adm.reg. num. 172. & tit. an iuriſ.inq.2.10. ex Suar. Facũd. & alijs*, vel ſi à Sede Apoſtolica obtinuerit Parochus Coadiutorẽ perpetuum, qui hoc caſu tanquam Curatus reſidere tenetur, *Garcia par.3. de beneſ. cap.2. nu.187.* & ille excuſatur à reſidentia, nec iſte Vicarius Perpetuus, alios ſubſtituere poterit, niſi ſolum ad tempus, cum ſit verus Curatus, & caſus ſubſtitutionis temporalis in eo locum habere debent; nõ in alio, ſub pœnis, pro vt *in Tridentino*, quæ dantur Parocho, & pro congrua huic Coàdiutori, &c,

128 Horum ætas eſt 25. annorũ, *Trid. ſeſſ.24. de ref. cap.12.* quæ eſt etiam requiſita ad dignitates, & alia officia curam animarum habentia, *ex eod. Triden.* in illis verbis, *nemo igitur deinceps ad Dignitats quaſcumque, quibus cura ſub ſt promoueatur, niſi qui ſaltem 25. ſuæ ætatis annum attingerit*, dummodo principalitèr, & ex natura beneficij annexa fuerit hæc cura, non acceſſoriè, puta ſi Parochialis vnita ſit dignitatibus, quo caſu ætas requiſita ad dignitatẽ, vel Canonicatum acquirẽdum ſufficit, quæ eſt 22. annorum, *vt ſup. n.31. & docent Gõſales in reg.8. Cancellar. gl.9. n.4. Riccius deciſ.735. Campanili in diuer. iur. Canon. rub. 7. cap.6. nu.22. Narbona de ætate ad hum. ac. an.25. q.56. n.3. Gallemart ſup. d. Concil. n.5.* quæ ſufficit, vt ſit incepta *ex Verbis Triden.* vt admitti poſſit quilibet ad hoc beneficiũ iure ordinario, nam ex diſpenſatione Papali minorem hac ætate admitti poſſe non dubitatur; & poſt habitum beneficium curatũ hac ætate, ad ſacros ordines promoueri debet electus, & intra annum à die, &c. vt poſſit benè ſuum gerere officium, & curam, & interim dandus Coadiutor, & Vicarius *pro vt ſupra dicebam* aliàs beneficio priuandus, *vt in num.35. cum ſeq. notaui hac deciſione*, dixi priuandus, nam poſſet aliquod legitimum impedimentum allegare, & ſe tueri, vel diſpenſationem habere, ideo priùs audiri debet, *Rota Rom. in vna Salam. Paroch. ſub die 16. Octobris 1589. apud Peniam deciſ.42. n.15. & in alia Poſtnanieñ. Paroch. ſub die 16. Ianuarij 1598. apud eundem deciſ.703. poſt Oldrad. conſ.227. & alios.*

129 Et de præcedentijs cum Canonicis dixi *ſup. n.58.* Staturq; Cõſuetudini circa locũ in proceſſionibus, & funeralib⁹ inter Canonicos Cathedralis, & Collegiatæ Eccleſiæ, cum Parocho, quæ ſi non adſit Parochum

chum

chũ preferri in funere docet probabilis ſententia, *ex Gratian. diſcep.for.tom.2. cap.298. Salgado de reg.Protec.part.2.cap.9. n.46. & 54. Penia deciſ.* 204. licèt alij contrarium dixerint, *apud Barboſam de Paroch. part.1. cap.6. & Serium eodem titul. diſp.9. q.2.* in Synodo, & alijs locis datur præcedẽtia Canonicis Capitulariter Congreg. *Ferrus de præced. q.*32. & inter ipſos Parochos, maiorem Dignitatem, vel antiquiorem Parochiam habens præferendus, vt patet, aut ex alijs accidentibus, quæ ſunt in Parochis, vt ſi Doctores, Abbates, & ſimil. & veſtes eorum etiam ex conſuetudine regulantur.

130 An vero Parochus poſſit candelas, vel alia petere ob ſepulturam alicuius ex Parochia ex conſuetudine, vel de iure *dicam inf. lib. 2. deciſ. 5. & 8. poſt tex. in c. abolenda de ſepulturis*, nec legatum relictũ ſub nomine generali Eccleſię, Parochiæ debetur, niſi conſtet ex coniecturis, *arg. l. Lucius titius ff. de fundo inſtructo, §. ſi quis in nomine Auth. de Eccl. titulis, Menoch. de præſumpt.* 114. *n.6. Moroni reſp.4. n.29. poſt Bartolum in l. quæ conditio §. cum ita ff. de cond. & demonſt. & alios, & reſp.59. nu.9. &* 10. quibus non exiſtentibus, adeo vt legatum dari poſſit alicui Eccleſię particulari de voluntate teſtatoris, Epiſcopum poſſe vnam aſſignare Eccleſiam Pauperiorem, quæ legatum capiat, cum ſit executor vltimarum voluntatum, & lites circa has res componere debeat, *Trid. ſeſſ. 22. cap.8. de reform.* ſicuti oblationes datæ à fidelibus alicui imagini depictę in pariete Parochiæ in loco publico, vel priuato, ab Epiſcopo diſpenſari debent modo prædicto, *Mareſcott. var. reſol. lib.2. cap.12. nu.6. Genuenſis in prax. Archiep. cap.57. nu.1. & 2. Ferrus de præced. q.* 32. *n.*11. qui limitat concluſionem in oblationibus factis Monaſterijs Regularium, vel ſi contrariæ ſint conſuetudines *nu.*12. Addas etiam quod oblationes factæ imagini exiſtenti intra Parochiam ſunt eiuſdem Parochiæ, & Parochi, *Rota Romana in vna Aquilana nullitatis erectionis ſub die* 20. *Decembris* 1610. *apud Farin. in nouiſſimis deciſ.*256. & etiam decimæ, *eadem Rota apud cit. Far. deciſ.272. part. 2. in vna Marian. Decim. die 15. Ianuarij anno* 1609.

131 De concurſu ad Parochiales, & quinam admittantur dicam *lib.3. deciſ.1. de benef.* nec præſumitur Eccl. Parochialis, ſed probari debet, *Rota Rom. in vna Meſſan. iuriſdictionis ſub die 24. Nouembris* 1610. *apud eundem Farin. deciſ.258. & deciſ.226. num.6. part.1. & in vna Salam. beneficij ſub die 28. Nouemb. 1608. apud eundẽ deciſ.228. part.2.* teſtibus, aut alijs modis, *prout in dicta deciſ. Gutierez alleg.8. per tot. Borell. ſumm. deciſ. tit.2. n.17. tom.1. & tit.20. num.*293. & tandem Parochus in quaſi poſſeſſione Parochiæ eſt, tanquam Epiſcopus, omniaque facere poteſt, quæ ad curam animarum pertinent, vt ſupra dicebam, nec prohiberi poteſt quin iura Parochialia exigeat in Parochia, & proceſſiones faciat, *Rota Rom. in vna Modiol. proceſſionis ſub die 18. Aprilis 1614. apud cit. Farin. deciſ.816. tom.4.* attenta præcipuè Ordinarij licentia; *c.*19. *q.2. Galcan. conſ.23. num.*19. *& Rot. cit.* quæ ſemper petenda eſt, etiam à Curato Regulari, qui in his quæ ſpectant ad Sacramentorum Adminiſtrationem, & curam animarum, Deique cultum ſubeſt, ſicut & Sæcularis immediatè iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi in cuius Diœceſi exiſtit, *Trid. ſeſſ.25. cap.11. de ref.* nec Monachi diuidere Parochias poſſunt in ſuis Eccleſijs ſine conſenſu, & licentia eiuſdem, *c. auaritia de præb. vbi gl. Bellaſ. in prompt. V. Parochia n.1.* & Diœceſanus eſt Parochus Parochorum, & omnia, quæ ad curam animarum pertinẽt curare debet, & Parochias ordinare pro fidelibus benè regendis circa animam, *Trid. ſeſſ.21. de ref. cap.4.* ibi, *Arbitrio Epiſcopi, &c. & cap.5. poſſint. Epiſcopi, &c. item cap.6. & paſſim.*

## DECISIO XI.

### De Presbyteris, & Clericis.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio ad ſupradicta, & Clerici Sæculares Regularibus præferuntur.*

2 *Cle-*

2 *Clerici dicuntur in Dignitate conſtituti, & Nobiles atque Illuſtres, etiam ſi Eccleſiæ miniſterio inſeruiant.*

3 *Sacerdotes Reges vocantur, & venerantur ab Imperatoribus, & Principibus Sæcularibus.*

4 *Presbyter quid? & quid veniat illius appellatione? n. ſeq. & Sacerdos dicitur quaſi ſacrum dans.*

5 *Regula ponitur pro præcedenti petitione.*

6 *Ordo ſacer, & Sacerdotium fuit à Chriſto domino inſtitutum, & in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt Presbyteri.*

7 *Clericorum appellatione, qui veniant? & Clerici ſunt tanquam ciues, & de diſtrictu, gaudentque priuilegijs Ciuium, & diſtrictualium, & n. 107.*

8 *Odia ſunt reſtringenda, & fauores ampliandi.*

9 *Epiſcopi, & alij Dignitates habentes, an veniant Clericorum nomine.*

10 *Clericorum priuilegia duo principaliora, Canonis, & Fori, & de priuilegio Canonis, & perſonis Eccleſiaſticis, qui gaudent hoc priuilegio in ſequentibus.*

11 *Clerici in minoribus illo fruuntur etiam ſi Trid. requiſita ſeſſ. 23. cap. 6. non habeant, & Religioſi verè vota emittentes, Nouitij, Oblati, qui ſe, & bona ſua dederunt Monaſterio, & ſi vota non emittant.*

12 *Eremitæ vniter viuentes, vel ſeorſim, ſi inſeruiant alicui loco.*

13 *Et Tertiarij S. Franciſci, vel alterius Religionis ſicut, & mulieres velatæ, & Equites S. Ioannis Hieroſol. Alcantara, Calatraua, &c.*

14 *Degradati realiter amittunt priuilegium Canonis, non verbalitèr, & de degradatione remiſſiuè.*

15 *Hiſtrionis, Goliardæ, Ioculatoris, Carnificis, Macellarij, & Tabernarij officiũ exercentes, quando priuilegiũ amittãt? & de Clericis in minoribus habitum non portantibus.*

16 *Hæreticos, & Sciſmaticos percutiens, nec incurrit in Canonem, & de pœnis hæreticorum Clericorum, quæ ſunt degradatio, Excommunicatio, priuatio beneficiorum, &c. poſt declaratoriam criminis, & n. 17.*

17 *Declaratoria delicti ſemper requiritur, etiam ſi pœna fuiſſet ipſo iure impoſita.*

18 *Seditioſi Clerici, vel de crimine ſuſpecti, capi poſſunt etiam de die, & ad Superiores ſuos ſtatim abſque iniuria ferri debent, nec arma capi poſſunt ab Officialibus Curiæ, & n. 32.*

19 *Iniuriantes verbalitèr perſonã, vel ſcripto ad domum Clerici, non incurrunt in excommunicationem c. ſi quis ſuadente, & ſolùm realitèr, manu, vel opere offendentes, ſiuè per ſe, ſiuè per alium mandato tacito, vel expreſſo, & n. 20.*

20 *Verbaliter iniuriare mandans, nec incurrit ſi realem iniuriam inferat mandatarius.*

21 *Non prohibentes etiam percuſſionem, cum potuerint, abſque ſui damno, & ſi Officiales, & alij qui tenerẽtur ex officio, nõ ſint: & gaudere nemo debet de damno proximi.*

22 *Alia perſona lædẽtes Clericos, & caſus in quibus incurritur excommunicatio traduntur, & debet percuſſio, detentio, vel iniuria fieri cum peccato mortali.*

23 *Pueri, & rationis incapaces, Iudæi, & nõ baptizati excuſantur, Ignorantes etiã, & percutiẽtes ex caſu fortuito, vel primo motu n. ſeq.*

24 *Primi motus non ſunt in conſideratione, & ira motus non ſunt ſemper vituperandi.*

25 *Idem ſi per iocũ, vel leuis fuerit percuſſio.*

26 *Et pro defenſione, cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel ſi aufugere quis nõ poterit abſque ignominia.*

27 *Mulier Clericum, vel Monachum, tentantem ſuam pudicitiam percutiens, nec incurrit, nec maritus ſi cum vxore illos inuenerit, filius cum matre, frater cum ſorore, Pater cum filia.*

28 *Vxoris nomine in odioſis, non venit ſponſa per verba de præſenti, ſed copulata, & quid ſit adulterium, & vxor quare ita vocetur? & ſi fieri poſſit extenſio*

vltra

vltra perſonas ſupradictas n.29.

30 Pater Clericum in ſacris percutere non valet, quia eſt liberatus à patria poteſtate, non ita Clericum in minoribus.

31 Superior Abbas, vel Epiſcopus, ſuos ſubditos cauſa correctionis percutere poſſunt, & Magiſter diſcipulos.

32 Laycus, Iudex, & Officiales eius Curiæ Clericum ſuſpectum de homicidio, vel in fragranti inventum licitè capiunt, & Epiſcopo ſtatim conſignare debent, idē, & de Monacho n.33. & de Clerico debitore ſuſpecto de fuga, qui retineri nō poteſt vltra 20. horas, quod declaratur nu.34. & fideiuſſionem idoneam dando in ciuilibus liberatur, non ità in criminalibus ibid.

35 Socium, Conſanguineum, aut Amicum, percuſſum à Clerico defendens in eadem rixa, nec incurrit.

36 Idem, & de Capientibus bona.

37 Declaratoria an requiratur in percutiente publicè Clericum, vt vitari poſſit? cū n. ſequentibus, & Notorius percuſſor quando quis dicitur ibid. atque de abſolutione ab hac cenſura facienda à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo in multis caſibus, qui numerantur, aut ab Abbate de ſuis Monachis.

40 Clerici ſunt exempti à iuriſdictione Iudicis Laici de iure Diuino, Canonico, & Ciuili n. 41. & 42. nec huic valent renunciare etiam cum iuramento, & conſenſu Epiſcopi ibid.

43 Monachi, & Moniales gaudent fori priuilegio, Equites Hieroſolymitani, Oblati, & Tertiarij adſtricti regula approbata à Sede Apoſtolica, Eremitæ, & alij num.52.

44 Inſeruientes Eccleſiæ, & Clerici ſaluatici, coniugati, & orientales.

45 Famuli etiam, & Familiares Clericorum, quod declaratur n.46. cum ſeq.

47 Miniſtri Curiæ, & qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi, & 48.

49 Statuta, & impoſitiones, aut Gabellæ quæ ſunt impoſitæ pro Laicis, ſed indirectè veniūt dānificandi ex his Eccleſiaſt. nō ligat illos, & 145. 190.

50 Famuli Eminent. Cardinalium gaudent fori priuilegio, & Legati, Nuncij, S. Inquiſitionis, & Abbatum, & de pœnis percutientium famulos Cardinalium.

51 Filij Clericorum, an eodem fruantur priuilegio, & vxores, & famuli infideles?

52 Rectores inſeruientes perpetuò Hoſpitali an gaudeant? & alij ibid.

53 Clericus in quibus caſibus fori priuilegio non gaudet, adducitur, vt ſi monetarius, & Crimen Læſæ Maieſtatis committat in Principem, & Aſſaſſinus, quod declaratur, vt prius ſint degradandi ibid. & n.62. ſicut & in alijs delictis enormibus, & de Clerico feudatario, atque ſi dici rectè poterit illum committere Crimen Læſæ Maieſtatis? ibid.

54 Laicus delinquens factus Clericus à quo conueniendus? & quid cauſa præuenta facta citatione, & carceratione? ex opinione Carnevalij, & Cancerij n.55.

56 Clericus ſi delinquat, & factus ſit Laicus à quo Iudice conueniendus Sæculari, an Eccleſiaſtico? & n.57. & quæ de Clerico dicuntur ad Monachos extendi debent.

58 Vnus Iudex tenetur exequi ſententiam latam ab alio, etiam ex diuerſo foro.

59 Clericus, & Laicus delinquentes à quo puniendi? & ſi cauſa indiuidua? 60. & 61. & quid in Cauſis Ciuilibus, et Criminalibus? ibid. & de Monachis.

62 Degradatio præcedere debet in Clericis facinoroſis, antequam Iudex Sæcularis procedat, & monitiones iūcto n.63. & in negotiatione illorum ibid. & quanā dicantur enormia delicta.

64 Clericus falſum deponens coràm Iudice ſæculari ab eo non punitur, ſed ſolùm pro cauſa expedienda, quæ coràm ipſo verſit cognoſcere iſte poterit de falſitate.

65 Heres Laici forum illius ſequitur, quod exemplificatur, & declaratur.

66 Poſſeſſor alicuius rei, quæ erat aliquo onere affecta, illam habet cum eodem onere

*contr. num. 71.*

67 *Condemnatus pro decurſis cenſus, etiam tempore quo erat Laicus conueniendus coràm Eccleſiaſtico, & an concluſio locũ habeat in Clerici conductore? et ſeq.*

69 *In actione reali, in rem declinat forum, nec damnum datũ ab Animalibus Clerici, vel Eccleſiæ, examinandũ coràm Iudice Sæculari; & exequendum ab illo, & n.109.*

70 *Clericus author laudatus forum non declinat.*

71 *Coloni poſſidentes rem Clerici cõueniri an poſſint pro cenſu,& hypothecaria actione coram Iudice Laico? & quid pro cẽſus bullalis decurſis? ibid. in fine.*

72 *Prò ſalario Aduocati coram eodem an cõueniatur?*

73 *In cauſa reconuentionis Clericus à Iudice Laico, & Laicus à Iudice Eccleſiaſtico, an, & quomodo cõueniendi? & de executione ſententiæ n.74.cum ſeq.de materia reconuentionis.*

75 *Cauſa ciuili tentata, non præiudicatur agens in Criminali, & quid ſi actor ciuilem, & reus criminalem tentauerit? ibid.*

76 *Variare quis poterit de vna actione ad aliam, & quando, & in quibus caſibus variatio admittatur?*

77 *Reconuentio, reconuentionis an detur?*

78 *Reconuentio non debet eſſe affectata, nec datur in cauſa Spirituali, et Criminali.*

79 *Fit in quacùmque parte Iudicij etiam poſt concluſum in cauſa.*

80 *Laicus reconuenitur coram Iudice Eccleſiaſtico, & executio fieri non poterit ab eodem Iudice ſicuti in Clerico ibid.*

81 *Clericus depoſitarius Laici Iudicis, coràm eodem pro depoſito reſtituendo conueniendus, in bonis ſaltèm.*

82 *Clerici officium habentes à Rege, & Equites Hieroſolymitani, & alij, ab eodem cõueniuntur ratione adminiſtrationis, & in ſyndicatu cum ſeq. & Regularis de officio quod habuit ab Epiſcopo, corã eodem conueniendus.*

83 *Statuta reſpicientia publicam vtilitatem an ligent Clericos officia habentes.*

84 *Ratione artis, quis coràm Iudice eiuſdem conueniendus, & Rector Studij eſt Iudex competens Clerici in concernentibus ſtudium, atque pro Vectigalibus, ſi Cõductor Vectigalium ſit Clericus coram quo conuenitur?*

85 *Clerici eſſe poſſunt Iudices Præſides, Aſſeſſores, Delegati, & Conſiliarij Laicorũ de Conſuetudine, & ſatiſfit contrarijs n.86. & 87.*

88 *Clericus an ligetur ſtatuto de retractu? & coràm quo Iudice conueniendus, quando emit rem à Laico, & Conſanguinei retrahere volunt, vel vicini? ad intellectum, c.conſtit. de in integ.reſt.& reprobantur Groſſ. & Marin. cum Baronio n.89. cum nu.ſeq. vſque ad 109.*

90 *Statutum Laicorum approbatum à Summo Pontifice ligat Clericos, & eo vti poſſunt ſi fauorabile n.91.*

92 *Leges quæ Canonibus non contradicunt, ſunt tanquam Canones ſeruandæ.*

93 *Argumentum à ſimili valet, vbi eadem militat ratio,& vrget publica vtilitas.*

94 *Clerici, vel Eccleſia habentes bona à Laicis in emphiteuſim ſubduntur ſtatutis illorum circa ius congrui.*

95 *Actor ſequitur forum rei.*

96 *Clerici reſtitutionem in integrum coràm eodem Iudice petunt. & n.97. explicatur tex. in l.2.C.vbi, & apud quẽ, &c.*

98 *Diuinando reſpondere non debemus.*

99 *Probatio ex verbis legis validior eſt alijs.*

100 *Actor dicitur etiam, qui prouocat, & eſt cauſa Iudicij.*

101 *In remedio l. diffamari, & l. ſi contendat, qui prouocat actor dicitur; ideo in hoc iudicio Clericus forum non declinat, & tenetur concurrere coràm Iudice Laico cum creditoribus in dilatione quinquennali, ſicùt in illa data pro ſua perſona Laicus creditor citari poteſt à Iudice Eccleſiaſtico, coràm quo ſit hoc iudicium.*

102 *Clericus declinat forum comparens coram Iudice Sæculari, petendo ne moleſtetur Laicus conuentus ſuper re, quia ſua eſt*

103 *Exem-*

103 *Exemplis, & deciſionibus bonis iudicandum, & maxima eſt vis rei iudicatæ in caſu non diuerſo n. 104.*

105 *Doctores, & Iuriſconſulti ſolent ſe impugnare, & ad inuicem reprehendere, & exempla adducuntur.*

106 *Bartolum vocant aliqui Doctorellum, & quod pueriliter locutus eſt, ſed defenditur, ſicut Baldum, & Iaſonem reprehendunt, ſed laudantur, cum Io. Andrea Sicul. Meſſanenſi, & in omnibus ſcientijs ſemper cõtrarietas inuenitur.*

107 *Modeſtia extollitur.*

108 *Clerici quoad bona temporalia an Regibus ſubdantur?*

109 *Clerici quatenus ſua putauerint intereſſe coràm Laico conueniri, & citari poterunt.*

110 *Laicus emens à Laico, & Clericus retrahere volens conueniendus ille coràm Eccleſiaſtico Iudice, ex regula d.c. conſtitut.*

111 *Clericus tutor, pro ratione adminiſtrationis reddenda in tutela recepta à Iudice Laico, coràm eodem conueniendus, ſicuti Laicus in tutela Clericorum coràm Epiſcopo cum ſeq. & an iſti cogi poſſint? n. 112.*

113 *Clerico minori litiganti coràm Iudice Sæculari, datur curator ab eodem, & idem de Laico litigante coràm Eccleſiaſtico.*

114 *Emancipatio Clerici facta à Patre Sæculari, coràm Iudice Laico fieri debet.*

115 *In cauſis poſſeſſorijs beneficialibus Eccleſiaſticus Iudex eſt competens.*

116 *Poſitus Clericus in poſſeſſion. à Laico cũ clauſula ſaluo iure, &c. conueniri an poſſit pro eadem coràm Iudice Laico? & ius offerendi facta adiudicatione, an in eadem Curia ſit faciendum? ibid. & de nullitate ſententiæ.*

*Regulariter Clerici coràm ſuo Iudice cõueniendi.*

117 *In ordinatorijs forum non ſequuntur, & caſus adducuntur de ſtatuto cogente ad compromittendum, & contra Allegantes Iudices ſuſpectos, &c. num. 118. & ſeq.*

119 *An in Curia Eccleſiaſtica Ritus, & Capitula Regni, & ſimil. ſeruanda?*

120 *Examinatur quæſtio, an Sæculares Iudices, & Magiſtratus valeant cognoſcere per viam violentiæ inter Clericos, & Regulares? cum ſeq. vſque ad n. 125.*

125 *Principes Sæculares aliquando poſſunt bona Eccleſiaſticorum ſequeſtrare iuxtà aliquorũ ſententiã, & qua de cauſa.*

126 *Eleemoſinæ dandæ ſunt potiùs Conſanguineis, & amicis quam alijs.*

127 *Requiſita in Clericis, vt gaudeant fori priuilegio, ex Trid. & an gaudeant ſi habeant penſiones, vel fuerint ſtudentes, & prouecti in ſcholis, & de alijs circa ſupradicta, n. 28. & 29. et 30. quæ ab Epiſcopo ſunt cognoſcenda, ibid. & num. 131.*

132 *Statuta Laicorum Clericos non ligant, & de ſtatutis tribuentibus executionẽ, quæ fauorabilia sũt Cler. et approbata à Curia Eccleſiaſtica n. 133. vt in donatario omnium bonorum, tertio poſſeſſore in Bulla, Apocha bancali, & ſimil. ibid. cum ſeq. n. 134.*

135 *Conſuetudo Ciuilis approbata à iure Canonico, vel Curia Eccleſiaſtica Clericos ligat, & mixta vocatur, & eſt altera natura, legum interpres, &c. & de eius viribus.*

136 *Per duos actus inducta cenſetur iudicandi conſuetudo, quod explicatur, & aſſeſſoris ignari decidentis exemplum in Curijs Eccleſiaſticis non eſt adducendum.*

137 *Clerici ſunt exempti à gabellis Laicorũ de iure Canonico, & Ciuili, & de iure Diuino num. 138. quoad perſonas, & quoad bona, & contrafacientes excommunicantur n. ſeq.*

139 *Omnes Clerici, & Eccleſiaſtici gaudent hac Immunitate, eorumque bona, & ſi excomunicati ſint, interdicti, irregulares, & ſuſpenſi, & non habentes requiſita Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. n. 140. & Orientales, vel Græci nu. 141. & ſuper ſolutionibus, quæ fiunt in Regno Neapol. (vulgo ſuper capite,)*

S 2 & non

*& nō ſolùm ipſi, ſed eorum Famuli, Coloni, & Gabelloti, quando iſtorum onera eſſent in præiudicium Dominis, nu. 142. & 145.*

143 *Monachi Profeſſi, Nouitij, Eremitæ, Terſiarij, Conuerſi, oblati, & alij communiter, & ſub regula viuentes in vno loco, eorumuè famuli, ſicuti illi Militum, & Equitum Hieroſol. &c.*

144 *Bona ſua, & fructus iſti vendentes, ſiuè ad minutum, ſiuè ad groſſum, vel ſi vendere faciant non ſubduntur gabellis, nec qui fructus ſuos vēdit negotiari dicitur.*

145 *Coloni partiarij pro ſua parte, non ſunt exempti, niſi veniret indirectè contra Clericos, ſecus perpetui, & qui nomine Eccleſiæ, vel Clericorum fundos locāt.*

146 *Emphiteutæ Eccleſiæ, vel Clericorum, & cenſum redimibilem habentes, an ſint exempti?*

147 *Clericus fructus vendens prædiorum Laicis, an iſti ſint exempti? cum alijs concluſionibus ad idem.*

148 *Ad Gabellam impoſitam ſup. re, quæ poſtea peruenit ad Eccleſiam, vel Clericos tenentur iſti, ſecùs ſi poſtea, quando res eſt penès illos, Laicus imponeret gabellam, & ſi eſſet onus reale ſimpliciter, aut bona Eccleſiæ in Laicas perſonas transferent, an perdant priuilegiū?*

149 *Requiſita neceſſaria quādo imponuntur, & exiguntur gabellæ ſuper perſonis Eccleſiaſticis numerantur, & in ſeq. 150.*

151 *Ob abſentiam Pontificis, & quando de facili licentia obtineri non poſſit propter absētiam, an ſufficiat illa Epiſcopi, ſi ruina eſſet irreparabilis? & de alijs caſibus publicis, in quibus Clerici tenentur, in ſeq. & an cuſtodire teneantur ciuitatem neceſſitatis tempore, & defendere mœnia?*

153 *Qui ſentit commodum, & incommodum ſentire debet, & Clerici non tenentur contribuere in donatiuis dādis Regi pro conſeruatione Regni, nec in parlamentis præiudicari poſſunt exempti.*

154 *In caſibus in quibus exempti tenētur ad Gabellas cogendi ſunt à ſuo Iudice ad inſtantiam tamen Gabelloti, & exactorum, nec tenentur ad pœnam, & lex pœnalis iuxtà probabilem opinionem non obligat in conſcientia.*

155 *Soluere Gabellas ſpontè non poſſunt Clerici, nec valet contraria conſuetudo, & renunciatio ſui priuilegij.*

156 *Vendere res comeſtibiles tenentur tempore neceſſitatis, & ad pretium, & taxam Laici habentis curam annonæ, & quæ diximus de Eccleſiaſticis in hac materia, an locum habeāt in Regularibus?*

157 *Negotiator Clericus poſt trinam monitionem tenetur ad gabellas, & qui nam dicatur negotiator? n. ſeq.*

158 *Quæ negotiatio Clericis ſit prohibita, cum n. ſeq. 159. & 160. & 184. 190. & 194.*

161 *Priuilegium habent, c. Odoard. de ſol. quo gaudent, omnes Clerici, nec renūciare valet, & in qualibet iudicij parte excipi poſſunt, & admitti debēt etiā in ipſa executione num. 162. & D. Io. Bapt. Groſ. laudatur.*

163 *Pœna Clerici blaſphemi, fornicarij. & concubinati, n. 164. & ſodomitæ, & an Bulla Pij V. contra ſodomitas ſit vſu recepta? ibid. n. 165. & declaratur an Clerici domi pro ſeruitio perſonæ fœminas retinere debeant? n. 166.*

167 *Clericus ſtuprans fœminam virginem dotare tenetur.*

168 *Clerici Laicos præcellere debent moribus, & vita.*

169 *Tonſuram, & habitum deferre tenentur, comā, & barbā non nutriāt, & colores prophanos in veſtibus nō apportēt, nec annulos, quæ declarantur ibid.*

170 *Conuiuia, & inhoneſtas conuerſationes non habeant, nec accedant ad comœdias turpes, & inhoneſtas, [ſecùs ad illas, quæ ad peccandum non inducunt, ad quas quilibet pergere poterit,] nec ludant publicè, & in ludis prohibitis, ſed cauſa recreationis cum alijs Clericis;*

*ad ta-*

Digitized by Google

*ad tabernas, nec accedant, & Venatores auium non ſint, ſed potius piſcium, quæ venatio magis delectabilis eſt nu. 171. Academia Abbarbicat. & Fucinæ, quæ sũt Meſſ. laudantur, & Reſpublica armis, & literis benè gubernantur.*

172 *Clerici, & Monachi an poſſint eſſe Sacularium procuratores?*

173 *Aduocati officium tàm in Ciuilibus, quã in Criminalibus an ſit eis prohibitum de iure, & de cõſuetudine quæſtio examinatur? vſq; ad num. 190. & multa notabilia adducuntur, in hac materia.*

*Ratio vbi ſuadet contrarium, Conſuetudo non eſt ſeruanda; & Regula nõ inhærendum quando adſunt clara limitationes, & exceptiones n. 175. Amicus frater appellatur n. 178.*

*Deo, Parentibus, & Magiſtro, parem gratiam referre non poſſumus 180.*

*Aduocati cogi poſſunt ad gerendum Officium ſuum, & præſtandum patrociniũ, ſub pœna n. 185. & cum ſalario n. 190.*

*Clericus Lector eſſe poteſt 183. & Aſſeſſor, Præſidens, Iudex, &c. remiſſ.*

*Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum in iure 186. Nobiles, & Clerici, in neceſſitate negotiari valent, nec ad Gabellas tenentur ibid. Aduocati Officium valdè honorandum, & Nobiles ſunt Aduocati ibid.*

*Aduocatus criminales cauſas defendere valet contra reum cum proteſtatione, nec incurrit irreguralitatem nu. 185. Epiſcopo, & Vicario neceſſaria iuriſprudentia, nec ſemper Conſilijs aliorũ ſe regant ibid.*

*Quanti valoris debeat eſſe beneficium, vt Clericus ſe valeat ſuſtentare remittitur arbitrio prudentis n. 186.*

*Leges, Statuta, Pragmatica, & Conſtitutiones, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, & Clerici, vel Eccleſia directè, vel indirectè læduntur, non ligant iſtos n. 189. & varia exempla adducuntur 190. facta per Clericos, etiã prohibente iure Canònico non valent annullari à Laicis.*

*Aduocatis debetur ſalarium, & de quantitate ibid.*

*Pactum de quota lite reprobatur in iure, ſed admittitur in conſcientia, & Aduocati licitè cariùs vendere poſſunt operam.*

191 *An Tabelliones, Notarij, & Curiales eſſe poſſint Eccleſiaſtici.*

192 *Et teſtes? aut Iudices? vel arbitri? nu. 193. Tutores? 194. Negotiatores? & mercatores? 195. & 196.*

197 *Arma portare an prohibeantur? & in quibus caſibus? cum nu. 198. & 199.*

200 *Ad ſuam attendant dignitatem, nec ſe immiſceant in rebus prophanis ex quibus viles redduntur.*

1 POſtquam enarraui ductu Pontificis de perſonis Eccleſiaſticis, dignitatem habentibus, & iuriſdictionem, nec nõ de perſonis habentibus perſonatum, & præheminentias in Eccleſia: demum etiam Deciſione præcedenti de perſonis officium habentibus, vt ſunt Sacriſta, *c. 1. de offic. Sacriſtæ*, Cuſtos, *c. 1. de offic. Cuſtodis*, Theſaurarius, &c. reſtat modo in hac Deciſione aliqua dicere de perſonis ſimpliciter Eccleſiaſticis: & quia perſonæ Eccleſiaſticæ, aliæ vitam ſæcularem abſque regula ducunt, vt ſunt Clerici, & Presbyteri Seculares; aliæ ſub regula, & Religioſi ſunt; de quibus in ſeq. Deciſ. modo erit tractandum de Sæcularibus Clericis, & de eius dignitate, vita, honeſtate, & honorificentia, poſito ex communi, quod iſti Regularibus præferantur, *c. alia eſt, c. legi Epiſtolam 16. q. 1. Homob. de ſtatib. human. vit. cap. 22. in principio part. 1. Felinus in rub. de mai. & obed. Salzedo de reg. protect. part. 2. cap. 9. n. 37. Ferrus de præced. q. 14. n. 1.* de quibus.

2 Petes primò an Clericatus ſit dignitas, & quænam ſit? Pontifex Summus, *in c. Sacerdotibus 11. q. 2. & c. duo ſunt 12. q. 1.* decidit Clericos in dignitate conſtitutos eſſe; & in tali dignitate, vt nulla ſæcularis poteſt huic eſſe ſimilis, *d. c. duo, l. officiales C. de Epiſcop. & Cleric.* ideò maiores Clerici sũt Laycis, *c. 1. in fin. 17. diſt.* & Nobiles, atque Illuſtres *Abruzzus de ſeruitijs perſonalibus*

*comm.*

*comm.1, num.*318. etiam ſi Eccleſiæ inſeruiant, in aliquo miniſterio, vt ſunt Sacriſtæ, & ſimil.

3 Et ratio eſt, quia Clerici debent miniſtrare, & curam habere de diuinis, ideò in dignitate conſtituti eſſe debent; & etiam ex ea adminiſtratione maiorem recipiunt honorem, *c. perlectis* 25. *diſt.* Hinc Patres, & Magiſtri Regum omnium, & fidelium vocãtur, *c. nolite* 21. *diſt.* & Sacerdotes præcipuè Reges, *genus electum, Regale Sacerdotiũ d. c. duo ſunt*, & merito ergo, quia Apoſtolorum ſucceſſores, *c. abſit.* 11. *q.*3. & de hæreditate Dei, *c. Cleros* 21. *diſt.* ipſique met Dij, *c. Synodum* 17. venerantur que ab Imperatoribus, Regibus, & bonis Principibus Sæcularibus, *c. Principes* 23. *q.*5. *c. boni.* 96. *diſt. c. Valentinianus* 63. *diſt. c. nouit. ille de iudicijs, c. Sacerdotes* 6. *q.* 1. *c. Sacerdotibus* 11. *q.* 1. & ab omnibus, *fidelib. d. c. Eccleſias* 16. *q.*7. *c. in ſcripturis* 96. *diſt. c. Maximianus* 23. *q.*3. eoſque præcedunt, *c. ſolitæ de mai. & obed. c. duo* 12. *q.*1.

4 Petes ſecundò quid ſit Presbyter, & quid veniat Presbyteri appellatione? Decidit Papa *in c. Cleros* 21. *diſt. & in c. cum ſecundum de prabẽdis*, quod Presbyter græcè, latinè ſenior dicitur moribus tamen, & officio, quod eſt alios docere, & Sacerdos dicitur quaſi ſacrum dans *d. c. Cleros*.

5 Ideò Presbyteri appellatione ſtrictè intelligitur de plebanis, & Parochis curam habentibus animarum; de quibus ſupra. largè loquendo tamen, ſeu in vulgari ſignificatione, veniunt habentes ordinem Sacerdotalem, & aliquando Clerici, *arg. c. veſtra de cohab. Cleric. & mulier. Barboſa in appellatiuis. Verb. Presb.* qui ſubdit quod Sacerdotij appellatione quilibet Ordo Eccleſiaſticus intelligitur, & Regula clara ſit, quod in odioſis venit ſimplex Sacerdos in ordine Sacerdotali cõſtitutus nomine Presbyteri. Sed in fauorabilibus appellatione Presbyteri, vel Sacerdotis, veniunt omnes Clerici, *c.*2. *de cohabit. Cleric. & mulier, vbi Gloſ. verſ. Sacerdotẽ, c. Subdiaconus* 77. *diſt. & Abb. in d. c.*2.

6 Quem ordinem Sacerdotalem Chriſtus Dominus inſtituit in vltima cœna, *Trident. ſeſſ.*22. *cap.*1. *de Sacrif. Miſſæ, & ſeſſ.*23. *cap.*1. *de Sacram. ordinis*, ibi, *hoc autem ab eodem Domino Saluatore inſtitutum eſſe, atq; Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus in Sacerdotio poteſtatem traditam, Caſar in Eccl. Hier.* §.1. *num.*4. & in locum Apoſtolorum Presbyteros ſucceſſiſſe tanquam illorum Coadiutores, *d. c. in nouo, c. quorum vices* 68. *diſt. Bellarm. Vaſquez Egid. & alij apud Caſarem citatum n.*5. *Bellett. in diſq. Cleric. in princip.* §.1. *n.*80. ex quo etiam *Triden. ſeſſ.*23. *de reform. cap.*12. deciditur, vt non ordinetur Sacerdos niſi quis ſit in 25. anno ſaltem incepto, *Clem. fin. de ætate, & qualit.* cum bona vita, fama, ac doctrina, *idem cap.*14. cuius officium eſt Euchariſtiam conficere, *c. perlectis* 25. *diſt.* à peccatis abſoluere, & alia Sacramenta miniſtrare Iuris ordine ſeruato, & hoc ratione ſupradicta.

7 Pro tota vero hac materiæ cognitione etiam menti teneas aliã Regulam in omnium ore verſatam, quod Clericorum appellatione veniunt omnes Clerici, tàm illi, qui prima tonſura, & minoribus ordinibus ſunt inſigniti, quam illi, in maioribus, vt Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri, ſiuè dignitates habeant, ſiuè non, *c. Cleros* 21. *diſt.* ſicut ciues ſunt, & diſtrictuales, in fauorabilib. *Barboſa in appellatiuis verb. diſtrictus n.* 2. & priuilegijs Ciuium gaudent, *gl. in c. ſi ſententia de ſent. excom. in* 6. *Bartolus, Felinus, Oſaſcus, Barbat. & alij quos citat, & ſequitur Bellettus citatus* §.2. *num.*12. *cum ſeq. & dixi ſupra d.*10. *n.*53. *ex Giurba*, & etiam Monachi, & Regulares, *Canoniſt. in c. cum contingat de ætate, & qualit.*

8 Et hoc intelligàs in priuilegijs, & materia fauorabili, & quia fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringenda, *c. odia de Regul. Iur in* 6. ſecus in odioſis; nam ſi eſſet ſtatutum pænale contra Clericos, non venirent niſi ſimplices Clerici non illi in dignitate cõſtituti, & in maioribus Ordinib. neq; Monachi, vt explicat, *Gloſſ. in d. c. odia poſt DD.* quos congerit, & ſequitur *Barboſa in Appellatiuis verſ. Clerici Appell.*

9 Sicuti quando fit mentio de Sacerdo-

te non

non venit Clericus in minoribus in odioſis, idem de Subdiacono, & quando fit mẽtio de Regularibus veniunt Clerici in fauorabilibus, vt paſſim videre eſt, apud dictum *Barboſam citatum, & in Verb. Presb. & Verb. Religioſus*; Idem diſcurras de Epiſcopis, & Dignitates habentibus, qui veniunt Clericorum appellatione in fauorabilibus non in odioſis, *Barboſa, & Belletus citati, Bellaſius in prõpt. Verb. Monachus, Craſſus de effec. Cleric. n.250. cum ſeq. in prælu.*

10 Petes Tertiò; quæ nam ſint Priuilegia Clericorum? Reſpondeas varia in iure eſſe Clericorum priuilegia, & principaliora ſunt Priuilegium Canonis, & fori, *Duen. reg.99. ampl.2. Bellett. de Priu. Can. Craſſ. & Barboſa eod. titulo de vniuerſ. iure Eccl. Carnevalius, Cotonius, & alÿ poſt eos.*

11 De priuilegio Canonis decidit *Innoc. II. in c. ſi quis ſuadente 17. q. 4.* quod ſi quis violentas manus in Clericum, vel Monachum iniecerit diabolo ſuadente ſit excommunicatus, & in Iure Ciuili capite puniendus, *l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſc. & Cleric.* & hoc priuilegium, quia fauorabile habent omnes Eccleſiaſtici, & etiam Clerici in minoribus, & prima tonſura initiati, vt DD. docent, & ſi requiſita, *Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap.6.* non habeāt; nam *Trid.* illa poſtulāt pro priuilegio fori, vt verba demonſtrant, *si etiam fori priuilegio non gaudeat*, omniaque priuilegia retinet, & ſi fori priuilegio ſit priuatus Clericus Triden. requiſita non habens, *de Marinis variar. reſol. tom.2. cap.46. nu.5. & 11.* & Religioſi indiſtinctè, etiam ſi Clerici nō ſint, *d. c. ſi quis*, ibi, *Clericum, vel Monachum*, & Nouitij, *Diana p.5. tract.3. reſol.44. & part.9. tract.4. reſol.7. Riccius decis. 253. part.2.* Oblati, qui tria vota, & veram profeſſionem emittunt, *Barboſa de off. Epiſcopi allegat. 12. num.38. & 39. Lezana tom.2. cap.8. num.6. Diana part.9. trac.4. reſol.12.* & alij, qui veram profeſſionem non emittunt, ſed ſe, & ſuo Monaſterio tradiderunt, habito aliquo modo mutato, *Barboſa qui ſup. & Lezana num.8. Bellaſ. in promptuario verb. Oblati, n.4.* dixi, ſe & ſua, nam ſi bona ſolùm dederint, & ipſi permāſerint in Domo ſua, hoc priuilegio non vtuntur, *Dian. cit. in §. notandum.*

12 Eremitæ viuentes vnitim, vel ſeorsìm inſeruientes alicui loco ſub Obedientia alicuius Prælati Eccleſiaſtici, quia tales ſunt perſonæ Deo dicatæ, & habitum ferūt religioſum modo ſuo, &c. *Caſtro palaus to. 6. diſp.3. part.23. §.1. nu.14. Cotonius qui ſupra nu.65. Diana reſol. 11.* & licèt vota non emittant Religionis; ſunt tamen Eccleſiaſtici, ideò gaudere debent fori, & Canonis priuilegio, *de Franch. controu. int. Epiſcop. & Regul. q.41. Suarez part.3. diſp.22. ſec.1. n.22. Bellaſ. cit. verb. Eremita n.1. Bellett. de fau. Cler. Can. §.1. n.41.* non ita ſi vagi ſint, nec firmum viuendi modum habeant, *Barboſa cit. de vniu. iur. n.23.* Idē dicens de Tertiarijs, & Sororibus Tertij Ordinis, & Velatis viuentibus ſub regula Superiorum, & incedentibus cum habitu, eſto non ſint perſonæ verè religioſæ, *cum Diana part.6. trac. 8. reſol.30. Craſ. de eff. Cler. Eff. num.94. Ricc. decis. 88. part.2.* ſtante præcipuè Approbatione S. Apoſtolicæ, & priuilegio Papæ; qui, & fori etiam gaudent priuilegio, *Barboſa cit. cap.39. nu.41. & 43.* & Demum omnes Equites Ordinum a S. Pontifice approbatorum, qui ſunt tanquam Religioſi, vt S. Ioannis Hieroſol. Alcantaræ, Calatrauæ Mōteſæ, & alij; *Bellett. qui ſupra, & Cotonius n. 63. Barboſa de vniu. iure Eccl. tit. de priuil. Cleric. cap.21. §.1. n.24. & in appell. verb. Religioſi n.4.10.*

13 Nec ſolùm Clerici ſupradicti, ſed cōiugati etiam, qui vnicam, & virginem duxerint, & habitū tonſuramue portauerint, *c. Clerici de Cler. coniug. in 6.* quod eſt ſpeciale in his Clericis, nam in alijs non ita, vt nuper dicebam *Groſſus ad conſt. prag. com. de Caſtro §.40. n.21. Sayrus, apud Bellettum diſcipl. Cleric. part.1. §.1. n.37. Cotonius cōtrou. lib.3. controu.4. cap.2. n.58.* nec non Clerici excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, *arg. c. dictum 81. diſt.* mortui, *Abb. in c. à nobis el.2. de ſent. excomm.* & negotiatores etiam, vt Canoniſtæ aiunt, *ex c. fin. de vita, & honeſtate Cleric.* nam hi ſolùm quoad bona poſt trinam monitionem perdunt Clericale

priui-

priuilegium, vt dicitur *in tex.Cened.coll.iuris Can.part.1.coll.37.n.2.Borell.ſum. deciſ. tit.7.tom.1.n.70.* Item bigami in ſacris conſtituti, *Cotonius cit. n.60.* quod etiam dico de bigamo in minoribus contra eundem Authorem, quia non eſt maior ratio, atque etiam male ordinati, vel per ſaltum, qui licèt ſint impediti tamẽ ordines verè receperunt, *Marchin.trac.2.part.1.cap.15.diff.11. & DD.citati,* & probabiliter ſeruus promotus ſine Domini licentia, *arg.c.2. 54.diſt.* ſicut inualidè profeſſus, *Bordonus tom.1.reſol. 28 n.24. Coton.qui ſupra n.67.*

14 Degradati verò Clerici realitèr hoc priuilegium amittunt, *c. degradamus de pœnis in 6. Marta de iuriſd.part.2.cent.2.caſu 132.Diana part.9.trac.4.reſol.29.* ſecus verbalitèr, vt condemnati ad triremes, qui hoc fruuntur priuilegio, & Fortiſculi excedẽtes modũ inuerberando in excommunicationẽ incidunt, ſicut Præceptor, & Pater, *Cotonius. qui ſupra n.69. Diana p.4.trac.4. reſol.7. 21.29. & 34. Nauar.in ſum.cap.27.num.28. Moroni reſp. 92.n.7.* vbi de degradatione reali, & verbali, *cum Barboſa ſuper Concilio Trid. ſeſſ.13.de reform. cap.4. & de off. Epiſcopi alleg.100. Craſſ.de off.* Cler. *effect.1.n. 810. cum ſeq. Bellett.diſcipl.* Cler. *part.1.§. 10.tit.de fau.*Cler.*perſ.nu.10. Farinacio in prax.crimin.part.1. q.8.n.72. & in tractatu de hæreſi quæſt.189.n.11. & alijs poſt eos.*; & quibus de cauſis fieri debeant, cum ſollennitatibus, &c. *dicam lib.4. tit.1. de iudicijs, & tit.de ſuſpenſione.*

15 Addas quod Hiſtrionis, Goliardæ; & Iaculatoris officium exercentes Clerici, itẽ carnificis, macellarij, & tabernarij, poſt trinam monitionem ſi poſt annum non deſiſtant priuilegium Clericale deperdunt, *arg. Clem. vni.de vita, & honeſt.*Cleric. *Diana cit. & tract.8.reſol.45.* Cotonius *n.70. Molina diſp.54.n.6. Decianus in tract.crimin. lib. 4.cap.9.n.86.Bellett. de fau.*Cler.*perſon.§.9. n.1. ex* Claro, *Boſſio, Alex. & alijs, Craſſus de eff.*Cler.*eff.1 n.139.Barboſa de priuil.* Ca*nonis n.13.* quia ſunt tales artes exercentes infames, *l.2.§. ait prætor ff. de his qui notantur infamia, c.1. & 2.4.q.1. Tiraq. de nobil. cap.34.n.11.* ſicuti Clerici in minoribus habitum nõ portantes poſt dictam trinam monitionẽ, *Barboſa cit.n.11.* & aduertas, quod per ſolam habitus dimiſſionem priuilegium non perdunt, ſed requiritur dimiſſio habitus, & trina monitio; probabiliſque ignorãtia præſumitur in percutiente, ſi abſq; habitu aliquem Eccleſiaſticum percuſſerit, ſi præcipuè negotijs ſæcularib⁹ ſe immiſcuerit, aut percutiens eſſet exterus à Ciuitate, vel Clericus fuiſſet in minoribus, & ſæcularium habitum portauerit, contra eum præſumitur, aùt de matrimonio, vel renunciatione, &c. etiam in Ciuibus, *vt n.23. dicam, & notat Menochius conſ.898.n.25.*

16 Hæretici etiam, & Sciſmatici hoc priuilegio non gaudent, *Coton.cit.n.71.Decian. tract.crimin.lib.5.cap.41.n.12. & c.42. n.2. Carer. in tract. de hæreticis n.148. Barboſa de priuil.Cleric.Can. n.8.* & percutientes nõ ſunt excomunicati, *Farinacius de hæreſi q. 189.n.33.* ſed poſt declaratoriam ſententiã illos eſſe Hæreticos, vel Sciſmaticos, *idem n.36.* niſi fuerint manifeſti, vel docẽtes publicè propoſitiones hæreticales, *Boſſius Burſat. Pegna, & alij cum Farin. mox citato,* & poſt degradationem non dubitatur, ex dictis ſupra, quæ eſt pœna Clericorum hæreticorum, *DD. cit. & Canoniſtæ omnes ex c. degradatio de pœnis in 6.c. nouimus de verb. ſignif. c.cum non ab homine de iudicijs, c. ad abolendum de hæreticis,* poſt excomunicationem, *c. excomunicamus ibid.* & priuationem beneficiorum, *c. vt omiſſi, §. priuandi de hæreticis in 6.* ibi, *priuandi præterea, vel priuatos nunciandi dignitatibus, ac alijs beneficijs Eccleſiaſticis, d. c. ad abolendum §. præterea.*

17 Quæ excom.nõ incurritur ipſo iure, vt alij dixere cũ *Gõſales ſuper reg.8. Cãc.gl.16. n.65. & 67. Azor.par.1.inſtit.mor. lib.8. c.3. q.8. Ricciul.de iure perſon.lib.4. cap.8.nu.23. Bellett.de pœnis Cleric.§.45. n.1. Rebuff. in prax.benef.p.3.de mod. amittendi benef.n.4. Couar.var.reſol.lib.2.cap.8.nu.4. Diaz prac. crimin.Can.cap.114.verb. hæretici n.2. Menoch.de arbitrar. lib.2. caſu.416. Sanchez in præcept. decalog. lib.2.cap.26. nu.5.* nam eſt opinio

opinio contra *tex. in d. c. vt commiſſi ibi, verb. ut priuandi, &c.* & declaratoria delicti ſemper requiritur; etiam ſi pœna fuiſſet, ipſo iure impoſita, *Ignat. Lopez in addit. ad Diaz pract. crimin. Can. verb. Heretici cap. 114. lit. X. Farinacius dict. q. 189. n. 90.*

18 Et ratio principalis concluſionis eſt, quia non debent gaudere auxilio legis, qui contra legem faciunt, *l. auxilium ff. de min.* §. *e. Auth. vt liceat matri, & auiæ, c. deniq; 14. q. 5. c. 1. & tot. cauſa 21. q. 5.* alij vero facinoroſi Clerici, & Eccleſiaſtici, tandiu gaudent, quandiu non ſunt priuati, depoſiti, vel degradati, & Curiæ Sæculari traditi; *d. c. cum non ab homine, & c. degradatio*, niſi ſeditiones prælia, & ſimil. in populo gererent, & in ipſiſmet actibus, fuerint percuſſi, non ideo erunt excommunicati percuſſores, *Barboſa cit. nu. 10. Diana part. 1. trac. 1. reſol. 139.* aut ſi fuerint noctis tempore capti in flagranti delicto, vel magna criminis ſuſpicione, capientes nec incurrunt, *gl. in c. ſi Iudex de ſent. excom. in 6. & in c. cum non ab homine de iudic. Riccius deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. part. 4. deciſ. 391.* quod abſque vi, & moderatè fieri debet, & Eccleſiaſticus ſine iniuria ad ſuum Superiorem ſtatim, ſi fieri poteſt, ducatur, *Barboſa cit. nu. 80. Campan. diuerſ. iuris Can. rub. 4. nu. 26. Craſſ. effec. 1. n. 537. & 543. Borell. ſum. deciſ. tom. 1. tit. 43. n. 126. Auend. de exeq. mandatis part. 1. cap. 22. n. 2. vt inf. n. 32. dicã*, & ſi cum habitu, & tõſura inueniatur remitti debet, etiam ſi nõ oſtendat literas Clericatus, *Leonius de prapar. iudic. p. 1. prapar. 19. n. 44. cum ſeq.* quia in dubio talis quis iudicandus in quo habitu reperitur; *idem n. 50.* nec arma auferenda ab Officialibus; *Rouit. ſuper prag. Regni Neapol. tit. de Clericis ſaluaticis prag. 6.*

19 Omneſque regulariter perſonæ percutientes Clericos, & Eccleſiaſticos, ex iniuria, dolo, vel culpa, ſententiam excommunicationis incurrunt [ dummodo talis fuerit percuſſio, ſiuè actus, vt ſufficiat ad peccatum mortale ] & non ſolùm manu, verum pede, & opere iniuria inferri poteſt, de Verbalibus enim iniurijs, vel in ſcripto in perſonam, vel domum illorum, non loquor, cum non habeat locum in his excommunicatio, *Foller. in prax. crim. Can. cap. 17. nu. 3. Viſconti in concluſ. verb. V. Clerici ſe ad inuicē*, quæ oĩa vt meliùs, & clariùs cognoſcantur, Notandum quòd qui perſonã Clerici percutit, ſiuè per ſe, ſiuè per alium, in excomun. incurrit, *c. mulieres §. fin. de ſent. excom.* niſi reuocauerit mandatum re integra, tacitè, veluti pacem faciendo, vel expreſsè, *gl. ibi verſ. authoritate*, & peruenerit ad notitiam mandatarij reuocatio, *ead. verſ. iurare, & in c. tibi domino 63. diſt. verb. mandato, & c. cum quis de ſent. excom. in 6. Farin. in prax. crimin. part. 5. q. 156. nu. 174. & 178.*

20 Idem dicas de conſulentibus, *Barboſa cit. n. 45.* & de mandato expreſſo, & tacito, puta cum quis dixerit deſiderare vindictam Clerici, coram familiaribus probabiliter prouidens hos excitandos ad percuſſionem, *arg. c. pen. de homicid. in 6.* ſicut ſi mandatarios excesserit fines mandati, nam ille verberare tantum mandauit, & iſte vulnerauit; ambo enim ſunt percuſſiones, & eiũ culpa, *c. finali ibid.* quod ſi fuiſſet mandatũ pro inferenda leui iniuria verbali; & mandatarius grauem, inferret realem, illum non incurrere ait, *Graſſ. de eff. Cleric. effec. 9. nu. 5.* quod ſolum approbo in iniuria verbali, non in reali, ratione, *tex. in d. c. fin. ibi, cum mandando in culpa fuerit, & hoc euenire poſſe debuerit cogitare*, quia verbaliter mandans nõ incurrit in cenſuram, vt dicebam *n. preced.* & ſolũ iſte realiter offendens reus erit, hoc modo diſcurras de ratum habentibus etiam ſine mandato; *c. cum quis de ſent. excom. in 6. c. ratihab. de reg. iuris in 6.*

21 Et de non prohibentibus percuſſionem cum potuerint, *c. quanta de ſent. excom. vbi gl. verb. interpretans*, non ſolum ſi Officiales, Parochi, Patres, Tutores, Miniſtri Curiæ Spiritualis, & Temporalis, & ſimil. ſint, qui ex iuſtitia prohibere tenentur, de quibꝰ nõ dubitatur, ſed etiã alij, qui ex dolo, vel aliqua negligentia non prohibent, cum poſſent abſq; perſonæ, & bonorum damno, *Sen. de benef. qui ſuccurrere perituro poteſt, cũ non ſuccurrit occidit.* & auxilia non ferentes

abſq; ſui, vel ſuorum damno oppreſſis peccant, *c. non inferenda, c. oſtendit 23. q. 3. cum ſeq. Menand. vir virum, & Ciuitas ſaluat Ciuitatem, Phocilydes errantemque mortalem, & naufragum, ne ſubterfugias. Ouid. de pont. lib. 2. Regia res eſt crede mihi ſuccurrere lapſis*, quia ſi hæc damna eſſent, prohibere nemo tenetur, *arg. l. præſes, C. de ſeruit. & aqua, c. qui vult ordinare de pen. diſt. 3. gl. in extrau. vn. de Iudeis verb. perſonam, Periander. te ipſum ne negligas Val. Flacc. lib. 5. eſt amor, & rerum cunctis tutela ſuarũ*, & ad minus gaudere de damno alterius quis nõ debet, iuxtà illud, *Eccl. qui in ruina alterius lætatur nõ manebit impunitus, Iuuenal. Satyr. 8. miſerere inopum ſociorum, & Tacit. Hiſt. lib. 5. ſimul cæteri miſeratione, ac donis auxilia concibãt, inter gentes periculorum auidas*.

22 Item inſequentes Clericum, & impellentes, vt cadat, & lædatur, *gl. in c. felicis de pœnis in 6. verb. inſecutione*, ſpuentes, veſtemque tangentes, aut ſcindentes ex contemptu, *Riccius coll. deciſ. 682.* expellentes illum à ſede, vel brachium violenter tangentes, *Riccius cit. ampl. 10. Barboſa, qui ſupra n. 52.* Capientes aliquid de manibus puta librum, pileum, aut ſimil. retinentes equum, aut currum, vel cimbulam, *Graſſ. effec. 88. & 95. & DD. cit.* aquam ſuper eum effundentes, puluerem, vel ſputum, *gl. in d. c. ſi quis ſuadente verb. manus, & in c. ſi quis pulſatus de pœnit. diſt. 1. Bellett. de fau. Cler. Canon. § 1. num. 4.* & omnibus alijs modis, ex quibus infertur iniuria, detinendo, vel offendendo Clerici perſonam, adeò vt percuſſio, vel detentio, talis ſit violenta, vt faciat ad peccatum mortale, *Suarez, Bonacina, Sayrus, & alij cum Barboſa ſup. cit. n. 64.* quod ſi fuerit talis, vt iudicetur peccatum veniale in hãc cenſurã non incurret percutiens, vel ſi nulla fuerit culpa, ſi vero non fuerit percuſſio, ſed iniuria verbalis punitur iniurians, pœna ordinaria de iniurijs, ſicut, & ipſe Clericus Maledicus, *Salgad. de regia protectione p. 4. cap. 14. num. 110. cum ſeq. ex c. Clericum maledicum 46. diſt.* & de hac pœna dixi in meis *inſtit. Ciuil. tit. de iniurijs, & in prax. crim. lib. 1. tit. 11.* ex præcepto alterum non lædendi, ibi, *in fama, &c.*

23 Et pueri alijue rationis incapaces, & peccati non incurrunt, & non baptizati, aut Iudæi, *cap. poſtulaſti 14. de Iudæis*, licèt temporalitèr puniantur, *vt ibi*; Ignorantes probabiliter aliquem eſſe Clericum, *c. ſi vero 4. de ſent. excom. Maſcard. de prob. concl. 848. num. 4. Alterius de cenſur. tom. 1. lib. 2. cap. 3. verſ. qua in re, Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 32. n. 41. Craſſis d. effec. 9. n. 189. Bellett. n. 14. Con. in c. Alma mater p. 1. § 10. n. 15. Giurba conſ. 38. num. 8. & alij*, & debent hi adhibere ſufficiẽtem diligentiam, ita vt eis nõ imputetur talis error, vel perſonæ Ignorantia, *Barboſa, qui ſup. n. 58.*

24 Caſu etiam fortuito, non dans operam rei illicitè, vel ex primo motu, ita vt aduertens percutiens, quod malum fecit manumq; ſubtrahat, nec incurrit, *c. ſi vero de ſent. excom. Squill. de priuil. Cler. cap. 6. nu. 46. & 49.* ea ratione, quia primi motus non ſunt in noſtra poteſtate, *Marc. Vidal. Theol. moral. tit. de detractione Inquiſ. vnica n. 32. & 38. Baldell. de hum. act. in vniuerſ. lib. 1. diſp. 8. n. 7. Can. in c. ſi quis iratus 2. q. 3. c. vulgaris §. cogitatio de pœnit. diſt. 1. c. ira ſæpe 11. q. 3.* nec iræ motus ſemper vituperantur, *non poteſt enim fieri vt rerum indignitate non moueamur [dicebat S. Amb. lib. 1. de offic.] & facilis ad iracundiam non iraſcatur, ſed indignationem cohibeat, & à puniendo ſe reuocet, ſicut & Propheta docet, iraſcimini, & nolite peccare, conceſſit quod naturæ eſt, negauit quod culpæ eſt*, & de Agricola, *ait Tacit. quod erat aduerſus malos iracũdus, cæterum ex iracundia nihil ſuper erat, Ariſt. lib. 4. Ethic. Iraſci in quibus non oportet inſipientis eſt, non iraſci in quibus oportet inſipientis eſt, Cic. lib. 4. Tuſcul. quæſtion. Quo modo autem ſi naturalis eſſet ira, aliùs alio magis iraſcitur, aut finem haberet priùs quam eſſet vlta vlciſcendi libido, aut quenquam pœniteret, quod feciſſet per iram, vt Alexandrum Regem vidimus, qui cum interemiſſet Clitũ familiarem ſuum vix à ſe manus abſtinuit, tãta vis fuit pœnitendi.*

25 Etſi per iocũ non ex odio, vel inimicitia, aut indignatione, *Abbas in c. 1. n. 4. de ſent.*

*ſent. excom. & c. cum voluntate* §. *fin. vbi gl. verb. de familia*, vel leuis fuerit percuſſio, quæ mortale peccatum non attingeret, *Bonac. de cenſur. diſp. 2. q. 4. puncto 1. num. 19. Squill. cit. n. 51. Barboſa n. 64.*

26 Idem ſi pro defenſione ſui corporis, cum moderamine inculpatæ tutelæ, *c. ſi vere de ſent. excom.* vbi *ſi vero Clericum vim ſibi inferentem vi quis repellat, vel lædat, nõ debet propter hoc ad Sedem Apoſtolicam tranſmitti ſi incontinenti vim vi repellat, cum vi, vi repellere omnes leges, omniaque iura permittant, l. vt vim ff. de iuſtitia, & iure, l. ſcientiam* §. *qui cum aliter ff. ad l. Aquilcam, l. 1.* §. *ſed ſi clauа ff. de ſicar. l. 1. C. vnde vi, c. ſignificaſti de homicid.* & non ſolùm pro ſe ſed pro ſuorum defenſione, *vt n. 35. & 36.* at ſi quis aggreſſus à Clerico aufugere non poteſt abſque magna ſui ignominia, & ita ſe defendit illum percutiendo non incurrere *docet probabilis ſententia, cum Riccio deciſ. 159. n. 20.*

27 Sicut Mulier Clericum tentantem ſuam pudicitiam verbo, vel facto, verberans, *Bellett. Squill. Bonac. & Barboſ. cit.* & qui in Clericum cum vxore, matre, ſorore, vel filia propria turpiter inuentum graues, & violentas manus inijecerit, *d. c. ſi vero*, dixi, cum vxore, addit, *gl. etiam cum ſponſa de præſenti, non de futuro, & Gutierez de matrim. cap. 1. n. 13. Riccius in praxi aurea reſol. 228.* quod non eſt amplectẽdum, quia ſumus in materia odioſa, & vxoris nomine non venit ſponſa de preſenti, *Giurba ad cõſuet. Meſſan. c. 1. gl. 1. per totam, Larrea alleg. 49. per tot. Merlin. de pign. lib. 3. q. 70. Solorcano, Mierez, & alij quos ſequitur, Olea de ceſſ. iurium tit. 4. q. 8. nu. 4. Barboſa in appell. verb. vxor n. 4. Cancerius variar. tom. 2. tit. 1. de min. 25. ann. n. 168. & 169.*

28 Nec obſtant ea, quæ ait *Sanchez lib. 1. de ſponſalibus diſp. 2. n. 6.* quod nimirùm comprænhenditur ſponſa de preſenti, quia mens Pontificis fuit *in d. c. ſi vero*, excuſare maritum ab hac excomunicatione, ob iniuriam adulterij grauiſſimam ſibi illatam, ob quam iure Ciuili ipſi conceditur accuſatio, & adducit *tex. in l. ſi vxor 13. ff. de adulterijs, ex gl. ſuperius relata*, ex quo *tex.* contrarium colligitur, ibi, *ſi quis vxorem ſuam velit accuſare, dicatque eam adulterium commiſiſſe, ante quam ſibi nuberet iure viri accuſationem inſtituere non poterit, quia antequã ei nupta eſſet adulterium commiſit, & in* §. *permittitur patrono accuſatio tanquam extraneus, ſi concubinam ſuam cum alio inuenit*, ſed ſi nõ erat ſibi copulata, ergo quomodo ex hac accuſatione violationem tori deducit, & extendit caſum in quo non erat copulata vxor, licèt per verba de præſenti factum Matrimonium, potiùs Contrarium argui poſſet ex hoc; igitur non cõprahendi ſponſam de præſenti non dum cognitam melius dicas, quia ſumus in materia exorbitante à iure comuni, & odioſa, in qua extenſio facienda non eſt, *vulg. c. odia de reg. iuris in 6.* & adulteriũ eſt tori violatio, vel ad alienum torum acceſſio, *c. lex illa* §. *cum ergo 26. q. 1. c. non mœchaberis 32. q. 5. S. Th. 2. 2. q. 154. art. 8. adulterium eſt illicitus concubitus coniugati cum coniugata, c. nemo 32. q. 4. c. ſi cuius 34. diſt. c. 1. 27. q. 1. c. ſi gens 56. diſt. c. veniens, & c. ſi quis de eo; qui duxit in matrim. quam polluerat per adulterium, c. intelleximus, & tot. tit. de adult. c. in lectum 34. q. 1.* in quibus iuribus, & alijs ſemper coitus ſupponitur, & tori violatio, *Exod. 20. ſi mœchatus quis fuerit cũ vxore alterius, & adulterium perpatrauerit cum cõiuge proximi ſui Deut. 27. ſi dormierit vir cum vxore alterius, & c. 37. Maledictus, qui dormit cum vxore proximi ſui*, & paſſim in Scripturis, & apud omnes *DD.* & ſcribẽtes, vxoris nomine propriè intelligitur de fœmina poſtquam matrimonium conſumauit, *arg. l. non ſine 5. C. de bonis quæ liberis, c. ad eius vero 5. diſt. c. adulterij 32. q. 7. c. ſi vxorem 32. q. 5. Tac. ann. 3. vxor marito abſente, expoſita ſuo luxu, cupidinib. vero alienis, & alijs in locis ann. 12. vxoris fœcunditas 13. & 15.* vxoreſque dictæ quaſi vnxores, ab vngẽdo, eo quod antequam limen mariti tranſirent ſeſe vngerent oleo, *Plinius lib. 28. cap. 9. AEneid. lib. 4.* quæ ſunt propriè vxores taliter vocatæ aliæ impropriè, licèt aliquando hoc nomine nuncupatæ, & in materia fauorabili fit

extenſio, nec verba tam propriè accipiuntur, & trutinantur, *gl.& DD.in d.c.odia.*

29 Quæ vero dicuntur de matre,ſorore, vel filia, locum non habent in alijs aſcendentibus, deſcendẽtibus, aút collateralibus eadem ratione ſupradicta, & docent, *Garcias in ſumma apud Dianam part.9.trac.4.reſol.33.Cotonius ſup.cit.n.73.Bonac. Coninch. & alij quos ſequitur Barboſa de fauore Cler. Can.n.12.* idẽ docens,& benè de filia adoptiua, & naturali, *ex Squill.cit.ſupra.*

30 Et Pater percutiens Clericũ in ſacris etiam, aufugere ſentẽtiam excomunicationis non poteſt, docet, *gl. in c.cum voluntate de ſent.excom.in 6. Bellett. hoc tit.n.6. Molina de iuſt. & iure tract.2.diſp.228.in 6. effec. Tolet. in ſum.lib.1.cap.33.n.5. Squill. cit.n.95.Barboſa n.76.Dian.cit. reſol.3.* non ita de Clerico in minoribus, qui ex meliori ſententia liberatus non eſt à patria poteſtate, ſicut Clericus in ſacris conſtitutus, *Abbas,& Hoſtienſis in d.cap. cum voluntate, vt in meis Cæſareis Inſtitutionibus probabo lib.1.tit.11.*

31 Item Superior,vel Abbas Monachũ, vel Religioſos extra cauſam correctionis percutiens eſt excomunicatus, *c.vniuerſitatis de ſent.excom.* ſecus e contra, *vt ibi legitur*, & Epiſcopus per ſe ipſum percutere nõ debet, & Verberare Clericum, ſed per aliũ Clericum, *c.non licet 86. diſt.* aut per Laycum, ſi conſuetudine fuiſſet introductum, vt Clericos, vel Monacos cauſa correctionis, in locis priuatis, & carceribus percutiant Layci, nec iſti erunt excomunicati, ſicut nec Præfectus triremis Clericos ibi dãnatos percutiens, & Magiſter, eadem cauſa correctionis, *c.1. c. ex tenore de ſent. excom.*

32 Laycus Iudex impediẽdo Clericum ne iniuriam inferat, vel homicidium faciat, nec erit excomunicatus, quando non adeſt promptus Superior ſuus, & capere debet; illumque conſignare ſuo Superiori, *vt ſupra etiam de capto tempore noctis dicebam, nu.19. c.vt famæ de ſent.excom.& c.ſi Iudex ibidem in 6.* quod fieri ſolùm poterit in his caſibus vrgẽtibus, non in alijs, nec ſub alio prætextu, neque retineat longo tempore, ſed ſtatim quantum fieri poterit, vel poſt aliquas horas, *gl. in c. cum non ab homine verb. deprahenſus de iudicijs vbi Baldus nu.7.* conſignetur Superioribus, *Ambroſ. de imm.Eccl.cap.18.nu.31. Borell. de præſtant. Regis Catholici cap.71.nu.185. Azeued.1.q.nu.4.tit.3.lib.1. Carneual. de iudicijs tom.1. tit.1.diſp.2.q.7.ſect.2.n.823.* nec vt aliqui dicunt Clerici cum armis capi poſſunt abſolutè à Iudice Layco eiuſue birroarijs, ſicùt reperti in venatione, & piſcatione prohibita, nam erunt excomunicati, non enim hi caſus ſunt à iure excepti, ſed ſolùm, quãdo tempore noctis in fragrãti delicto reperiuntur ob bonum publicum capi poterunt, & conſignari debent ad Iudicem ſuum, vel ſaltem ob periculum proximum,quod poſſet obuenire, ſi nimirum fuerit occiſio magna facta,aut ſcandalum eſſet, &c. & de die etiam, quandò iniuriam infert, vel eſt accinctus inferre vt dicebam, *ex arg. d.c. vt famæ, & c.ſi Iudex cum comuni DD.ſententia, Carneual. de iudicijs tom.1.q.3.nu.158. ex Follerio Lopez, Bouadilla, Menochio,Farinacio de Graſſis, Pereia, & alijs.*

33 Quod dixi de Clericis,idem dicas de Monachis reſpectu ſuorum Superiorum, & Epiſcopi, *Triden.ſeſſ.25.de reg. cap.14. Genuenſis in prax.Curia Archiep.cap.59.nu.3. Ciarlinus controu.forens. cap.50. Barboſa alleg.105.n.20.Fuſius de viſit.lib.2.cap.17.n.11.* vt ex dicendis *in ſeq.deciſ.apparebit.*

34 Idem, & de Clerico debitore ſuſpecto de fuga, qui capi, & detineri poteſt à Iudice Layco, & eius executoribus Curiæ, dummodo ſtatìm remittatur ad Epiſcopũ, *Abbas, Decius, & Baldus in d.c.cum non ab homine de iudicijs,* nec vltra 20. horas vt dicunt *Bald.& alij cũ gl. in d.c.cũ non ab homine,* quod non admitto, ſed ſolùm regulariter dico, illum ſtatìm remittendum,& tempus arbitrarium datur ad hoc vt poſſit conduci, quod poteſt eſſe plus 20. horarum, & minus,quare enim dantur hæ horæ ſi ſtatim remitti poteſt, & ſi iter fuiſſet longum plureſq; horæ debeantur,vel dies ſufficit ergo, vt non retineatur poenès Iudicem Laycum, eiuſue Curiam abſque cauſa, alias incurritur in Canonem; quod ſi Clericus captus

daret

daret fideiuſſionem idoneã pro debito Ciuili detineri non poteſt abſque incurſu in excomunicationem, *d.c.ſi quis, Barboſa cit. de priuil.Cleric.Can.cap.39.n.*81. quod non extenditur in captura pro re criminali, & ſcandalo, ſi Clericus delictum comiſerit, *arg.l.ſi à reo* §. *illud ff. de fideiuſſ. l. gracè* §. *ſed & ſiſſ.ibid.*

35 Demum, quæ circa perſonam propriam eiuſue defenſionem docent iura cum moderamine, &c. idem decidas circa ſociũ conſanguineum, & amicum, vt nimirum quis ſocium defendendo percuſſum à Clerico, vel Patrẽ, Fratrem, & alios, & in eadẽ rixa, repercuteret illũ, nec incurreret, *arg. c. nõ in deferenda, & ſeq.*23.*q.*3.ibi, *nõ inferẽda, ſed in depellenda iniuria lex virtutis eſt, qui enim non repellit à ſocio iniuriam ſi poteſt tàm eſt in vitio, quàm ille, qui facit*, ita, *Riccius tom.*4.*deciſ.*159.*nu.*17. *Barboſa qui ſupra nu.*66.*Philip.Paſcal. de vir.patria poteſt. p.*3.*cap.*3.*n.*33.*poſt multos*, & me Aduocato fuit deciſum in noſtra M.C.Archiepiſcopali die 18. Decembris 1657. *Tacit. ann. Socijs ſubuenendum virium æmulis, Hiſt.lib.*1. *Proſperarum aduerſarumue rerum ſocios, ſi fortuna contradaret, iratis ne relinquerentur.*

36 Bona etiam ſi eſſent alicuius valoris, & Clericus, vel Monachus illa capere vellet, in eodem actu reſiſtere, & ſe defendere quiſque poterit, illoſque repellere, *Riccius cit. & Craſſ.effec.*9.*nu* 196. *Abbas in d.c.cum non ab homine n.*19. non ita ſi eſſent res paruæ æſtimationis non excedentes sũmam vnius aurei in perſonis non diuitibus [quia in his aliquid plus non eſt in conſideratione,] vt in materia reſtitutionis docent DD. & hoc tàm in perſona propria, quàm proximi modo prout explicaui, *Graſſ. num.*273. *& Barboſa num.* 83. *Squillante cap.*6.*n.*90.

37 Quam excomunicationis ſententiam incurrunt, tàm maſculi, quàm fœmine Clericum percutientes ipſo facto, *d.c. ſi quis, & c.porro de ſent. excom.* & ad Papam ſpectat abſolutio, *vt ibi*, & vitandi ſi publica fuerit, & notoria percuſſio, adeo vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, *vt ex Concilio Cõſtanſienſi, patet*, quod decidit, vt in duobus caſibus teneamur excomunicatos euitare, nempe publicatos per cedulones, & publicos Clerici percuſſores, adeo vt nulla tergiuerſatione celari poſſit percuſſio, ex quo aliqui moderniores inducunt declaratoriã ſententiam requiri, vt Clericum percutiẽs etiam publicè vitari poſſit, quia nunquam aut rariſſimè euenire poteſt, vt talis percuſſio videatur, quæ celari non poſſit, & excuſationem non habere percutientem, nam & ſi publicum ſit, & notoriũ v.g. Petrum percuſſiſſe perſonam Eccleſiaſticam, nihilominus notorium minimè eſt nullam excuſationem pro ſe habere, quoniam poterit dicere ad ſui defenſionem hoc feciſſe vim vi repellendo, vel in primo motu, & ſimil. ob quæ percuſſor citari debet, *ita Genuenſis in praxi cap.*39.*num.*16.*Vgolin.in explic. Bulla Cœna p.*1. *cap.* 14. *in fine Duard.ibid. lib.*2.*q.*8.*n.*12.*Diana par.*5.*tract.*9.*reſol.*61. *Alph.de Leone de cenſur.recell.*5. *n.*677.*Donat.Laynenſis rer.regul.to.*1.*part.*2. *de excẽptione relig.tract.*13.*q.*52. *in fine, Spin.in ſpecul teſtam.part.*11.*nu.*15. *verſ. quo ſit*, quia non eſt enuncianda pœna iuris tanquam incurſa, & abſque citatione, contra eum, qui multas exceptiones habere poteſt, *Baronius de citat.tom.*1.*q.*17.*n.*21.

38 Sed circa hanc materiam hoc modo diſcurrendum eſt, quod licèt hæc in puncto iuris vera eſſe poſſint, tamen practicando concluſionem contrarium dicere debemus, quando enim quis videt Clericũ percuſſum publicè ab alio, nonnè etiam videt, & cognoſcit ſi fuit ob defenſionem, rixam, vel ob honorẽ; & hoc euenire poterit non in publica Clerici percuſſione, ſed in priuata domi facta, de qua non loquimur, at in plateis ſtatim cognoſcitur rixa, & cauſæ propter quas hæc venit, quare ergo à perſonis iſtas noſcẽtibus vitari non debet percutiens ipſe neſcio? quod ſi eſſemus in dubio de cauſis percuſſionis, licèt hæc fuerit publica poterit eſſe vera concluſio, ſed ordinariè hæc cognoſcuntur, nec poteſt eſſe publica percuſſio abſque hac cognitione, ideò illi vitandi ſecundùm formam Con-

cilij,

cilij, & potiùs ſpeculatiua opinio illa eſt, & ſolùm locum habere poterit quando percuſſio fuerit cognita à multis, ſed non cauſæ percuſſionis, quæ ſi recto ſermone loqui velimus non erit publica percuſſio, vt bene loquutur, *Gutierez.Can.quæſt.lib.1.cap.1.n.12.* ibi, *ſi aliquando probabilis dubietas adſit, iam non eſt omnino notorius Clerici percuſſor.*

Nam notorium dicitur factum in loco vbi decem ad minus videre potuerunt, *gl. in c.de manifeſt.2.q.1.ex c.vnio 10.q.3. Cranetta conſ.120.n.2.Maſcard.concl.106.n.17. Ciriacus controu.forens.tom.2.cap.333.nu.3. Farinacius in prax.crimin.tit. de delictis, & pœnis tom.1.q.21.n.47. Scaccia de indicijs q.77.n.1.Capicius latro deciſ.167. n.71. Baronius de cit.tom.2. add.ad q.40. n.10.* vel vbi maior pars populi, & turbæ, *l. ea quidem C. de accus.Capyc.cit.n.70. Archid.in d.c. manifeſta 2.q.1.Rota Rom.apud Farin.lib.1.deciſ.15.num.2.& ſupra cit n.41.& 46. cum Maſcard.d.concl.106.nu.4.& 5. Menoch. de arbitr.caſu 166.num.1.Ciriac. qui ſup.n.4.* & ſi decem non ſint; nam propria regula in materia hac notorij, & publici, eſt arbitraria, & inſpecta loci, temporis, & perſonarũ quantitate facilè iudicatur delictum eſſe notorium, & publicum, vt citati Doctores, fatentur cum *Farinacio nu.48.& ſeq. & Baronio n.5.* & quod celari non poteſt aliqua tergiuerſatione in ciuitate manifeſtum eſt, *Menochius conſ.696.n.21.Baldus in l.ciues C. de appell. & in Auth. quod locum C. collat. Farinac. Tuſcus, Surdus, Clarus, & alij relati à Barboſa in appellat. V. notorium*, & reuelat ab onere probandi, *Iordan. in elucub.varijs tom.3.tit.17.de probat. n.76.* publicus ergo hoc modo Clerici percuſſor, ex Concilio Conſtant. vitandus, *Sayrus de cẽſuris lib.2.cap.12.n.19.Bellett.de fauor.Cler. Can.§.4.n.28.Vidal.inquiſ.mor.tit. de blaſphemia nu.38. Gutierez ſupra cit. & communis Canoniſtarum ſchola*, quod ſi aliquãdo oriatur, vt tergiuerſatione celari poſſit, publicus non erit *vt Gutierez cit. art*, & loquuntur DD. relati ſupra *nu.37.* de percuſſore non publico; dicunt enim, quod poſſet tergiuerſatione celari percuſſio, &c. nec in notorijs ſententia declaratoria requiritur, *Schard. de feudis tom.1.part.9.cap.7.n.109. Baron.de cit.tom.2. add. ad q.40.num.13.*

39 Ab hac cenſura incurſa à publico percuſſore ſolus Papa regulariter abſoluere valet, ex verbis, *tex. in d. c.ſi quis*, vel Legati Pontificis, qui vices illius gerere dicuntur, & ordinariam habent poteſtatem, & iuriſdictionem, *c. legatos de off. leg. in 6. Riccius collec.deciſ.1974. in principio, Cæſar de Eccleſ.Hierarch. p.1.diſp.3.§.2. n.1. Azorius inſtit. moralium lib.5. part.2.cap.27. q.5.Gonſales ad reg.8. Cancell. gl.21.nu.37. Sanchez de matrim.lib.8.diſp.28.n.4. Gutierez cit. cap.11.n.4. & alij quos ſequitur Barboſa de legat. & Nuncijs Apoſtolicis num.1. Abruzzus in lectura l.1.ff.de off. eius, &c.nu.223.* vbi quod Rex noſter in Regno Siciliæ eſt Legatus natus cum poteſtate de latere, & ipſe ſupra *deciſ.7.nu.88. tetigi*, circa appellationem, reuiſionem, & ſimil. facienda ad Tribunal Regiæ Monarchiæ, &c. Atque non ſolũ notoria, & publica debet eſſe, ſed enormis percuſſio, & extra caſum neceſſitatis, vt ſit reſeruata, ſecùs in alijs caſibus, putà mortis, in quo quilibet Sacerdos abſoluere poteſt, *d.c.ſi quis cum vera Catholicorum Schola*, & Epiſcopus abſoluit in caſu leuis percuſſionis, *c.peracnit de ſent.excom.* quæ autem ſit leuis percuſſio Iudicio prudentis relinquitur, *Barboſa poſt Craſſum, & Bellett.de fauor.Cler. Can. nu.88. Batard. ad Clarum.q.77.nu.17.Viſconti in concluſ.iuris, Verbo Clerici ſe ad inuicem*, & Clericos ad inuicem ſe percutientes, *c. quoniam de vit.& hon.Cleric.* ſicuti Monachos, & Nouitios ſuus Prælatus, *c.Monachi, c.cum illorum, c.Canonica de ſent.excomun.* & in leuibus percuſſionibus, *d. c. quoniam, c. religioſi de ſent.excom. in 6.* aut in caſibus in quibus ipſi poteſtatem haberent, *Suarez tom.4. de Relig. tract.8.lib.2.cap.20.nu.8. Peyr tom.1. priuil. in conſt. Pirrh.§.8. num.48. Bellaſ. in prompt.V. Abſolutio n.17. & Verb. percuſſio n.8.cum ſeq.* & quod dixi de Monachis, & Nouitijs, atque de omnibus Regularibus, probabiliter ad omnes familiares, gentesque, ſeruientes continuò religioſis dicas.

Mo-

Moniales in omni caſu, Clericos, vel inter ſe percutientes, abſoluit idem Epiſcopus, *c. de Monialibus de ſent. excom. in 6.* & Impuberes, *c. ſuper eo, c. fin. de ſent. excom.* Mulieres, *c. mulieres, c. ea noſcitur ibid.* & ſub aliena poteſtate cōſtitutos, vt ſerui, & filij familias, *d. c. mulieres,* Itē Cœci, Claudi, Infirmi, & Senes, aut inpotentes ad iter, ab eodē abſoluūtur ſicuti, & alij īpediti ob aliquod graue impedimentum, adeo vt non poſſint adire Summū Pōtificem abſq; periculo vitæ, honoris, & amiſſione bonorum ſuorum, qui mittere debent pro abſolutione, non obſtantibus his impedimentis, vel petere abſolutionem ab habente poteſtatē, aut tempore Iubilæi, vel cum Bulla Cruciatæ, &c. & in caſibus occultis etiam Epiſcopo data eſt à iure poteſtas, *Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 6.* idem, & in pauperibus, qui petere Romam nec valent, & eſſent adſtricti ad mendicandum, *c. quod de his, c. quamuis de ſent. excom. in 6.* nam Eccleſia non obligat cum tanto rigore, *arg. c. ſicut quidam 14. diſt. c. quoties 1. q. 7.* & æquitas præualet rigori, *gl. in c. ſuam de pœnis, c. humana 22. q. 5. Tacit. in vit. Iulij Agricolæ, paruis peccatis veniam, magnis ſeueritatem commodare; nec pœna ſemper, ſed ſæpiùs pœnitentia contentus eſſe, Hiſt. lib. 1. nocuit antiquus rigor, & nimia ſeueritas, cui iam pares non ſumus, & Ann. 15. æquitate quam ſanguine, cauſa, quam armis præſtat retinere parta Maiorum.*

40 Datur etiam Clericis priuilegium aliud, quod ſecundùm eſt, & priuilegium fori nuncupatur; vt nimirum Clerici ſint exēpti à iuriſdictione Iudicis Layci, & hoc dupliciter fit, & ratione perſonæ, quod perſonale priuilegium dicitur, & ratione bonorum, quod reale, & pro rebus priuilegium eſt; ſicuti pro Eccleſijs, quibus datur Immunitas, & exēptio de qua dicam *lib. 2. deciſ. 4.*

41 Hoc priuilegium exemptionis Clericorum tam circa perſonas, quam etiam circa res ſuas à iure Diuino prouentum fuiſſe dicere debemus ex verbis *Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 20.* ibi, *Dei ordinatione, c. Silueſter, & Fauſtinianus 2. q. 1.* & hoc non ſolùm in rebus Clerici temporalibus, ſed in rebus Eccleſiæ Spiritualibus, Sacramentis, & Sacramentalibus, de quibus non dubitatur, cum ſuppoſita exemptione de iure Diuino non poteſt eſſe de ſpiritualibus, quæ nullo vnquam iure fuerunt ſubiecta, ergo iura clamantia de exemptione, de bonis ſpiritualib⁹ verè, vt Sacramētis, & ſimil. nō loquuntur, ſed de temporalibus, vt ſunt loca, bonaq; alia, Clericorū, & perſonæ, *Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 39. n. 6.*

42 Ius tamē Diuinum poſtea a iure Canonico, *d. c. Silueſter,* & Imperiali fuit confirmatum, *§. 1. auth. vt Clerici apud proprios Epiſcopos, auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & Cleric.* & omni iure fauore totius ordinis Clericalis fuit deciſum Clericos exemptos à iuriſdictione Laycali eſſe; Ideò non poteſt Clericus huic renunciare, quia priuilegia fauore totius ordinis non poſſunt renunciari, *c. ſi diligenti de foro competent. iuncto c. ſignificaſti,* nec cōſuetudine auferri etiam immemoriali, *Garzia de ben. part. 1. cap. 2. n. 65. Surdus deciſ. 129. n. 4. Can. in c. cauſam de præſcriptionib⁹ c. 1. & 2. 11. q. 1. c. inferior 21. diſt.* quia contra ius Diuinum, *c. fin. de conſuet.* & ſacros Canones, *c. ad veſtram, c. ad audientiam de conſuet. c. cæterum de don. c. Clerici de iudicijs,* accedente etiam conſenſu Epiſcopi, *d. c. ſignificaſti,* & iuramento *d. c. ſi diligenti. Iordanus, tom. 1. eluc. Roman. tit. 3. de iuriſdictione ordinaria num. 108.*

43 Quod dixi de Clericis amplia ad Monachos, & Regulares, & ad Moniales, & hoc etiam ſi in anno probationis, ſeu nouitiatus, vt extendunt communiter *DD. ex Bellaſio Ver. Clericus,* idem dicas de alijs, qui verè Religioſi ſunt, & de Tertiarijs alicui Regulæ adſtrictis approbatæ à S. A. Eremitis votis ligatis, *vt n. 52.* aut ex priuilegio, vel determinatione Papæ, & S. Apoſtolicæ; itē Equites Hieroſolymitani, &c. qui etiam Religioſi nuncupantur, & his priuilegijs vtuntur, *c. Canonica de ſent. excom. Belletus de fauore Cler. Can. §. 1. nu. 38. & 39. & de fauor. Cler. perſonali §. 2. n. 8.* & compræhenduntur ſub Decretis Religioſorum, *Barboſa in appellatiuis, Verb. Religioſi nu. 4. & 10.* prout de his omnibus dixi ſupra quando

de Ca-

de Canonis priuilegio egi.

44 Amplia Tertiò in inſeruientibus Eccleſiæ, vt gaudeant fori priuilegio, *c. 2. de foro compet. c. Eccleſiarum 89. diſt.* ideò Clerici coniugati modo dicto *nu. 13.* & ſeruitio Eccleſiæ adſtricti fori priuilegio gaudent, & in Ciuilibus, & in Criminalibus, *Triden. ſeſſ. 23. cap. 6. de ref. vbi Barb. n. 41.* nec non Clerici Saluatici in Regno Neapolitano, *Riccius in praxi for. Eccl. part. 4. reſol. 480. & Barboſa citatus.*

45 Amplia quartò in familiaribus, vel famulis Epiſcopi, *c. pen. de priuil. in 6.* & ſi Layci, *c. cum ab homine de Iudic.* & etiam in famulis, & mancipijs Clericorum, & Eccleſiæ, *Gloſſ. in c. Clerici 11. q. 1.* quicquid alij dicant; non enim video maiorem rationē in Epiſcopi famulis, quam in Clericorum Miniſtris, & tamen illi hoc ſolùm Epiſcopis concedunt, cum deberent famulis Clericorum, *Spirellus tom. 1. deciſ. 41. nu. 64. gl. in c. 2. de except. in 6. & in c. fin. de off. Archidiaconi, c. Eccleſiarum 12. q. 2. c. Clericum 11. q. 1. c. cos 32. diſt. arg. l. non aliter ff. de iudic. l. 1. §. ibi, verùm C. de Epiſcopis, & Cleric. l. 1. C. ſi qua prad. &c. c. continua 11. q. 1. Bellett. de fau. Cler. reali. §. 1. num. 14. Diana part. 3. trac. 1. & reſol. 47. & part. 5. trac. 1. reſol. 8.* idem de Equitum S. Ioan. famulis docet, *Murta de iuriſdic. caſu 111. nu. 6. part. 4. Carolus de Graſſis effec. 1. nu. 149. Menochius de arbitrarijs caſu 562. n. 3. Borellus ſum. deciſ. tom. 1. tit. 43. n. 140.* & propriè his ſolùm tribuendum eſt priuilegium fori, qui ſunt in poteſtate, & domo Clericorum, vel Religioſorum in ſeruientibus pro ſua domu, & familia, ex verbis, *d. l. 1. C. de Epiſcopis, et Clericis* ibi, *vos, & mancipia veſtra, Barb. de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 39. n. 59. & 60. Nonar. lucern. regul. verb. familiares num. 2.* nec ſententia aſſerens, quod Coloni etiam gaudent eſt abſolutè amplectenda, ſed explicanda, quod loquitur de his Colonis, & Famulis ſupradictis; ſicuti, nec alia negans priuilegium his famulis, quia eſt contra iura citata Ciuilia, & Canonica, nec maior ratio eſt in famulis Epiſcoporum vt dicebam; *Barboſ. cit. num. 164. §. 4.* qui fori priuilegio gaudent, *d. c. pen. idem Barb. de off. Epiſcopi alleg. 5. n. 2. & alleg. 107. n. 9.* Hęc de iure, nã praxis ſolùm famulis, & familiaribus Epiſcopi hoc fori priuilegiũ tribuit, vt ait *Sanfelici deciſ. 1. per tot.* quæ communiter eſt amplexa non circa exemptionem, *vt dicam infra*, à gabellis; ſed in fori, & cauſarum cognitione, & priuilegio.

46 Adeò vt cauſæ illorum etiam ſi Layci ſint ab eiſdem cognoſcuntur, & terminãtur, *l. 2. §. verùm etiam C. de Epiſcop. & Cler. d. c. Eccleſiarum, Theſaurus deciſ. 22. n. 6. Vitonus deciſ. 116. Farin. in prax. crimin. q. 8. n. 46. Giurba conſ. 88. n. 1. & conſ. 70. n. 20. Gratian. diſcep. 341. num. 5. & alij quos ſequitur, Carneual. de iudicijs tom. 1. diſp. 2. num. 509.* tàm Ciuiles, quàm Criminales, *Capycius deciſ. 12. n. 1. Borell. ſum. deciſ. tom. 1. tit. 43. nu. 140. Marin. variar. reſol. lib. 1. cap. 117. in noua editione, & dec. 192. Barboſ. ſuper Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. nu. 44. Viſconti infra citand. ex Gratian. & alijs*, & eorum etiam, qui cum ſalario ſunt, dummodo ſint in ſeruitio domus; *Giurba d. conſ. 88. num. 3.* de quibus loquuntur iura citata, ita contra *Borell. citatum n. 143. & conſ. 54. n. 44. decidut.*

47 Nec ex eo quia ſeruiunt cum ſalario, non ſunt de domu, & familia Epiſcopi, & ab eodem iudicandi, vt de Notarijs, Tabellionibus, & alijs Miniſtris Curiæ Epiſcopi, *idem Borell. docet vol. libro tit. 6. nu. 34. ex Gratiano deciſ. 237.* quem ſequitur, *Diana p. 1. tract. 2. reſol. 98. part. 5. tract. 1. reſol. 46. Abruzz. mox citandus nu. 134. Giurba conſ. 88. num. 5. cum ſeq.* vel Vicarij Generalis, & Foranei, *idem Giurba n. 4. & Marin. cit. n. 1. Pasqual. diſſ. 9. §. 1. nu. 8. Marta decis. [illegible] caſu 151 num. 3. Theſaur. quaeſt. forenſ. lib. 3. quaeſt. 78. n. 2. Viſconti in [illegible] famulis Epiſcopi, Sbroz. de off. [illegible] qu. 46. nu. 2. Farin. [illegible] de inquiſ. q. 8. [illegible] Barboſa [illegible] citatus cap. 39. §. 41. [illegible] lib. 3. de Clericis [illegible] 47. 48. & 49. & Diana part. 5. tract. [illegible] reſol. 1.* aut Epiſcopi titularis, *[illegible] cap. 20. nu. 14. & Diana part. 6. tract. 2. reſol. [illegible] Abruzz. [illegible] de [illegible] perſon. [illegible] ni [illegible] 34.* quia omnes Miniſtri Curiæ habent ſala-

ſalarium, ergo quomodo his *Borellus* dat priuilegium fori,& famulis ſalariatis negat; contrarium igitur dicas, & tàm illis, quàm iſtis priuilegium concedas, *Abruzz. cit. ex Craſ. & Diana n 136. Giurba d. conſ. 70. n. 21.*

48 Dummodo hi familiares ſint in ſeruitio, nec extra Diœceſim reperiantur, abſque vllo mandato, & cõmiſſione Epiſcopi, quia tunc dicuntur in ſeruitio, & fori priuilegio gaudent, & ſi delinquant ad ſuum deberit Iudicem remitti; *Dian. part. 3. tract. 1. reſol. 5.* quẽ citat, & ſequitur, *Abruz. qui ſup. n. 134.* Item hoc ſeruitium non debet eſſe ad tempus, ita vt qui ad aliquod conducũtur puta ad Meſſem, Vindemiam, & ſimil. nõn dicuntur verè Familiares, Commenſales, & Domeſtici Epiſcopi; ideo fori priuilegio non gaudent, nec exemptione à gabellis, *Regẽs de Marinis nouiter in deciſ. cam. ſumm. Neapol. deciſ. 192. tom. 1. n. 1.* nec propriè veniunt famulorum, & commenſalium appellatione, *Barb. in appell. verb. familiaris, & de off. Epiſcopi alleg. 5. n. 2. Garcia de benef. part. 5. cap. 1. nu. 314. Giurba d. conſ. 88. n. 3. Macerat. var. reſol. lib. 1. reſol. 75. nu. 2. Viſconti ſup. cit. arg. tex. in l. quis ſit fugitiuus §. apud Cælium ff. de ædilitio edicto* ibi, *ſed intra ædes Patroni tota nocte obtinuit, c. fin. de ſent. excom. in 6. Clerici familiares exiſtunt, & in tuis expenſis continui domeſtici, commenſales, &c.* Idẽ dicas de Famulis Clericorum de iure diſcurrendo, nam ex praxi *vt tetigi n.* 24. non datur hoc priuilegium fori famulis, nec perpetuis, nec temporalibus, aut familiaribus Clericorum, quia eſt in præiudicium iuriſdictionis Secularis cũ Clerici admittendo plures famulos quam exigat neceſſitas, & aliquando male conditionis homines, vt eos eximant à iuriſdictione Laycorum Iudicum, graue erit Secularis iuriſdictionis præiudicium, ita Multi. quæ tàm ardua quæſtio eſt; vt indigeat deciſione à S. Apoſtolica, *ait Barboſa d. cap. 39. §. 4. in fine,* circa hunc numerum famulorũ, quia Layci ſub hoc pretextu libertatem Eccleſiaſticam lædunt.

49 Sed temperarem concluſionem ſupradictam *Marini* hoc modo, vt locum habeat ſolummodò, quando ex hoc non veniret damnum Epiſcopo, vel Clericis. & circa exemptionem gabellarum indirectè vẽnirent iſti damnificandi, quia, vt dicam infra, Statutum quod directè, vel indirectè tangit, & eſt in præiudiciũ Immunitatis Eccleſiaſticæ, non ligat Clericos, earumque perſonas, debent benè verùm conducere Eccleſiaſtici Colonos eodem modo, ſicùt Layci, vt idem *Marin.* docet, ſed aliquando ex alijs angarijs veniũt læſi Clerici, quo caſu non tenet contra eos Statutum, nec iſti ligantur eorumuè Coloni, ſicuti in ſimili, *idem affirmat in Obſeruat. ad dict. deciſ. poſt Gutierez, Roland. Parlad. Boer. & alios,* puta ſi Eccleſia fructus prædiorum vendat Layco, iſte tenetur ad gabellas ex fructibus, ſed quotiès illa ſuis ſumptibus, & laboribus, ac periculo promitteret merces ad terrã emptoris transferre, ita quod dominium tunc cenſeatur translatũ, donec merces in emptoris domum fuerint conductæ, hoc caſu, emptor non tenetur ad gabellas, & hoc ratione ſupradicta, & in alijs ſimilibus caſibus, *Abbas in c. Eccleſia S. M. de conſtit. nu. 31. vbi de Molendino Epiſcopi Spalatani* ad quod accedere non poterant ſubditi, Genteſue, de Ciuitate propter Statutum Ciuibus impoſitum, vt certam ſoluerent penſionem portæ Cuſtodib. & gabellotis.

50 Famuli etiam Emin. Cardinalium fori priuilegio fruuntur, *Clarus in pract. crimin. quæſt. 35. n. 11. Carol. de Graſſis de effect. Cleric. eff. 1. num. 151. Diana part. 5. reſol. 25. in tract. de poteſt. & priuil. S. Rom. Eccl. Cardin. Abruzz. de ſeruitijs perſon. comm. 1. nu. 160.* atque percutientes excomunicãtur in *c. fælicis de pœnis in 6. idem Abruzzus num. 536.* alijſque pœnis multantur *cap fin. ibid.* ſed per eundem Iudicem Eccleſiaſticum ſi intuitu officij delinquant, ſecùs ex alio capite; puta, inimicitiæ particularis, &c. quia tũc erit caſus mixti fori, & præuentioni locus datur *Cotonius infra citandus n. ſuo 49. ex Menochio, & alijs;* Item hoc priuilegio gaudent famuli Legati, vel Nuncij Sedis Apoſtolicæ, *Barboſa de vniuer. iure Eccl. lib. 1. cap. 29. §. 4. n. 95. cum ſeq. Abruzzus mox re-*

 *lat.*

*lat.n.*159. *& Coton.cum Facandez,& Diana part.6.tract.*2. *reſol.* 2. Familiares Sant. Inquiſitionis, *Abruz. qui ſup. num.*146.& tàm in Ciuilibus, quàm Criminalibus, iuxtà locorum Statuta, conſuetudines, & determinationes, *Vide Carneualium de iudicijs diſp.* 2.*tom.* 1.*num.*508. idem de familia Inquiſitorum, & habentium territorium, & iura Epiſcopalia cum iuriſdictione, vt eſt Meſſanæ Archimandrita Meſſanenſis, *Coton. controu.lib.*3.*controu.*4. *cap.*1.*nu.*48.de quo *ſupra deciſ.*8.*nu.*2.*cum ſeq.* & alij: nam hi habent iuriſdictionem, ratione cuius Epiſcopis priuilegium conceſſum eſt, *idem Coton. & Ciarlinus controu.cap.*28.*n.*26.

51 De filijs Clericorum factis ante Clericatum idem decidit *Barboſa cit. ſupra* §. 2.*n.*62. quod non probat, ideo non ſequor, atq; etiã de Concubina Clerici, quæ licèt punienda ab Epiſcopo propter peccatum cum Clerico commiſſum, *gl. in c.ad eos* 32. *diſt.* non tamen fori priuilegio gaudet, ſicùt nec vxor Clerici coniugati, ſecùs de vxore Clerici in ſacris in caſu in quo Pontifex diſpenſauit, cum poſſit, & tàm ipſa, quàm Clericus fori priuilegio gaudent, *Spata tom.*1. *conſ.*170. *per totam*, non ita de illo in minoribus facto matrimonio, vt ibi, & multò minùs filij ſacrilegi: ſecùs Græcorum, vel aliorum in caſu permiſſo à Sede Apoſtolica, quia hi ſunt de familia, & commenſales, qui vt ſupra probaui omnes gaudent priuilegio fori de iure, *Cotonius cit.nu.*46.*qui extendit etiam priuilegium ad famulos infideles ex Paramo in defenſorio S.Off.cap.*14. *n.*47.

52 Vltimò ampliationem, & regulam efforma, vt priuilegium fori extendatur ad omnes perſonas Eccleſiaſticas à iure priuilegiatas, & ad Cauſas earum in iure deciſas, quod ſi non adſint caſus deciſi à Papa, Doctoribus occurrendum, & in eis probabilis, & communior ſequi debet opinio; vt circa mulieres viuentes vnitim, ſub vnius ſuperioris obedientia, & Oblatos, qui ſe, & ſua religioni dederunt, & ad Monaſterium ſe tranſtulerunt, & de Conuerſis, ſicùt & de Rectoribus in ſeruientibus perpetuò Hoſpitali erecto Authoritate Epiſcopi, atque de Eremitis, docet comunis ſententia, quod gaudent fori priuilegio apud *Barboſam d. c.* 39. *num.*41. *cum ſeq.* Idem dicas de limitationibus ad regulam, vt nimirum, quãdo Clerici non gaudeant fori priuilegio, ſtandum deciſis, & in dubijs ſemper pro libertate Eccleſiaſtica, quia odia reſtringenda, *d.c.odia, Anton.de Marin.var.reſol.lib.*1. *cap.*117.*n.*11.*l.cum quidam ff. de liberis, & poſtum.&c.* ſed ad maiorem Claritatem

53 Multi notandi ſunt Caſus in quibus Clerici, & Eccleſiaſtici non gaudent fori priuilegio, & forum ſuum non ſequuntur, ſed ſæcularem in Ciuilibus, & Criminalibus, vt ſi Clericus fuerit monetarius; qui ob tale crimẽ erit Curiæ ſæculari tradẽdus: ſi nimirum Papæ monetas reſecauerit, vt decidit *Vrbanus VIII. in Bulla data anno* 1627. vel Crimen læſæ Maieſtatis in Principem commiſerit, *Clem. Paſtoralis* §. *rurſus, vbi Gloſ. de re iudic.* ita aliqui, quod Communiter reijcitur, & tàm in vno, quàm in altero caſu fori priuilegio gaudere Eccleſiaſticos docet vera, & comunis ſententia *cum Regente de Marinis variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 57.*Claro, de Graſſis, Vincentio de Franchis deciſ.*691.*n.*7.*Riccio, Afflicto, Genuens. Roſſ. & alijs, quos citat, & ſequitur Barboſa d.* §.2.*n.* 96.*&* 97. nec dicitur Clericus committere Crimen Læſæ Maieſtatis in Principe Laycum, *Clem.paſtoralis* §. *rurſus de iudic. de Marinis deciſ.*43.*tom.* 1. *cum alijs quos adducit, de Ponte deciſ.*9.*de Frãchis deciſ.* 691. *Viſconti in concluſ. iuris V. Clericus, Genuenſ. in prax.cap.*90.*de Graſſis de effec.Cleric.effec.* 1.*nu.*568. cũ non ſit eius ſubditus, *cap.fin.de reb.Eccl.nõ ali.d.c.Eccl.S.Mariæ, Clarus in* §. *læſæ Maieſtatis n.*7.*Riccius collec.deciſ.*2062. *& in praxi reſol.* 311. *Diana part.*1. *trac.*2. *reſol.*19. niſi feudum habeat ab eo, quo caſu reſpectu talis criminis, incurrit ſolùm in pœnam amiſſionis feudi, *de Marinis deciſ.* 401.*n.*3. *&* 426.*n.*2. non tamen pœna corporali puniri poterit, *Idem de Marinis*, & ſi aliquo modo ratione feudi, ſubditus dicatur, *c.cæterum de iudic. c. verum de foro compet. Idem deciſ.*232. *& Spata conſ.*126.*n.*4. & in crimine falſæ Monetæ, *docet Maſtril. deciſ.*

159. *in fine*, quod gaudent fori priuilegio, ſed ait, vt caueant Clerici de his delictis, quia Reges in talibus caſibus hæc iura parum ſeruare videntur. *Vide Lauret. de Franchis controu. inter Epiſc. & regul. n. 350. Bullam Vrbani VIII. adducẽs, & p. 160. de Aſſaſſ.* & in crimine aſſaſſinij, *ex Conſtit. Clem. 8. ſub die 18. Decembris 1595. idem de Marinis d. reſol. nu. 5.* aut alijs etiam enormibus criminibus, ex quibus Clericus veniret degradandus, & poſtea Curiæ Sæculari tradendus, *arg. c. cum non ab homine de iudicijs, c. nouimus de ſent. excom. c. degradatio de pœnis in 6. c. ad falſariorum de crimine falſi Viſconti in concl. iuris V. Clericus.*

54 Quod ſi hæc, aut ſimilia delicta commiſerit quis, & poſtea Clericatum, vel Monachatum aſſumat, an fori priuilegio gaudeat? & cum eodem *de Marinis cap. 48.* affirmatiuè reſpondeas, ex vulgari axiomate vbi te inuenero ibi te iudicabo, ideſt in eo ſtatu, in quo te inuenero te iudicabo, *l. itẽ apud Labeonem 15. §. ſi quis virgines ff. de iniurijs, c. ad audiẽtiam 25. de ſent. excom. Barboſa d. §. 2. n. 87.* niſi in fraudem Habitũ, vel Monachatum aſſumpſiſſet, quo cognito Epiſcopus delinquentem ad Laycum Iudicẽ remittere debet ideſt cauſã, & iſte quo ad bona ſententiã finire, & terminare debet, non quoad perſonam, & pœnam corporalem, quæ exequenda per Epiſcopum, vel Superiorem Monachi, *Doctores Communiter, & Coſta conſ. 93. num. 14. Capycius latro decıſ. 45. num. 33. Fontanella de pactis dotal. clauſ. 3. gl. 3. n. 18. tom. 1. Giurba conſ. 15. nu. 34. cum ſeq. Cancerius var. reſol. tom. 2. cap. 2. de iuriſd. omn. iudicum num. 149. Cotonius ſupra cit. n. 42. Mariu. alleg. 132. n. 19.*

55 Quod non admittũt alij ſi cauſa fuiſſet præuenta à Iudice Laycali, & incepta facta citatione, & carceratione, nam hoc caſu in totum ad Iudicem Sæcularẽ remittendus eſt reus, propter præuentionem, nec liberatus quoad perſonã ita ex multis probat *Carneualius de iudicijs tom. 1. diſp. 2. nu. 408.* eoſque docentes, quod quoad perſonam ſunt exẽpti, nõ quoad bona, ex communi opin. vt ait *de Marin. d. alleg. 132. n. 19.* cũ *alijs ſupra relat.* explicat *Carneual.* quod loquuntur non præuenta cauſa in carceribus, ſed extra Curiam, & Carceres, *d. n. 908. in fine*, & qualitas ad fundandam iuriſdictionem, quæ aderat ab initio actus geſti, aut delicti commiſſi attenditur, *de Franchis deciſ. 417. nu. 5. Gram. deciſ. 10. Gaballus reſol. crimin. cap. 147. n. 9. & 10. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 226. tom. 2. Bouadill. in polit. lib. 2. cap. 17. n. 34. Giurba d. conſ. 15. n. 12. & 13. & Coſta conſ. 93. n. 13. cum ſeq.* qui ab hac ſententia *Carneualij, & aliorum poſt eum*, diſſentiunt, & ex more defendunt, deciſioneſq; adducunt pro contraria & rationes, atq; authoritates Doctorũ in magno numero; qui etiã à *Carneualio, & alijs*, adducuntur; & ad rationes cõtrarias dicũt, prẹter ſuprad. de tẽpore delicti cõmiſſi, quæ comun. eſt, ad aliã, quod ordo omnino liberat delinquentem à Sæcularis Iudicis iuriſdictione, in caſu præuentionis, nulla lex dicit, nec nos etiam dicere debemus, *arg. vulgatæ l. de pretio de publ. vt Giurba deciſ. 118. nu. 20.* loquens de dote docet, quod non ſunt ei danda priuilegia, vbi lex non dicit; Item, & alia ab ijſdem relata, quod ſæcularis forus incompatibilis eſt cum ſtatu Eccleſiaſtico, qui nũc perſonæ inhæret propter aſſumptos primæ tonſuræ ordines, vera non eſt, quia *vt idem conſ. 48. n. 17. & 18. adducit*, Iudex Laycus cognoſcit cõtra Clericum aſſaſſinum; & ad mortem naturalem damnat, abſque præuia degradatione, quam opinionem ſequitur *Capycius latro deciſ. 73. n 24. Merlinus controu. 40. n. 10. cum alijs*, & ab his diſſentiũt, *Nouarius in ſingul. iur. Can. concl. vnic. de aſſeſſ. Ambroſ. de imm. Eccl. cap. 17. nu. 10. Maſtrill. deciſ. 226. part. 3. n. 19. Diana reſol. moral. part. 1. tract. 1. reſol. 51. Duard. Bonac. & alij, quos ſequitur Barboſa de vniuerſ. iure Eccl. lib. 1. cap. 39. n. 85. ex Bulla Clementis 8. ſupra citata n. 51.* ergo ſecundum primam opinionem *Capycij, & aliorum*, Iudex Laycus non eſt omnino incompetens, & in multis caſibus cognoſcit contra Clericum prima tonſura, & ordinibus inſignitũ, *R. Marinus deciſ. 43. num. 3. Capiblanc. de Baronib. p. 2. pragmat. 8. num. 18. in prim. impreſſ.* ſi

 incor-

incorrigibilis, &c. *idem Giurba conſ.* 49. *num.*19. & ex adducendis infra apparebit: facta igitur præuentione à Iudice Layco ſi poſtea efficitur delinquens Clericus, ab eodem Iudice puniendus in perſona, & in bonis ſecundùm *Carneualij* ſententiam, rationibus ſupradictis, & præcipuè in caſu contrario, nam contrariorum eadem eſt diſciplina, *arg. Clemen.*1. *de ſent. excom. vbi gloſ. verb. obſeruare, c. fin. de verb. ſignif. c. ſtuduiſti de offic. deleg. l. perſona ff. de acquir. poſſeſſ. l. merces ff. locat. l. in fundo ff. de reuend. l. ſi quis ff. de neg. geſtis, l. tria ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. & ſi ff. de vulg.* vbi eadem militat ratio, *l. eum qui §. ſi libertus ff. de iureiuran. l. non ſtatim ff. de pecul. Bart. in d.l. & ſi num.*4. *& in l. ſecundum naturam de reg. iuris Giurba cit. d. conſ.*15. *nu.*31. *Barb. in axiom. Verb. contrar. n.*11. vt in caſu noſtro cum caſu contrario.

56 Qui eſt ſi tonſuratus, vel nouitius, aut Monachus commiſſo delicto fiet Laycus ab Eccleſiaſtico Iudice pro eo delicto puniendus ex probabiliori ſentẽtia, ratione nuper aſſignata, & ex tẽpore cõmiſſi delicti, *Gramat. dec.*10. *de Franchis deciſ.*417. *Riccius deciſ.*113. *part.*2. *Diana reſol. moral. part.* 1. *tract.*2. *reſol.*32. *&* 118. *Barboſa cit. d. cap.* 39. *n.*68. *Marin. cit. d. c.*48. *nu.*7. *cum alijs ex Coſta conſ.*93. *n.*37. qui poſtquam defendit abſolutè primam concluſionem, *cum Giurba d. conſ.*15. refert alios dixiſſe in Cauſis Ciuilibus illum remittendum ad Laycum, inſuper & cõtrarios idẽ defendentes in Clericis in ſacris, non in minoribus, (ſed nec in vno, nec in alio caſu eſt maior ratio) tandẽ concluſionem hanc firmat hoc ſecundo caſu etiam ad Iudicem Eccleſiaſticum cognitionem cauſarum ſpectare, & ſi Laycus ſit tempore cognitionis factus Clericus, vel Monachus, *eadem ratione ſupradicta*, quod Laycus Iudex nunquam poteſt cognoſcere de Clerico, ſecùs Eccleſiaſticus, quæ negatiua probari debuiſſent, cum plures ſint caſus in quibus Laycus cognoſcit de perſonis, & bonis Clericorum, vt ſupra adduxi de Crimine Læſæ Maieſtatis in probabiliſſima Opinione, & Aſſaſſinij, &c. Concludẽdum ergo eſt ſecũdum *Carneualium citatũ*, quod in cauſis Ciuilibus, & Criminalibus, preuento negotio illo modo ab vno Iudice ſi perſona ſtatum mutauerit ad primum Iudicem cognitionem ſpectare, & executionem banni relegationis, ſententiæ, Inſtrumenti, Obligationis guarentigiatæ, &c. vt Idem perdoctè demonſtrat, non enim vni, aut alteri iuriſdictioni detrahere debemus, *c. nouit.*13. *de iudicijs Idem Carneualius num.* 920. *Giurbam, Gratian. & alios contrarium dicentes increpans*, & quod Iudex Laycus procedere poſſit contra Clericum recipientem ordines, in carceribus, in perſona, & bonis, dixit etiam ex multis, *Cancerius tom.* 2. *variar. reſol. cap.*2. *de iuriſd. om. iud. n.*152.

57 Hæc ſecundùm *Cancerium, & Carneualium citatos*, ſed vna ſolùm eſſet contra hos doctiſſimos viros difficultas, quare defendunt, quod facta præuentione in carceribus, & Laycus delinquens effectus Clericus poſſit à Iudice Sæculari puniri, quoad perſonam, & ſi non fuiſſet in carceribus nõ ita, aut dicere debemus, quod tàm in vno, quàm in altero caſu facta præuentione, & in fraudem Ordine ſuſcepto delinquens puniri poſſit, aut in nullo caſu, cum ſemper Clericus ſit, & ordinatus in Carceribus, & extra, & caracterem ſuſcipiat, igitur puniri non poterit à Iudice Layco, & ſi punitur in vno caſu, quoad perſonam quare non in alio? nec præuentio in carceribus aliquid addit ſupra fraudem, & Clericatum. qua ratione motus, tàm in vno, quàm in alio caſu Iudicem Eccleſiaſticum procedere teneo cum Doctoribus ſupra citatis, quod ſi in fraudem Laycus Habitum aſſumpſiſſet, quoad bona ad minus, per Sæcularem Iudicem puniri poterit, & ſententia exequi cognita fraude, *vt dixi nu.*54. *iuxta Coſta, & Giurba Opinionem*, quibus addas alium Cõciuem, *Anib. Rubà deciſ.* 8. *per totam*, *Ceſpedes de exempt. Regul. cap.*6. *d.*262. *num.*12. *& dub.*263. *n.*3. *Anſaldus de iuriſdict. p.*2. *trac.* 11. *nu.*71. *&* 82. *poſt Farinacium de Inquiſitione quæſt.* 8. *nu.*104. vbi etiam, quod de Clerico dicit ad Monachum extendit, *& dicam infra deciſ. ſeq. nu.*53. atque ſupradicta

potiùs

potiùs argumentatiuè dicta ſint cum ratio vltima apud me maximi ponderis ſit de præuentione nimirùm in carceribus, & extra; & nota quod dicitur in fraudem ordo, vel Monachatus ſuſceptus, quãdo poſt diffamationem, accuſationem, inquiſitionem, citationem, contumaciam, & condemnationem delicti aſſumatur, *Farin. tit. n.* 110.

58 Et ſi eſſemus in caſu latæ ſententiæ, vnus Iudex tenetur exequi ſententiam latã ab alio, etiam ex diuerſo foro in fauorem alicuius, licèt iſte Laycus fuerit effectus, *c.* 2. *de except. in* 6. vt in Clerico, qui fuit aſſecutus Beneficium *Capituli Odoard.* Laycus effectus eo beneficio potiri, ſi fuerit à Creditorib. Laycis conuentus, & coràm Iudice Layco, *Marin. lib.* 2. *reſol.* 40.

59 Ad aliũ de Clerico, & Layco delinquẽtibus nunquã dubitaui, quod Clericus coràm ſuo Iudice, ſicùt & Laycus, puniendi in Delictis Sæcularibus, *Gutierez pract. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 7. *de Graſſis effect.* 1. *n.* 232. *Facbinens controu. lib.* 9. *cap.* 31. *lit. F. Barboſa cit. nu.* 94. *Surdus conſ.* 222. *nu.* 3. *Oſaſcus deciſ.* 103. *n.* 10. *Capycius deciſ.* 173. *Couar. in pract. cap.* 34. *num.* 1. *in fine, & alij cum Gancerio variar. reſol. tom.* 2. *cap.* 2. *de iuriſd. omnium iudicum, & foro compet. n.* 144. *&* 145. & de praxi Regni noſtri teſtatur, *Amatus reſol.* 86. *n.* 51. ſicùt & de Regno Neapolis, *& alijs n.* 52. *Cochier. part.* 1. *tom.* 1. *de iuriſd. in exempt. quaſt.* 26. *cum Ceſpedes de exempt. Regul.* qui idem decidunt de Monacho delinquente cum Layco, aut cum Clerico, *ex Anſaldo de iuriſdictione p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 20. exploſa regula, quod maius dignum trahat ad ſe minus, quæ locum non habet in contentione iuriſdictionis.

60 Hæc in criminalibus, ſed in Ciuilibus, & cauſa indiuidua dixere aliqui, quod corã Eccleſiaſtico Iudice lis finienda, tanquàm digniore, ſed in cauſa diuidua coràm Layco, Laycus, & coràm Eccleſiaſtico Iudice Clericus cõueniendus, *DD. ex Cancerio qui ſupra n.* 147. ſed meliùs dicas eodem modo prout ſupra, quod Laycus, & Eccleſiaſticus ſimul cognoſcunt, *Bartolus ind. ſolent n.* 14. *ff. de alim. & cibarijs legatis, Gutierez pract. queſt. lib.* 1. *q.* 6. vbi in praxi ſeruandam dicit Opinionem; quod ſi Clericus, & Laycus ſimul ſint obligati, ambo coràm ſuis Iudicibus conueniendi, & exequendi, ſiuè actio, ſit executiua, ſiuè hypothecaria, *idem Gutierez, & Cancerius, in fine* idem dicas in omnibus alijs negotijs, & cauſis *ratione ſupradicta*.

61 Quod ſi Cleric⁹ quis fuerit effectus poſt litem, & executionem cauſatam motã contra ſe, & præuentam, nec declinare poſſe forum ait *Carneualius de iudicijs tom.* 1. *diſput.* 2. *n.* 927. *&* 936. *Riccius deciſ.* 218. *n.* 3. *& alij poſt Marinum variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 1. *&* 3. *Borell. ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 7. *n.* 59. *& Coſtam conſ.* 93. *nu.* 21. atq; in debito Ciuili priùs contracto, *Capycius latro deciſ.* 45. *n.* 34. ſed circa bona non quoad perſonã exequi poſſe docet, & benè, ſicut ſi Clericus ſe obligauerit aliquid ſoluere, & deinde Laycus effectus ſit citatus ſuper tenore Inſtrumenti, & præuentus à Iudice Eccleſiaſtico coràm eo conuenitur, *Barboſa cit. num.* 129. *ex Squillante de priuil. Cler. cap.* 7. *num.* 91.

62 In alijs criminibus generaliter, & à fortiori diſcurras prout ſupra, adeò vt ſemper requiratur monitio, & declaratoria Iudicis Eccleſiaſtici, *c. cum non ab homine de iudicijs Viſconti in concl. iur. Verbo Clericus,* etiam in Clerico incorrigibili, & enormitatibus ſe immiſcẽte, qui priùs degradari debet ſecundùm formam ſacrorum Canonũ, *c. nouimus de verb. ſignif. c. degradatio de pœnis in* 6. *c. ad falſariorum de crimine falſi, c. nec licuit* 17. *diſt. Vidal diſquiſ. moral. tit. an Clericus valdè, & licitè poſſit à Iudice Eccleſiaſtico citari inq.* 3. *n.* 50. *Cotonius controu. iuris lib.* 3. *de Clericis controu.* 4. *cap.* 1. *n.* 17. *&* 25. & ex dictis patet, quod in Caſibus Aſſaſſinij, &c. requiritur incorrigibilitas, vt Clericus non gaudeat fori priuilegio, & degradari poſſit, *d. c.* 1. *de homicid. in* 6. *& c. cum non ab homine de iudicijs.*

63 Quod etiam in Clerico negotiatore, & exercente artes viles extendendum eſt, *Clem.* 1. *de vit. & honeſt. Cleric.* nec negotiatio abſoluta Clericis prohibetur, *prout infra num.*

Digitized by Google

*n.*158. & poſt trinam monitionem ſi nõ deſiſtant, & incorrigibiles fiunt fori priuilegio priuantur, ſicut & alij qui dimiſſo habitu Clericali negotijs ſæcularibus prohibitis à iure Clericis, ſe immiſcent, *c.fin.de vit.& honeſt.Cleric.c.in audientia* 25. *& c.contingit de ſent.excom.c.1.de vit.& honeſt.Cler. in 6.c.1. de apoſtatis, c. ſi quis Diaconus* 50. *diſt.* vel qui in totum apoſtatarunt, & enormitatibus ſe immiſcuerunt cum Laycis, *d.c.1. de apoſtatis, & Sacr.Congr. in vna Matulen̄. ſub die 1. Februario anno* 1620. decidit, Clericum, qui in habitu, & tonſura enormitatibus ſe immiſcet, & pluribus vicibus, cẽſetur, & abſque vlla monitione, renunciaſſe Priuilegio Clericali, ſecùs ſi in habitu Laycali hæc perpatraſſet, quia tunc monitio requiritur; enormia autem delicta in hac materia dici poſſunt per quæ delinquẽs incurrit infamiam, *vt adducit Barboſa d.c.* 39.*n.*76.*ex Squillante, & Riccio, & etiam Vrſillus ad Afflictum deciſ.*24. *Farin. in tit. de inquiſ.q.*8.*poſt Marinum var.reſol. iuris lib.1.cap.*50.

64 Quæ delicta, & ſimilia ab Eccleſiaſticis ſi commiſſa ſint, corã Iudice Layco haud ab eo punienda, ſed ab Eccleſiaſtico, *Afflictus deciſ.*230.*Capycius deciſ.*5.*n.*13.*Roland. conſ.*12.*n.*51.*de Franchis deciſ.*545.*n.*6.*Surdus conſ.* 369.*nu.*27. qui de Clerico falſum teſtimonium ferente coràm Iudice Layco loquuntur, *Gutierez pract. lib.1.q.*24.*n.*1.*Fachin.controu.lib.*9.*cap.*27. *verſ.tertia verior, Marta de iuriſd.part.*4.*cẽt.*2.*caſ.*117. *de Marin.quotid.lib.1.reſol.cap.*50. *n.*1.*cum ſeq.Giurba conſ.*59.*n.*117.*Rouit.deciſ.*20.*nu.*18.*Muta ſuper prag.*35.*de falſis n.*5.*Ciarlin. cap.*48.*n.*10.*tom.*1.*Vela diſſert.*44.*n.*54. non è contra ſi Laycus coràm Eccleſiaſtico falſum deponat, vel cõmittat, *Ventigliol. Tappia, & alij multi quos ex more congerit Baron.de cit.tom.*3.*addit.ad q.*18.*num.*17. nec ſtandum informationibus factis à Iudice Layco neceſſariò per Epiſcopum erit, adeò vt ex eis puniri poſſit Clericus, *c. & ſi Clerici de iudicijs*, quia datur incompetentia Iudiciorum, *Velaſc.conſ.*159.*n.*7. & Sæcularis ſolùm cognoſcere poterit de falſitate commiſſa à Clerico, ad effectum cognoſcendi cauſam vertentem coràm ſe, illamque expediendi, *Clarus in pract.crimin.lib.*5.§.*fin. verſ.ſed hic quæro in fine, Surdus, & Fachineus cit.* nec vt teſtes examinari poſſunt coràm eodem Iudice, & valeat eorum depoſitio in Ciuilibus, & Criminalibus ſine licentia ſui Superioris, & Ordinarij loci, *Viſconti in concluſ.iuris Verb.Clericus ſi de facto examinatus*, idem dicens de Monachis, reſpectu Epiſcopi, & *Ceſpedes de exempt.Regul.dub.*251. atque etiam ſi delinquant vt Notarij factis inſtrumentis falſis, *Maſtrilli deciſ.*159.*n.*16.

65 In Ciuilibus tamen Cauſis forum ſuum nõ ſequitur Clericus hæres Layci cæpta iam lite cum defuncto, & Inſtantiam proſequi debet, nec nouũ incipere iudiciũ coràm alio Iudice, *Giurba deciſ.*82. *num.*2. *de Graſſis de eff.Cleric.effec.*1.*n.*282. *Riccius deciſ.*218.*part.*4.*Gratian.diſcep.forens.cap.*16. *n.*31.*Maſtrilli deciſ.*79.*n.*3.*Borell.ſum.deciſ. tom.*1.*tit.*43.*n.*61. *Barboſa qui ſupra n.*102. *q in numeros adducit D.D.R.Marin.to.*1.*variar.reſol.cap.*54.*n.*11. *in fin. & deciſ.*243.*n.*6.*Salgad.de ſuppl.ad Sanctiſſ.part.*2.*cap.*12. *n.*30.*&* 32. *Amatus reſol.*86.*num.*53. *&* 62. *Staccia de appell.q.*7.*num.*133. *verſ. confirmatur, Viſconti ſup.cit. verb. Clericus minor in fine Buttier.mox citand. Caracc.de fori remiſſ.q.*42.*n.*2.*Carneual.de iudic.tom.*1. *diſp.*2.*n.*309. & Clericus mercatoris hæres circa negotium cæptum coràm Iudice Mercatorũ cõueniendus, *Stracc.de Mercat.tit.quomod.in cauſis Mercat.præced. num.*17.*&* 45. ſed excipias caſum ſingularis ſucceſſoris, in quo Clericus inſtantia authoris ſui non ligatur, *Groſſus controu.*18. *num.*41. & ſat eſt quod fuerit defunctus citatus, *Baron.tom.*2. *add.ad q.*29.*n.*23. vbi ad alios priuilegiatos extendit, *& in addit.ad* 45 *nu.*32. *& tom.*3. *in d.add.ad* 29. *quæſt. nu.*17.*Capycius Latro deciſ.*123.*n.*1. dixi lite cæpta, & inſtantia, quæ ſi pereat, & reuiuiſcat, quia noua eſt, coràm Iudice hæredis lis facienda, *idem nu.*2. licèt ſecùs ſit in Clerico hærede conuento pro iuribus hæreditarijs, qui petit remiſſionem ad forum ſuum, nec ad Iudices

defun-

defuncti remittendus, *Carnen. cit. num.* 301. *cum ſeq. Amat. cit. nu.* 54. Quod ſi Clericus Laycum hæredem relinquat, vel ab inteſtato iſte veniat ad hæreditatem, inuẽtarium, & etiam declaratio teſtamenti, & alia ad hoc pertinentia coràm Iudice Layco fieri debent, *Carneual. qui ſup. n.* 341. *& Buttier de ſucceſſ. Thor.* 12. *cap.* 1. *n.* 13.

66 Et de rebꝰ Laycalibus poſſeſſis à Clerico, onere reali affectis, pacto adiecto de non alienando, ſi poſtea ipſæmet aliquo titulo in Clericum tranſierunt executio fieri poteſt per Iudicem Secularē pro illo onere, quia res tranſit cum onere ſuo, *c. paſtoralis §. fructus autem de decimis*, *l. Imperatores* 7. *C. de publicanis*, nec agitur contra Clericū hoc caſu vti talem, ſed contra illum, vt poſſeſſorem, *ita Aliqui, cum Surdo deciſ.* 20. *nu. fin.* ea ratione, quia ſicut Clericus hæres cæpta inſtãtia cum defuncto Layco coràm Iudice Sæculari conueniri poteſt, quia quodammodo cenſetur hæreditas ex defuncto ligata illa inſtantia, ita in hac actione, & onere reali contra rem poſſeſſam à Clerico; quia res cum illo eodem onere tranſijt, & actio quando dirigitur contra perſonā non poterit Clericus poſſeſſor conueniri, ſed forum declinat, ſecus contra prædium, & rem tali onere affectam; nec benè loquitur *Philippus de Paternione in add. Petrum de Greg. de cenſibus n.* 6. qui Clericum pro debito cēſus iuxta formam Bullæ carcerari poſſe docet, qui hæres Layci eſt, *ex Prag. de cenſibus*, nam ſolùm contra bona exigendus erit ratione ſupradicta, *Salzed. Canall. & Barboſa d. c.* 39. *§.* 2. *nu.* 105. *Capycius Latro deciſ.* 45. *nu.* 34. quando nimirùm res eſſet cum tali onere, quia non dicitur in eius dominium verè tranſire, ex titulo hoc inualido, iuriſque cenſura manet ſub Layci alienatoris dominio, *Gutierez lib.* 2. *pract. quæſt. q.* 132. *n.* 9. *Parlad. rer. quotid. part.* 2. *cap. fin. §.* 1. *nu.* 11. *&* 12. *& alij poſt eos*; dicentes abſolutè hoc caſu Clericum in re tali onere effecta, in eum translata, ex titulo inualido, & inepto pro Cenſu, & hypotecis coràm Iudice Eccleſiaſtico non eſſe exequendum, ſed coràm Layco, dixi [ex hoc titulo inepto.]

67 Nam abſolutè Clericus hæres Layci forum illius non ſequitur inſtantia nō cæpta, *Doctores ſupra citati*, & generaliter in actione reali, *c.* 2. *de foro competenti*, *Fabius deciſ.* 12. *&* 29. *Riccius coll. deciſ.* 353. vel in re ſua cenſui ſuppoſita ab ipſo poſſeſſa, ad quem ſoluendum condemnatus etiam fuit quando erat Laycus, pro decurſis, & decurrendis, coràm Iudice Eccleſiaſtico conueniendus, *Marinus var. reſol. tom.* 2. *cap.* 75. *nu.* 13. idem de Conductore Layco rei cenſui ſuppoſitæ quæ Clerici eſt, *idem Mar. & Caracciolus de remiſſ. fori q.* 19. *n.* 7. *contra Amatum reſol.* 86. *n.* 75. *Caſtillum deciſ.* 227. *num.* 1. *Abruzz. de ſeruitijs perſon. comm.* 1. *n.* 156. quia hoc eſſet indirectè Clericum conuenire, *Marin. cit. nu.* 6. *& Diana p.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 3. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 47. *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 24. *p.* 5 *tract.* 1. *reſol.* 8. *vt dicam infra num.* 71. *& in ſimil. dec. ſeq. n.* 80.

68 Sed quæ ratio diſparitatis in re ſua hypothecata ab ipſo poſſeſſa, vt pro hac coràm Iudice Eccleſiaſtico conueniri debeat, & in re aliena, quæ erat alicui oneri affecta, quæ tranſijt in Clericum, vt à Iudice Laycali conueniri ad tale onus ſoluendum poſſit Clericus, ipſæ neſcio, ſi enim res tranſit cum onere ſuo, ſequitur vt teneatur Clericus ad tale onus, & hypothecam, ſed non à Iudice Layco conueniendus, ideò forum declinare in illo caſu veriùs dicendum, & Iudicem Eccleſiaſticum illum cogi poſſe ad ſolutionem non Laycum, *arg. c.* 2. *de foro cōpet.* vbi, *nullus Iudex Laycus poteſt Clericum, nec in Ciuili, nec in Criminali Cauſa iudicare, vel condemnare*, & bona ſunt acceſſoria perſonarum, *c. ſimiliter* 16. *q.* 1. & per indirectum venirent conueniendi Eccleſiaſtici coràm Iudice Sæculari, & traherentur ad eius forum contra ſacrorum Canonum, & Legum diſpoſitiones, *Cotonius lib.* 3. *contr.* 4. *de priuil. Cleric. cap.* 1. *n.* 30. *ex Squillant. eod. titulo cap.* 8. *dub.* 1. *nu.* 33. *Carneualius de iudicijs tom.* 1. *diſp.* 2. *n.* 351. *&* 352. *cū alijs*, qui improbat *Parlad.* & alios contrarium dicentes, nam verè poſſeſſio transfertur in Clericum, qua poſſeſſione, nec erit priuandus à Iudice Sæculari incompetenti ſine citatione,

tatione, &c. quod ſi in fraudem eſſet facta alienatio, vel bona peruenirent in poſſe illorum, tunc certum eſt, hac cõſtante fraude Iudicem Sæcularem contra talem rem alienatam agere poſſe, vt ſoluãt poſſeſſores tributa, vel alia onera, *Gutierez prac. quæſt. lib. 1 1. quæſt. 132. n. fin. Felician. de cenſib. lib. 3. cap. 6.* non in perſonam Clerici, vt ipſi docent, ſi v.g. Clerici ſolo nomine poſſideant, ſed fructus, & omnia alia emolumenta prædij approprientur Sæcularibus, qui bona alienarunt, & ſimil. vt melius dicam infra cum de exemptione à gabellis de bonis donatis Clericis, vel Eccleſiæ. *n.* 148.

69 Colliges ex dictis quod in actione reali in rem Clericus, vel Eccleſia conueniri non poſſunt coràm Iudice Sæculari, *Baldus, & Gugliel. de cuneo in Auth. Clericus C. de Epiſcopis, & Clericis, Abbas, & Barbatia in c. qualiter de iudicijs, Boerius deciſ. 69. n. 35. Maranta de ordin. iudic. part. 4. diſt. 11. n. 2. Roland. conſ. 12. nu. 37. & conſ. 23. nu. 13. lib. 2. Gratian. diſcep. forenſium cap. 16. n. 21. & alij multi*, ex argum. generalitatis in legibus, & ſacris Canon. *d. Auth. ſtatuimus, & Auth. ſed hodie, c. ſi diligenti, c. 2. de iudicijs c. inolita 11. q. 1. cum ſeq. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de reform. Coton. cit. n.* 30. nec valet contrariæ Conſuetudines, *Carneu. de iudicijs tom. 1. diſp. 2. nu. 154. Leon. de præp. iudicior. p. 1. præpar. 4. n. 54.* vt in Milite Sæculari, qui quoad bona, non eſt amplius de foro Sæculari, ſed Militari, *l. ex eo C. de agen. in reb. lib. 12. l. magiſteria C. de iuriſd. omn. iudic. Valenz. conſ. 85. n. 59. & 60.* & ad Concluſionem etiam *Marinus tom. 2. var. reſol. cap. 44. n. 23. & cit. Carneualius de iudicijs diſp. 2. n. 351. & 352. & ſup. n.* 145. nec damnum datum ab Animalibus Eccleſiæ, vel Clericorum examinandum coràm Iudice Sæculari, vel animalia capienda, & retinenda à Dominis, vel eodem Iudice, *idem Carneual. n. 156. Barboſa n. 122. ex Decreto Congr.* quæ non idem decidit in Animalibus Conductorum Clerici, vel Eccleſiæ.

70 De Clerico Authore laudato, [nominato ſcilicet à ſuo emptore Layco, qui illum denunciat, vt defendat, vel à Domino feudi, vel Emphyteuſis, dominium vtile habentibus in rem, vel vtrumque] non eſt amplius diſputandum, quod forum non declinat cum ſit concluſio hodiè pluſquam comuniſſima, & innumeri Doctores adducuntur *à Barboſa de vniu. iure Eccleſiaſtico cap. 39. tom. 1. §. 2. n. 116. cum ſeq. quibus addas Scacciam de appell. q. 7. n. 123. Virgilium de legitimatione perſonæ in præludio nu. 146. Caruſum ſup. rit. Regni noſtri cap. 5. n. 42. Vela differt. 40. nu. 76. tom. 2. Salgad. de regia protectione p. 4. cap. 8. nu. 146. Non. de elect. for. q. 31. n. 8. Caracciol. de priuil. remiſſ. q. 19. nu. 7. Cancer. cap. 13. de reconu. n. 74. & 75. & alios quos refert Baronius de cit. tom. 2. addit. ad q. 23. n. 3. Amat. reſol. 86. num. 70.* niſi Clericus compareat ante litis conteſtationem, *Marcheſ. apud Scacciam cit. ſupra.*

71 Quando verò Colonum poſſidentẽ rem propriam etiam cẽſui ſubiectam, & hypothecatam defendit Clericus, quia tunc dominus Clericus dicitur venire principalitèr in iudicio pro ſuo intereſſe, & dicitur ipſe poſſeſſor, licèt corpore alieno, coràm Iudice Ecleſiaſtico conueniendus, *Baron. cit. to. 1. q. 23. n. 6. & ſupra dixi nu. 67. contra Amatum reſol. 86. n.* 75. & ne dum in via executiua, & perſonali, ex cẽſu bullali, ſed etiã in reali, & reuendicatoria, non poſſunt tales Coloni conueniri, quod ſecundùm concedit *Amatus*, non primum pro Cenſu Bullali, nec rationem conuincentem adducit, contra illud, quod actio iſta perſonalis, & priuilegiata contra tertium poſſeſſorẽ ſucceſſit loco hypothecariæ, ibi, *licèt iſta perſonalis ſucceſſerit in locum hypothecariæ de iure*, & de hoc rationem aſſignare debebat: melior ergo de iure erit opinio noſtra, *rationibus, & Author. citat.* quibus addas *Cancerium de reconuentione p. 2. cap. 13. num. 75.* qui aliam rationem adducit, quod in hoc ſecundò caſu eſt omnino dominus Clericus, & rem propriam cogitur defendere, non in primo, quando nimirùm eſt Venditor, dominiumque tranſtulit, vtile, & directum, vel vtile, vt in Emphyteuta, &c. *idem Amat. n.* 74. Hęc de iure, quod ſi adſit ſtylus Curię, & inueterata conſuetudo conueniendi hos inqui-

inquilinos, vel conductores via executiua, & pro tempore quo poſſiderint, hæc ſeruãda præcipuè in cenſu bullali ex vi *Pragmatica de cenſibus*, & fauore Creditorum, vt ſuas annualitates conſequantur.

72 De eodem etiam conuento coràm Iudice Layco pro ſalario Aduocati, ſi actor erat in eo Iudicio, *Multi idem dicunt, cũ Cancerio var. reſol. p. 2. cap. 15. de lit. req. nu. 66. Gratiano diſcep. forenſ. cap. 154. num. 24. Leo. decis. 177. lib. 2.* quod nimirum, hoc caſu Clericus forum non declinat, quod negat, & benè, *Regens Marin. lib. 2. var. reſol. cap. 52.* & apertè patet; *ex arg. tex. in c. ſi diligenti; & c. ſignificaſti de foro competenti;* nec Statuta, & Priuilegia ſeruitij perſonalis Clericos compræhendunt, *Abruz. de ſeruitijs perſon. comm. 2. n. 24.* & vti reus in hoc caſu eſſet Clericus ideò coràm ſuo Iudice conueniendus, *d. c. ſi diligenti*, nec reconuentionis caſus intrat, quia non vti actor comparet, *vt idem Mar. dicet*, cui adſcribitur, *Franciſcus Baronius decitat. tom. 2. addit. ad quaſt. 19. n. 225. in fine.*

73 In qua recõuentione certum eſt Clericum fori priuilegio non frui, quando ſcilicet ipſe eſt actor in cauſa Ciuili, & Laycum conuenit coràm ſuo Iudice, ab eodem reconueniri valet, quia reconuentio fit coràm Iudice conuentionis, *Auth. & conſequenter, & l. cum Papinianus C. de ſent. & interl. &c. cap. 1. de mutuis petitionibus vbi Barboſa, Muſcat. in praxi aureæ ciuil. Neap. p. 3. gl. [illegible] torem n. 4. Borrel. ſum. decis. tom. 1. tit. 7. n. 84. Pereira q. forenſ. lib. 1. q. 25. n. 16. de Franchis decis. 193. nu. 3. Clarus lib. 3. § fin. q. 36. Rodulphinus de brach. ſecul. nu. 60. Marta de iuriſd. part. 4. caſu 107. Afflict. decis. 173. vbi Vrſillus, Capel. Tholoſ. decis. 99. Tentacinque var. lib. 2. tit. de mutuis petit. reſol. 1. num. 52. Surdus conſ. 222. n. 19. [illegible] conſ. 396. n. 6. Cornelius contro. lib. 3. contr. 4. [illegible] num. 31. Ant. Nobila in add. ad Franch. d. decis. 193. Thor. compend. decis. fol. mihi 94. Piſtonis in cont. Iuris Verb. reconuentio, Maſtrilli decis. 47. Virgilius de legitim. perſon. in præiud. nu. 117. R. Marinus notabiliter decis. 413. in Obſeru. Cancerio var. lib. 2. cap. 3. nu. 34. Baronius decit. tom. 2. add. ad q. 29. n. 25. & tom. 3. nu. 20.* ſed executio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, *Cotonius cit. & Baron. d. tom. 2. n. 25. ex Salgado de ſuppl. ad Sanct. cap. 13. nu. 81. Fontanell. & alijs.*

74 Quę locum habet in quocumque Iudice tàm Ordinario, quàm Delegato, *de Graſſ. de effec. Cler. eff. 1. nu. 752. Virgilius cit. Baron. & Barboſa d. c. 29. §. 2. n. 241.* non tamen coràm Arbitro, *c. cum dilectus de arbitr. Cancerius qui ſup. n. 45.* niſi aliter ſit in forma Commiſſionis, *Abruz. ſup. prag. de proced. ſumm. ſola facti, &c. p. 2. cap. 1. n. 230.* vel Arbitrer eſſet iuris; *Barboſa nu. 155. Baron. cit. tom. 2. num. 36.* & in cauſis ſumarijs, *arg. d. c. 2. de mutuis petition. Cancerius n. 50.* ſi tàm cauſa conuentionis, quàm recõuentionis ſit ſummaria, *de Franchis. decis. 193. Carauit. ſup. rit. 67. n. 7. Ceuall. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 54. n. 2. & q. 68. n. 1. & 3.* ſecùs è contra *Baron. d. tom. 2. n. 43. Marinus decis. 163. n. 2.*

75 Atque in executiuis, quando non retardatur executio, *Hodier. ad Surdum decis. 26. n. 24. Merlin. contrau. cap. 24. n. 3.* & cauſa reconuentionis etiam executiua eſt, *Curelli decis. 16. n. 17. Virgilius nu. 114. Caratiol. q. 19. n. 15. & 16. & alij cum Baronio nu. 41.* qui alias limitationes adducit, vt in depoſito, & Iudice tantùm Delegato ad vnam cauſam, in Iudicio poſſeſſorio, Cauſa Status, Iudicio Criminali, &c. & Aduertas ad *Conſt. Regni. ſi ciuiliter agens ſit de præiud. ſublat.* quæ diſponit quod ſi accuſatus reaccuſauerit, in vna, & in altera cauſa procedatur, & ſi quis ciuilem tentauerit actione, & conuentus criminalem aduerſus actore, vna alteri non præiudicat, ſed in vtraque procedatur.

76 Sicuti contra eundem actio Ciuilis, & Criminalis tentari poterit; *tot. tit. C. quando Ciuilis actio, &c. vbi gloſ.* nam cumulatio actionum permiſſa eſt, *Marant. in ſpec. aur. diſp. 6. Staibani reſol. 35. nu. 18. Capyc. Galeota contr. 14. lib. 2. n. 18. & 19.* ſecùs variatio; vt de perſonis ad bona, & è contra, *Diez alleg. 4. n. 27.* de via Ordinaria ad executiuam, & è contra, *Merlin. contron. to.*

*2.cap.27.Virgilius de legitim.perſona cap.25. n.26.* qui contrarium regulariter affirmat, & limitationes adducit, alioſuè caſus, etiam circa variationem de perſona, ad bona, & è contra; ſed ſi rectè loqui velimus Creditoribus, & actoribus non ſunt deneganda omnia remedia ex quibus ſuum conſequi poſſent variando actiones, & iudicia, etiam lata ſententia, ſuper vna re, idcirco decidas quod ſemper, variare poſſunt, & contra alia bona debitoris ſe dirigere, *Marin. deciſ.172.* etiam in præiudicium aliorum Creditorum, *vt idem docet contra Bartol. in l. cũ quis certarum §.1. ff. de verb. oblig. & melius lib.2. var. reſol. cap.58. examinat articulum quem vide, ſicùt, & Merlinum de pignoribus lib.4.q.107.& lib.5.quæſt.59. & ipſe in meis inſtit. Ciuilibus lib.4.tit. de actionibus dicam, alioſque caſus variationis adducam ex Carneual. de iudic. tom.2.tit.2.diſp.6.7.& 8.cum ſeq.*

77 Et ſi datur reconuentio, reconuentionis, & alia ad materiam vberrimè tractat, *Idem Baronius poſt Barboſam, Cancerium, Carneualium, & alios,* ſed circa noſtrum Inſtitutum de Clerico, & alijs priuilegiatis reconuentis attendat Iudex, vt non ſit affectata reconuentio, & in fraudem, ſi nimirùm Laycus conuentionem procurat ad effectũ reconueniendi, *vt citati Patres docent*, nam hoc caſu reconuentio locum non habet, *de Franchis cit. Cancerius n.56. Paſcal. de virib. patriæ poteſtatis p.1. cap.* 8. *nu.*4. & alij, & in Cauſis Criminalibus Clericus reconueniri non poteſt, *Scaccia de iudicijs p.1. cap.11. n.93. Muſcatell. cit. & Barboſa d.cap.29.n.148. Cancerius n.60.*

78 Itẽ in Spiritualib. & quãdo recõuentio cauſam Spiritualem tangeret, vel illi annexam; cum in his nullo modo Laycus poſſit eſſe Iudex competens, *c.1. de for. compet.* & priuilegium perſonæ licèt tollere poſſit reconuentio, non verò illud cauſæ, *vt Doct. Cancerius docet, de Graſſis vbi ſup. num.766. Sguill. de priuil. Cleric. cap.7.n.70. Mozz. de contrac. tit. de natur. feudi n.114. Trẽtacinq. reſol.1.n.14.*

79 Locus reconuentionis eſt in quacũque parte iudicij, & etiam poſt conclusum in cauſa, *Duran. Cancer. Hodier, Viuius, Giurba, Virgilius, Salgadus, & alij poſt Baron. toties cit. n.31. & 32. tom.2. quib. addas Regent. Marin. deciſ.413. in Obſeru. n.3.*

80 Quod dixi de Clerico reconuento coràm Iudice Layco, dicendum etiam erit in caſu contrario, *Virgilius in d. prælud. nu.110. Cutelli deciſ.16.nu.25. Craſſ. de eff. Cler. effect.1.n.796.* vt nimirùm Laycus conueniens Clericum poſſit reconueniri, & condemnari à Iudice Eccleſiaſtico, licèt executio fieri non poſſit in Clerico condemnato per Laycum, quia iſte Iudex Eccleſiaſticus maiorem habet Iuriſdictionem, & punire poterit hunc Laycum, non è contra regularitèr, *Coſta conſ.93. & Giurba citati ſupra num.56.* ſed dicendum erit prout in Clerico conuento, quod nimirùm executio fieri debeat coràm Sæculari Iudice, de reconuento Layco condemnato à Iudice Eccleſiaſtico, ratione æqualitatis ſeruandæ in iudicijs, *c. nouis.13. de iudicijs,* ibi, *quod à iudicijs, & iuriſdictione Iudicis Sæcularis nil eſt detrahendum, & quod de vna ſentimus, de alia pariter iudicare debemus c.2. de except. in 6.* nec nouum vt Iudex Sæcularis, aut Eccleſiaſticus exequatur ſententiã ab alio latam abſq; vlla contradictione, *d.c.2.* vbi, *quod exequi tenentur ſub pœna, &c.* atque cognoſcat de eo, quod non pronunciat, *c. cum contingat de reſcript. c. rainuntius de teſtam. c. duodecim 5.q.4. c. accuſatus 3.q.3. gl. in d.c.2. verſ. cognitio.*

81 Item Clericus coràm Iudice Eccleſiaſtico conueniendus non eſt, ſed poterit coràm Sæculari, quando depoſitum, vel ſequeſtrum recepit in ſua Curia, par enim eſt, vt ſi in illa depoſitum recepit, in eadem cogatur ad redeundum, vel reſtituendum, *Caroccius de depoſito tit. de cauſis &c. n.40. Surdus conſ.280.n.11. Afflictus deciſ.24. Tiraq. de retrac. conuen. §.4. gl.7.n.9. & 10. Maranta de iudic. p.4. diſt.11. n.42. Garcias de nobilit. gl.9.n.31. Gappicius Latro conſul.103 nu.60. Barrellus ſum. deciſ. an.1 tit.7.n.17.* idem dicentes in ſequeſtro, *Barell. cit. tit.48.n.91. Mancus Zuchar. & alij quos citat & ſequitur*

*tur Cancerius variar.reſol.tom.3.cap.8. num.* 108. *&* 109. ea ratione, quia Iudex Secularis non dicitur procedere per modum Iuriſdictionis, ſed executiuè in conſequentiā Officij ſuſcepti in ſua Curia, licèt non adſint contrarium dicentes, inter quos, *Barboſa de vniu.iure Eccl.tom.1.cap.39.§.2.n.124. qui citat Regentem de Marinis quotid. reſol. cap.* 53. *n.3. & alios, Carpius de executoribus lib.* 3. *cap.10. tom.30. &* 40. *Gironda de gabellis part.4.§.1.nu.20.* ſed melior eſt prima opinio, & rationi conueniens; vt in bonis ad minus conueniatur executiuè etiam, ſed nō in perſona, *Graſſ.de eff.Cleric.eff.1.n.855.*

82 Sicut in alijs caſibus, in quibus Clericus etiam in ſacris conſtitutus Officium à Rege habuit poterit à Iudice Sæculari puniri priuatione officij, & in pœna pecuniaria, *Garcia cit.nu.33. & Cancerius,* & Syndicari, *Pariſ. de Syndicatu in Verb. Clericus,* aut in perſonali actione coràm eodem trahi, *Gugliel.de Benedict.in repet. cap. Rainutius nu.* 155. quia Clericus eſt de Iuriſdictione Iudicis temporalis in quantum ad feudum, & Officia ſæcularia habita à Rege, vel Principe Sæculari, & in omnibus cauſis concernentibus ad hæc trahitur ad forum Sæcularem, *Baldus in c.1.verſ.extra quero in tit.de controu. feudi, & in addit.ad Specul.tit. de reo colum.2.verſ.Sæcularis Clericus,* & de rebus concernentibus ad feudum, tex. ſunt aperti *in c. verum, & c. ex tranſmiſſa de foro compet.* ſed Argumentum validiſſimum eſt de feudo ad officium, & è contra, *Andreas in c.1. quis dicatur dux, &c. Pariſ.cit. verbo Clericus, Boerius deciſ.350.nu.4. Anna alleg.* 103. *n.3. Niguerol.alleg.33. n.5. Marta conſ.* 53. *nu.2. Maſtrilli de Magiſtrat.lib.1.cap.24. n.35. & alij cum Barboſa loc. Argum.47. n.4.*

83 Ergo ſiuè ſuſcepit Officium poſt Clericatum, ſiuè ante; & poſtea efficitur quis Clericus, ſemper circa hoc erit ſub iuriſdictione Iudicis Sæcularis, *ita DD.cit. & Pariſ.* dixi, Officium, nam non ita eſt in Clerico emphyteuta, etiam Layci, qui pro titulo oſtendendo, non eſt coràm Iudice Sæculari conueniendus, *ex Barboſa de vniu. iure Eccl.tom.1.cap.39. §.2. num.158.* non enim quod de feudo deciſum eſt, extendi poteſt ad Emphyteuſim, *vt idem nu.ſeq.docet,* & in hoc nō valet arg. quia non militat eadem ratio, *Barboſa in dict. locis n.2.* nec prohibitum eſt Clericis officium Sæculare ſuſcipere, *Abbas in c.2.de iudicijs,* Iudiceſque eſſe, *Vant.de null citand. nu.168.* quo recepto ſi delinquant in omnibus à Iudice Sæculari, vel Rege, aut alio admittente ad officium puniendi, ipſi, vel alij habētes forum ſuum, vt Familiares S. Officij, Milites, & Equites S. Ioannis Hieroſolymitani, &c. *Baronius de citationibus tom.2.addit.ad q.25.n.8. Belleſt. in diſq.Cleric.de fau.Cler.perſonali §.1.num.* 15. *Gugliel.cit.Caſſan.in conſuet.Burgun.rub.* 1. *§.5.in gl.n.71. Rendina de poteſt.& maeſt. Princip.§. ſed etiam per legitimos tramites n.* 183. *Plaza de delict.cap.19.n.23. Salzed. ad Bernard. in prac.cap. 60. lit.B. Couar. pract.* 33. *n.6.Portell.in Schol.ad Molin. §.Clericus n.5. Amendol. in addit.ad Vincen. de Franch. deciſ.479. Carauit.rit.49.n.118.* & ſecundū Statuta ſua, reſpicientia publicam vtilitatē, *Abbas, & Innoc.in c. cum ab Eccleſia de off.ordin. & in c.fin.de vit. & honeſt.Cleric. Baldus in Margar.V.Cleric. Bonadill. lib.2.polit.cap.* 18. *n.232. & cap.19.num.14. Pereia deciſ.58. n.25. Sala de leg.diſp.14. ſect.12. nu.123.* & de Regulari, qui officium habuit ab Epiſcopo, *Baron.de cit.tom.3.add.ad q.25.nu.4. Barboſa ſup. Concil.ſeſſ.6.cap.3.* & ſi contrarium dicat *Coſped. de Regul.exempt. cap.17. dub.268.n.4.* ſed contra iuris Regulas.

84 Sicùt Clericus artifex alicuius artis, vel Medicus poterit ratione artis conueniri ſub Iudice illius Layco, *Caſſan. cit. Felinus in c.1.de foro compet. Marſilius ſingul.694.* & Rector Studij Laycus eſt Iudex competens Clerici ſcholaris in concernentibus ſtudiū, *Capycius Latro conſult.103.n.30. & 31. idem Abbas in c. propoſuiſti de foro compet. col.2.* nec iſte poterit alieno Iudici ſe ſubijcere, *Carneual.de iud.tom.1.diſp.2.n.493. & 494.* & de Mercatore, *docet etiam Marinus tom.1. reſol.53.n.11.* qui probabilem hanc ſententiam putat, ſed conſulit Iudici Sæculari, vt ſententiam exequi faciant à Iudice Eccleſiaſtico de delictis commiſſis ab hoc Clerico in

co in Officio, & hic tenetur exequi, & fidem habere de proceſſu, Clericumuè condemnare, *vt ſupra dixi n.80. ex tex. aperto in c. 2. de except. in 6.* prout idem *Marinus* ait in Clerico depoſitario Iudicis Layci, *ex Diana, de Agia, & alijs*, quæ æquior de iure opinio eſt, ſed prima verior de facto, & approbata Conſuetudine, *Aluarez in Specul. iur. Pontif. cap. 36. verſ. item vbi Clerici, Berdacb. Felinus, Vrſillus, Cened. Clar. Marcabr. Marcus. Menoch. Ceual. & alij*, quos citat, & ſequitur, *Giurba conſ. 96. n. 11. 23. & 24. Borell. de præſtantia Regis Catholici cap. 71. nu. 24. Carneual. de iudicijs citat. diſp. 2. nu. 453. Cappycius Latro conſult. 103. nu. 41.* & quod priuari poſſit, *Ferr. cont. Dian. p. 2. q. 17. n. 5.* & Clerici Cõductores Regij Vectigalis pro computis, & ſimil. carcerantur, & peti poteſt ab eodem Iudice ratio conductionis, *Salg. de reg. protect. p. 2. cap. 4. n. 71.* atque de Clerico tutore coràm quo conueniendus, *idem n. 75.* ſicùti quando admittatur ad beneficium, *cap. Odoardus de ſol. & ipſe infra dicam n. 111. cum ſeq.*

85 Scio aliquos dixiſſe coràm Iudice Eccleſiaſtico abſolutè conueniendos, quos citat, & ſequitur, *Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 39. §. 2. n. 127.* quin imò ait Clericis, & Prælatis Sæcularibus, prohibitum officia ſæcularia exercere; ſed cõcluſio hæc eſt de æquitate, & tàm pro vna, quàm pro altera parte ex Conſuetudine receptum eſt vt poſſint creari, & de facto creantur Eccleſiaſtici, Iudices, & Præſides Senatus, ſicùt & Locumtenentes Principum, vel Proregũ, *Ferrus cont. Dian. p. 2. q. 17. Vaſquez quæſt. illuſt. 105. n. 11. Salzedo in ſua pract. crimin. cap. 61. verſ. Conſiliarij Principis, & in fine §. poſſunt etiam, Enriquez in ſum. lib. 14. de irregular. cap. 5. §. 5. in comm. lit. Q.* & ſupponit poſt iura antiqua, *Alexand. III. in Decretalibus, & alia Bonifatius VIII. vt habetur in c. 3. ne Cler. vel Mon. in 6.* qui alia corrigens ex dictis Decret. *Alex.* decernẽs caſum de Epiſcopo, qui delegauit, cauſam ſanguinis ait, *Epiſcopus, ſeu Prælatus, vel Clericus, iuriſdict. obtinens temporalem*, nec iura contrarium dicentia loquuntur de rigore, ſed attenta æquitate, & ſtatu Eccleſiaſtico; Iudiciumuè non vitiatur factum ab his, *vt communis ſchola Canoniſtarum docet, ex arg. l. de pretio de public. cum Abbate in c. 2. de iudicijs nu. 8. Cald. in conſ. 6. tit. de off. deleg. Feder. de Senis conſ. 213. Roman. conſ. 293.* & Canones nullitatem non inducunt, & ſi prohibeant Clericis ſæcularia negotia exercere, præcipuè cum ſint Clerici Sæculares Doctiſſimi, & in iure peritiſſimi, qui verè luminaria iuris Ciuilis, & Canonici vocari debent, tàm antiqui, quàm iſti temporibus noſtris; quibus etiam committuntur quotidiè cauſæ Cõpromiſſariæ graues, & delegationes à Principibus, & à priuatis perſonis: in his enim compromiſſis nullo modo prohibentur Clerici Iudicare, vt omnes nemine diſcrepante docent, ſicùt & Iuriſdictionem exercere in locis proprijs ſuæ poteſtatis, *Bellett. in diſq. Cleric. p. 1. tit. de diſcipl. Cleric. §. 26. nu. 3. Borell. ſum. deciſ. to. 1. tit. 11. n. 39. Barboſ. cit. tom. 2. cap. 40. num. 109. Blanc. de compromiſſ. q. 2. nu. 3. Carp. ad ſtat. Mediol. p. 1. cap. 15. n. 128. & 157.*

86 Et aſſeſſores eſſe valent particulares Principum, ſicut & Delegati, *c. Epiſcopus ne Clerici, vel mon. in 6. Abbas in c. ſed nec ne Cler. vel mon. n. 5. ex arg. tex. in c. 4. de raptorib. Vantius de nullit. in rub. de null. ex defec. iuriſd. deleg. n. 68. Redoan. de ſpolio Eccl. q. 2. n. 28. Clarus in § fin. q. 41. n. 8.* aut Conſiliarij, *Graſſ. de effec. Cler. eff. 13. n. 7. & 8.* & generaliter iura non loquuntur de Delegatis, Aſſeſſoribus, & Conſiliarijs, etiam Iudicis, & Principis Layci, *Ferrus de præced. q. 7. n. 1. & contra Dian. p. 2. q. 18.* ibi, quod habent vocem in conſilio populi, nec excludi debent, & praxis etiam demonſtrat Conſiliarios Regum eſſe Clericos, Epiſcopos, & Archiepiſcopos, *Salzedo d. pract. crimin. cap. 61. §. Conſiliarij Principis, Cenedo in collec. ſup. c. Clericis in ſacris ne Cleric. vel Monachi, Ferrus de præced. q. 17. n. 2. & q. 7. n. 1. & 4. & contr. Dian. cit. ſup.* ex quo Colliges, & benè atque rationabiliter diſcurrendo, ex generalitate quod Clerici negotijs ſæcularibus immiſceri non debent, non induci poteſt in omnibus caſibus, quod nõ

poſſint

poſſint eſſe Conſiliarij, Iudices, &c. & vocem habere in cõſilio populi creationibuſque intereſſe quia ipſi etiam ſunt pars populi, & gaudent libertatibus, & priuilegijs populi, & patriæ, *Marcus deciſ. 456. nu. 9. Salcedo, & alij cum Ferr. cit. nu. 3. & ſup. deciſ. 1 o. nu. 107. dicebam*; & ciues ſunt imò mẽbra populi honorabilia, & de vniuerſitate ipſiſque ſpectat etiam prouidere de rebus publicis, ſicut de domo ſua, *vt Ferr. diſcurrit, & rel. DD.* nec ex ſtatutis Laycorum excludi valent, vt hæc non faciant, & creationibus Officialium comunium, qui Reggere debent publicum, & populum in quo ſunt ipſi, & Layci, non aſſiſtant, ideò in negotijs, & cauſis vrgentibus, etiam Criminalibus; Belli, &c. quæ de iure, & rationabilia ſunt conſulere etiam valent, nec incurrunt Irregularitatem Aſſeſſores, & Conſultores, aut Iudices Temporales Clerici cum Iuriſdictione, Conſulentes hoc modo, vel mandãtes balliuis ſuis vt Iuſtitiam faciant, *d. c. Epiſcopus, ibi, Epiſcopus ſeu quicunque alius Prælatus; vel Clericus iuriſdictionem obtinens temporalem: ſi homicidio, aut alio maleficio, ab aliquibus in iuriſdictione ſua cõmiſſo balliuo ſuo; aut alij, cuicumque iniungat, vt ſuper hoc veritatem inquirens Iuſtitia debitum exequatur, irregularis cenſeri non debet quãuis ille ballius, ad pœnam ſanguinis proceſſerit, ex arg. c. de occidentis 23. q. 5.* aut ſe proteſtantes nolle pœnam ſanguinis, *c. 2. de homicid. in 6. vt melius dicam infra lib. 4. tit. de irregularit.* ibi, *quod nec Aduocatus, & Lector, hanc incurrunt hoc modo conſulentes, vel Doctrinas allegantes, & quæ ſunt de iure*.

87 Ergo cum hodiè ſint tanti Doctiſſimi viri Clerici Sæculares, qui Leges Ciuiles, & Canonicas profitentur, & Eccleſia illis de factò indiget, nec non & Principes Sæculares, cur laudanda non erit Conſuetudo hos admittens ad Officia Sæcularia, & Principes illos recipiẽtes: debet enim Princeps circa ſubditorum Gubernationem attendere ad ea quæ magis faciũt ad rectum, & bonum regimen abſolutè, *Cic. lib. 1. offic. omninò, qui reipublicæ præfuturi ſunt duo præcepta teneant Platonis, vnum eſt vt vtilitate ciuium tueantur, obliti commodorum ſuorum Alterum vt corpus totum reipublicæ tueantur Ariſt. lib. 5. polit. oportet Principes bonos honorare, & ipſemet honores eis diſtribuere*, & præponere perſonas omnes aptas, & Conſiliarios aſſumere, *Ægid. Column. de regim. Principis 2. part. lib. 3. cap. 18.* viroſq; Doctos, *vt ille docet per ſeq. cap.* qui eſſe poſſunt, & Clerici, & Layci in legali ſcientia, *arg. c. ex multa de voto*, & neceſſariò tales periti in negotijs ſæcularibus eſſe debent Eccleſiaſtici, *vt ibi, & in §. 1. & tot. 39. diſt. gl. margin. in l. repetita C. de Epiſcopis, & Clericis, & praxis docet*, ſuperfluumque hic erit Doctiſſimorum I. C. exempla adducere, qui tàm perſpicuè iura Ciuilia, & Canonica interprætati ſunt, vt vix partem intactam relinquerint, vt de *Baldo*, dixit quidã, textuſque, & iura prohibentia Clericis Iudicare, ſicut & poſtulare, *vt infra dicam*, loquuntur de æquitate, vt etiam explicaui, aut de Clericis habentibus officia, & beneficia curata, quo caſu non debent ſeruitia relinquere Eccleſiæ, & negotijs ſe immiſcere ſæcularibus, vt erant Clerici, & Presbyteri in primitiua Eccleſia, qui pauci, & ad ſeruitium Eccleſiæ intenti, nec periti, & ita erat in dedecus illis, qui inſeruientes Deo, negotijs his ſe intromittere non debebant, *arg. l. repetita C. de Epiſcop. & Cleric.* ibi, *abſurdum eſt Clericis, imò opprobrioſum ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum forenſium*; qui ergo non ſunt impliciti Eccleſiæ ſeruitijs, nec Officium habent Eccleſiaſticum, & periti, illis non erit opproprium, cũ præcipuè hodiè ſint Clerici etiã ſufficientiſſimi pro Theologia, & cura animarum, & alij Iuriſperiti optimi, de quibus iura non loquũtur, & conſequenter iſti eſſe poſſunt Officiales etiam de iure diſcurrendo. ſi argumentum de Conſuetudine non ſatisfacit, quod validiſſimum, *c. cum conſuetis, c. cum dilectus de conſuet. c. cum contingat de foro compet. c. ad Apoſtolicæ de decimis*, quæ dicta ſint contra multos, qui punctum hoc pro vero ſupponunt ex illa generali concluſione, quod Clerici negotijs ſæcularibus ſe immiſcere

non

non debent, *cui reſpondet Ferr. cit. & ex dictis aliter reſponderi poterit*, nec iſti examinant hæc ſpecialia, & aliquando tanquam aues ſunt Doctores vnus alium ſequitur, & relinquunt quæſtiones indeciſas illas non examinandò de iure, & de facto, contra quos *Senec. de vit. Beat. cap. 1. nil ergo magis præſtandum eſt quam ne pecorum ritu ſequamur antecedentium greges pergentes non qua eundum, ſed qua itur, &c.* ratione ſue, & iura finemque illorum non examinantes, ſunt peiores iumentis, *idem Senec. Epiſt. 77. in homine quidem optimum ratio eſt hac antecedit Animalia, Deos ſequitur, ratio bonū proprium eſt catera illi cum Animalibus ſatis communia ſunt, Ariſt. Epiſt. ad Alex. eos autem, qui ſine ratione aliquid faciunt tanquam crudeles, & rudes, & beſtiales exiſtentes odimus Claud. Dijs proximus eſt ille quem ratio mouet*, pluraque dicunt, ſententiaſque inconſideratas ſpuunt aliqui moderni Aduocatelli, qui veſtigia Doctorum ſolum habent.

88 De Clerico conuento, ſeu prouocante ad retractum, quando rem emit à Laico, & Conſanguineus, vel Vicinus Laicus vult retrahere, quod coràm Iudice Layco Iudicium hoc fieri debet, non dubitauit, *Doctiſſ. Giurba cum multis Obſeruat. 2. n. 15. & deciſ. 25. n. 10.* quem ſequuti ſunt poſtea; *Caracciolus de remiſſione fori quaſt. 17. Fontanella deciſ. 328. n. 18. Carolus Caruſus in ſilua terminorum arbor. 21. n. 128. qui probabiliorem dicit Giurba opinionē*, & multoties hoc modo deciſum, quod maximam facit Authoritatem, *arg. l. nemo C. de Epiſcop. Audientia, c. ita nos 25. q. 2. gl. in c. Venerabilem de electione*, ſequendam in conflictu Opinionum, *Lopez Ceuall. & alij quos ſequitur Borell. ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 14. n. 131.* ſed contrarium dixit, *R. de Marinis reſol. iuris tom. 1. cap. 55. n. 6.* qui conatur improbare *Giurb. in d. dec.* contrariū dicentem, & ſatis licentiosè locutos, *Giurbam, & Triuiſanum* ait, ſed *Giurba* poſtea *d. Obſeru. Marinum* reprobat, & tanquam abſq; lege locutum, & Authoritatibus increpat, quod iſte haud benè ferens, *tom. 2. ſuar. reſol. cap. 44.* cōtra *Giurbam, & Triuiſanum* inuehitur *& Doctores* allatos, cui accedunt nouiter, *D. Ioan. Bapt. de Groſſis Siculus Catan. controu. tom. 1. controu. 2. nu. 21. & Baronius de cit. tom. 1. quaſt. 24. n. 10. & tom. 2. in addit. n. 6.* qui ſequuntur in hac controuerſia, *Regentem peritiſſimum, & Eccell. in Legali ſcientia Marinum.*

89 Ipſe verò in hac contentione, quid ſentiam cōtra *Marinum, Baronium, & Groſſum*, ad *Giurba* defenſionem adducam in ſequentibus; ſuppoſita priùs alia Concluſione communitèr amplexa, quæ ad hunc Articulum ſpectat.

90 Nimirùm quod retractus habere locum debet etiam ſi Clericus vendat Clerico, vel Eccleſiæ, aut è contra, & actiuè, & paſſiuè Clerici, & Eccleſiæ ligandi ſunt hoc Statuto, *Napod. in conſt. vbi domus n. 19. Caput. in d. Conſt. Sancim. gl. Eccleſia §. eſt autem n. 3. & Benedel. §. fin. n. 15. Lupus in l. 70. Tauri n. 15. Buttier. de ſucc. cap. 1. Thor. 12. nu. 4. Caruſ. cit. n. 126. Giurba d. Obſeru. 2. n. 6. & 7. poſt Barboſam, & Rendell. de Marin. d. cap. 55. & tom. 2. cap. 44. n. 1. & cap. 74. n. 3. ea* ratione, quia Statutum de iure prothomiſeos, quod eſt *Conſt. Sancimus*, inducens in noſtris partibus retractum, eſt à iure Canonico approbatum *in c. Conſt. de in integ. reſtit. idem Marin. & Afflictus de iure prothomiſeos Notab. 4. n. 8. in fine, Amend. in addit. ad Franch. deciſ. 285. nu. 13. & 390. qui de Franch. citat*, [& iſte non dicit ſed potiùs contrarium, ] & conſequenter ſeruandum indiſtinctè, *Groſſ. in conſtit. prag. Comit. de Caſtro §. 13. nu. 8. Abruz. de ſeruitij perſon. comm. 2. n. 39. & 42.* licèt circa quæſtionem præſentem de retractu *Groſſ.* oppoſitum dixerit *in cit. Controu. n. 14.* atque ad rationē Statuti, quod eſt approbatum, *à tex. in c. conſtitutus de in integr. reſtit.* Reſpondet *tex.* loqui in caſu particulari, & de quadā conſuetudine municipali, quâm Papa approbauit, quia erat illius populi, & Ciuitatis, in qua ſunt Clerici, qui tanquam Ciues, & de populo habendi, *vt ſupra in praced. deciſ. n. 55. cum ſeq. probaui.*

91 Sed Reſpondeo ad dictum Doctorē, [qui benè reſpondet, & perdoctè vt ſolet in omnibus ſuis operibus ] pace ſua, Papam

appro-

approbaſſe Statutum circa retractum, *vt ex tex. colligitur*, & *DD. relati docent*, quod eſt Clericis fauorabile non damnoſum. *Abbas in d.c.n.*4. quia Conſanguinei, vel vicini admittuntur ad retractum, & melius in iſtis bona quàm in extraneis transferri debent, *Abbas cit. & faciunt ea, quæ tradit Afflictus deciſ.* 290. *in fine*, & Statuta etiam Laycalia quæ fauorem reſpiciunt Clericos compræhendunt ex comuni ſententia, *poſt Bartolum in l. Æmiliue ff. de min. l.fin. C.in quib. cauſis in integ. reſtit. Baldus conſ.*33.*lib.* 1.*Craſ. in prælud. de excep. nu.*90. *Cinus in l. neque C. de hæred. inſtit.* & ligant; ſi à Papa approbata ſint, *Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 2.*n.*44.] ſed abſq; approbatione eis vti poſſunt Clerici, *vt idem docet nu.*46. *Abrug. in lectura l.*1.*ff. de eff. eius nu.* 118. *& in §. nunc admonendi quib. alien. &c. num.* 33. *verb. Ideò meliorem*, vbi *quod Statutum, ſeu Cap. Regni Caroli V. de Contract. Min. Clericos* cōpræhendit ratione ſupradicta; ſed eos nō ligāt.

92 Et leges, quæ Canonibus nō contradicunt, ſunt tanquam Canones ſeruandæ, & intelliguntur à Papa confirmatæ, *gl. in c. intelleximus de noui oper. nunciat. Afflict. ſup. cit. n.* 10. *in d. Conſt. Sancimus, Abbas, & Can. in cap.* 1. *de noui operis nunciatione*; quanto magis, hæc Conſuetudo; & Statutum, quod eſt approbatum à iure Canonico, *d. c. Conſtit.* & ipſe peto à *Graſſo*, aut hoc Statutum eſt contra iura Canonica; & irrationabile; & contra libertatem Eccleſiaſticam, odioſum Clericis, &c. aut tàlis non eſt, non primum, quia Papa approbat, & tanquam rationi conſentaneum confirmat, & corroborat, ibi *vel ſi forcàn interuenerit, & eos læſos eſſe conſtiterit tàm ſuper ea, quàm ſuper reſidua portione, dum tamen quod offerunt duxerint faciendum, authoritate noſtra, in integrū ſtudeates*; ſi ſecundùm, quarè Clerici vti non debent.

93 Inſuper ſi docet quod Papa approbauit ſtatutum particulare illius loci de retractu, non generalem Conſuetudinem circa retractū, & ſtatuta, iterùm inſurgo, quod ſi ibi approbauit, & non fecit contra rationem, & libertatē Eccleſiaſticam, [ nō enim hoc dicere debemus in Pontifice ] adeò vt illa conſuetudine roborata deciſione Papali ligentur Ciues illius loci, & rationabilis eſt conſuetudo, & approbatio; quarè idem dicere non debemus, in alijs Statutis ſimilibus circa retractum, non ſolùm circa tempus, ſed circa ipſum retractum, valet enim argumentum à ſimili, *c. qui ſe ſcit.* 2. *q.*6. *c. multi* 2.*q.*1.*l.*4.*ff. de dol. mal. except. l. argentarius ff. de edend. l. ſed, & ſi ff. de vſufruc. l. nulli ff. de iudic. l. ex facto ff. de neg. geſtis, l. obligatio ff. mādat.* præcipuè vbi eadem militat ratio, *Euerard. in Cēt. legal. loc.* 16.*n.*11. *Abbas in c. inter cætera de reſcriptis, Menoch. conſ.* 628.*n.*8. *&* 1014. & viget publica vtilitas, *de Franchis, Alex. & alij cum Marin. lib.* 2. *var. reſol. cap.* 147. *nu.*4. & pro regula *Barboſa in locis argum.* 101. & Pontifex dūo decidit in illo caſu, & quod illi retrahere poſſint, & quod retractus locum habeat in Eccleſiaſticis, vt eo vti poſſint Clerici, contra Laycos, & conſequenter Layci contra Clericos ex Æqualitate, *arg. l. fin. C. de fruct. lib. & lit. expenſ. c.* 2. *de except. in* 6. ſi ergo, *Conſt. Sancimus*, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, imò rationabilis, & æqua, & à iure Pontificio approbatum ius retractus in Clericis, ſequitur, vt iſti actiuè, & paſſiuè ligentur, & in Clerico vendente alteri Clerico, atque in Eccleſia ius prothomiſeos locum habeat, quia approbatum à S. Pontifice, ſed circa hanc melius in ſeq.

94 Inſuper Clerici, & Eccleſiæ, habentes bona in Emphiteuſim à Laycis perſonis, ſubduntur Statutis iuris congrui, quia ius vtilis dominij Laycorum eſt quid Laycale, & prophanum, ergo ſubditur illorum Statutis, *Sardus conſ.* 338. *n.*1. *& deciſ.* 160. *nu.* 13. *Grat. diſcep. cap.* 460. *Boerius deciſ.* 231. *Velaſc. de iure Emph. q.* 17. *n.* 14. licèt contrarium dicat, *Barboſ. de vniu. iur. Eccl. cap.* 39. §. 2. *n.* 57. qui rationibus relatis, *à cit. Patribus*, non reſpondet, & hoc ius ex perſona propria, non alterius competit Clericis, Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis, ita ſecundùm comunem Opinionem Monaſterium ex perſona Monachi retrahere non valet, quia ceſſat ratio retractus cum illud nō ſit de genere,

nere, & familia Venditoris. Imò, nec illa res per Monaſterium retracta eſt amplius ad familiã reditura, *Spin. ſpecul. teſtam. gl. 12. nu. 26. Sanchez lib. 7. cap. 34. n. 26. Aluar. de côtect. ment. teſtat. lib. 2. cap. 4. num. 4. Lauret. de Franch. contron. int. Epiſcop. & Regul. p. 2. q. 107. n. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 8. n. 19. Azeued. l. 7. nu. 26. tit. 11. lib. 5. recopilat. nou. Mazenz. ibid. num. 20. Gald. de renou. Emph. q. 19. n. 8. Rota deciſ. 540. n. 2. p. 2. recent. & deciſ. 386. Surd. conſ. 163. & alij*, & èccontrà conſanguineo proximiori non cõpetit ius retractus vendente Monaſterio ad vitam Religioſi bona ſibi obuenientia ratione ipſius, *idem de Franch. & Sanchez, cũ Spin.* ea ratione nam res illa deſinit eſſe Monachi, & tranſlata in Monaſterium à familia, & ſanguine exiuit. Si verò ſit Monachus licentiam habens à S. Pontifice detinẽdi bona, & proprietarius, quod ex perſona propria poſſit retrahere bona vendita à conſanguineis non dubitarem, ſicuti poſſet Clericus, nam Monachi etiam ſunt ciues, & Statutis Ciuitatis vti poſſunt, atque priuilegijs, *vt probaui ſupra deciſ. præced. nu. 107. in fine*, & ſunt de parentela, & conſanguinitate, *arg. l. Deo nobis C. de Epiſc. & Cleric. l. fin. C. de Codic. l. iura ſanguinis ff. de reg. iuris gl. in d. l. Deo V. parentum*, an verò poſſit per Statutum Eccleſiæ, vel Clericis præiudicari in retractu: prout Meſſanæ adeſt Statutum, *cap. 30. de iure Prothomiſeos* vbi dicitur *Eccleſia, Monaſt. Comites, & Barones ius Prothomiſeos in Ciuitate Meſſanæ non habent ſiuè vendant, ſiuè emant*, & *Giurba* quo ad Eccleſiam, & Monaſteria concludit pro Statuto, *Obſeru. 2. n. 6. & 8.* quem ſequitur *Caruſ. cit. inf. n. 127. ibi, tũ quia nullus eſt Eccleſiæ conſanguineus ſi vendat, & licet Prælatus vendat, Eccleſia tamen cenſetur vendere, tum quia ſi emat, retrahentem excluderet, cũ decorata à lege ipſa ſit priuilegio compellendi dominum ad rem ſuam præviſa ſua, & ad ſui neceſſitatẽ ſibi vendendam, l. 2. §. locus l. ſi quis ſepulcrũ ff. de relig. & ſumpt. funer. de Franch. &c.* & infra *& ſic pro ſui ampliatione non verò ſuarum rerum particularium vnde ſit recipiendus eſt text. in d. ſtat. etiam in Clericis ſi pro ſe velit retrahere ſecus pro Eccleſia; Riccius coll. deciſ. 3467. ampl. 10. Cuyac. deciſ. 98. n. 2. illud prætereundum non eſt quod ſi Clerici prohiberentur à ſtatuto inducente hoc beneficium, valet prohibitio ſi fiat eodem ſtatuto ſecus ſi poſt Tiraq. &c. Hæc Giurba* cum ergo Clerici habeant à iure vt poſſint retrahere, vt probaui, nec ſint à ſtatuto inducente hoc ius excluſi certè hoc ius habere debẽt Meſſanæ, vbi verò contrarium adeſſet ſtatutum illos excludens, & hoc ſit inductiuum talis iuris Clerici non eſſent admittendi, quia Papa ſolùm *in d. c. Conſtit.* approbat Statuta inducentia retractum, vt eis ligentur actiuè, & paſſiuè Clerici, cæterum ſi ab illis excludantur, non erunt admittendi iuxta *Giurbæ ſententiam, & Tiraq. §. 1. gl. 8. n. 42.* ea ratione, quia ex hoc non præiudicantur Clerici; nec eſt contra libertatem Eccleſiaſticã ſtatutum excludens Clericos à beneficijs ſtatutorũ, quãdo de facto fiũt, ſecùs ex poſt facto, vel ſi expreſsè nõ excludantur, *Caruſ. in ſilu. arbor. 9. nu. 69. ex Marta de iuriſd.* aut deterioris cõditionis fierẽt, *vt ſup. d. 3. n. 114.*

95 Sed coràm quo Iudice quis retrahere debet rem emptam à Clerico, ab altero Clerico, vel ſi rem emerit à Laico Clericus, aut è contra, & Clericus vult retrahere, vel conſanguinei, Vicini, &c. & ſuppoſita *Giurbæ* regula locis citatis omnes tolluntur difficultates, ait enim iſte, [& benè] quod prouocat ad retractum vicinos, & cõſanguineos emens rem, & ita eſt actor emẽs, retrahẽs verò ſeu volẽs retrahere reus, & ex comuni regula actor ſequitur forum rei, *l. in criminali C. de iuriſd. omn. iudic. iuncta l. iuris ordine, l. fin. C. vbi rem act. ip. l. 2. C. vbi & apud quem, c. experientiæ, & ſi quis ſque 11. q. 1. c. ſanè, c. cum ſit generale, de ſi Clericus de foro compet.* ergo in quolibet caſu Laycorum, vel Clericorum, & è contra, hac regula poſita decidas coràm quo Iudice ſit faciendus retractus, & quod Clericus ſi iſte eſt emptor, & Laicus retrahere vult, ad ſuum forum trahere debet, ſicuti Laycus emens, & Clericus retrahere cupiens iſtum ad forum Eccleſiaſticum conuenire facit, &c. vt ex dicendis inf. melius apparebit.

96 Sed

Digitized by Google

96 At regulam *Giurba* infringere cupit *Marinus d.tom.2.* Authoritates, Rationeſue, pro hac opinione impugnãs, & docet, quod Laycus retrahere volens rem emptã à Clerico illum coràm Iudice Eccleſiaſtico conuenire facit, coràm quo Iudicium hoc fieri debet, [& de Clerico, qui vult retrahere à Layco, verbum nullum, ſed ipſe etiam dicã in fine coràm quo fieri debet iudicium:] Pro illa ergo concluſione euertenda, quæ benè inducitur, *ex tex.in d. c. conſtitutus de in integ. reſtit.* vbi *tex.* ait, retractum fieri coràm Iudice retrahentis, qui erat Papa, coràm quo Clericus comparuit, & Papa mandauit vt retraheret rem: Dicit primò conceſſo ex comuni emptorem Laycum fuiſſe *in tex.* hoc fuit pro reſtitutione in integrum, in qua ſpeciale eſt Clericis Læſis, vt poſſint etiam contra Laycum coràm Iudice Eccleſiaſtico comparere, &c.

97 Quæ Reſponſio nullius eſt momenti, quia petit in tex. M. Guil. pro ſe, ac fratre ſuo Canonico, reſtitutionem in integrum [cum adhuc eſsẽt intra tẽpus pro illa obtinenda] ad faciendum retractum ſecundum Conſuetudinẽ loci, nõ obſtante anni lapſu, quod erat requiſ. in cõſuet. ibi, *vel cũ adhuc exiſtant intra tempus ad obtinendum beneficium in integrum reſtitutionis indultum, & infra annum, & diem à tempore contractus, ipſis tamquàm proximioribus competeret ſuper alia portione ius offerẽdi emptoribus iuxtà municipij conſuetudinem approbatam, quod hactenùs omiſerunt*; & ita petit reſtitutionẽ in integrum pro faciendo retractu, non ergo intrat cõcluſio ſola, *ex l.2.C. vbi & apud quem cognit. in integ. reſt. agitanda ſit*, quæ ait, quod in reſtit. actor ſequitur forum rei, in qua aliqui dixerunt fauore Eccleſiaſticorum ſpeciale eſſe, vt in hac actor non ſequatur forum rei, & Eccleſia ſi velit ſe reſtituere, hoc facere poterit coràm Iudice ſuo Eccleſiaſtico, non coràm Laico rei, contra quem petitur reſtitutio, ex limitatione ad regulam comuniter notam, *ex d.l.2.* & probatur, *ex d.c. conſtit. & c.1. ibid. Odd. de reſt. in integ. p.1. q.33. art.13. nu.115. & art.15. nu.123. Leon. de præpar. tit. in part.1 præpar. 9. n.28. in fine, Iord. in elucub. varijs lib.14. tit.39. de reſt. in integ. Nigr. de exec. rei iudic. cap.21. n.31.* [*& ipſe dicam in ſeq. deciſ. nu. 68. quomodo, & quando peti poſſit*] *Peréz, Gutierez, Abbas, Maranta, & alij poſt Carnev. de iudic. to.1. diſp.2. nu.193.* ſed ipſe *n.195.* contra Auth. DD. citat, *& Marin.* dicto *to.2.* contrarium tenet, non igitur hæc ſola concluſio tractatur, & deciditur, ſed alia etiam quæ eſt, quod cauſa retractus, fiat de facto coràm Iudice retrahentis, aliàs Papa Laicos traheret ad ſuum iudicium, quod eſt contra, *tex. in c. cauſam qui filij ſint legitimi, c. celebritatem 3. diſt. c. nouit. vbi gl. de iudicijs, c. Canon. 96. diſt. c. ſi duobus* §. *denique de appell.* & abſque cauſa non facit, *vt probaui ſupra deciſ.3. nu.2. cum ſeq.* & Verba, *d. cap. in fin.* clarè monſtrant. Papam illos via reſtitutionis in integrũ admittere ad retractũ ibi, *ſi eos læſos eſſe cõſtiterit tàm ſuper ea, quã ſuper reſidua portione, dù tamen, quod offerunt duxerint faciendum noſtra in integrum reſtitutione ſtudeatis.*

98 Nec refragatur alia reſponſio *Marin.* pro elidendo hoc validiſſimo argumento, dicentis iura illa Canonica fuiſſe pro terris Eccleſiæ ſubiectis, facta, & ideo fieri debebat coràm Iudice Eccleſiaſtico Iudicium, etiam ſi emptor fuiſſet Laycus, quia hoc eſt diuinare, & de omnib. Decretalibus poterit hoc dici, & ita omnia iura Canonica alijs partibus eſſent inutilia, quod falsũ eſt, & ipſemet, *Marinus cit. ſupra eod. cap.44. n.1. & cap.55. tom.1. cap.74. n.3. tom.2.* etiam docet Clericum abſolutè actiuè, & paſſiuè, ligari ſtatuto pro iure retractus, *ex d.c. conſtitutus*, quia eſt conforme iuri Canonico, & approbatum ab eodem iure, & ita in noſtris partibus hodiè *Conſtit. de retractu*, ligat Clericos ſecundum eundem *Marin.* Reſpondeat ipſe quæsò dicentibus, *ex Carneval. cit. nu. 196.* quod hæc decretalis facta eſt pro terris Eccleſiæ, nec ſuum valet Argumentum abſolutum, quod à iure Canonico *textus* eſt approbatus, dum loquitur de terris Papæ solùm ſubiectis, & diuinando reſpondere haud debem⁹, *arg. l. ſi putator ff. ad l. aquiliam l. ſi fideiuſſor ff. mandati, l. apud Celſum,*

*& ibi Sebaſt. Nen. n. 47. ff. de doli mali except. Roman. conſ. 393. in fine, Gonſales ad reg. 8. Cancell. gl. 45. §. 3. n. 20. Tuſcus lit: D. pract. concl. 519. Gallin. de verb. ſignif. lib. 5. cap. 10. n. 15. Leo deciſ. 60. n. 20.* aut ergo in illo, aut in iſto caſu *Marin.* errauit; ſtãte hac reſpon.

99 Suppoſita igitur veriſſima regula *Giurba*, retrahẽtem reum eſſe, ſaluatur, *tex. in d. l. 2.* & ſecundùm iura Canonica probatur, Clericum à quo fit retractus conueniendum coràm Iudice Eccleſiaſtico non eſſe, ſed Layco, quia iſte actor, & retrahẽs reus, & coràm rei Iudice fieri debet retractus, *d. c. conſtitutus*, ex quo ſine aliqua alia probatione Cõcluſio clara fit iudicio meo, nec alia meliori indigemus, & ſecundùm *Groſſi* opinionem, melior ſaluatur, [ vt ita dicam quæſtio, ſeu opinio contraria ] qui negat retractum in Clericis, ſed ſuppoſito retractu, *ex tex. cit.* quomodo reſponderi, & ſaluari poſſit neſcio, nam admittit Clericum ligari ſtatuto de retractu actiuè, & paſſiuè, quia ſtatutum eſt à iure Canonico approbatum, & poſtea docet, *tex. illũm in d. conſtit.* eſſe factum pro terris Eccleſiæ.

100 Item ad illud [ quod ait ] retrahentem non eſſe prouocatum, & reum; Clericumue prouocantem, & ita actorem, quia iſte eſt in poſſeſſione fundi, demiror certè, nam hæc poſſeſſio non excludit ius retractus, quin imò eſt illius Cauſa, & refragatur poſſeſſio circa aliàs actiones, non circa hoc ius, quod venit ex ipſamet translatione poſſeſſionis, & conſequenter Clericus poſſidẽs, & emens prouocat, ſeu excitat, & eſt cauſa, vt fieret hoc iudicium retractus, in quo cõparet Conſanguineus, vel Vicinus inſtigatus, & ex hac emptione prouocatus; *Liu. lib. 3.* ait *ſe prouocare populum, implorare leges de prouocatione, Quint. in 10. Elegia, Græcos prouocamus, ideſt quaſi certi de victoria in contentionem vocamus, Roman. conſ. 412. n. 1. Decius, & alij cum Cancerio variar. reſol. part. 3. cap. 1. n. 53.* & eſt cauſa Iudicij, licèt coràm Iudice non fiat, nequè nouum eſt quod actor dicitur, qui prouocat, & eſt cauſa iudicij, vt clarè, *ex tex. in l. diffamari C. de ingenuis, & manumiſſis colligitur, & ex l. ſi contendat ff. de fideiuſſ.*

101 In quibus habetur, quod actor dicitur, qui prouocat, & eſt cauſa Iudicij licèt iactantia ſit extra iudicium, & ex hac iactantia, & prouocatione efficitur actor, *vt ex Fontanella deciſ. 228. n. 12. Amat. reſol. 52. n. 2. de Franchis, & alijs* docet, *Gizzius in Obſeru. ad Capycium Latro deciſ. 89. nu. 6. vbi Regens Capycius*, praxim iouecteratam adducit, ex innumeris Doctoribus quibus addas, *Cancerium ſup. cit. num. 56. Abruzz. in lect. l. 1. ff. de off. eius, &c. n. 571. Baron. tom. 1. decis. quæſt. 24. n. 11. & tom. 2. in addit. n. 7. & q. 29. n. 78.* qui *tom. 3. alia dicit in addit. ad has quæſt. & remiſſiuè*, & hoc quia actor, & prouocat, idcircò probare debet iactantiam, quia talis, &c. *& in d. l. ſi contendat, Latro, & Gizzius cit. n. 13.* nec ſolùm ex eo, quia Clericus diffamans in caſu ſolutionis debiti à ſe prætenſi Laycum conuenire debet coràm Iudice ſuo, *vt ait Marin. nu. 59.* hoc fit in his remedijs, ſed quia prouocãs, & diffamans actor eſt, in quo transfertur onus probandi, *l. actor C. de probationibus*, vt quando duo eiuſdem fori ſunt, qui iactãtiam, & diffamationem, proponit ab alio factam reus eſt, nec probare aliquid debet pro meritis diffamationis, cum ſit hæc facienda ab eo, qui diffamauit, & ſe iactauit, *arg. d. l. actor, & gl. in d. l. diffamari, Abruzz. cit. ſup.* vbi *n. 565.* ex ea ratione firmat concluſionẽ, quod Creditores Laycí maioris, vel minoris ſũmæ in Clerico, qui tentat beneficium dilationis quinquennalis conueniri debent, & citari coràm Iudice Eccleſiaſtico, licèt debitor originalitèr ſit conuentus, nã in hoc iudicio eſt reus beneficium tentans, ſicuti è contra Clericus cõcurrere tenetur in dilatione Layci, & citari poteſt à Iudice Layco, ex veriori ſententia, *Cutell. de don. diſc. 2. part. 6. nu. 57. Sanfelici deciſ. 187. n. 17. Caracc. & alij quos citat. Baron. ſing. 60. num. 13. Groſſus in Conſtit. Prag. Com. de Caſtro §. 13. n. 14. Cenſal. de fidec. in add. ad Pereg. art. 48. fol. mihi 448. Paſcalis de viribus patriæ poteſtat. p. 2. cap. 9. num. 70. Gratian. cap. 222. num. 35. quos refert etiam Groſſ. Gallup. in* [illegible]*x. p. 2. cap. 6. num. 87. Ma-*

ſtrilli

Digitized by Google

*ſtrilli deciſ. 79. num.4. & alÿ poſt eos.*

102 Ita in ſimil. ait *Gizzius cit.* Clericus poteſt declinare forum comparens coràm Iudice Sæculari, petendo nõ moleſtari Laycùm conuentum ſuper bonis in iudicio deductis, ex quo illa bona per ipſum poſſidẽtur, & ad eum ſpectat ſolutio debiti, *vt ſup. dixi n.71.* diciturq; huius cauſa Cler. ex ſua poſſeſs. verbumque, prouocatio, & actio, iſto modo intelliguntur, *in d.l. in tribus*, vt de appellatione dicimus, quod ſit prouocatio, à minori ad maiorem Iudicem, *Canon. in c.2. de conſuet. in 6. & Scaccia de appell. in principio*, & fit, iudicialiter, & extra *arg. c. bona memoria de appell.* ibi *ad nos pluriès vocem appellationis emiſit, ne quis eum ſuper poſſeſſione ipſius Eccleſiæ præſumeret moleſtare, c. placuit c. ſanè 2.q.6.*

103 Tandem praxis, conſuetudo, & Deciſiones, illius temporis ſtant pro opinione *Giurbæ* nõ *Marini*, qui ſi dicit *ex Carneualio de iudic. diſp.2.q.7.n.967. poſt tex. l. ſed licèt ff. de off. Præſid. c. cum cauſam 27. de electione*, quod exemplis non eſt iudicandum, hoc procèdit de Malis Exemplis, & abſque ratione non de illis cum ratione, *vt idem Carneual. ait, ex Gel. lib. 10. Attic. cap. 19.* ſana enim ratio exemplis anteponenda, *gloſa in c. de quibus verb. exempla 20. diſt. ex c. qui de menſa 37. diſt. c. ſi habes 24. q.3. Barboſa in locis com. verb. Exempla poſt innumeras Authoritates, & Reſponſiones Iuriſconſultorum, in l. nemo C. de ſent. &c. & c. ſana 8. diſt.* quas non adduco ne in cenſuram dicti *Regentis de Marinis* incurram, *qui in d. cap. 45. lib. 2. num. 6. Carneual.* cenſurat quia multos citat Doctores, ob maiorem tamen cõmoditatem lectorum, qui omnes libros habere non poſſunt, & præcipuè iſtos Moderniores, & ob veracitatem citationis, & Concluſionis, Siculi, & Exteri plures adducunt in ſuis libris Authoritates, qui ob laborem laudandi, non vituperandi à *Marino*, nec ſolùm Siculi noſtri ſunt, dum dicit [ more Siculorum ] ſed omnes Neapolitani hunc ſcribendi modum habent, Romani, Hiſpani, Galli, & alij, ex alijs Regionibus, non ergo more Siculorum, ſed Doctiſſimorum Moderniorum dicere debebat, & quàm benè *Giurba d. Obſeru. 2.* ait [ *ò fruſtra ſuſcepti labores* ] *Tacit. Ann. lib. 4. n. 4. n. 61. aliorum meditatio, & labor in poſterum valeſcit Hiſt. 3. labor diſcretos fortes ignauoſq; diſtinguit*, nec parui faciendi labores, qui ad virtutes cõducũt, *c. quis nõ poteſt 23. q. 4.* & ad bonũ finem ſunt non ad pompam directi, *arg. c. Sacerdos 1. q. 2. c. olim 8. q. 1. c. fin. 7. q. 1. Orat. lib. 1. de Orat. Iuſtus, & honeſtus labor honoribus, præmÿs, & ſplendore decoratur*, & in his varijs & copioſis Citationib. varietas materiarum, & ſcribentium cognoſcitur, quod maximè facit etiam ad ſtudium.

104 Addam ſolum quæ ait *Seneca de vita Beàta cap. 1.* circa illud quod Exemplis cum ratione iudicandũ, *nil ergo magìs præſtandum eſt quàm ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem pergentes, non qua eundum, ſed qua itur, atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quàm quod ad rumorem compellimur, optima rati ea quæ magno aſſenſu recepta ſunt quorum exempla multa ſunt, nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem viuimus. Thomas de Thomaſet in floril. reg. 100. Capola conſ. 80.* & quod ſentẽtia *Giurbæ Triniſ.* & aliorum eſt probabilior, probatur, quia ita iudicatum fuit, & pluries in Iudicijs deciſio *Giurbæ* amplexa, ergo probabilior eſt, & ſequẽda, ex rationibus eiuſdem *Marini*, qui in omnibus Doctiſſimis operibus ſuis, & præcipuè in Deciſionibus opinionem amplectitur, ſecundùm quam fuit deciſum, & de maxima Authoritate Deciſionis ſacri Conſilij Neapolitani, *idem deciſ. 149. nu. 1. ex Afflicto deciſ. 169. in fine*, & rerum iudicatarum exempla maximi sũt momenti, quando in idem tendunt caſus, *l. 1. §. eadem autem ff. ad Syllan. l. cũ de in rem ff. de vſur. l. nonnunquam ff. ad Trebell. l. 1. §. ſi coheredis ff. ad l. falcidiam, l. 3. ff. de ædif. priu.* vt in vnica noſtra quæſtione, in qua nõ põt eſſe facti diuerſitas, & cõſequenter opinio amplexa, à pluribꝰ Tribunalibꝰ maximi põderis erit, *vt docet Paul. Rubeus in diſcurſu ad ſtudioſos in principio Deciſionum Peniæ num. 231. cum ſeq.* & hæc eſt ſequenda, *Marin. cit. lib. 2. reſol. 169. n. 7. & dec. 24. in Ob-*

*ſeru. in fine, Groſſ. c. 5. nu. 17. & controu. 19. num. 22.*

105 Ideo ad ea, quæ contra Doctores relatos à *Giurba* refert *Marèn.* nil dicere curaui, ſolùm ad *tex.* Authoritatem, & rationes attendens, atque ad conformes deciſiones, & negari haud poterit, quod Doctores ſint docentes vnam, & alij alteram opinionem, ad quid ergo omnia eorum dicta trãſcribere, ſufficiat dicere, quod eſt maxima controuerſia, & alij vnam, &c. in qua contentione, & conflictu conſuetudo decidendi, & ſtylus curiarum ſequendus *dixit Ceuall. Lopez, & alij quos ſequitur Borrell. ſũm. deciſ. tom. 1. tit. 14. n. 131.* nec mirum, quod in tàm aſperis verbis progreſſi ſint tàm Doctiſſimi viri, cum ſolitum, & inueteratum ſit in hac acie legali, quod Doctores, & Iuriſconſulti ſe impugnent, & repræhendant, *vt Paulus* repræhendit *Vulpian. in l. lect. ff. ſi cert. petatur, l. 2. §. in diem ff. pro emptore,* & aliquando petulantèr, & immodeſtè, *vt Iuuentius Celſus, Labeonem, in l. Domitius Labeo ff. de teſtam. & Q. Mutius Seruium Supplicium, in l. 2. §. Seruius ff. de orig. iuris; Pomponius,* repræhenditur à *Sceuola in l. Põponius ff. de neg. geſtis,* & è contra *Sceuola à Pomponio, l. Quintus ff. de aur. & arg. legato, & Innocent. III.* repræhendit *Cæleſtinum c. quanto de diuortijs, Alex.* ſuos prædeceſſores, *c. licèt de ſponſa duor. & Gregor. Tertius* repræhenditur, & cõputatur, *in c. quod propoſuiſti 2. q. 7. & Nota ad Accurſium in 6. volumine inſerta ab omnibus nõſcuntur, cum alijs.*

106 De *Bartolo,* ait *Iaſon. in l. ſi conſtante in principio ff. ſol. matrim.* quod in multis *pueriliter eſt locutus, & errauit, & Baldus in l. peremptorias C. ſent. reſcind. non poſſe nu. 5.* illum vocat Doctorellum, *Nigrus de exceptionib. cap. 10. §. 8. num. 17.* & varijs in locis à multis repræhenditur, & impugnatur *Vide Neuiz. Silu. Nupt. fol. 166. & Iaſonem* obtuſi, tardi, & ſtupidi, ingenij dicit *Alciat. vt refert. Decian. in apologia contra eundem cap. 14. n. 16. & de Baldo ait Ruin. conſ. 58. n. 15. lib. 3.* quod non parum defecit in conſilijs, *vt refert Menochius conſ. 106. num. 108.* quem defendit, *idem Menoch.* ſicùt *Iaſonem Decianus,* & de Doctiſſimo *Andrea Barbatia* Siculo Meſſanenſe dixere aliqui, quod eſt paruæ Authoritatis, inter quos eſt *d. Menochius conſ. 84. n. 66. & conſ. 37. n. 176. tom. 1. & alij quos cumulat Io. Baptiſt. Groſſ. Siculus Catanenſis,* pluries ſupra laudatus in ſuis controuerſijs *cap. 30. n. 83.* qui cum Siculus etiam eſſet hoc maledicis relinquere poterat, & cum alijs commendare cõmunem Præceptorem, & Anteſignanum, *Io. Andreã Barbatiam,* iuris Canonici, & Ciuilis, veridicum, & practicum Doctorem, & aurigã, quem ipſe *Menochius poſtea commendat alijs in locis vt conſ. 172. n. 12. & conſ. 90. nu. 52. & Abbas in c. Vergentis de hereticis* ait, quod rarò dicit opinionem non probabilem ibi, *& mirandum de hac opinione Io. And. nam rarò habet opinionem ſaltem non probabilem. Et Tiberius Decian. in Apologia pro Iuriſprudẽtibus cap. 14. n. 18.* eum laudando, verſus adducit.

*Ingenium velox, & prompta memoria Clarũ,*
*Andreæ Siculi nomen ad alta fuerunt.*

præter ea, quæ *Baronius ab eod. Groſſo tit. adducit,* nec nouum vt dicebam, quod vnus Doctor turpiſſimè de alio loquatur, præcipuè cum ſit contrarius in opinione aliqua, iſtiq; videtur, quod dedecorans Contrarium, melior erit ſua opinio, ſed circũuentus apud Sapientes, qui probabiliorem putant ſententiam rationibus validioribus munitã, tamquam detractor, & maledicus, aut ſuſurro erit; namque eſt apud hos Regula *D. Hier. ad Celantiam, Rarum inuenies, qui irreprahenſibilem vitam ſuã exhibere velit, & in Epiſtol. ad Ruſticum;* detractionem ſaggitam vocat miſſam contra duram materiã, quæ in mittentem reuertitur, *idem D. Greg. Bernard. Caſſiod. & alij, ex illo Ioann. ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, Cicer. lib. 1. Offic. Arbitrari debemus, magis eſſe contra naturam hominem homini detrahere, ſui commodi cauſa, quam omnia incommoda ſubire, vel externa, vel corporis, Valer. Maximã lib. 4. nulla tam modeſta fœlicitas eſt, quæ malignantes dentes vitare poſſit. Horat. ſerm. lib. 1.*

*lib.1. Sat.4. abſentem qui rodit amicum, qui captat riſu hominum famemque dicacis, fingere qui non viſa poteſt commiſſa tacere, qui nequit; hic niger eſt, hunc tu Romane caueto, & Epiſtol. lib.1. Epiſt.19. Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprandes*, non eſt igitur in noſtro Anteſignano *Barbatia* aliquid in probabile, nec in alijs Doctorib⁹ ipſi æqualib. quod ſi alij ſint, qui opinionem dixerint non bonam, aut improbabilem, impugnari debet opinio, non vero detrahenda fama Authoris, nam detractores, & maledici ipſiſmet damnificant, & potiùs alios extollant, ſi ipſi laudari deſiderant, in ſuis operibus, *Eccl. cap.11. ſuſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur*, mentique teneant illud, *Ioan. cit. & aliud Pauli, omnes peccauerunt omnes declinauerunt, &c.* magni viri etiam errant, & diuersè ſenſiunt, atque ſunt contrarij ſibi ipſis, *vt de Papiniano, Scæuola, Soccino, Angelo, Bartolo, & Salyceto* adducit, *Tiberius Decian. in apologia pro iuriſprud. c.21. n.14. & 17. ſup. cit.* alia de *Barbatia, & alijs* videas nouitèr apud, *Ferramuſum, & Theodos. Rubeum in ſing. Rota Rom.* qui reprobationes DD. inter ſe tranſcribũt, & varia etiam refert, *Tiberius Decian. in apologia pro iuriſprudentibus cap.12. n.47. & ſeq. nulla enim vnquam fuit diſciplina, nulla ætas, in quibus aliqua falſa non ſcripſerint, & nulla diſciplina in qua profeſſores eius antiqui, & recentes, inter ſe non diſſenſerint, cũ tamen neceſſè fuerit, vt alij verum alij falsũ ſentirent, quia vna eſt veritas; & tamen verùm, & falſum pertinacitèr, quilibet quod opinabantur, tutati ſunt, & ſectis etiam ipſis collectis contenderunt*, vt ait, *idem Decian. in Apologia contra Alciatum cap.13. n.5. & cap.19. n.7. inconſtantia enim humanæ fragilitatis cogit nos, vt ſæpè diuerſa, ſæpè contraria ſenſiamus, nec vt inquit ille voto viuitur vno, ſed velle ſuum cuique eſt, & præcipuè in hoc tã vaſto pelago Iuriſprudentiæ quæ ſola opinione conſiſtit, & cap.20. n.5. & 7. cap.21. nu.2. & paſſim, per totam Apologiam*, nec inuenitur inter Doctore tã iuſta, & æqua opinio quæ ſubtilibus, & coloratis rationibus non ſubuertatur, *Nouiz. in Silu. Nupt. Surd. deciſ. 279. & alij poſt Nicol. Intrigl. deciſ. 55. in fine, idem Decian. c.20. n.7. nam in hac tam varia diſciplina nullus vnquam reperietur, qui ab aliquo non fuerit reprahẽſus, & adducit Ang. Soccin. Bocrium dec.155. nu.24. & alios.*

107 Sed in omnibus modeſtè debent ſe haberi *DD.* in colloquijs, & confutationibus, quid enim refert iniuria cum Doctrinis cum quibus, non cum iniurijs, & contumelijs, pugnare debemus, *vt ſup. dixi* contra detractores genericè loquens [ nõ enim aliquem condemnare vnquam in mẽte habui ] & modeſtia claram, & ſtabilem putat Authoritatem, *promptuariumq; virtutis* illam vocat *Menander*, *Euripides donum pulcherrimum Deorum, Iucunditatem vitæ, Cic. lib.2. de fin. bon. & mal. ſtudio ineſt in oratione modeſtia, & grauitas nil admirabilius fieri poteſt*: *vt idem ait*, & deſiderat citatus *Decian. d. cap.20. n. fin.*

108 Probabilis igitur eſt opinio Doctiſſimorum, *Barauij, Groſſi, & R. Marini, cum alijs*, ſed probabilior, & magis practicata illa, *Giurba, Triniſani, & alior. vt ait Caruſus*, qui rectè rationibus, & authoritatibus ſuis ſunt locuti, nec erronea, & deteſtabilis eſt alia dicentium, Clericum in actionibus realibus coràm Iudice Layco conueniendũ, nã Clerici quoad bona temporalia ſunt Regibus ſuis ſubiecti, & docet *Capycius Latro Conſult. 102. num.14. & 15. ex multis DD.* & quod iſti procedere poſſunt; ſunt enim pro hac, iura, & Authoritates, quas refert *Barboſa de vniu. iure Eccl. tom.1. cap.39. §.2. n.106. & 107.* & ſi contraria veriſſima, *vt idem n.108. ait, & ipſe ſupra ſum ſequutus num.69.*

109 Sicuti illa opinio de Clerico citato quatenus ſua putauerit intereſſe dummodo non conſtiterit eum eſſe principaliter intereſſarum; *idem de Marin. tom.1. reſol.52. nu.8. Groſſ. ſup. prag. Comit. de Caſtro 52. n.7. poſt multos, Salgadus, & alij quos ſequitur Barou. de cit. tom.1. q.24. n.9.* & ſi compareat dicitur actor, non reus, à ſimili argumento de retractu, *Scaccia de iudicijs cap.11. num.90. idem Baronius n.10. & Groſſ.* nec argumentum à ſimili tàm inutile erit, ſed vtiliſſimũ, & ſa-

& ſæpè vtimur, *vt dicebam ſup. ex c. qui ſe ſcit 2. q. 6. c. multi 2. q. 1. Barboſa tract. varij in. Arg. verb. à ſimili loc.* 101.

110 Colliges ex dictis quomodo decidendum in caſu contrario, ſi nimirum Clericus vendat Layco, vel Laycus, Layco ex diuerſo foro, & Clericus vellet retrahere, quod hoc Iudicivm coràm Iudice Eccleſiaſtico, vel Iudice exempti faciendum, rationibus, & argumentis ſupra adductis, *ex tex. cit. in d. ç. conſtitutus*, & ſuppoſita regula, quod retrahens reus eſt, alios caſus ſemper decidas. Dices, pro opinione: *Reg. Marini*, multoties hodiè eſt deciſum, *vt teſtatur Caruſus cit. nu. ſuo* 128. ergo authoritas rei iudicatæ ad nihil facit pro opinione noſtra? Reſpondeas quod ipſe illam adduxi pro corroboratione concluſionis, ſatis enim iſta eſt probata, ex tex. & rationibus ſupradic. nec *Marin.* deciſiones pro ſua opin. adducit, quod ſi aliquis Iudex iſtius eſt ſecutus ſententiam probabiliorem, & veriorem reliquit pro minus probabili, nec benè fecit, & obligatur in conſcientia, quia minus probabilem ſequitur opinionem probabiliore relicta, *Vaſquez* 1. 2. *diſp.* 64. *c.* 2. *nu.* 5. *Sanchez in decal. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 47. *quos citat, & ſequitur Baldell. de actib. hum. lib.* 4. *de cõſcient. diſp.* 15. *n.* 21. & quod hæc noſtra opinio ſit probabilior, *ait idem Caruſ. cit.* & ſatis demonſtrant rationes ſupradictæ, cum Deciſionibus ſecutis, nec aliquæ deciſiones etiam conformes probabiliorem faciunt opinionem, ſed rationes conuincentes, *vt dec. ſeq. n.* 86. *dicã, & docet cit. Baldell. diſp.* 11. *num.* 13. quæ omnes ſunt in opin. *Giurbæ*.

111 Pro tutelæ, vel curæ, aut procurationis, adminiſtratione Laycorum, conueniri an poſſit Clericus coràm Iudice Layco? Affirmatiuè reſpondent *Marin. quotid. reſol. cap.* 53. *& tom.* 3. *cap.* 177. *Anfrer. de poteſt. Sacul. reg.* 2. *fall.* 28. *& reg.* 4. *fall.* 25. *Eſcobar. de ratioci. cap.* 7. *nu.* 7. *Gail. lib.* 1. *Obſeru.* 37. *num.* 7. *Vrſill. ad Afflictum deciſ.* 24. *Oliu. in ritu Curiæ Archiep. Neapolit. num.* 7. *Giurba Obſeru.* 3. *num.* 26. *Baron. de cit. tom.* 2. *add. ad q.* 29. *n.* 28. & ſi non fuerit datus ab Epiſcopo, ſed à Iudice Sæculari, vel tutor legitimus, *Marin. cit. d. cap.* 177. *num.* 10. *Gironda de priuil. ſub nu.* 1072. *Cancer. de tut. cap.* 7. *n.* 159. ſicùti ſupra de habentibus Officia à Iudice Sæculari *n.* 82. & quod dixi de Tutore, & Curatore aut Procuratore, intelligas de executore, vt DD. citati docẽt, *Idem Baron. tom.* 3. *ead. q.* 29. *nu.* 34. *Capycius Latro conſult.* 103. *n.* 37. *ex Fontanella deciſ.* 192. *nu.* 3. *& alijs* ſi dati ſint à Iudice Layco, vel Principe, nõ in officio priuato, quod non fuit ab eodem Iudice datum, aut in muneribus publicis, ſicuti exiſtimatur tutela, quo caſu ſemper coràm Eccleſiaſtico executio facienda, vt in officio procuratoris alicuius priuatæ perſonæ, & in artificio quando non eſſet neceſſariò cognoſcenda fraus à Conſule, vel Iudice artis, aut aliquod ſpeciale interueniret, quod cognoſci debeat à Layco. & iſte de delicto in arte videre poterit, executionemuè ſententiæ remittere ad Eccleſiaſticum, *Marin. d. c.* 53. *idem Latro n.* 34. & in ſupradictis de tutela, & cura, Iudex Laycus solùm agat ſi fuerint ab eod. datæ, &c. ſed ciuilitèr, non criminalitèr ait *Decian. in tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 143. *& Latro cit. n.* 42. contra bona, non perſonam, *Vela differt.* 43. *n.* 11. *&* 45. *n.* 86. *Baron. d. tom.* 3. *n.* 35. quod ſi plures ſint tutores, & vnus Clericus coràm eod. Layco omnes conueniendi, *Luna conſ.* 20. *n.* 70. *Regni praxim adducens*, licèt ſecura magis ſit opinio, quod coràm Iudice Eccleſiaſtico Executio contra illum ſit facienda, *Barboſa d. c.* 39. *num.* 126. *& Giurba cit.* & tutius pro anima, vt Clericus ſiuè tutelam legitimam, vel miſerabilium perſonarum, &c. & ſi affectatè procurauerit, vt prò computorum redditione coràm Iudice Eccleſiaſtico ſit conueniendus, *Marinus d. tom.* 2. *d. c.* 177. *in fine*.

112 Clericiſq; pupillis tutor, vel curator datur ab Eccleſiaſtico Iudice, *Rouit. deciſ.* 58. *n.* 1. *cum ſeq.* & coguntur Eccleſiaſtici ab eod. *c. peruenit* 86. *diſt. Montan. de tut. cap.* 35. *reg.* 1. *n.* 195. *Barboſa qui ſup.* §. 6. *nu.* 72. Sæculares, non Regulares, *Ceſpedes de Regul. & eor. Exempt. dub.* 393. & Layci, ad requiſitionem eiuſdem Iudicis pro tutela

Cle-

Clericorum miſerabilium, *idem Rouit.* corã quo Eccleſiaſtico ratio reddenda, *Baron. de cit. tom. 1. quæſt. 39. n. 22.* & in hoc eſt differentia tutorum Laycorum, cum Clericis, quod iſti cogi non poſſunt tutelam ſuſcipere à Layco, *d. c. peruenit* 86. & ſolùm ab Eccleſiaſtico pro tutela miſerabilium, *c. Epiſc. ibid.* ſed ſi velint poſſunt eſſe tales, *l. generaliter C. de Sacroſ. Eccleſijs, Auth. presbyteros C. de Epiſcopis, & Clericis*, ſed Layci ab Epiſcopo, & Iudice ſuo conueniuntur, & pro tutela Clerici, & computorum redditione coràm Eccleſiaſtico, ſicuti Clerici tutores Laycorum coràm Layco, & Layci coràm eodem, &c. vt ex ſupradictis liquet.

113. Curator item ad litem Clerico minori litiganti coràm Iudice Layco ab eodẽ dari poteſt, *Baronius tom. 1. de cit. quæſt. 29. n. 22. ex Virgilio cap. 6. de legit. perſona n. 50. Amato reſol. 33. num. 21. & alijs, Abruz. in §. nunc admonendi inſtit. quib. alien. licèt vel non n. 33. in fine verb. illud autem, Viſconti in concl. iuris Verbo Clericus minor*, qui in contrario caſu de Layco minore litigante corã Eccleſiaſtico idẽ decidunt, *Salgad. de ſuppl. ad Sant. p. 2. cap. 5. §. 3. n. 24. Belleti. diſq. Cleric. de fau. Cleric. perſ. §. 6. n. 15. & alij ab eodem Baron. relati tom. 2. in Add. ad eandem quæſt. n. 82.*

114. Et de Clerico [ ſaltèm in minoribus ] qui emancipatur coràm Iudice Layco, à Patre Sæculari, & ab Eccleſiaſtico, coràm Iudice iſtius fieri debet emancipatio, *Graſſ. de eff. Cleric. eff. 1. limit. 21. n. 930. Bellett. in diſq. Cleric. de fau. perſ. §. 6. nu. 13. Baron. de cit. tom. 1. quæſt. 29. num. 22. in fine ex multis*, ea ratione quia emancipatio eſt actus ipſius patris, & non filij.

115. Ad illam ventilatam quæſtionem, ſi in cauſis poſſeſſorijs rei ſpiritualis, vel beneficialibus Clericus forum declinat? Decidas ſemper pro Eccleſia, & quod Iudex Eccleſiaſticus ſit competens, *ita Leon. de præpar. iudic. part. 1. præp. 4. n. 62. Garc. Azor. Guid. Papa Zerol. Sagab. Marta, & alij abſq; numero relati à Barboſa tom. 1. de uniu. iure Eccl. cap. 39. §. 2. n. 173.* qui relatis Contrarijs reſpondet, & Concluſionem perdoctè defendit, & ad extẽſum cui te remitto, quia actum agere non debeo, dixi rei ſpiritualis, vel quaſi, nam in poſſeſſorio rei Laycalis nõ ita erit, *vt perdoctè decidit Leon. cit. num. 61.* & expedito poſſeſſorio iudicio ſi eſt victor coràm eodem petitoriũ tentare debet Clericus, ſecus ſi victus, ſicut ille ait, *& præp. 5. n. 133.* quia tunc coràm Eccleſiaſtico petitorium, erit agendum. Vide ex noſtris, *Amat. reſol. 68. n. 61.* qui etiã *ferè innumeros adducit pro hac materia DD.* atq; in Spolio Laycus ſpolians Clericum conuenitur coràm Iudice Eccleſiaſtico nam ſpolians in hoc iudicio dicitur actor, & reus ſpoliatus, *Giarlin. controu. 190. num. 24. Graſſ. de effect. Clericatus effect. 1. nu. 533.* & generalis ſtet regula pro Eccleſiaſticis, quando iura, & rationes aliud non ſuadent, vt pro omnibus cauſis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, tàm ciuilibus, quàm criminalibus non poſſint trahi ad Sæcularia Tribunalia, *c. 1. 11. q. 1. per totam c. denique cum ſeq. 96. diſt. c. 2. c. ſi diligenti, c. cum nõ ab homine c. qualiter de iudic. c. ſi diligenti cum ſeq. de foro cõpet. c. ſæculares de foro compet. in 6. c. ſi Iudex de ſent. excom. eod. lib. Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap. 20. Auth. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cleric. Auth. apud quos Coll. 6. Auth. vt Clerici, &c. cum concord. relatis à Carneual. de iud. to. 1. diſp. 2. n. 392. Barboſa ſup. cit. Squill. Bellett. Graſſ. & Regent. Marin. deciſ. 232. num. 2.*

116. Sed ſi fuerit data poſſeſſio, non ab Eccleſiaſtico, ſed à Iudice Layco, de aliquo prædio, vel re, cum clauſula, *ſaluo iure, &c.* Dicas quod hæres ſcriptus poteſt ad reuocationem poſſeſſionis contra eundem Clericum agere coràm eodem Iudice, *vt in remed. l. fin. C. de edict. Diui Adriani, Carneu. de iudic. tom. 1. diſp. 2. n. 950. & nu. 60. Latro deciſ. 173. Coſta conſ. 3. n. 16. Sanfelici deciſ. 210. n. 4. & alij quos ſequitur Baron. cit. tom. 2. addit. ad quæſt. 19. nu. 66.* & in alijs caſibus immiſſionis poſſeſſionis, ex illa clauſula *ſaluo iure, &c.* quæ facit, vt coràm eod. Iudice ſit cauſa reuocationis agenda, *Barb. de clauſ.* apud *Carneual. cit. nu. 952.* qui alios adducit caſus, nec in his habet locum regu-

la, quod actor ſequitur forum rei, quia hoc non eſt aliquod nouum facere contra Clericum, ſed aliquod dependens ab illa poſſeſſione data à Iudice Layco, quod ab eodem eſt examinandum; Idem in iure offerendi facta adiudicatione à poſſe Layci, per Curiam Sæcularem, vt coràm eodem fieri debeat ius offerendi, alij dicebant, ſed circa hoc contrarium dicendum *cum Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſſ. cap. 18. Baron. tom. 7. add. ad quæſt. 29. n. 81.* ea ratione quia data ſententia à Iudice Layco, etiam executa, ſi aliqua oriatur controuerſia non eſt amplius Iudex Laycus adeundus, ſed Eccleſiaſticus, pro re quam Clericus poſſidet, *Graſſ. cit. effec. 1. n. 784. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 476. Rouit. deciſ. 44. n. 4.* vt ſi creditores venirẽt, & tanquam poſſeſſorem Clericum conuenirent, vel in dicto iure offerendi, & ſimil. nec intrat quæſtio de eadem poſſeſſione, data cum illa clauſula, *Capycius latro qui ſupra cum alijs. Caracciol. de remiſſ. fori q. 18.* & in caſu nullitatis dictæ poſſeſſionis, vel decreti, *idem Capycius, ex Carneu. cit.*

117 Circa Ordinatoria Iudicij etiam reſtat explicandum; an fori ordinatoria Curiæ Laycalis teneantur ſequi Clerici litigãtes in hac Curia, & ſi ſint etiam ſequenda in Curia Eccleſiaſtica? & quo ad primam partem comunis ſchola docet Clericos ligari, *Baron. de cit. tom. 3. ann. ad quæſt. 39. nu. 13. Giurba deciſ. 116. nu. 1. Abruz. de proced. ſum. & de plano part. 1. cap. 1. n. 2. & alij cum Groſſ. ſup. prag. §. 13. n. 6. Caſtell. deciſ. 11. nu. 47. idem Abruz. de ſeruitijs perſonalibus to. 2. nu. 30. & 31. ex Craſſo. Ball. Milan. & alijs Regens Marin. deciſ. 232. n. 2. circa med. & in Obſeru. n. 1. & deciſ. 426. & etiam in Obſeru. n. fin. ex Gall. Duard. & Minad. Leon. de Præp. iudicior. part. 1. præpar. 9. num. 33. & denuo Groſſ. controu. 30. n. 39. Caruſus in Silua terminorum arbor. 31. nu. 93. & ſuper rit. cap. 7. n. 100.* vt eſt Statutum de Compromittendo, & cogendis Conſanguineis ad compromiſſum, quod Clericos ligat, *Abruz. de ſeru. cit. n. 28.* prout in Regno noſtro ſtatutum, *Regis Caroli 85. Idem in lectura quib. alien. licèt vel non in §. nunc admonendi num. 33.* è contra Statutum, *& cap. Regni. Ferd. 62.* circa ſeruitia perſonalia dans multa priuilegia, *vt ibi,* Clericos non compræhendit, quia reſpicit deciſoria iudicij, & ita Clericus conueniendus coràm ſuo Iudice, nec illis priuilegijs, & ordine dato *à Cap. Regni,* ſed via ſua, *idem Abruz. nu. 26. & 27. licèt Marin. reſol. lib. 2. cap. 74. n. 9.* cõtrarium dicat circa compromiſſum, *& Leon. de præparat. iudic. præp. 9. n. 29.*

118 Idem, & de Pragmatica, quæ pœnam ponit contra allegantes Iudices ſuſpectos, vt ligare Clericos non poſſit eadem ratione, *Giurba Obſeru. 104. num. 37. Danza pug. Doct. tit. de Clericis n. 33. Baron. de cit. tom. 2. add. ad quæſt. 19. n. 169. & tom. 3. num. 117.* & de Capitulis ritus circa ſpolium priuilegiatũ, & de recenti, quæ denegant etiã appellationẽ, quod ligant Clericos ait, *Caruſ. ſup. rit. cap. 7. nu. 105.* ſed appellatio reſpicit deciſoria, *Maſtrilli ad Petr. de Gregor. de feud. in addit. lit. E.* idèo Clericos non cõpræhendi in diſpoſitione ritus loquentis de ſpolio, de iure defendas, niſi quatenus eſſet ſtatutum confirmatum à Papa, vel iuri Canonico conforme, *c. 1. de reſtit. ſpoliat. Muta ſuper rit. cap. 135. n. 51. Abruz. de ſeruitijs perſonalibus comm. 2. n. 42.* & de Pragmaticis, & Statutis circa viam executiuam dicã infra *nu. 133. & ſeq.* atque in alijs caſibus exemplificant citati Patres, *& Capycius Latro deciſ. 66. n. 4. cum ſeq. præcipuè nu. 23. & deciſ. 69. n. 17. & 23.* cum per leges ciuiles eorum priuilegia præiudicari non poſſint, *idem deciſ. 195. n. 35. de Marinis reſol. lib. 2. d. cap. 74. n. per totum,* & exemptiones, *Menochius conſ. 800. n. 37. Carnenal. de iudicijs lib. 1. diſp. 2. tit. 1. nu. 392. cum ſeq. arg. cap. 1. de non. oper. nunciatione cap. 1. & tot. tit. 96. diſt. c. decernimus, c. cum non ab homine de iudicijs §. 1. Auth. vt Clerici apud proprios Epiſcopos.*

119 Ad ſecundam partem petitionis ſi in Curia Eccleſiaſtica modus procedendi Curiæ Sæcularis ſit ſeruandus? dixere multi, quod ſic, quando præcipuè in Curijs Eccleſiaſticis non eſt ſtylus, & ritus decidendi, & ita Capitula ritus Regni noſtri Siciliæ etiam

Digitized by Google

etiam ſeruanda ſunt in Curia Eccleſiaſtica, quia ſunt confecta per trina brachia, Eccleſiaſticum, militare, & Demaniale, *Muta ſuper princip. ritus num. 14. Cumia cap. 40. nu. 270. Maſtrilli, & alij, quos citat, & ſequitur Caruſus ſuper rit. cap. 7. nu. 99. & in proemio eiuſd. n. 20. & 21.* ea ratione, quia quando Statuta cōduntur à Clericis, & Laycis promiſcuè omnes ligant, & ita faciunt Regulã, quod Clerici litigantes in foro ſæculari tenētur Ordinatoria Iudicij ſeruare, & etiam in ſua Curia; quando hæc ſunt amplexa ab iiſdem Clericis, prout ſunt Statuta, & Capitula Regni, & ritus; ſed decipiũtur certè hi Doctores ſupponentes falſum principium; nam dato, quod Statuta ſint confecta per trina brachia, & interueniant Clerici, non tamen eos ligant, niſi expreſsè de eis fuerit diſpoſitum, vt ſeruentur in Curijs Eccleſiaſticis, *Giurba deciſ. 126. n. 6.* & etiã brachium Eccleſiaſticum Authore Summo Pontifice interuenire debet, *Groſ. controu. 1. n. 12. Craſſ. de effect. Cleric. effect. 2. nu. 183. Abruz. de ſeruitijs perſon. comm. 2. nu. 35. & in lectura l. 1. ff. de off. eius, &c. n. 115. & 116.* vera igitur eſt Regula, vt Clerici teneantur ſequi in ſua Curia modum procedendi Sæcularis Curiæ, quando hic fuit approbatus à Summo Pontifice, qui poteſtatem habet ferendi leges, & Statuta pro Eccleſijs, & Eccleſiaſticis, & contra illos, *vt ſupra lib. 1. deciſ. 3. & 4.* paſſim demõſtraui, & omnes DD. concedunt, *ex c. nouit. de iudicijs, c. 2. de ſent. & re iud. in 6. Clem. 1. de iureiurando, &c.* Idẽ dicas de alijs Capitulis Regni, & Pragmaticis, *Abruz. ſup. prag. de proced. ſum. & de plano p. 1. cap. 5. nu. 3. Giurba cit. Ball. ſup. Prag. Regni noſtri in proemio nu. 38. Burgius de modo proced. ex abrupto cent. 1. q. 65. n. 10.* vbi quod talis modus procedendi non poteſt exequi contra Eccleſiaſticos; & in legibus quomodocumque factis à Laicis generaliter diſponentibus pro omnibus, & cõtra omnes, *Bart. Soccin. & alij quos ſequitur Capycius Latro deciſ. 192. n. 497.* quod ſi ex ſtylo inueterato in aliquibus caſibus proceſſum fuerit ſecundùm obſeruantiam Curiæ Laycalis, [ſi non eſt negotium aliquod, vel modus contra ius Canonicum expreſſus] ſequi debet, & ſaltèm ex vi directiua erunt ligati Eccleſiaſtici, vt in expediendis negotijs modo executiuo, & celeri, aut ſũmariè, *Abruz. mox. cit.* quod non erit contra Clericos, ſed potius ad fauorem, nam alias cum illis nullus contraheret, & fierent infeſti Laycis, non ita ſi iura Canonica læderentur, *Groſſ. in controu. cap. 30. n. 79. Leon. de prepar. iud. prep. 9. n. 35. & Abruz. cit. in d. l. 1. n. 118.* ſi enim hæc lædãtur certè Statuta ſeruanda non eſſent, vt in iudicio *cap. Oduard.* non approbandus ſtylus oppoſitus diſpoſitioni *sex.* per quem Clericus captus nõ poteſt excipere de hoc beneficio in ipſa execu. & ſimil. *vt n. 133. & 162. infra*, & regulariter proceſſus formari debent ſecundum morem, & Conſuetudinẽ loci, vbi formantur, & Curiæ, *Abbas, & Baldus poſt Leonium de prep. iudiciorum prep. 9. part. 1. nu. 21.* & ſtatuta Laycalia circa hæc ſeruanda in foro Eccleſiaſtico quando non contradicunt iuri Canonico, nec ſunt Clericis præiudicialia, vt idem docere videtur, & vera Regula eſt, *ex Felino in c. in cauſis num. 4. de teſtibus*, idem de Conſuetudinibus dicas, *arg. c. quod Clericis 9. de for. cõpet. c. Meſſana de electione, c. quamquã de cenſibus in 6. Bellett. in diſquiſ. Cleric. p. 1. de fau. Cleric. perſon. §. 3. n. 25. Groſ. controu. 30. n. 79.*

120 Inſuper pro hoc fori priuilegio, ſe offert quæſtio inter noſtrates tàm exagitata, nimirũ an Iudices ſæculares, vel Principes Layci poſſint cognoſcere de iniquitate Iudicis Eccleſiaſtici nolentis deferre appellationi interpoſitæ ad Sedem Apoſtolicam, vel ad aliud ſupremum Tribunal, ad inſtantiam eorum, qui vi, Cenſuris, vel Carceribus opprimuntur ab eodem Iudice Eccleſiaſtico, & eũ cõpellere vt deſiſtat, & facere, vt iſti non opprimantur, ſed ad ſuum Superiorem recurrant? & accidit in dies, quod pauperrimi ſubditi, Clerici Sæculares, vel Regulares opprimuntur à ſuis Superioribus iniuſtè, & iſti recurrentes ad ſuprema Tribunalia vi detinentur, & eneruantur eorum vires, vt recurrere non poſſint, dubitatur, an poſſint iſti recurrere, &

auxilium petere à Sæculari Magiſtratu, vel Iudice, Principe, vel Rege, aut ſimili?

121 Et aliqui abſque alio examine in his caſibus violentiæ timent concedere hanc facultatem Iudici Layco, perterriti forsan ex ea generali, & vulgata regula, quod Iudices Sæculares poteſtatem non habent ſupra perſonas Eccleſiaſticas, quæ eſt veriſſima, & à nemine Catholico negatur, ſed dubium eſt in his caſibus violentiæ, an poſſint ſolùm per viam defenſionis iſti aſſiſtentiam præſtare? non attẽdentes igitur ad aliud, nec hoc examinantes, firmant contra pauperes Clericos oppreſſos concluſionẽ, haud debere Iudices, vel Principes Sæculares ſe immiſcere, *ita Azorius inſtit. moral. pars. 1. lib. 5. cap. 14. q. 2. Alter. de cenſuris lib. 5. diſp. 20. cap. 20. Sarauia de iuriſd. adiunt. q. 30. per tot. Duard. in Bull. Cana lib. 2. can. 14. quæſt. 9. & alij quos citat, & ſequitur, Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 29. §. 2. n. 186.* maximè ſe conquerens contra Doctores contrarium dicentes, & fundatur ſuper *tex. in c. qualiter de iudic.* vbi Sũmus Pontifex decidit, quod Iudices Sæculares non debent cognoſcere de cauſis Clericorum, nec iſti cauſas ad Tribunal illorum protrahant, inſuper docet *n. 182.* quod illi appellãtes habent alia remedia à iure Canonico, ergo non debent ferri ad Sæcularia Iudicia, tertio ait, *ex Concilio Triden. ſeſſ. 25. de ref. cap. 2.* interdicitur Iudicibus Laycis, & Magiſtratui, prohibere Eccleſiaſtico Iudici nequem excomunicet, aut mandare, vt latam excomunicationem reuocet, ſub prætextu, quod contenta in præſenti decreto nõ ſunt obſeruata, cum non ad Sæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.

122 Sed his non obſtantibus fauore miſerorum, de quibus dici poſſet illud, *Taciti Hiſt. lib. 1. hic vt dux Neronis, inauditi atque indefenſi, tanquam innocẽtes perierunt, Ouid. in Epiſt. Aconcij ad Cydippem. cur reus infelix abſens agor, & mea cum ſit optima, non vllo cauſa tuente perit,* [ſub cenſura ſemper S. Romanæ Eccleſiæ, cui hæc, & omnes quæſtiones in hoc tomo poſitæ ſubijcio] defendas partem affirmatiuam à conſuetudine ferè communi approbatam, & roboratam, & acritèr à *Salgado de protect. Regia part. 1. prælud. 3. nu. 130. & 138. & per tot. defenſã, Cou. pract. cap. 35. n. 5. Garc. de nobil. gl. 9. nu. 48. Nau. in c. cum contingat de reſcript. rem. 2. prim. remed. Auend. de exeq. mandatis p. 1. cap. 1. n. 32. Perez l. 6. verſ. ratio eſt tit. 3. lib. 9. Viual. in Candel. aur. in explic. Bull. Cœnæ caſ. 14. nu. 102. Salzed. ad Bernard. in prax. cap. 102. Gutierez pract. lib. 1. q. 20. Cened. prac. Canon. lib. 2. q. 45. Caliſt. de leg. Regia §. 20. n. 83. Stiſe de imb. cap. 8. §. 3. n. 83. Valer. de diff. inter vtrumq; for. verb. peccat. diff. 30. Ceuall. com. contra comun. tom. 4. q. 897. n. 113. Leo deciſ. 2. lib. 1. Pereia de man. Regia p. 1. cap. 4. & 7. Velaſc. conſult. 79. Gabed. deciſ. 71. p. 2. n. 1.* & alijs, quæ ſententia probatur, *ex c. filijs 16. q. 7.* vbi in negligentia, & denegatione Iuſtitiæ facta ab Epiſcopo, Rex adeundus, & verba ſunt, *Heredes eius qui Eccleſiam conſtruxit ſi Sacerdotem ſeu miniſtrum, aliquid ex collatis rebus prouiderit defraudare, aut commonitionis honeſtæ conuentione compeſcant, aut Epiſcopo, vel Iudici corrigenda denuncient quod ſi talia Epiſcopus agere tentet Metropolitano eius hæc inſinuare procurent, ſi autem Metropolitanus alia gerat, Regis hæc auribus intimare non differant; & in c. Regum 23. q. 5. Regum officium eſt propriũ facere iudicium, & iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, & c. Principes ibid. vt qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem, & diſciplinam Eccleſiæ agunt rigore Principum conterantur, nam Eccleſia humilitas vbi exercere nõ præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtas Principis imponat,* valetque talis conſuetudo tanquam fauorabilis Eccleſiaſticis, & Regularibus, *vt DD. citati defendunt, & Doctiſſ. Salgadus nu. 137. in fin. qui ait,* quod hæc conſuetudo fuit introducta primitùs ab ipſis Eccleſiaſticis, nec eſt Laycorum abſoluta Clericos non ligans, *arg. c. quod Clericis de foro competenti,* & concurrit conſenſus communis Clericorum Roman. Pontificis, & Rotæ Romanæ, idcirco maximum effectum habet, *arg. c. cum veniſſent de eo qui mittitur, c. cum cauſa de re iudic. Couar. pract. q. c. 31. n. 5. Garcia de nobil.*

gl. 9.

*gl. 9. n.35.* & eſt modus defenſionis à natura ipſa approbatus, & inductus, vt quilibet valeat ſe defendere omnibus modis poſſibilibus, & licitis, cui accedunt ius poſitiuũ, & plures *Deciſiones Rotæ*, ex quibus non reprobatur modus defenſionis per viam violentiæ, & extraiudicialiter, *vt idem Salgadus adducit, ex Lancell. Seraphino, & alijs*, & violentiam coercere, eſt legi ſubſidium ferre, *c. ſicut de exceſſibus prælat.* at ratione potius nõ violentia pugnet Iudices, *c. Chriſtian. 11. quæſt. 1. c. 1. 16. q. 6. c. conſuetudo 21 q. 5.* cum hæc ſit legibus obnoxia, & inimica, *d. c. Chriſtianis vbi Gelaſius*, ſcribens Ezechię comiti præcepit Clericos à violentia illata defendere, his verbis; *ideo dilecte fili, depenſo ſalutationis affatu ſupradictos Clericos tibi commendo, vt ſi ad delegatorum iudicium, eorum aduerſarij venire contempſerint, ſublimitatis tuæ tuitione vallentur, ne quod illis, aut ſubreptio, aut inimica legibus violentia neceſſitatis imponat, quia qui iudicium refugit apparet eum de iuſtitia diffiſum.*

123 Ad contraria facilitèr reſpondeas, quod loquuntur quando per viam Iudicij, non per modum defenſionis cauſas cognoſcerent Iudices Layci, & Principes temporales, ſecùs ſi per modum defenſionis, in qua nulla ineſt iuriſdictio, ſed ſolùm extraiudicialiter tollit Princeps violentiam, faciendo vt iſti miſeri non ſint oppreſſi, & calumniati à Iudicibus inferioribus, & expectata reſponſione à Iudice Superiore, vel Papa, haud rei moleſtandi, detinendi, vel eneruandi, quia defenſio non eſt deneganda, *Tacit. Ann. lib. 13. cuicumque nedum parenti defenſionem tribuendam, & lib. 11. ne in defenſa coniux exitio daretur lib. 3. n. 12. Defleo equidem filium meum ſemperque deflebo, ſed neque reum prohibeo quo minus cuncta proferat quibus innocentia eius ſubleuari, aut ſi qua fuit iniquitas Germanici coargui poſſit*, & concluſionem defendit etiam, *præter Salgadum P. Suarez contr. Reg. Angl. lib. 4. cap. 34. n. 6. & 9. Azor. & Laiman. lib. 4. tract. 9. cap. 4. n. 4. Dian. 3. part. tract. 1. reſol. 53. & p. 5. tract. 1. reſol. 3. Valer. ſup. cit. quos citat, & ſequitur Bellaſius in propt. Regul. verb. Iudex n. 15.* & de regula Iudex Sæcularis non poteſt iudicium facere de cauſis Clericorum, & Regularium, niſi per modum defenſionis, & per viam violentiæ, qui modus eſt Extraiudicialis, *vt idem docet etiam expreſsè de Regularibus, non ſolùm de Clericis.*

124 Idcirco Colliges quod ne dum Clerici, vt dicebam, ſed etiam Regulares poſſint habere talem recurſum in his caſibus violentiæ, & quando ſui Superiores illos malè tractant, & ipſi recurrere deſiderant ad ſuprema Tribunalia, & ad Sedem Apoſtolicam pro Deciſione Cauſæ ſuæ, qui interim litè pendente varias oppreſſiones faciunt, & violentias, quæ ſunt ſigna iuſtitiæ oppreſſorum, & iniuſtitiæ calumniantium, *d. c. Chriſtianis in fine*, vt ne dum Iudex Eccleſiaſticus ſuus Cõſeruator, verùm etiã Poteſtas Laycalis poterit ſe intromittere, & hos oppreſſos defendere, & Prælatis interdicere, ne ad vlteriora pertranſeant donec Superiores certiorentur de Iuſtitia cauſæ, & Reſponſionem habeant à Sede Apoſtolica, aut ab illis, ad quos ſpectat; quâ habita non amplius iſti ſe intromictant, iam enim non eſt ampliùs defenſio, ſed Iuſtitia; S.A. & hoc etiam non faciant niſi priùs cognita certiſſima violentia, & vrgentiſſima neceſſitate, & abſentia, malaque voluntate Superioris Iudicis, vt ſi carceratur appellans, vel in longinquas partes mittitur, &c. *vt cit. Bellaſ. benè docet, & Salgadus de Regia protectione præludio 5. n. 24. & 25.* agens de cauſis extra clauſtra, & quãdo negotia Religioſorum cognoſci poſſunt ab Ordinarijs, licitè recurrere poſſunt ad Regium Senatũ, per viam violentiæ, quã ſunt oppreſſi ab iiſdem Ordinarijs, & de Cauſis de quibus cognoſcũt Conſeruatores, & alij Iudices Delegati, ex idẽtitate rationis, &c. ex qua ipſe infero, quod in omnibus cauſis hoc fieri poterit, *vt DD. relati à Bellaſ. docent*, ex generali Concluſione pro miſerorum defenſione, quibus præſtanda defenſio, *c. non inferenda cum ſeq. 23. q. 3. c. irreligioſum 87. diſt.* & non defendẽs veritatem proditor eſt veritatis, *c. nolite 11. q. 3. Ouid. cit. non vllo cauſa tuente petit. c. Chriſtianis 11. q. 1.* & contrarij

trarij ſupra *relati à Barboſa*, ſicùt & ipſemet, ſi benè examinentur, hoc non concludunt ex ſuis argumentis, & rationibus, loquentibus in caſibus iudicialibus, nec per modũ defenſionis, & abſolute poteſtatis; omniaque iura, & determinationes Papales hac reſponſione ſaluantur; cum hoc ſit bonum pro Eccleſiaſticis; & pace Regularium, ad quam attendere etiam debent boni Principes, cum Eccleſiaſtici, & Eccleſiæ arma non exerceant, *c. perpendimus de ſent. Excom.* ideò indigent defenſione, & protectione Laycorum, *Genuenſ. prax. Eccl. q. 63. n. 2. & 3. Tuſchus pract. cõcl. lit. R. concl. 333. Salgadus quo ſup. p. 1. cap. 1. præl. 2. nu. 71. & 72. Marta de iuriſdic. par. 1. cap. 49.* ſed hæc omnia faciant cognita iniuſtitia, & oppreſſione iniuſta, & vt dici ſolet (cum grano ſalis) aliàs in cenſuras incurrent.

125 Et hi Principes Chriſtiani non ſolũ poteſtatem Eccleſiaſticam defendant, rixasque, & controuerſias Eccleſiaſt. componant præſtando defenſiones, & brachiũ, *c. Principes 23. q. 8. c. boni Principes 96. diſt. c. Chriſtian. 23. q. 1. Clem. 1. de iureiurando, c. res que 23. q. 5. c. fin. 96. diſt. c. ab Imperatoribus 23. q. 3.* & aliquãdo arma ſumẽdo, *c. 1. & per tot. 23. q. 5.* ſed ſuã manutenere debent Iuriſd. & Iudices Prælatoſuè Eccleſiaſticos turbãtes in ſua poſſeſſione Iuriſdictionis, & poteſtate, quam iura tradunt, & Doctores in eis agnoſcunt, hortari, vt omnia reducant ad priſtinum, iuxta facti accidentia, & verbum, hortari, licèt ſit Vrbanum iuſſionem in Principe importat ait, *Capiblan. de Baron. p. 2. prag. 8. comm. 3. num. 17. in prim. impreſſ. arg. c. 1. de teſtam. ibi, hortamur, vt ſollicitè hec diſcutias, & gl. hortamur idest præcipimus*, ſicuti facit Epiſcopus contra Regulares turbantes ſuam iuriſdictionem, *Barboſa de off. Epiſcop. alleg. 105. nu. 65. Ceſpedes de Regul. dub. 258. cum alijs*, & in caſu inobedientiæ in pœnam Princeps facit ſequeſtrare bona eorum temporalia, *Marc. Com. & Oſaſc. quos ſequitur cit. Capiblan.* & vſque ad finem litis, nec in cenſuras incurret iuxta horum ſententiam, quia dicunt quod iſtæ loquuntur de vſurpantibus, & appropriantibus bona Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticorum, non contra ſequeſtrantes, & ſuſpendentes redditus locorum, qui dabantur Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis, & fit ſub hoc prætextu, vt lis finiatur, & hoc modo citiùs expediatur, ideò in pœnam bona temporalia ſequeſtrantur; *vt Doct. cit. docent, & Obſeruantiam Collat. Conſily adducit, idẽ Capiblanc.* & ipſe à quodam Doctiſſimo Theologo audiui hoc modò explicata Verba Bullæ Cænæ, *Can. 18. & Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 11.* quod nimirùm loquantur contra vſurpantes bona Eccleſiarum; non contra ſequeſtrantes ſolùm, abſque appropiatione, quia turbãt ſuam iuriſdictionem, & poteſtatem, præceptiſque iuſtis parere neſciunt circa hoc, quæ Concluſio ſi vera eſt, examinare nolo, prudentioribus relinquo, qui attendentes ad verba iurium citatorum, quod iuſtum, & rectum erit decident, & ſat erit in hac parte ſolùm hæc retuliſſe, & hanc *Doctorum opinionem* circa ſequeſtrationem.

126 Suſpendi tamen indubitanter poſſent Eleemoſynæ, [quod ipſe, nec conſulerem; cum ſint iſtæ Deo factæ non perſonis particularibus, & ab eo expectari debẽt fideles mercedem] ſed de iure diſcurrẽdo, quæ in dies, & voluntariè dabantur à dicto Principe, vel alijs Superiorib. Laycis, ſuſpẽdi valent, nam quæ ab arbitrio dependent, abſque vlla culpa fieri poſſunt, & omitti ſecundum voluntatem facientium, *arg. c. vt cognouerunt §. liberi de pœnit. diſt. 2. c. Sexto 35. diſt. c. cum Redemptor 12. q. 2. c. non ſatis 86. diſt. Archid. & Felin. in c. humanum diſt. prima*, & Eleemoſynæ dandæ ſunt ad arbitrium inſpecta neceſſitate, & facultate dantium, *c. eſt probanda 86. diſt. iuncta c. in ſingulis, & c. fratrem noſtrum, c. humanum 1. diſt. verſ. inferre*, nec vni omnia ſunt danda, *c. non ſatis ibid. & c. Dominus ibi, Dominus non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari*, ſed inſpecta qualitate perſonarum; vt ſi quis habeat conſanguineos illis tribuat, vel amicis, aut non valentibus laborare, &c. & poſteà alijs, *d. c. Dominus cũ ſeq. Afflictus deciſ. 290. in fine*, nec hæreditas auferenda eſt à Conſanguineis, vt detur Eccleſiæ, *gl. in*

*c. 1. de*

Google

*c. 1. de teſtam. in 6. verſ. Trebellianica*, vel à ciuibus, vt detur exteris, *Bart. in l. 1. C. de ann. ciuium lib. 10. Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap. 3. & ſup. dicebam deciſ. 10. nu. 94.* & aliquibus multoties non ſunt dandæ; *Hier. ad Nepotianum, ſunt qui ſub prætextu Eleemoſynæ, quærunt diuitias, quæ magis venatio appellanda eſt, quàm eleemoſyna, ſic beſtia, ſic aues, capiuntur, & piſces; modica enim in hamo eſca ponitur, vt plenè in eo ſacculi protrahantur*, nec de alieno, ſed de proprio, *c. non eſt 1. q. 1. c. 1. 14. quæſt. 5.* neque de certis furtis, *vt ibi*, & per ambitionem, *Tacit. lib. 2. annalium Ærarium ſi ambitione exauſerimus per ſcelera ſupplendum erit. Vide Colon. nouiter in ſuis controuerſijs lib. 1. contro. 7. de eleemoſynæ cap. 1. & 2.*

127 Addas ſuprad. circa priuil. fori, quod Clericus in minoribus non gaudet fori priuilegio, niſi habeat requiſita, *Trident. Concil. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* cuius verba ſunt hæc: *Vt nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus fori priuilegio gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines percipiendos verſetur:* Hæc illud.

128 Idcirco vt gaudeat fori priuilegio (nam Canonis gaudebit, eo ipſo quod eſt tonſuratus) requiritur, vt habeat hæc requiſita, diſtributiuè ſaltem. Primò quod habeat beneficium etiam tenue: & hic fori priuilegio vtitur, & ſi habitum non geſtet, & ſit intruſus *Garc. de benef. part. 2. c. 2. nu. 6.* probata poſſeſſione, & titulo beneficij, *Barboſ. ſup. Trid. cit. n. 11. Maſtrill. deciſ. 113. Latro conſult. 73. Marin. to. 1. reſol. 56. Gratian. diſcept. forenſ. lib. 3. cap. 440. Ponte conſ. 24. Capiblan. de Baron. part. 3. prag. 8. nu. 36. cum alijs*, etiam abſque redditibus, *Barboſa de iure Eccl. d. cap. 39. §. 2. n. 16.* vel penſionem, & omne quod venit appellatione beneficij, *idem Barboſa in appell. Verb. Beneficium, & de vniu. iure Eccl. n. 14. vſque ad n. 22.*

129 Secundò ſi non habeat beneficium incedens in habitu, & tonſura Eccleſiæ inſeruiat pro maiori parte anni, *Barboſa de vniu. iure cit. n. 31.* nec continuo ſeruire debet, *vt idem docet, & Colonius contron. lib. 3. contron. 4. cap. 1. n. 40.* vel in Seminario ſit adſcriptus, & degat, aut in Schola, vel vniuerſitate ſtudeat, *Diana part. 1. tract. 2. reſol. 20.* adeo vt ſi conſtet aliquod requiſitũ, ex his haberi in Clerico priuilegio fori gaudere debet: nec Epiſcopi licentia eſt neceſſaria, vt Moderniores ex mente Tridentini probant cum *Barboſa citato ſup. d. Concilio n. 32. & Diana in fine part. 5. num. 24.* qui ait Clericum prouectum in ſtudijs, etiam gaudere hoc beneficio, & ſi actu non ſtudeat, ex mente eiuſdem Concilij, quæ notabilis concluſio eſt, & Scholæ hæ ſint, iuris Canonici, Ciuilis, Theologiæ, & Philoſophiæ, poſt ſtudium Grammaticæ, Reth. & ſimil. quia mens Concilij eſt vt Eccleſiæ proſint temporibus ſuis, & maior ſeruitium eſt ſtudium quã aliud, *arg. c. ex eo, & cap. fin. de magiſtris, & ex eod. Trid. conſtat*, ibi, *quaſi in via ad maiores ordines percipiendos verſetur*, & doctus vnus plus Eccleſiæ prodeſt, quã decem indocti, *vt ſup. deciſ. præced. n. 80. ex Deciani, dicebam*.

130 An vero Layci cognoſcere poſſint de his requiſitis, adeò vt eis ſint ab eis examinãdæ literæ Dimiſſoriales, & ſeruitia ? & abſolutè negatiuè reſpondeas cũ hoc ſit expreſsè contra Immunitatem Eccleſiaſticã; & indirectè Layci cognoſcerent de perſonis Clericorũ, quæ Iure Diuino ſunt exẽptæ à poteſtate Laycali, vt omnes docent, *cum Salgado de Regia protec. p. 1. cap. 1. præl. 3. n. 115. ibi in perſonis, non rebus temporalibus, & de re ſpirituali, c. ſi Iudex Laycus de ſent. excom. in 6.* quæ neque incidenter cognoſci poſſunt à Layco, *de Franchis deciſ. 551. n. 1. & 189. n. 3. Cenall. & Marin. allegatione 124. n. 16. & 17.* & expreſsè pro hac vera ſententia ſunt, *præter Marin. Gratian. cap. 190. num. 13. diſcep. forenſ. Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 12. nu. 16. & de Vnin. iure Eccleſiaſtica cap. 39. tom. 1. n. 28. §. 2. ex Armendar. Farin. & alijs*, nec iura, vel ritus, aut ſtatuta, contrarium diſponentia ſeruanda,

tan-

Digitized by Google

tanquàm lata à Laycis, quæ Clericos non ligant, *arg. c. quod Clericis cum ſeq. de foro compet. Marin. reſol. iuris lib. 2. cap. 50. num. 1.* & ſolùm demonſtratis literis dimiſſorialibus, vel beneficij poſſeſſione à Clerico; aut ſi in habitu, & tonſura iſto incedat ſtatim ad forum ſuum remitti debet, nec oſtendere tenetur literas Clericatus, ſi per teſtes doceant de hoc, & fuerit in quaſi poſſeſſione, in qua eſt, dùm in habitu, & tonſura inuenitur, *Leonius de præpar. iudic. p. 1. præpar. 19. n. 44.* & de veritate harum literarum Epiſcopus ſententiam proferat, *Capycius Latro deciſ. 173. n. 38. & deciſ. 73. cum Gratiano lib. 1. controu. foreni. cap. 2. n. 47.* & melius in terminis, *Gratian. diſcept. forens. cap. 100. nu. 13. & alij cum Barboſa ſuper dict. Concil. nu. 24. & Gallemart. circ. finem, Leon. cit. n. 36. cum ſeq. Couar. prac. quæſt. cap. 33. nu. 3. & P. Barboſa in l. Titia n. 27. ff. ſol. matrimonio,* quos citat, & ſequitur, *de Marinis nouiter in allegationibus diuerſorum recollectis per eum, alleg. 124. n. 19.* & ſi notoriè ſaltem Clericus exiſtimetur, non è contra ſi inuentus abſq; habitu, & tonſura, nec notoriè talis exiſtimatur donec doceat de ſuo Clericatu in carceribus Iudicis Layci detineri poteſt, *Barboſa ſup. d. Concil. n. 28. Gizzius in Obſer. ad Capyc. Latro deciſ. 73. n. 2. ex Prato diſcep. cap. 35. num. 19. Sanfelice deciſ. 352. lib. 3. & alijs, Marin. alleg. 38. Leon. cit. n. 54.* & Epiſcop. poſtea quod fuerit conueniens decidet, *Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 12. n. 16.* & de Monachis extra clauſtra repertis, *dicam in ſeq. deciſ. n. 49.* contrariaq; ſtatuta ſunt contra ſacros Canones, *ait de Franchis deciſ. 339. n. 5. & Carauita ſuper ritu 235. n. 20. cum alijs apud Marinum cit. n. 16. d. alleg. 124.*

131 An verò Epiſcopus poterit arbitrariè decidere, & Clericum abſque his requiſitis non remittere, dubitarũt aliqui, ex verbis *Trid.* vbi Epiſcopo conceditur licentia aſſignandi Clericos in Seminarijs, Scholis, vel Eccleſijs, ergo omnia erunt ad ſuum arbitrium; ſed circà has aſſignationes, iam dixi, quod neceſſariæ non ſunt, & ſufficit, vt inſeruiat Clericus in minoribus, vel ſtudeat in Schola, vel vniuerſitate, aût Seminatio; dubium eſſet ſi nimirum inuentus abſque habitu, quem apportare non ſolebat, nec erat beneficiarius, & delinquit, Laycuſque Iudex illum apprehendit, eu poſſit habitum reaſſumere in ipſa declinatoria fori, & datis ſeruitijs iſte declarandus ſit Clericus? & reſoluas cum omni [quidquid dixerit, *Riccius coll. deciſ. 160. ad finem Grammatica*] quod Clericus habitu relicto ſi citatus à Iudice Layco, vel captus reaſſumpſiſſet habitum, & in tonſura apparuerit, tunc ad Eccleſiaſticum eſſe remittédam cauſam ad effectum, vt iſte decidat illum non eſſe Clericum; vel è contra quia non incederet in habitu, & tonſura, &c. nec reaſſumptio habitus ſufficeret, vt cenſeatur quis Clericus, [ licèt Epiſcopus non perdat ſuam iuriſdictionem contra iſtum incedentem abſque habitu, *Triuiſ. deciſ. 48.* & ſit locus præuentioni, *Riccius coll. deciſ. 352.*] ſed requirũtur alia requiſita poſt reaſſumptionem, nimirum ſeruitia, &c. *Marin. tom. 1. reſol. 49. & 50. nu. 3.* nec gaudet quando reaſſumpſit habitum in fraudem præuento negotio, *vt dixi ſupra n. 54.* ibi etiam à quo puniendus, ſicuti ſi detineri poterit, &c.

132 Priuilegio etiam potiuntur Clerici exemptionis à Statutis Laycorum, vt declarauimus ſupra *deciſ. 3. de Conſtitut. in fin.* & ſtatuta executionem tribuẽtia inſtrumẽtis, ſicuti vt Clerici executiuè virtute apodixæ bancalis poſſint conueniri eos ligabunt, non quatenus ſunt emanata à Laycis, ſed quatenus eis ſunt fauorabilia, nullus enim contraheret cum Clericis, ſi prædicaretur illa concluſio; quod malum eſt iſtis, & Eccleſiaſticis; ergo quatenus ſunt ipſis fauorabilia, & Curiæ Eccleſiaſticæ ſequũtur, eos ligant, & odioſa sũt malis debitoribus, & doloſis qui priuilegijs iuris malè vtuntur, cumque hæc ſtatuta ſint, ad bonũ cõmune, & etiam fauore Clericorum, illos ligare debent, *Baronius tom. 2. de cit. add. ad quæſt. 19. nu. 167. & 168.* qui idem affirmare, & probabilitèr videtur in Clerico tertio poſſeſſore rei ſubiugatæ, vt coràm Iudice Eccleſiaſtico executiuè conueniri poſſit, & in Donatarijs omniũ bonorũ, *in annot. tom. 4.*

133 Idem

133 Idem de alijs ſtatutis tribuentibus executionem, Pragmaticis, Capitulis Regni, & ſimil. quando fuerunt approbata ab ipſiſmet Clericis, & in ſuis Curijs recepta, *Cornazan. deciſ. 186. nu. 7. Vrſillus deciſ. 310. Abbas, Felinus, Rodriquez, & alij cum Molpheſio ad Conſuet. Neap. par. 2. q. 7. de perſonis n. 9. & 52.* nec abſolutè, & de iure ſtare poterit Concluſio, *Baronij, & alior.* admittentium executionem contra Clericum tertium poſſeſſorem rerum obligatarum ad cenſum Bullalem, & Donatarium omniū bonorum, vel ex virtute Apochæ bancalis, aut apodixæ, vel in ſtatuto circa viam executiuam, *Podius ſup. rit. c. 111. & ſimil.* quia Clerici non ligantur Pragmaticis, & ſtatutis Laycorum. *vulg. c. Eccl. S. M.* reſpicientibus præcipuè deciſoria Iudicij, *vt ſupra n. 116. & 119.* prout ſunt hæc ſtatuta executionem tribuentia, quæ deciſoria reſpiciunt, *Cancerius lib. 2. cap. 5. n. 207. Tiberius in prax. lib. 2. cap. 35. num. 3. & Maſſin. de confiſcatione q. 44. n. 56.* non ita ſi reſpicerēt omnino ordinatoria, & ad tollendas defenſiones non ſe impedirent, ſed omnia concederent ſpectantia ad ordinatoria, & tunc quia reſpiciunt ſimplicitèr ordinatoria ligarēt Clericos, *vt idem Cācerius* diſtinguit, ſed in caſibus apodixæ, donatarij, tutorū, & ſimil. executio ſemper tendit circa deciſoria, tollit enim defenſiones, dat breuiores terminos circa ſolutionem, &c. ideo benè ait *Giurba Obſeru. 104. n. 4. & Groſ. ad conſt. Pragm. com. de Caſtro §. 25. n. 15.* quod Clericus virtute apochę bancalis conueniri nō poteſt via executiua iuxta formam Pragmaticæ, aut aliæ Conſtitutionis, *Oizanus in Obſeru. ad Capycium Latro deciſ. 73. n. 8. vbi de ſua Pragmatica liter. Cambij, & Regens Mariin. deciſ. 233. in Obſeru.* quidquid dixerit, *Caruſius in ſilua termin. arbor. 31. nu. 47.* vbi contrariū docet, ſed ex Obſeruātia ſecuta in Curia Epiſcopali Agrigentina, nam ex obſeruantia, quod ligari poſſint, ipſe etiam teneo prout *nu. 134. cum ſeq.* dubium eſſet de iure, ex quo veriùs eſt non ligari: idem de tertio poſſeſſore, vt non teneatur ſi conuentus ex decurſis bullæ via executiua, ſuper bonis proprijs, & perſona, *Giurb. cit. & Groſ. §. 37. n. 19.* & de fidecommiſſario vniuerſali, herede, donatario omnium bonorum, & ſimil. in quibus de iure procedi nō poteſt via executiua contra Clerici perſonā, & bona, quia executio, quæ vigore ſtatuti tribuitur in vno tribunali, nō poteſt ad aliud decerni, *Alex. conſ. 167. num. 6. lib. 2. Leon. de præparat. iudic. part. 1. præparat. 9. n. 9.* atque *de Capitulo Regni Caroli V.* annullante contractū minoris, vt non compræhēdat Clericos decidas etiā de iure procedēdo, *contra Abruz. in lect. in § nunc admonendi de quib. alien. &c. n. 33.* & de ſimil.

134 Cæterum ſi hæc ſtatuta ſint approbata, & recepta in Curijs Epiſcopalibus, & inueteratus ſtylus conueniendi Clericos executiuè ob Inſtrumēta intra decennium, cōfecta, & in decurſis cenſus, in donatario omnium, vel maioris partis bon. in Clerico minore, *ex cap. Caroli V.* in apodixa, in fidecōmiſſario, hærede, in ſpolio, & in alijs caſibus, ſimil. quia hoc eſt fauorabile Clericis, nam aliàs nemo contraheret cum eis, & Eccléſia, & ſicuti ipſi in ſuum fauorem exequuntur inſtrumenta contra Laycos ſecundum formam ſuorum ſtatutorum, *Leon. qui ſup. num. 35.* ita è contra facere debent Layci contra eos, *argum.* Æqualitatis permaximè ſeruandæ à Clericis, cum Laycis eorumuè contractibus, *c. 2. de rer. permut. Clem. 1. vbi gl. verſ. iuridic. teſtib. Card. controu. 116. n. 53. Menoch. conſ. 34. n. 11. & conſ. 203. n. 16. conſ. 606. n. 16. & 1147. n. 18.* vt in termin. notat *Caruſ. in ſilu. termi. arb. 8. n. 40. & 47.* & ex hac conſuetudine immemoriali, & ſtylo conueniendi ſunt, & iuxtà hunc decidendum in eiſdē Curijs, *de Graſſ. de effect. Cleric. effec. 2. n. 306. Seraphin. dec. 303. n. 4. & 707. n. 7. Marteſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 101. n. 8. Caputaq. deciſ. 227. nu. 2. Ferricont. Dian. p. 1. q. 6. n. 8.* nec Clerici dicuntur ex ſtatuto Laycali ligari, ſed ex ſtylo ſuarum Curiarum approbato in ſua Curia, *Salgadus de Regia protec. p. 1. cap. 2. §. 3. n. 17. & 18.* vbi ait ſtylum Tribunalium Regalium multoties eſſe practicatum, & approbatum in foro Eccleſiaſtico, & leges etiā

Re-

Regni, quæ practicantur in vtroque foro debent omnino ſeruari, nec à tali praxi recedendum, *ex Craſſ. cit. nu. 133. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſupt. 44. num. 17. Carpan. & alijs.*

135 Et ex cõſuetudine merè Ciuili Clerici adſtringi non poſſunt, non ita ex Ciuili approbata à iure Canonico, vel Curia Epiſcopali, *idem Salgadus cit. part. 1. cap. 1. n. 37.* quæ mixta, & magnam vim habet in Clericis, & Eccleſiaſticis, *c. cum veniſſent de eo qui mittitur, Abbas in c. cum cauſa de re iudic. Barboſ. in l. titia nu. 33. ff. ſol. matrim. Cou. practic. c. 31. n. 5. Felin. in c. Eccl. S. M. de Conſtit. n. 81. Decius in c. ad noſtram n. 3. de probat. Roch. de curte, & alij quos ſequitur, Salgad. relat. ſup. par. 1. c. 1. prælud. 3. n. 137. Caruſus ſuper rit. Regni noſtri cap. 7. nu. 97. ego ipſe in ſeq. deciſ. num. 70. & 74.* & præcipuè ſi fuerit inueterata, & introductus ſtylus decidendi in eiſdem Curijs, qui omnimodè ſeruandus tanquam lex, *Capycius Latro deciſ. 138. n. 28. Baron. de citat. tom. 3. addit. ad quæſt. 29. nu. 4. cum ſeq.* præcipuè *n. 9.* de Clericis ſtylum ſeruantibus, & Obſeruãtias, *Menochius conſ. 1144. n. 85. Caruſ. cit. & in ſilua termin. arbor. 1. n. 40. & 43.* atque conſuetudo immemorialis, *de Marin. alleg. 150. nu. 6. Salgad. cit. p. 1. cap. 1. prælud. 1. nu. 32.* quæ eſt quaſi altera natura, & legum interpretatiua, *Giurba conſ. 19. nu. 42. & 39. n. 64. Borell. ſum. deciſ. tit. 14. nu. 88. Barboſa in axiom. V. conſuetud. Viſconti in ſuis concluſionibus Verb. Conſuetudo per tot.* vel ſtatutorum, *Menochius conſ. 247. n. 18. & conſ. 138. nu. 8.* & interpres rei dubiæ, *idem conſ. 156. n. 18. conſ. 189. n. 19 conſ. 721. nu. 8,* prout in caſibus ſupradictis, in quibus Doctores varij ſunt in decidendo, & Obſeruantia curiarũ in his caſibus dubia tollit, *Borell. ſum. deciſ. tom. 1 tit. 14. n. 131. ex Lopez, Ceuall. & alijs, idem Menoch. conſ. 1056. n. 32. & 1061. num. 8.*

136 Nec per binos actus inducta cenſetur conſuetudo in poſterum taliter iudicãdi, ſed ſolùm faciendi ſimile Iudicium, *de Marin. deciſ. 24. in Obſeru. in fine,* explicans illud comune, quod conſuetudo iudicandi, vt ſemper ita iudicari debeat, & inducitur ſi per duos actus fuerit conformiter iudicatũ, *ex gl. in l. 3. C. de Epiſcop. audientia, de Franchis deciſ. 91. n. 16. 238. n. 3. & 722. num. 1. idem de Marin. lib. 2. reſol. 169. n. 7. Caſtillo, & Maſtrill. relati à Groſſ. controu. 19. n. 22. & controu. 5. n. 17.* nam intelligitur, *prout ſupra,* vt poſſit Iudex facere ſimile Iudicium, non ita in caſu noſtro, in quo debet eſſe immemoriale tempus, & ſtylus antiquiſſimus; ita vt non ſit memoria in contrarium ſemper decidendi hoc modo, nam aliàs legem non inducit vnus, aut alter caſus deciſus; ab aliquibus aſſeſſoribus, in Curijs Epiſcopalibus, forsàn ignaris, neſcientibus hæc diſtinguere, qui plura præſumũt ſcire, & pauca legunt, & cognoſcunt, volanturque per aera, non ſicut *de Baldo* dicitur, ob nimiam ſubtilitatem, *Decian. in Apol. pro Iuriſprud. cap. 12. n. 4.* ſed ſtoliditatem, deficiuntque in materijs Canonicis, quia terminos, & vias ignorant cum ſolùm, & malè iuri Ciuili operam dederint.

137 Et à gabellis eximuntur Eccleſiaſtici, & exactionibus omnibus à Laycis impoſitis, vt nec perſonæ, neque bona Clericorum ſubdi poſſint gabellis, & datijs Laycorum ex communi ſchola *Canoniſtarum, Theologorum, & Ciuiliſtarum, ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. vt habetur in c. aduerſus, & toto tit. de Immunit. Eccleſ. in Decretalibus, ſexto, & Clementinis,* & nouiter *à Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 20.* quam concluſionem confirmauit *Iuſtinianus Imperator in l. Sancimus l. placet C. de ſacroſ. Eccleſijs, & Federicus in Auth. cum nulla C. de Sanctiſſ. Epiſc. §. ad hæc Sancimus Auth. de Eccl. tit. &c.*

138 Veritas mecrcle à Iure Diuino emanata, vt autumat *Tridentinum ſup. cit. ex Gen. 47. Exod. 1. Eſdr. cap. 7. num. cap. 3.* & in nouis ſcripturis habes, ex *Chriſto Domino Matth. 17.* qui non fuit tributis ſubditus, *vt ibi legitur,* ergo bona Eccleſiaſtica, & Clerici, qui Chriſtum agnoſcunt vt Superiorẽ, & dominum ſpecialem, non ſubduntur gabellis impoſitis à Principibus Sæcularibus, & Laycis, & quoad perſonas, & quoad bona, &

na, ab omni onere reali, perſonali, aut mixto, Carneual. de iudic. tom. 1. diſp. 2. nu. 393. cum ſeq. Coton. controu. lib. 3. cap. 3. controu. 4. Bonacina, Reginaldus, Sotus, & alij cum Belletto de exemptionibus, Cler. à mun. publ. n. 2. Parinus, Gutierez, de Graſſis, effec. 3. & omnes Comunitèr Doctores cum Barboſa de iure Eccl. tom. 1. cap. 39. §. 5. n. 4.

139 Et adeo vera eſt concluſio, & inuiolabilis, vt qui hanc non obſeruauerint, & practicauerint præter Ciuiles pœnas ab eodem iure Ciuili impoſitas, in d. Auth. cum nulla, excomunicationem incurrunt, c. quãquã de Cenſib. in 6. & in Bullæ Cœnæ §. 18. quę Papæ reſeruatur, vt ibi, & aduertant etiam, quod omnes Clerici, & Eccleſiaſtici, & eorum bona gaudent Immunitate à gabellis ſupra citata, & ſi excommunicati ſint, ſuſpẽſi, interdicti, irregulares, &c. arg. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. & hæc ſit prima ampliatio.

140 Ampliatur ſecundò in Clericis habentibus requiſita, Tridentini citati ſupra ſeſſ. 23. c. 6. vt DD. docent communiter. Vide Barboſ. ſup. dict. Concil. n. 34. & de vniu. iure Eccl. ſup. cit. §. 5. n. 15. vbi declar. S. Congreg. adducit Gallemart. & in Clericis ſtudentibus, Bartol. in l. 2. C. qui ætat. &c. Guid. Papa q. 383. contrariorumue opinio eſt expreſſa contra tex. Trid. cit. loquentis ſolùm de fori priuilegio.

141 Ampliatur tertiò, vt etiam Clerici coniugati cum vnica, & Virgine hac Immunitate gaudeant ſecundùm aliquos, ex c. vnic. de bigam. in 6. ſed tex. ait de priuilegio fori, & canonis, non de hoc exemptionis; ideo nõ admittas hanc ampliationẽ, cũ Barboſ. mox citand. & à pagamentis quæ fiunt Neapol. vulgo (ſuper capite) Mar. reſol. lib. 1. cap. 59. Barboſ. cit. d. cap. 39. §. 5. nu. 19. idẽ dicas de Clericis orientalibus, & græcis.

142 Ampliatur quartò in omnibus famulis Clericorum, arg. l. 2. C. de Epiſcop. & Cleric. viuentibus in domibus illorum, & in colonis perpetuis, gabellotis, & ſimili quãdo eorum onera eſſent in præiudicium dominis. Spirellus deciſ. 41. n. 64. Barboſ. n. 20. & 21. quæ vera eſt opinio, Graſſis cit. num. 153. vt ſupra dixi n. 26. & 27. ex Marin. deciſ. 192. & inf. n. 145.

143 Ampliatur quintò in Monachis profeſſis, & nouitijs, omnibuſq; Religioſis atq; Eremitis, quia Deo ſunt dicati, ideò ipſi debent eſſe immunes, tanquã Milites Dei, Bellaſius in prompt. V. Gabella, & etiam eorum famuli modo pro vt de Clericis, Nouar. in lucern. Regul. verb. Gabella, & Lezana eod. Verb. & Conuerſi, Oblati Moniales, & Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci ſi habitum portauerint, & clauſtraliter vixerint, Barboſa cit. n. 23. cum ſeq. idem docens de Militibus Hieroſolymitanis, de quibus ſup. cum de priuilegio canonis, & ſunt verè Religioſi, Bellaſ. ver. Monial. Conuerſi, Montales, Sorores, Tertiaria, &c. & circà equites abſoluta eſt concluſio, vt gaudeant exemptione omnia eorum bona, non ſolùm ea, quæ ſunt illis data in commendam, ſed alia bona patrimonialia; quia ſunt Religioſi verè, omniaque illorum priuilegia habent, Grat. diſcep. forenſ. to. 5. c. 880. Puteus deciſ. 382. & 392. Petrus de Greg. ſintag. iuris lib. 15. cap. 34. Menoch. de arbitr. caſ. 56. nu. 11. Sanchez de matrim. lib. 2. diſp. 18. per tot. & omnes communitèr DD. apud Barboſam in appell. verb. Religioſus nu. 6. & de alijs perſonis ſupradictis, Cotonius controu. lib. 3. controu. v. cap. 3. n. 87. 88. & ſeq. & idem Barboſa de vniuerſo iure Eccl. n. 26. & 27. cap. 39. lib. 1. §. 5.

144 Ampliatur ſextò, vt Clerici prædia ſua, & fructus omnes, omniaque bona quomodocumque prouenientia vendentes non teneantur ad gabellas; ſed hoc intelligas de bonis omnibus in poſſe iſtorum repertis, nõ ſolùm patrimonialibus, vt DD. aduertunt cum gloſ. in c. quamquam de Cenſib. lib. 6. verſ. ipſarum, & infra dicam, nã regula tex. ſtat pro Clerici libertate, & pro perſonis Eccleſiaſticis, eorumuè bonis, ſiuè ad minutum, ſiuè ad groſſum vendant; vel faciant vendere, aut tranſmittant de loco, ad locum, Niger, Decius, & Abbas apud Muſtrillum deciſ. 49. Velaſ. conſult. 131. Squillante de priuil. Cleric. cap. 8. n. 38. Barboſa cit. nu. 34. Gram. Ludouiſ. & alij quos citat, & ſequitur Horatius Viſconti in Concluſionibus iuris Verb. Cle-

rious in fine, nec hæc dicitur negotiatio, quia iura concedunt Clericis facultatem diſtrahendi redditus ſuorum bonorum in quaſcumq; perſonas, arg. c. 2. de locato, Con. lib. 2. var. cap. 16. n. 34. Anend. de exeq. mandat. p. 1. cap. 3. nu. 37. & intelligas ſolùm de bonis, & hæreditate Clerici viui, non mortui, nam bona illius mortui non ſunt exēpta, Butter. de renunciat. ſucceſ. Thorem. 12. cap. 1. n. 14. ex Gutierez, & alijs.

145 Et de illorum colonis dubium eſt, an ſint exempti, præcipuè ſi partiarij, qui pro parte ſua ipſis tangente eſſe non poſſunt exempti, cum non ſint bona Clericorum, niſi veniret gabella indirectè cōtra iſtos, & grauarentur iſti, eo quod ruſtici eorum nimis grauantur; ac proindè in ſuis poſſeſſionibus nollent laborare, quo caſu exemptio etiā his dari debet, Surd. cōſ. 301. n. 85. Anna ſingul. 99. Theſau. deciſ. 116. Menoch. de arbitrar. caſ. 562. num. 58. Gloritius reſp. 5. n. 61. Barboſa cit. nu. 30. & 31. qui deciſ. S. Congreg. adducit, & excepto hoc caſu, quod ſoluere debent Gabellas, verior docet ſchola, vt ſup. dixi num. 142. ex Sperell. Mar. & alijs, quia non ſunt exempti à iure, nec caſus deciſus reperitur à Summo Pontifice hos eximens, Velaſcus cit. conſul. 131. n. 16. non ità de alijs, qui nomine Eccleſiæ, vel Clericorum fundos locant, & prædia ſub certa mercede, in perpetuum, vel ad tempus, qui gaudent pro fructibus Eccleſiæ exemptione, & alijs priuilegijs, cum ſint ſub nomine Eccleſiæ in illis locis poſitis.

146 Quod ſi ad cenſum, vel emphyteuſim, res haberent, non ità dicendum, quia dominium eſt translatum ſaltem vtile, ex quo ſubduntur gabellis, ita multi DD. quos refert de Graſſ. de eff. Cler. eff. 3. n. 77. ſed poſtea ipſe diſtinguit num. 81. quod aut penſio correſpondet fructibus, & tunc pro hac re erūt immunes, quia de his ſolui debet Eccleſia, vel Clericus, & sūt fructus aliquo modo ſui; aut non, quia datur in recognitionem, & hoc caſu ad minus pro iſta parte exemptionem habere debent, ſicut & in cenſu bullali, nā Eccleſia pro hac parte ius habet, & grauari non poteſt, nec domini abſolutè dicuntur niſi cum hoc onere, ſi enim domini eſſent poſſent bona alienare, arg. §. 1. inſtit. quib. alien. licet vel non, l. in re mandata C. mandat. & Graſſ. ſequuntur Squill. de priuil. Cleric. cap. 8. n. 62. Barboſa cit. d. c. 39. §. 5. nu. 62. qui loquuntur de cenſu irredimibili, ſed de redimibili contraria verior, Rota Roman. apud Cotonium controu. 4. cap. 3. n. 87. quia in hac forma contractus, excluditur omne dominium à perſona priuilegiata, & manet ſolum ius ad annuam penſionem.

147 Vt in caſu tranſlationis dominij fructuum venditorum à Clericis in perſonam Layci, quæ exemptionem non habet, cum extinguatur priuilegium, Bellaſ. de ſq. Cleric. p. 1. tit. de exempt. Cler. §. 8. n. 8. de Graſſ. n. 89. Menoch. de arbitrar. caſu 180. & 562. num. 43. cum limitatione alia, quam tradit Marin. deciſ. 192. tom. 1. & ſup. dixi n. 48. & 49. & magis in terminis pro regula, quod teneatur emptor fructuum, in deciſ. 18. tom. 1. n. 3. & lib. 1. cap. 169. num. 6. atque etiam in onere reali, quando enim onus reale eſſet, & immunitas concederetur pro re, tunc res in quemcumque tranſit ſemper talis eſt, arg. tex. in l. 4. §. quamquam ff. de cenſibus, l. ſi conuenerit ff. de pig. act. c. cum non ſit de decimis, c. ex literis de pignoribus, c. ſi quis Laycus 16. q. 1. c. quanto vbi gl. verſ. deueniſſent de vſuris, Staibani conſ. 284. Capiblanc. de Baron. lib. 2. c. 85. n. 18. in nouiſ. & Mar. cit.

148 Quod ſi bona antea fuerint penès laycos, aut alijs perſonis ſubditis data, & conſequenter eſſent obnoxia de facto, ſi peruenerint poſteà ad Clericos, vel Eccleſias, aliquo titulo oneroſo, vel lucratiuo inter viuos, vel cauſa mortis, & in teſtamētis, tunc defendas ad onera Clericos teneri, & Eccleſias, quia res tranſit cum ſuo onere de facto impoſito, l. alienatio ff. de contrah. emptione, c. paſtoralis, c. cum non ſit de decimis, d. c. ſi quis Laycus 16. q. 1. l. is cui ff. de nou. oper. nunciat. Barboſ. ſup. cit. n. 35. cum alijs, Bellett. etiam §. 3. n. 1. & 2. Giurba lib. 2. controu. cap. 22. n. 55. niſi bona fuiſſent libera; & poſtea Princeps vellet onus imponere, quia hoc caſu non poterit cum ſint penes Eccleſiam, & perſonas exemptas, idem

Bar-

Digitized by Google

*Barboſa ex arg. l. vnica C. de non inpon. lucrat. deſcript. vbi gl. verb. immutari lib.* 10. exceptis caſibus neceſſitatis, de quibus *mox dicā in ſeq.* & ſi onera eſſent ſimpliciter realia, *l. vltima ff. de contrah. emptione, l. cogi §. vnde quæritur ff. ad Trebell. l. cum fundo ff. de ſeruit. vrb. præd.* nam in perſonalibus ſecus eſſet, *l. vltima C. de hæred. action. l. fin. C. de action. & obligat. de Marin. var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 47. *in fin.* & ſi contrarium dicere videtur *deciſ.* 18. etiam in fine, ibi, *prout è contra fuit conſideratum nimirùm quod ſi a Layco res aliqua poſſidetur, quæ eſt in æſtimo Vniuerſitatis ſcripta pro collectis ſoluendis, ſi in Eccleſiam tranſierit, Eccleſia pro illa ad collectas nō tenetur ad quod fuit allegatus Bald. & Aret. in l. placet C. de Sacroſ. Eccleſijs*; ſed loquitur ſolùm adducendo verba deciſionis, quā ipſe non approbaſſe videtur, ſtantibus ſupradictis *in d. reſol.* 47. *n.* 18. vel quod non erat ampliùs executa gabella contra rem, licèt ipſa ſcripta, quæ poſtea tranſijt in Clericum, vel Eccleſiam, nam hæc eſt cōmunis, & verior opinio ab omnibus recepta, *vt idē Marin. ait*, vt pro re de facto affecta non gaudeant Eccleſiaſtici. ſecùs pro illa, quæ fuit trāslata, & poſtea Princeps vellet onus imponere, *ex arg. d. l. vnica, & l. pen. C. de ſacroſ. Eccleſijs*, niſi fuiſſent alienationes factæ in fraudem gabellæ, *Marin. ſup. cit. d. reſol.* 47. *Glorit. reſp.* 5. *n.* 15. *Cotonius controu. lib.* 3. *controu.* 4. *cap.* 3. *nu.* 82. quod incumbit Gabbellotis probare, & exactoribus, & difficilis probationis eſt, *Menoch. de arbitrar. caſu* 116. *n.* 8. maximaque præſumptio fraudis eſſet ſi Pater habens filios, pro quibus ſolet theſaurizare, donaſſet bona Eccleſiæ, & inter viuos, nā in vltimis voluntatib. caſus accidere ſolet, *c. in præſētia de probationibus*, vel ſi bona poſſiderent de facto donatarij, fructuſque perciperent, & venderent, proprioſq; facerent, vel ſi frater Laycus omnia bona fratri ſuo daret, *Marin. cit. d. reſol.* 47. *num.* 14. *& Macerat. reſol.* 88. *per tot.* quod ſi è contra tranſirēt ad laycos bona Eccleſiæ, vel habentium priuilegia, non verificatur, *tex. in l.* 1. *C. de impon. lucrat. deſcr. lib.* 10. nā priuilegium amittunt, de quibus loquitur *tex.* & ſequitur *Menoch. de arbit. caſu.* 180. *n.* 8. *&* 562. *n.* 43. *Belleet. de excēpt. Cler. §.* 8. *n.* 2. *Duard. in Bull. Canæ can.* 18. *q.* 1. *de Graſſis effec.* 3. *n.* 89. prout in re litigioſa, *dicā in ſeq. deciſ. num.* 80.

149 Limitabis tamen concluſionem in gabellis impoſitis etiam ſuper his rebus, & bonis donatis ſub his conditionibus, & cum his copulatiuè requiſitis. Primò in magna publici neceſſitate, in qua layci ſoli eſſent inſufficientes, & hoc notum debet eſſe euidenter, laycos in communi, & in particulari nō eſſe ſufficiētes ad ſubueniendum communitati in tali neceſſitate adeò vt de hoc non ſit dubium aliquod.

150 Secundò debet concurrere cōmunis vtilitas, vel ſaltèm pietas, *c. non minus de Immun. Eccl. & c. aduerſus iuncto c. peruenit, l. ad inſtructiones C. de Epiſcopis, & Clericis, Extrau.* 1. *de Immun. Eccleſ.* ibi, *cæterùm ſollicitè attendant Eccleſiarum Prælati, & alij Clerici Lateranenſe Concilium quod in huiuſmodi ſubuentionibus ſolùm caſum neceſſitatis, aut cōmunis vtilitatis, vbi Laycorum ad id non ſuppetunt facultates deliberatione prouida noſcitur excepiſſe*. Tertiò etiam requiritur Capituli, Epiſcopi, & totius Cleri conſenſus, aut maioris partis, & Summi Pontificis authoritas, quo conſulto imponatur gabella; aliàs non poteſt imponi, vt decidit, *Rota Rom. in vna Brunduſina gabellæ die* 13. *Februarij anno* 1604. *coràm Penia, & adducit Barboſ. de vniuerſo iure Eccleſ. ſup. cit. cap.* 39. *§.* 5. *n.* 8. & ſequitur Catholicorū communis ſchola.

151 Et hæc ſupradicta collectiuè intelligas, adeò vt nec Epiſcopus ſolus poſſit, aut ipſimet Clerici, & Canonici, *Gratianus diſcep.* 390. *n.* 17. *Viſconti in ſuis concluſionibus iuris verb. Gabella, Doctiſs. D. Saluator. Marcheſius Mamertinus Cleric. Regul. Theat. in reſol. Can. reſol.* 6. *&* 7. etiam in neceſſitate, *Carena reſol.* 17. *n.* 9. *&* 10. benè verùm, ait, quod adiri debet Epiſcopus, & cum eius licentia, aut ab eodem exigi poteſt gabella, & imponi, ſtante neceſſitate vrgentiſſima ciuitatis, ſi pro maxima abſentia licentia Summi Pontificis, non poſſit ſtatim haberi,

ſed requireretur magnum tempus, & ruina eſſet irreparabilis, aut periculum proximũ, quo caſu cum Clero Epiſcopus conſentire poſſet, & æquiſſimum putarem, vt ſolũ pro illa vice, ad reparationem magni fluminis, vel imminentis periculi ciuitatis, non exiſtentibus laycis, vel non potentibus contribuere, Clerici aliquid dent, nam etiam ipſi vtilitatem habent; in quibus terminis loquuntur, *Rouitus ſuper Pragmaticis Regni Neapol. prag. de Vectigalibus n.23. Nouarius queſt. forenſium queſt.17. Parinus de gabellis part.1.n.296. Barboſa cit.n.43. ex Surdo conſ. 301. Ceuall. cõm. cont. com. q.415. Garcia, Bonac. Marta, Molin. & alijs, Cotonius in controu. iuris lib. 3. de Clericis controu. 4. cap. 3. n.80. Marta de iuriſdictione p.4. caſ.1.n.52. & caſu 9. Sanſ. in Bull. Cænæ cap.19. diſp.9. & alij poſt eos, Regens Marin. qui ſupra, & deciſ.36. deciſ.439. vbi in Obſeru. num.2.* docet quod Clerici tenentur in neceſſitatibus, & in terminis Deciſionis, *in Brunduſina Gabellæ*, & propriè, quando vtilitas publica, & immediata ſuarum perſonarum eſſet, *Marcheſius cit. reſol.7.* & adfuerit Papæ, & aliorum cõſenſus, *vt idẽ docet, & omnes cit. DD.* putà ad refectionem pontium, viarum, & mœniarum, &c. *Auendan. de exeq. mandatis part.2. cap.3. num.6. & cap.14. n.19. Ceuall. com. contr. comm. q.414. & 896. n.617. Mart. de iuriſd. Garcia, & alij*, nec in his caſibus neceſſitatis modo prædicto perſonæ priuilegiatæ quæcumque ſint excuſandæ, *arg. l.1. c. vt nemin. liceat in empt. ſpecier. ſe excuſ. lib.10. idem de Marin. n.1.* etiam ſi Regulares ſint, *Don. tom.1. de regul. trac. 13. q.88. & 89.*

152 Eodem modo diſcurras de omnibus alijs rebus, ex quibus Clerici, & exempti commodum accipiunt, ſicut layci, vt pro Medico manutenendo vniuerſitatis, & ipſi vtantur eius miniſterio, pro Eccleſia magna ædificanda ad bonum publicum, erigenda campana ad conuocandos fideles, inter quos ipſi etiam ſunt, pro plauſtru vrbis, Cuſtodibus Ciuitatis, vel vt ipſi cuſtodiant, ſi fuerit neceſſarium, nec Layci ſufficientes, *Menoch. conſ.800. n.6. 24. & 26. & conſ.1047. Barboſ. qui ſup. d. c.39. §.5. nu.44.* qui ſubdit quod pugnare contra hoſtes poterunt pro ſua defenſione; aut pro cuſtodiendis vineis, pratis, vel agris ſuis, *idem nu.40.* & pro expellendis locuſtis, vel vermibus *nu.41.* atque tenentur pro collectis inpoſitis propter famem, peſtem, vel bellũ *nu.45.* non tamen ad imponendas pro exoneratione debitorum vniuerſitatis, & ſi iſti aliquid bonum habuerunt indirectum *Marcheſ. cit. reſol.6.* & pro ſalario Lectoris publici, & ſimil. *Viſconti in concluſ. iuris verb. forenſis, & V. Clericus, de Graſſis de eff. Cleric. eff.3. quaſi per tot. Quar. in ſumm. Bull. verb. priuilegia, Barboſa ſup. cit. Placid. Coſta conſ. 80. in add. ad Patrem, Diana part.6. tract.8. reſol.4. & part.5. tract.1. reſol.27. Ciarl. controu. cap.31. nu.15. & 16. Guazzinus de confiſcat. q.18. nu.137. Cotonius ſupra cit. nu.80. Anneus Robert. rer. iudic. cap.11. Boer. de cuſtod. clau. num.48. Thom. de collect. §. ex actio n.46. Laur. de Franchis contr. inter Epiſc. & Regul. p.2. q.95. & ibi additio Paſqual.*

153 Ea ratione, quia ex his rebus Clerici commodum habent, par ergo eſt vt onus ſubſtineant, *arg. c. qui ſenſit de reg. iuris in 6. l. ſecundum naturam de reg. iuris l. plant. ff. ad l. falcid. l. ſuperuacuam C. de temp. in integ. reſtit. l. quoties ff. ad Trebell.* nec ferendus eſt qui commoda amplectitur, & incommoda recuſat, *l. manifeſtiſſimi §. pen. C. de furtis, Grat. diſcep. forens. cap.916. nu.35. Barboſa in axiom. Verb. commodum*, ad donatiua vero data Regibus pro conſeruatione Regni, non tenentur, nec Clericis ex his parlamentis præiudicari poſſunt, nec concurrere debent, *Marinus deciſ.36. per tot. & in Obſeru. & deciſ.130.* idem, & de alijs priuilegiatis habentibus priuilegium Immunitatis, nam hic caſus diuerſus eſt à primis de refectione pontium, &c. *idem deciſ.36.* & de Regularibus *Diana de parlamentis reſol. 22.* quem vide circa ſupradictam eximentiam, *& Bellaſ. in prompt. verbo onera num.3. ex Suar. & alijs.*

154 In quibus, & alijs ſimilibus caſibus Laycus Iudex, vel exactores, non cogunt Clericos ad contribuendum remota quacum-

cumque conſuetudine tàm circa impoſitionem, quàm circa exactionem quæ nulla eſt, & aſſenſus Apoſtolicus requiritur, *Ferrus cont. Dian. p. 2. quæſt. 88. n. 5.* ſed Epiſcopus, vel Iudex exemptorum, *de Marin. d. deciſ. 36. & deciſ. 439. in Obſeru. num. 3. Coton. in compend. Dianæ Verb. ſtatutum num. 15. & in controuerſ. lib. 3. tit. de Clericis controu. 5. cap. 4. nu. 91. ex Sanchez, Surdus conſ. 301. Marcheſ. citat.* nec ad pœnam, poſitam contra fraudantes gabellas tenentur, *Donat. Layn. ſup. cit. part. 2. tract. 13. de exempt. religioſorum q. 87. n. 4. Marin. deciſ. 232. in fine,* quod procedit etiam in conſcientia iuxta aliorū probabiliſſimam ſententiam dicentium legem pœnalem non obligare in conſcientia, *Dian. part. 5. tract. 9. reſol. 21. & p. 10. tract. 15. reſol. 46. & ſequitur Coton. in controu. lib. 1. controu. 1. de lege ſcripta cap. 4. n. 87. & 88. verſ. ex qua opinione ſequitur quod nec fraudantes vectigalia, &c. & ſequitur Marc. Vidal in inquiſ. Moral. tit. de Monial. inquiſ. 2. num. 54. & tit. de ſubdito inq. 2. per tot.* & de gabellis fusè, *Coton. cit. lib. 5. cōtrou. 12. Moron. reſp. 53.* quos vide in hac materia, & pro hac vltima concluſione.

155 Quod ſi ipſi ſpontè ſoluere velint, vel obligari, nec admittendi abſque approbatione voluntatis à Papa, nec valent contrariæ laycorum conſuetudines, *Diana, & Ferrus nu. præced. citat.* reprobato *Gutierez, Marcheſius ſup. cit. reſol. 7. verſ. pro cuius maiori intelligentia*, vbi docet, quod poſſunt Clerici, & Eccleſiaſtici obligari ad aliquod onus, vel tributum, ſed obligatio in conſcientia tenet, non in foro externo; quia lædere non valent Immunit. Eccleſiaſt. & preiudicium inferre ordini Clericali, nec tale priuilegium renunciari poteſt ab illis, *Donatus cit. quæſt. 90. in fine*, & quilibet rei ſuæ eſt moderator, *l. in re mandata C. mandati*, & iuri ſuo renunciari poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſcop. & Cleric. l. pen. C. de pactis, c. tuis verſ. niſi de teſtibus, c. ad Apoſtolicam regul. c. ſi de tertia de priuileg. Glorit. reſp. 1. p. 3. nu. 42. Thom. de Thomaſ. in florib. legum reg. 58. Tiraq. de primog. quæſt. 24. n. 4. Menoch. conſ. 57. n. 15. & conſ. 84. n. 66.* tacite, & expreſsè, *idem conſ. 78. n. 23.* quod intelligitur in rebus priuatam reſpicientibus vtilitatem, *arg. l. ius publicum ff. de pactis, l. 2. §. ſed quia veremur C. de iureiurando, c. ſi diligenti de foro compet. Gutierez de iur. confir. p. 1. cap. 1. n. 2. Cou. in c. quamuis pactum p. 2. §. 1. n. 6. Nauar. in tract. de finibus hum. act. nu. 29.* & quando non fit præiudicium publico, & Clero, vel ordini, aut alijs, *d. c. ſi diligenti, Suarez de legib. lib. 8. cap. 6. in princip. Barboſa in axiom. verb. ius nu. 13. & 14. Giurba conſ. 59. n. 38. Gloritius reſp. 4. nu. 34. Coſta conſ. 2. n. 5. Leon. de præpar. iudicior. part. 3. præparat. 16. n. 55.* & ſupra de priuilegijs Meſſanenſib. conceſſis *dixi deciſ. 3. n. 91.* quæ renunciari non valent.

156 Vendere etiam tenentur Eccleſiaſtici, & exempti omnes in caſu neceſſitatis frumentum oleum, aut vinum, & coguntur ab eodem Iudice Eccleſiaſtico ad inſtantiã habentium curam annonæ ciuitatum, & vniuerſitatum, *Maſſin. de confiſcat. quæſt. 18. n. 133.* & ad pretium taxatum à Iudice Layco, in his aut alijs caſibus, *Spirellus deciſ. 13. n. 13. Michael Ferrus in quæſtionib. Vicar. p. 1. quæſt. 30. nu. 7.* & etiam in conſcientia, *de Lugo de Iuſtitia, & iure tom. 2. tit. de empt. diſp. 26. ſect. 6. nu. 77. Caſtropalaus de legibus diſp. 1. puncto 24. §. 6. & alij cum Marino deciſ. 222. in Obſeru. n. 1. Barboſ. de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 39. §. 5. nu. 49.* & cum iuſta menſura, *idem n. 50. ex Glorit. reſp. 5. nu. 75. cum alijs*, aliàs puniendi à Iudice ſuo Eccleſiaſtico, ad inſtantiam habentium curam, *vt ibi Ferrus citatus*, ſicuti de fraudantibus gabellas dicebam, quia res pertinentes ad bonum publicum ſeruare tenentur Clerici iure naturali; & ſtatuta quæ ſub cōmuni vtilitate Clericorum, & laycorum, lata ſunt, *Marin. d. deciſ. 222. nu. 3. & deciſ. 130.* qui in puncto deciſionem adducit, vt Clerici, & exempti cogi poſſint retenta parte pro ſemine, & pro ſua familia per annum, & ſecundùm taxam factam ab eodē layco habente curam publicæ annonæ, ſicuti & cōpræhenduntur in banno ne extrahantur pecuniæ, *vt idem ait*, & de alijs ſtatutis prohibentib. extractionem ob bonum publicū.

ſed

ſed in hoc contrariũ dicit *Dian.par.5.trac.5. reſol.27.*& melius, improbata conſuetudine cõtraria, vt ſoluãtur pro extractione ſuorũ victualiũ vulgò (le tratte) vt eſt conſuetudo Siciliæ, *& Ciarlin.cap.31.n.15.& 16.*nec ex conſuetudine Panormi tenentur ad gabellas pro introductione vini in ciuitate etiam ſi introducant ad cariùs vendendum, *Cotonius in controu.lib.3.controu.4.cap.3.n. 83.de hac in ſpecie loquens*; nec cũ ratione ſe fundant contrarium dicentes. Quod extendas ad Regulares perſonas, ſicuti ea quæ dixi ſupra, ſub nomine Clericorum extendi debeant, & intelligi de Regularibus, qui tenentur ad refectionem pontium, viarum, &c. quando ipſis etiam vtile eſt, & eos principaliter tangit, *Peyr tom.1. priuil.in Cõſt.2.Iulij 2.n.141.Tambur.Nauar.& alij quos citat,& ſeq.Bellaſ. in prõpt. V.Gabella n. 5.*& *n.6.*de Regul. negotiatorib. qui ſoluere tenentur ſicut Clerici; *& verb. onera,* vt teneantur ad cuſtodiam ciuitatis in caſu neceſſitatis, *Lezana tom.2.cap.1.nu.34.* nec tenentur ad donatiua, *vt dixi ſup.n.153.&c.* & vti poſſunt paſcuis publicis ſoluendo tamen onera, vt faciunt layci, *Borell.ſum.deciſ.tom.1.tit.7 n.11.12. & 13. & docent Donat.n.55.ſup.citatus,& alij quos ſequitur Paſqualicus ad Laur. de Franchis part. 2. q.95. per tot.* vbi, quod nec incurrunt irregularitatem cuſtodiendo mœnia ſi ſequatur bellum, & occiſio: Epiſcopi verò, & Prælati non defendentes perſonas Eccleſiaſticas, & immunitates earum à prædictis gabellis ne à laycis imponantur, præter peccatum mortale in excomunicationem ipſo facto incurrunt, *ex dicto Concil. Lateran.* & denunciare debent excomunicatos, petentes, & auxilium dantes, &c. *Vide Doctiſſimũ Marcheſium cit.ſup.reſol.8.*

157 Et Clericus negotiator poſt trinam monitionem [ita vt anteà nõ teneatur] ſoluere debet gabellas laycorum, *c. ex literis de vita,& honeſt.Clericor. Barboſ.citand.nu. ſuo 130.Borell.ſumm.tom.1.tit.7.nu.70.* nec coràm layco, ſed coràm Epiſcopo etiam cõueniendus talis Clericus pro gabella ſoluenda ex negotiatione, aut alia cauſa ſupradicta, *Bellett.diſq.Cler. de fauor.Cleric.perſonali* §.*1.n.17.par.1.* & tit. *de exemptionib. Clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis* alia adducit, & poſt eum, *Craſſ. de effect.Clericat.effec.3.n.200. & ipſe dicebã ſup.n.154. Barboſa n.63. cũ ſeq. Nouarius quæſt forenſ.17. & Diana part.5.tract.1.reſolut.1.*

158 Negotiator verò dicitur Clericus, qui aliquid emit, vel contractu oneroſo acquirit, & ex illius venditione lucrum facit, non pro ſui, & ſuorũ ſuſtentatione, ſed pro lucro ſimpliciter, etſi accidere poſſit, vt emendo pro ſubſtentatione lucrum faciat, *Barboſa cit. d.* §.*5.n.6.* nec hoc ſecundo caſu dicitur Clericus negotiator, *vt idem docet,& benè cum Guazzin.de confiſcat.cap.16. nu.47.* pro ſuſtentatione enim ſuæ perſonæ, & ſuorum Clerici etiam negotiari valent, *Barboſ.d.tom.1.cap.40.n.119.*vel ſi habeant redditus tenues, *Pereira part.2.cap.24.num. 36.Cotonius in ſum.Dian.Verb.negotiari n.2. cum ſeq.Ferr.infra citand.n.ſeq.* ſicùti aduocare, *vt infra dicam* aliaque artificia facere exemplo Apoſtolorum, qui hæc faciebant, *Paul.1. ad Theſſ.1.2.ad Corinth.4.act.2.cap. 18.c. nunquam de conſec. diſt.5. Barboſa de vit.& honeſt.cle.to.1.c.40.n.132.* & ſi ſemel, aut iterum negotiauerint, *arg.l.1.*§.*licèt vbi gl.verſ. omne.ff.de tribut.l.ſemper* §. *Diuus Adrianus cum ſeq.ff. de iure immun.idẽ Barboſa alleg.13.n.11. & in appell.verb. negotiator n.4.* aut per alium, vt ibi, nec cauſa quæſtus, vel lucri, quia tunc tenentur ad gabellas, putà ſi Clericus tabernam teneret per aliũ, obligatur ad gabellas impoſitas in rebus, quæ vẽduntur, aut nõ facit quæſtus, vel lucri cauſa, ſed per modum liciti artificij, & pro ſui ſuſtentatione, & non tenetur ad gabellas, neq; ab Epiſcopo puniri poterit pro hac negotiatione, *vt idem Auguſtinus d.cap. 39.*§.*5.n.68. docet*.

159 Negotiari ergo poterit Clericus per alium dummodo non faciat lucri cauſa, & retinere tabernas, *& ſimil.* ſed ſolùm ex illa negotiatione lucrum capiat, pro ſui, & ſuorum ſuſtentatione, ſecundùm dictum *Barboſam*: quem locutum fuiſſe dicas ad effectum,

tum, vt ex hac negotiatione ſoluat gabellas, & teneatur ſoluere facta monitione: ſed ad effectum licitæ negotiationis decidas Clericũ poſſe ſimplicitèr negotiari per alium, nec iura prohibentia negotiationem loquuntur de negotiatione, & artificio faciẽdo per alium, & vilis nõ redditur Clericus ex hac quæcumque ſit; cum per perſonam Clerici non operetur, *Maſſin. cit. Nauar. de ſpolijs Cleric.* §.8. *in fine, Leſſius de iuſtitia, & iure cap.21.dub.1.n.6. Squill. de oblig. Cleric. p.2.n.43. Bellett. in diſquiſ. Cleric. tit. diſcipl. Cleric.* §.21. *n.17. ex Clem.1. de vit. & honeſt. Cleric.* ibi *Diæceſanis locorum diſtrictè præcipimus, vt Clericos carnificũ ſeu macellariorum, aut tabernariorum officium publicè, & perſonaliter, &c.* ſi enim *tex.* ait *perſonaliter*, ergo per alium licitè exercere poterit, *ait gloſ. verſ. publicè, & perſonaliter, Ferr. in quaſt. Vicarial. p.1. quaſt.58.n.6. & 7. & ſequũtur Bellett. cum DD. cit.* eodem modo diſcurro de Regularibus facultatem habentibus retinendi bona, qui per alium negotiantes, nec puniendi, ratione ſupradicta de Clericis, quod ſi ſcandaloſas, aut illicitas negotiationes exercerent ab Epiſcopo puniri poſsũt, & moneri vt deſiſtant, *gloſ. in Clem.1. de vit. & honeſt. Cleric. vbi Cardin. & Tambur. de iure Abbatum diſp.15. q.7. nu.13.* modo prout procedit iſte contra Regulares ſcandaloſos, & delinquentes notoriè, *Ceſpedes de Regul. dub.249. prout in ſeq. deciſ. n.49.*

160 Idem ſi emat pertinentia ad ſe ſuamque familiam ſuſtentandam per totum annum, & præter propoſitum empta ſuperſint, vel diminutione familiæ, aut alia ratione tunc prætio currenti, etiam cariori, quàm erat abſque negotiationis periculo vendere poterit, *Bonacin. de cenſ. in bull. diſput.1. quæſt.19. pun.3. n.6. verſ. ſecus,* & ſi mercaturam exerceret ex ſuis animalibus, & pro prædijs emendo boues, &c. *Bellett. cit.* §.21. *n.34.* vel ſuos fructus vendat ex rebus ſuis patrimonialibus, ad cuius titulum fuit ordinatus, & alijs, *Borell. ſumm. deciſ. tom.1. tit.7. num.69.* etiam in domo ſua, *Dian. part.8. tract.6. reſol.26. Barboſ. qui ſup. num.124. & 126.* vel de locis pijs, aùt Monaſterij, *idem Auguſt.* & meliùs pro concluſionibus citatis *in appellatiuis verb. negotiator appell.162. nu.1. & 2. cum ſeq.* Aduertas tamen illum dici negotiatorem, qui non mutata forma rei emptæ illam reuendit, non autem, qui mutat formam, vt ex illo operetur, *c. eiciens 86. diſt. Duen. in regul.100. fallent.11. Cened. coll. p.1. coll.37. nu.2. Borell. ſum. deciſ. to.1. tit.7. nu.68.* & iſte in caſibus ſupradictis etiam negotiari valet, ſed in illicitis facta trina monitione ſi nõ reſipiſcat ad gabellas tenetur, & conſtringitur ab eodem Iudice Eccleſ. dixi, trina, nam non ſufficit vna ſimpliciter, nec vna pro tribus, *Groſ. in conſtit. Prag. comit. de Caſtro* §.40. *n.28. & 29. Gotonius in controu. lib.3. de Clericis controu. v. cap.3. n.84. ex Pereira, & alijs.*

161 Tandem alia Priuilegia Clerici habent: vt priuilegiũ, *c. Odoardus de ſolut.* propter quod non poſſunt carcerari, ſi debitores, & non habeant vnde ſoluant; ne mendicare cogantur in diſpendium dignitatis Eccleſiaſticæ: & conueniuntur deducto ne egeant, præſtito iuramento, quod ſoluent, ſi peruenerint ad pinguiorem fortunam: atque probatis infortunijs ad hoc beneficium admittuntur extra carceres, contra formam communem laycorum, & præcipuè ſiculorum, *qui ex Pragmatica Comitis de Caſtro* §.40. aliter habent ibi, *nella ceſſione di beni non ſia inteſo il debitore, ſe non ſtando nelle carceri,* ſuper qua Pragmatica ſcripſit ad plenum, *Amicus Ioan. Baptiſt. Groſſ. Doctiſſimus Sacerdos*, qui benè (*vt ſolet*) omnia enucleat ad materiam, & puntualitèr adducit, cui te remitto, ne actum agere dicar, vnũ addam quod in quacumque parte Iudicij Clericus excipiat de hoc beneficio ad illud admittendus, etiam ſi ſit in ipſa captura perſonæ, & non ſolum præueniendo, ſed antè, & poſt capturam, & in Carceribus, & extra, ex ratione *tex.* citati, aliàs non eſſet priuilegium, ſi ſemper de eo excipi non poſſit, ex quò Papa generaliter mandat, quod ſi Clerici non habent vnde ſatisfaciant ſuis creditoribus, non debent excomunicari, nec alitet moleſtari, ſed ſolùm præſtare fideiuſſio-

nem

nem de ſoluēdò ſi perueneriut ad pinguiorem fortunam.

162 Probata ergo paupertate, *ex verbis tex. non poſſint ſoluere debita*, quod ſit vel ex comuni reputatione, vel ex eo quia demonſtrat Clericus, quod redditus quos habet, non excedunt ſcuta 25. *Rota Roman. apud Seraphinum deciſ.* 173. aut quia eius bona fuerunt confiſcata, *idem deciſ.* 33. *vt adducit Riccius coll. deciſ.* 1750. *& Barboſ. de Vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 39. §. 6. num. 7. & 8.* admittendus eſt ad hoc beneficium in qualibet iudicij parte, aut intra quindenā ſi in debito executiuo excipiat, quod admitti deſiderat ad hoc beneficium, & ſtari debēt oppoſitiones, nec carcerari, cum extra carceres audiendus etiam pendēte iudicio, docet vera ſententia, *Riccius collec. deciſ.* 1762. *part. 2. Groſ. & Barb. citati, & Michael Ferrus in quæſtionibus Vicarialib. p. 1. q. 33. nu. 2. ibi. & adeo nobile eſt hoc beneficiū huius tex. vt Clericus debitor non debeat in carceribus reponi ad illius oppoſitionem ex traditis ab eodem Riccio in praxi cap. Odoard. deciſ. 283. in fine quod proponebam aliquando in quadam cauſa pro paupere Clerico contra Ducem de Vceda in Tribunali Illuſtriſs. Nuncij, & ita ſiue captus ſit Clericus, ſiuè non, ſemper admittendus ad prædictum beneficium*, ſi cum *tex.* decidere cupiunt Epiſcopi, qui ſolùm requirit, vt conſtitò de paupertate Clerici, recepta prius cautione fideiuſſoria, vel per pignora, aut iuratoria, *vt per gl. ibi verſ. idonea*, quod ſi peruenerit ad pinguiorē fortunā debita perſoluat, relaxare illum debeant, nec Conſultores, & Aſſeſſores tantas difficultates facere debeant cum nihil aliud ſit in *tex.* requiſitum, & non obſtante qualibet renunciatione expreſſa, & iurata, cum hoc ſit vnum ex beneficijs conceſſis ad fauorem ordinis Clericalis, quod renūciari nō valet, *vt ſupra toties dixi, & n.* 155. nec alia praxis eſſe poterit, quæ nō erit cōtra *tex.* & beneficium prædictū, & ita non admittenda, nā vt etiā *ſup. n. 119. in fine dicebā*, ſtatuta laycorum etiam reſpicientia ordinatoria iudicij non ſunt ſeruanda, nec in foro Eccleſiaſtico, non ſolùm in laycali, in quo Clericus litigat, quando eſſent contra iura Canonica, & læderentur iſta apertè, *ex Groſſ. contro. 36. n. 79. & alijs*; mentique teneas illud *Senec. lib. de Vit. beat. in princip. Quæramus quod optimum factum ſit non quod vſitatiſſimum, & quod nos in poſſeſſionem felicitatis conſtituet, non quod vulgo veritatis peruerſo interprete factum ſit*, & veritati manifeſtæ cōſuetudinem ipſam cedere, dicebat *Auguſt. & habetur in c. veritate 8. diſt. & in c. quod autem 12. diſt. c. qui contemptu 8. diſt.* & ratio ſana exemplis eſt anteponenda, *c. ſana 9. diſt. & ſupra hoc tit. n.* 104.

163 Neque Priuilegia ſolummodò habent Clerici; ſed pœnas, benè verùm mitiores ſunt pœnæ Clericorum quam laycorum, tàm ſi emanantur à Clericis contra laycos, quam etiam ſi emanantur contra Clericos, quia mitius tractatur ab Eccleſiaſticis, *arg. c. 4. de raptor*: & Clericū blaſphemum punit *Pius V.* pœna pecuniaria, & ad triremes, ſi pertinax, eodem modo, & concubinarium, *tex. in c. 2. & c. vt Clericorū de vita, & honeſt. Cleric.*

164 Niſi fuerit iſte, pertinax, nam tunc pœna depoſitionis, & ſuſpenſionis puniendus, *c. finali de cohabit. Cleric. & mulie.* & priuatione fructuum beneficij, *Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap.* 14. quod decretum non loquitur de ſimplici incontinentia, nec fornicarius abſque qualitate concubinatus punitur ex vi illius decreti, *Gallemart. in remiſſionibus ad dictum Concilium Riccius in praxi reſol. 307. Garcia de benef. part. 11. cap. 10. n. 186. vt ſupra retuli deciſ. vij. nu.* 31. benè verū quod Clericus puniri poſſet, etiam ex ſimplici incōtinentia propter ſtatū perſonę, aut Synod. ſed ipſe conſulerē Epiſcopis, vt primo moneant Clericum inuentum cum meretrice, quia humanum eſt peccare, & poſtea alias pœnas irrogare poterunt, ſi ſecundo inuentus ſit, & cū cōcubinario etiā publico procedant ſecundùm diſpoſitionē *Tridentini ſupra citati*, qui puniendus, *vt ibi* non tamen eſt ipſo iure ſuſpenſus, vt alij dixere: *Facundez in præcep. decal. lib. 6. cap. 2. num. 10. tom. 2.* nec euitare tenemur, *Barboſa de vit. & honeſt. Cleric. cap. 40. tom. 1. de*

*vniu. iure Eccl. num. 44. Garcia de benef. p. 7. cap. 14. num. 36. Gutierez can. quæſtion. lib. 2. cap. 7. n. 85. & alij poſt eos*, & contra adulteros proceditur etiam *ex tex. in c. ſi quis Clericus adulteraſſe* 81. *diſt.* eodem modo de Regularibus hæc facientibus diſcurras, circa pœnas ſuſpenſionis ſupradictas, *DD. ex Tridentini Decreto ſeſſ. 24. de reform. cap. 8.* & præhabitis monitionibus in omnibus, poſtea Epiſcopus ad illas pęnas procedat, *arg. c. tua non de cohabit.* ſicut in Monachis, ſi adſit ſcandalum, *prout inf. deciſ. ſeq n.* 100.

165 De ſodomitis Clericis contra eos eſt *Bulla Pij V. horrendum*, quæ multas pœnas ponit contra exercentes hoc peccatũ, ideſt, contra illos, qui quaſi ex vſu continuato faciunt, *Marta de iuriſd. part. 2. cap. 16. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 12. nu. 23. Garci de benef. part. 11. cap. 10. n. 180. Filluc. tom. 1. trac. 17. cap. 7. Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 4. n. 20. Gennenſ. in praxi cap. 68. & omnes communiter*, non contra eos qui ſemel, aut iterum fuerint de hoc crimine cõuinti, *Anibal Rubà Meſſanenſis deciſ. 1. nu. 4. Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 40. nu. 49.* & qui ſolum vnicum actum commiſerũt (perfectum tamen) facta legitima probatione, quod difficillimum eſt, & teſtes ordinariè falſum deponunt nam per coniecturas probari poteſt hoc delictum, *arg. c. præterea de teſtibus, l. cum probatio ff. de probat. Follerius in prax. crimin. verb. capsant. n. 20. & 21. Capycius Latro deciſ. 163. n. 21.* puniuntur pœna, *ex tex. in c. Cler. de exceſſ. Prælat.* qua deponuntur, & in Monaſteria ad perpetuam pœnitentiam agẽdam deſtinãtur, *Campan. diuerſ. iur. Canon. rub. 11. cap. 22. n. 7. Vide Barboſam in collec. ſup. dict. cap. & loc. cit. & Dian. part. 2. tract. 3. miſcell. reſol. 65. & 69.* qua pœna puniuntur Clerici etiam exercentes hoc crimen in locis vbi Bulla non fuit recepta; nam non fuiſſe in vſu receptam multi, & probabiliter docent, *apud Dianam cit. p. 2. Miſcell. tract. 3. reſol. 61. in fine*, nec puniri debent illi in caſu occurrenti pœnis contentis in Bulla, niſi conſtet de receptione, quia leges non obligant, quando non fuerunt acceptatæ, *vt ſupra deciſ. 3. n. 76. cum ſeq. dicebam*, & de pœnis abſolutè dandis Sodomitis, nouiter tractat, cõciuis *Rubà citatus per totam deciſionem 1. & Capycius Latro deciſ. 163. per totam Moroni reſp. 96. poſt Farin. Clar. & alios.*

166 Et circa habitationem Clericorum cum mulieribus, regulam breuem menti teneas, quod cum illis ſuſpectis de continennentia habitare nõ poſſunt, nec in domibus retinere pro ſeruitijs, de quibus ſuſpectis loquuntur, *tex. in c. Clerici 81. diſt. cum c. ſi quiſpiam*, ibi, *fornicationis ſuſpectus, c. 1. de cohabit. Cleric. & mulier. nullus Sacerdos fœminas in quib. ſuſpicio poteſt eſſe retineat: in c. 2. de quacumque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus*, & in ſequentibus etiam loquitur prohibitio, de Clerico fornicario, & concubinario, ſunt verò ſuſpecti de continentia fœminæ, quæ non honeſtè ſe habẽt, & vanis ornamentis incedunt (non proprijs mulieribus honeſtis) & quæ alias ſui copiam fecerunt, & ſimil. *& S. Thom. ſup. Iſai. cap. 3. in fin. & 2. 2. quæſt. 169. art. 2.* haud excuſat à peccato fœminas hoc modo incedẽtes, niſi adſit conſuetudo, aut hoc faciãt vt placeant viris ſuis, *D. Petrus Apoſt. mulierum non ſit extrinſecus capillatura: aut circumdatio auri Epiſt. 1. cap. 3. D. Auguſt. ad Pollid. & habetur de cõſec. diſt. v. c. 38. verus ornatus maximè Chriſtianorũ, & Chriſtianarum, non tantum eſt vllus fuccus mendax, verùm nec auri quidem veſtiſque pompa, ſed mores boni ſunt, Ambroſ. de Virgin. lib. 1. mulier ſic ornata omnium domus eſt Dęmonum infernalium, idem Ciprian. de habit. Virgin. auro ornatæ, & monilibus ornamenta mentis, & cordis, perdiderunt; & S. Bernard. & Chriſoſtom. ſup. Matth. homil. 23. Plant. in Muſcell. comm. x. poſtea nec quidquam exornata eſt benè ſimorata eſt malè, pulorum ornatum turpes mores peius cęlo collinunt*, & quod præſumantur meretrices, quæ habitu inhoneſto incedũt, dixit, *Muſcard. de probat. lib. 2. concl. 1063. n. 29. Gaball. & alij poſt Farinacium de delictis carnis quæſt. 136. nu. 92. & per totum, ibi Meretrix quæ dicatur, quomodoue probetur ſeu præſumatur mulieris inhoneſtas*, cum conſanguineis etiam fœminis habitare nõ

prohibétur, *c. volumus 81. diſt.* cum multis ſequentibus, nec hodiè obſeruari poterunt antiqua iura prohibentia conuerſationes omnimodas, quæ loqui videntur de vrbanitate, & conſilio, & quando Clerici inſimul viuebant, & pauci erant, ſecùs hodiè creſcente numero illorum, in quibus ſunt homines nobiles, literis dediti, & alij Illuſtres, qui ſine ſeruitijs domeſticis (proprijs mulierum) ſtare non poſſunt, *Vide Vgolinum de off. Epiſcopi cap. 13. §. 27. & Anaſtaſium Germon. animaduerſ. iuris lib. 2. cap. 18.* & hic eſt verus ſenſus Canonum prohibentiũ has conuerſationes.

167 Idem dicas de Clerico ſtuprante virginem, qui etiam tenetur dotare, *c. tria 36. q. 2.* & in alijs delictis, adeò vt ſi in iure reperta ſit pœna illi ſtandum, vel conſuetudini, aut Synodo: quod ſi non adſit arbitrio relinquitur ita tamen, vt non excedat ſanguinis pœnam, *c. 4. de raptor.* & aliquando deponuntur, ſeu degradantur Clerici, *c. cũ non ab homine de Iudic.* ſi incorrigibiles ſint, & enormitatibus ſe immiſceant.

168 Ne ergo in pœnas à iure, & ab homine impoſitas iſti incurrant, bonam vitam, & exemplarem ducant, & Papa tradit illis titulum *de vita, & honeſt. Cleric.* adeò vt laycos ſicuti præcellunt in priuilegijs, longè præcellant in moribus, & vita: & tàm in ornamentis corporis, quàm in conuerſationibus, & negotijs honeſtè ſe gerant.

169 Sed circa ornamenta notabis, vt Clerici primò tonſuram deferant, *Trident. ſeſſ. 23. cap. 6.* ibi; *etiam & habitum*, & ſignũ coronæ eſt, quod ſub capite eorum mundi globum ducunt, ſuum ex Diuina promiſſione ſi boni, & legis obſeruantes; nec comã, ideſt longos capillos morè laycorum, ſed moderatos pro moderatione faciei, & decore etiam, & Chriſtus Dominus, & Apoſtoli comam ducebant, & ſecundum morẽ Romanæ Curiæ incedant omnes Clerici, totius orbis, vel aliã conſuetudinẽ *Ambroſ. de imm. c. 23. n. 13.* & quod nõ ſint in vſu hi canones ꝓhibẽtes *ait Graſ. de eff. Cl. c. 37. in fine;* nec barbã nutriãt, *c. Cler. de vita, & hon. Cleric.* & in veſtibus geſtare nõ licèt colores profanos, *c. Cler. de vita, & hon. Cleric.* & alia ornamenta ibi, ſub pœnis, &c. *v. pœnis*, anulos etiam, qui prohibentur omnibus Clericis exceptis beneficialibus, & Doctoribus, *de vita, & honeſt. Cleric. & Clerici*, extra tamen altare, nam celebrantes in quacumq; dignitate ſint, non poſſunt anulum retinere, *Cauant. & Barboſa ſumma Bullarum Apoſtolicarum verb. anulus*, *Bellettus diſciplin. Cleric. §. 16. in fine Iordanus variar. elucubr. tom. 1. tit. 14. de Sacrificio Miſſæ num. 309.* exceptis Epiſcopis, *vt docent citati Doctores*, & alijs priuilegiatis, nec non de pœnis non geſtantiũ habitum, *Triden. ſeſſ. 14. cap. 16. vt ſuſpenſionis ab ordine, &c.* factis ſemper monitionibus.

170 Canones etiam aduertunt Clericis, ne conuiuia, & inhoneſtas conuerſationes habeant, *c. 1. ne Cleric. vel Monach. c. conuiuia 44. diſt.* ad ſpectacula, comedias, fabulas, & alia turpia non accedant, *c. 1. 37. diſt. c. pen. de vit. & honeſt. Cleric.* intelligas de comœdijs vanis, & ſcandaloſis; & ſtante contraria conſuetudine, nam multoties in comœdijs multa diſcunt homines, nec hæc abſolutè prohibitæ, ſed quando ex eis quilibet inducitur ad peccatum, *vt docent Moderniores cum Marco Vidal. in inquiſ. moralib. tit. de Charitatis præcepto inquiſ. 3. n. 1. 6. & per tot.* neque ad choreas, & ſaltus, *c. Presbyteri 19. diſt.* & ad ludos, *Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1.* illicitos nimirum: ſed ſolũ recreationis cauſa cum alijs Clericis ludant non cũ laycis, qui illis ſunt infeſti; *c. Cler. de imm. Eccl. in 6.* nec ad tabernas, *Cle. 1. de vita, & honeſt. Cler. verſ. tabernariorũ*, & à Crapulis, *c. à crapula de vita, & honeſt. Cleric.*

171 Rurſus non ſint venatores, *c. 1. 34. diſt.* neque canes nutriant ad venationes, *c. 2. de Cleric. venat.* ſed venentur piſces potius ad imitationem Apoſtolorum: quæ magis delectabilis venatio eſt, vt in Abbarbicatorum Doctiſſima Academia concluſum vidi ex maiori parte illorum Doctiſſimorũ, qui non in paruo numero ibi morantur, & Meſſanæ perfulgent Inſignes Academiæ & ſtudioſi congreſſus Doctorum, Nobiliũ virorũ, & Populariũ illuſtriũ, quarum vna

eſt iſta ſupradicta, alia (vulgo nominata) Fucinæ, in quibus ingenui Meſſanenſes generosè ſcientias profitentur, vt non minus in armis, quam in litteris, Reipublicæ neceſſarijs, ſint experti, *iuxta illud Inſtit., Imperatoriam Maeſtatem, &c. Columna de Regim. princip. p. 2. Tacit. Hiſt. lib. 4. Heluidius Priſcus ingenium illuſtre altioribus ſtudijs iuuenis admodum dedit, non vt plerique vt nomine Magnifico ſegne otium velaret, ſed quo firmior aduerſus fortuita Rempublicæ capeſſeret Doctores ſapientia ſecutus eſt, qui ſola bona, quæ honeſta, mala tantum, quæ turpia, potentiam, nobilitatem, cæteraque extra animum neque bonis, neque malis annumerant, &c.* & de his academijs locutus eſt nouiter *P. Domin. Arganantius Societ. Ieſu, in deſcriptione Solenn. Feſti Epiſtola B. M. Virginis ad Meſſanenſes ſcripta cap. 22.*

172 Negotia, & exercitia ſæcularia aufugiāt, *c. 1. ne Clerici, vel Monach.* ideo prohibentur, procuratores ſæcularium eſſe, quia cum vile ſit officium procuratoris, & conſequenter prohibitum perſonis Illuſtribus, *l. quicunque C. de Procuratoribus*; etiam Clerici cum tales ſint, & de hæreditate Dei, *c. 1. ne Cler. vel Monaci, c. quia Epiſcopus 51. q. 3.* ſe abſtinere debent: & hoc in omnibus curijs, tàm Sæcularibus, quàm Eccleſiaſticis ratione ſupradicta, niſi ſimus in re eiuſdem Eccleſiæ, & pro cauſa propria, ſicuti Monachus pro ſuo Monaſterio, vt praxis demonſtrat, & docet *Bellettus citatus ſuprà de diſcipl. Cleric. §. 28. Bellaſ. in prompt. Verb. procurator. ex Sayro, Sanchez, Graffio, & alijs.*

173 Et circa concluſionem ſi Clerici valeant aduocare dubium non eſt, quod eis generaliter non prohibetur hoc officium; & de facto videmus aduocatos optimos Clericos, tàm in minoribus, quàm in maioribus ordinibus conſtitutos, quin immò permaximè illuſtrata, & decorata eſt legalis ſcientia ab Eccleſiaſticis qui typis operas ſuas in dies mandant, & certè eccellentiſſimas, vt patet; *& tex. in c. 1. de poſtulan. cum ſeq.* qui videtur hoc prohibere Clericis, cautè intelligendus eſt, nec interpræstandus tàm largè, ſicuti hodiè forsàn multi interprætantur, ſed hoc modo.

174 Fundando concluſionem primam ex verbis, *tex. citati*, decidas, quod Clerici in minoribus conſtituti in omni curia officium aduocati gerere valent; verba ſunt, *tex. in d. c. 1. Clerici in Subdiaconatu, & ſupra, in ordinibus quoque minoribus ſi ſtipendijs Eccleſiaſticis ſubſtententur coram Sæculari Iudice aduocare non præſumant, ita Barboſa ſuper dicto cap. Abbas, & Bellettus citatus §. 27. n. 3.* dummodo ſtipendia non habeat, *vt ibi*; nec Clericus in minoribus non beneficiatus comprehenditur in hoc decreto, ſicuti nec in illo, *tex. c. ſuper ſpecula ne Cler. vel Monach. & c. 1. ibid. in 6. & omnes docent noſtrates.*

175 Secunda concluſio, Clerici in ſacris conſtituti, & Monachi eſſe non poſſunt aduocati in curia laycali ſtante prohibitione, *tex. citati, & c. Monachi 16. q. 1.* quæ concluſio ob plures limitationes quas habet, vix in vſu poſita eſt; & ratio etiam ſuadet contrarium, vt hi haud excludantur ab officio aduocati, quidquid communis vox, & vulgus dicat amplectentium regulam generalem, nam ait, *Senec. lib. de vera vita in principio, Argumentum peſſimum turba eſt, quæramus autem quod optimum factum ſit, non quod vſitatiſſimum, & quod nos in poſſeſſionem fęlicitatis conſtituat, non quod vulgo veritatis peruerſo interprete probatum ſit*, & regula non poteſt verificari in omnibus caſibus, quia ſupponit exceptiones, *arg. c. per venerabilem vbi Abbas de elect. gl. in principio de reg. iuris in 6. & ff. de reg. iuris*, nec inhærendum quando contrariæ adſunt fallentiæ, *Menoch. conſ. 72. nu. 3. conſ. 364. n. 13. conſ. 231. n. 52. 784. n. 5. 798. nu. 34.* & clarè conſtat de exceptionibus, *idem conſ. 1162. & 798.* potiuſque dicendum quod ſit in cōtrarium quando afferuntur limitationes, *Rota Rom. in vna Rom. fideicom. apud Penian decis. 99. n. 9.*

176 Limitatur ergo *tex.* diſpoſitio primò, ſi Clericus in ſacris aduocet in curia Eccleſiaſtica, Romana nimirum, Epiſcopali, & ſimil. ſecundò pro rebus Eccleſiaſticis, *c. fin. de poſtul. c. vnico 15. q. 2. c. 1. de Syndic.*

fallit tertio in Monacho pro ſuo Monaſterio, *c. Monach. à Monaſterio 16. q. 1. c. ex parte de poſtul. Clem. Relig. de procur.* qui etiam coram Iudice Layco, aduocare poteſt, ad vtilitatem Monaſterij ſui, & Clericus pro rebus Eccleſiaſticis, vt noſtrates docēt, *apud Craſſum citatum effectu 21. Belleti. in diſq. Cleric. p. 1. §. 27. Gratian. diſcept. 57. num. 22. Barboſam de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 40. n. 86. Laur. de Franch. cont. inter Epiſ. & Regul. p. 2. q. 100. & ibi noua Additio Paſqualici* dū-modo in Monacho ſit licentia Superioris, *d. c. Monachi & Clem. Relig. Bellaſ. in prompt. V. Aduocat. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. cap. 22. n. 3. Sanchez lib. 6. ſum. cap. 13. n. 13.* ſaltem tacita, *vt idem Sanchez docet, & Palaus p. 3. tract. 16. diſp. 4. punct. 12. §. 3. n. 2.*

177 Limitatur quartò ſi Clericus pro perſona Eccleſiaſtica patrocinium præſtet, *arg. c. cum ſit de foro compet. & c. 1. de off. ordin. Craſſus qui ſupra, & Barboſa.*

178 Limitatur quintò in cauſis amicorū, cum amici intimi, ſint quaſi propria perſona, aut coniuncta, *Craſſus citatus nu. 23. & alij citandi*, & pro ratione eſt, *tex. in l. nemo dubitat ff. de heredib. inſtituendis ibi verſ. qui frater*, amicus frater appellatur, & interior coniunctus, *Menochius, Narbona, Mantica, Gratian. Tiraq. Tuſchus, Sanchez, Surdus, Alciatus, & alij quos adducit Barboſa in axiom. verb. Amicus*, qui ergo Clericos accipiunt, vt defendant ſua negotia; ſunt omnes amici illorum, ideò hos omnes defendere valent Clerici, ex cōmuniſſima opinione, *idem Barboſa de vniu. iure Eccl. n. 87.* eodem modo decidas in Monachis, vt pro amicis Monaſterij intimis valeant eſſe aduocati, & procuratores, *Innoc. in c. cum I. & A. n. 2. de ſent. & re iudic. & Ioan. Andreas n. 2. Abbas n. 19. Butrius n. 7. Hoſtienſis n. 2. Anchar. n. 11. Imol. n. fin. Bellam. nu. 13. Decius in c. 2. n. 72. de iudicijs Roman ſingul. 278. Redoan. de ſpolijs q. 2. n. 17. Iacob. de S. Georgio in Limiliam in fine C. de procur. Vant. de nullit. tit. qualiter ſent. null. & proceſſ. null. repar. poſſ. n. 84.*

179 Limitatur ſextò in cauſis proprijs, in quibus non dubitatur, *c. omnibus 4. q. 6. c. 1. ne Cler. vel Mon. & c. 1. de poſtul.* Prælat. ſeptimo in cauſis perſonarum coniunctarum, *c. fin. vbi gl. verſ. pro ſe ipſo de poſtul. Belletus diſcipl. Cler. §. 27. nu. 6.* ſiue maſculinæ, ſiuè fœminæ arg. eorū quæ tradit *Menchaca de ſubſtit. quæſt. 369. num. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 84. n. 31.* & eſſe nunc, qui veniunt coniunctorum appellatione, *Blancus de compromiſſis quæſt. 3. num. 17. Enſarius citatus*, ſicuti naturales conſanguinei tantum, *Peregrinus de fideic. art. 23. n. 85.* & coniuncti cognatione ſpirituali, *c. cordim 34. de off. Deleg. c. fin. de poſtul. Maſſinus de confiſcatione quæſt. 16. n. 40. & 41. Barboſa, & alijs, Lancellott. in ſuis inſtit. Canonicis lib. 3. tit. 2. §. poſtulandi in gl. verſ. pro coniunctis Sanchez cit. nu. 24.* loquens eadem ratione de Monachis, *& Palaus qui ſup. n. 2.*

180 Octauo in cauſis Patriæ cui magis debemus, quam parentibus, *l. veluti ff. de relig. &c.* priuſque illi obediendum, *l. veluti ff. de iuſtitia & iure, Surdus de alimen. tit. 1. quæſt. 3. in fine*, ex iure gentium, *idem tit. 7. quæſt. 3. num. 1. & quæſt. 14. num. 14. gl. in c. 1. de conuerſ. infid. verb. & Chriſtian. Menoch. conſ. 161. n. 39. & conſ. 175. n. 22.* & illi primo naſcimur, poſt Deum, Parentes, & Magiſtrum, *Capycius Latro conſul. 6. nu. 102. & ſupra dixi deciſ. 10. n. 82. tum ſequitur Ariſt. lib. 9. Ethic.*

181 Nono limit. in cauſis Collegij, ſub *Craſſ. qui ſup. n. 21.* ſicuti Canonicus pro ſuo Capitulo, *gl. in c. fin. de poſtulando vbi Abbas n. 4. Belletus qui ſupra n. 7.* Decimo in cauſis pauperum, & miſerabilium perſonarum, pupillorum, viduarum, &c. *d. c. 1. in fine ibi, aut pro Miſerabilibus forsè perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt, Farinacius in fragm. crimin. part. 1. verb. Clericus n. 198. Borrellus ſumma deciſ. tom. 1. tit. 63. nu. 126.* & omnes vno ore DD. qui de Monachis idem determinant, *arg. Clem. Relig. de procur. vbi Abb. nu. 3. Anchar. num. 1. Imol. n. 10. Butrius in c. 1. de Poſtuland. n. 7. Hoſtienſ. nu. 2. Ioan. n. 8. Henriq. n. 1. Bellam. n. 1. & Paſqual. ſup. cit. in add. ad Laur. de Franchis p. 2. q. 102. n. 4.* Vndecimò in cauſis atticorum Eccleſiæ ſuæ, nam & tunc cauſa etiam

dici-

dicitur Eccl. [vt de Monachis ſup.dixi] *Innoc. Nauar. & alij cũ Farinacio citato n.200. Ariſt.lib.9.Eth. Amicus alius ipſe, & Cic.lib. de amicitia,* & ſunt tanquã fratres veri amici, *Menand. puta fratres veros amicos*, qui ergo benefacit fratri meo mihi facere hoc dicitur etiam, cũ hic ſit ferè alter, *Gel.lib.12.*

182 Duodecimo quando ex charitate tale officium gereret Clericus etiam in ſacris, *Farinacius num.201. arg. c.peruenit 86. diſt. Bellettus qui ſupra n.7. ex Lopez, & alijs*, ad quod faciendum cogi poſſet ab Epiſcopo, aut ab alijs ad quem ſpectat, *Abbas in c.1. de off. Iudic. Decius in l. inuitus ff. de reg. iuris Intrigliol.ſing.79. nu.20. Bucal. reſp.5. n.342. Abruz. de ſeruit. perſon. cõm.1. n.521.* ſicut alij Aduocati ſub pœna ne amplius officium exerceant, *DD. cit. & Couar. var. lib.3.cap.14. nu.1.* & Clerici etiam à Iudice layco cogi poſſunt, cum coràm eo aduocent, atq; publicum aliquo modo dicuntur habere officium, *iuxta ea, quæ dixi ſup. n.84.*

183 Decimotertio limitatur ſi exerceret pauca negotia, *Maſtrilli deciſ.307. Barboſa de vniu iure Eccl. lib.1. cap.40. nu.88. Maſſinus de confiſcat. cap.16. nu.41. Caſtillo deciſ. 112. n.12.* ibi, de Clerico ſodomita, qui ob plures actus puniendus *Rubà dec.1. n.4.* ita iſte etiã beneficiarius, nã de nõ beneficiarijs iura prohibitiua nõ loquuntur, *vt dicam n. 184.* vnum, & alterum negotium facere poteſt, *Diana part.10. cap.11. reſol.69. ex Garcia, & alijs, Cotonius Verbo Clericus nu. 34. in ſumma Dianæ*, Decimoquarto, Lecturam aſſumere poteſt, *Bellettus, qui ſupra num. 12.* & Leges ciuiles, atque canonicas docere, Decimoquinto defendere valet cauſam Magiſtri ſui, qui loco parentis eſt, *Surdus de alim. tit.1. quæſt.53. n.3. & 7.* Decimoſexto domi conſulere non prohibentur abſolutè Eccleſiaſtici, & allegationes facere in ſcriptis, *Graſſis qui ſupra n.25. Barboſa nu.89. & Bellettus num.10. & 11.* ſicuti Iudicem informare, *Sanchez Rota, & alij cum Maſſino citato n.45. & 46.* atque Principis conſultorem eſſe etiam ſæcularis, *Bellettus num. 11.* & in rebus criminalibus, quando in genere conſuleret dicendo ea, quæ ſunt de iure, *gl. in c. ex literis verſ. conſoluit de exceſſib. prælat. Bellettus in §.15. nu. 11.* non quæ de facto, niſi pro reo, & ad eũ liberãdum, *idem ex Abbate, & Ioan. Andrea*, & in ciuilibus ſemper conſulere poteſt, ſicut, & aſſeſſorem eſſe in omni curia, *Spec. in tit. de Aſſeſſoribus §.3. n.3. idem Bellettus n.10. in §.15. & ipſe ſup. n.85. & 86.* quod de praxi communi Clerici ſunt Conſultores, Præſides, & Iudices temporales laycorum, & Principum, de Monachis etiam, & Religioſis non dubites poſſe ſcribere allegationes, & conſulere in camera allegando iura partium, & alia extraiudicialia præſtare, quibus cauſa iuuari poſſit licèt nõ adſit vtilitas Monaſterij, nec licẽtia Prælati ſui, *Bartol. in l.1. §. Aduocatos n.3. & 4. ff. de varijs, & extraord. cognit. Abbas in rubr. de poſtul. n. 1. Silueſter Verb. Aduoc. q.1. Cardin. in Clem. Religioſus nu.7. oppoſ.12. Rebuff. in prax. Benef. tit. de Procur. ad reſignand. n.17. Azor. p. 2. lib.7. cap.22. quæſt.7 Sanchez cit. n.37. Palaus n.3. Laiman. lib.4. Theol. moral. tract.5. cap.11. n.2. Paſqual. quæſt.100. n.9.*

184 Decimoſept. limitatur ſi beneficiũ Eccleſiaſticum non habeat Clerici etiam in ſacris, ex quo alimentari poſſint, quo caſu generaliter, & in omnibus cauſis officiũ aduocationis exercere pro ſui ſuſtentatione valent, *Iſernia, & additio ad Conſtitutionem Regni Aduocatos tit. de præſtatione Sacramẽti ab Aduocatis verbo, Clericos Auguſtin. Barboſa d.c.40. num.91. Guazzinus, Redoanus, Gratian. Farinac. & alij cũ Maſſinus, de confiſcatione cap.16. nu.47. Lancellott. in ſuis inſtit. Canon. lib.3. tit. 2. de procurat. §. poſtulandi in gl. verb. Eccleſiaſticis, Bellettus §.27. n.7.* ibi, *tàm in foro Eccleſiaſtico, quàm laycali ex d.c. 1. arg.* deſumpto à contrario ſenſu validiſſimo in iure, *l. tale pactum § fin. ff. de pactis, l.1. ff. de off. eius, &c. in §. huius rei, l. qui in teſtamento §. mulier ff. de teſtam. l. conuenticula C. de Epiſcopis, & Clericis, c. qualis 25. diſt. c. cũ Apoſtolica de ijs quæ fiunt, &c. Iaſon in d.l.1. Caſtillus controu. to.5. cap. 88. & alij apud Barboſam in locis Com. Arg. iuris loc.27.* nec ſolùm pro ſua, ſed pro ſuorum ſuſtentatione, ſicuti Monachus, pro

Mona-

Monachis aloridis, *& Abbas Lapus*, Monachos ſuos alebat, ex lucro ſuæ aduocationis, *Bellettus qui ſup. nu. 4. Sanchez cit. cap. 13. n. 17. Sayr. cap. 22. n. 5. Roſell. V. Aduoc. nu. 24. Tabien. n. 8. Angel. n. 9. Armill. n. 8. Sà. n. 2. Salzedo ad Diaz cap. 63. Redoan. q. 2. nu. 2. Gonſales ad Reg. 8. Cancell. gl. 2. n. 33.* & Clericus poteſt negotiari licitè pro ſe, & ſuorũ ſuſtentatione, vt communiter docent, *DD. apud Maſſinum citatum, & Farinacium cum gloſa in c. 1. 15. q. 3.* & tamẽ negotiatio Clericum vilem reddit, cæteraſque perſonas in dignitate conſtitutas, *c. perlatum* 88. *diſt. l. nobiliores C. de comm. & mercat.* ſicut rurale miniſterium, *c. 1. de celebr. Miſſarum*, ſed nõ in neceſſitate in qua etiam Nobiles negotiari poſſunt, nec ad gabellas tenentur, *Viſconti in concluſionibus iuris Verb. nobilitas circa finem ex Luca de Penna*, idem de miniſterio rural. *Lãcell. cit.* ſi ergo Clerici miniſterium rurale exercere poſsũt, & negotiationẽ, quãto magis in Aduocati officio diſcurrendum eſt, quod nunquã Clericũ vilem reddit, ſed ſemper honorandum, ſicut honorantur reliqui Doctores, & Iuriſconſulti, layci ex aduocatione, *Maranta conſ. 25. n. 20. Cuiacius, Faber, Borrell. Pereira, alij q; cũ à Doctiſſimo Olea in tractatu de iurium ceſſione tit. 5. quæſt. 11. num. 1. & 6.* atque nobilitatem recipiunt, *l. prouidendum C. de poſtul. l. diximus ff. de excuſ. tutorum l. ex diui C. locati l. 2. C. de off. Ciuil. Iudic. Penna in l. mulieres C. de dignit. lib. 10.* qua cæteris præferendi, *& Vrbanus Summus Pontifex*, Doctores ad oſculum pacis recipiebat cæteros vero nobiles ad oſculum pedis, vt teſtatur *Viſconti ſupra citatus*, & faciũt ea, quę dixi *deciſ. prac. n. 81.*

185 Concludendum igitur eſt Clericos, in minorib⁹, nõ ſtipẽdiatos pro cauſa ciuili, & criminali Aduocatĩ officiũ gerere poſſe, Clericos vero in ſacris, in Curijs Eccleſiaſticis etiam ciuiles, & criminales cauſas defendere valent, *vt Maſſinus citatus nu. 38. docet, & alij*, corã Iudice verò Sæculari, nõ ita, ſed omnes aut beneficiũ ſufficiens quodcumque ſit etiam curatum habeant, & tunc non poſſunt aduocare, niſi in cauſa propria amicorum, *&c. prout ſupra*, ſi vero beneficium, aut penſionem non habeant ex quibus ipſi, & ſui commodè ſuſtentari poſſint, & tunc indiſtinctè coram Iudice Sæculari, in cauſis ciuilibus, & criminalibus pro reo, vel contra reum facta proteſtatione ipſos velle ſolum quod à legibus deciſum eſt, aduocare poterint: authoritatibus, & rationibus ſupradictis, quia non erunt Irregulares, ſicut nec alij Aduocati layci hæc facientes in criminalibus cauſis, *arg. c. Prælatis de homicid. in 6. c. fin. ne Clerici, vel Monachi in 6.* quod vltimum non approbo, & ſolum Clericis conſulerem, vt pro reo in cauſis criminalibus ſemper aduocent, ad exemplum *Chriſti Domini, & Beatiſſimæ Mariæ Virginis*, quia illis aduocantibus contra reum æquitas non fauet, ſcio tamen quod *Præpoſitus, & Coninch* contrarium doceãt, *cum Cotonio in compendio Verbo Aduocatus & Diana p. 4. t. 4. reſol. 32.* docentes, excuſari ab Irregularitate ex dicta proteſtatione, *arg. c. Prælatis*, ſicuti teſtis, ex valido argumento deducto à pari, *c. ſicut de transl. Epiſcop. l. ſi ſocer ff. ſol. matrim. l. ſi reus ff. de duobus reis*, ſed ex miſericordia, pietate, & benignitate, quæ maximè debẽt eſſe in Eccleſiaſticis, *arg. c. ſicut ne Cler. vel Mon. c. cæter. de iur. calum. c. 1. 23. q. 8. c. ſi qualibet 22. q. 2.* decid. vt ſup. nec iura ꝓhibẽtia Clericis off. Aduocati, loquuntur in his caſibus ſupradictis; quod ſi eſſet Clericus eminens Iuriſconſultus, & beneficia, canonicatum, aut penſiones habeant ex quibus poſſit ipſe, & ſui ſuſtentari, & tamen vellet Officium Aduocati gerere extra caſus permiſſos à iure, petat licentiam ab Epiſcopo, qui poteſt cõcedere, vt Clericus ſit in curia laycali Aduocatus, & Procurator, *Firmanus, & Sanchez relati à Maſſino toties ſupra citato nu. 51.* nec hoc reperitur expreſsè reſeruatum Summo Pontifici, ergo Epiſcopo facultas diſpẽſandi conceſſa cenſetur, *vt ſupra deciſ. 7. nu. 15. dicebam*, maximèque curare debet Epiſcopus, vt in ſua curia ſint Clerici iuriſcõſulti, quos in aſſeſſores aſſumãt, magis enim iſti res ſuas cognoſcunt, & fideles ſunt ſuis Epiſcopis, nec ab alijs dependent, ſicuti forſàn layci, & in ipſomet Epiſcopo, & Vica-

rio

rio magnopere Iuriſprudentia neceſſaria eſt, dicebat *Epiſcopus Iordanus in elucub. to. 1. tit. 19. de doctoratu, Ampliatione 6. & tom. 3. tit. 1. nu. 1. &* 3. vt ipſi res ſuas cognoſcãt; & decidant, *c. ignorantia 38. diſt. c. nulli Sacerdotum 4. diſt.* & ſe defendant à laicis, *c. ſi in adiutorium* 10. *diſt.* additio ad gloſam in *c. 1. ne Clerici, vel Monaci in 6.* nec ſemper conſilijs aliorum ſe regãt, *Greg. lib. 1. Regiſt. nullus fidelior tibi ad conſilium eſſe poteſt quãdo quæ non tua, ſed ſe diligit, Eccl. cap. 37. à malo conſiliario ſerua animã tuam Tacit. Hiſt. lib. 3. neque alienis conſilijs regi, neque ſua expedire,* quod intelligas de malis, *Conſultum malè Conſultori peſſima res eſt dicebat Heſiod. & melius Ambroſ. lib. 1. de officijs*, dans modum ſequendi conſilia, *quomodo potes iudicare in conſilio ſuperiorem, quem vides moribus inferiorem, ſupra me debet eſſe, cui me committere puto, an vero putabo idoneum, qui mihi det conſilium, qui non dat ſibi*.

186 Dices 1. quanti valoris eſſe debeat hoc beneficium, vt Clericus, & ſui valeant ſuſtentari, vt cognoſcere poſſimus quando hi Clerici habentes beneficium Aduocati eſſe poſſint? & ommiſſis omnibꝰ ſpeculationibus, hoc arbitrio Iudicis remitti cenſeo inſpecta qualitate perſonarum, vt perdoctè, ex more, *docet Giurba ad Cõſuet. Meſſan. cap. 7. gl. 14. num. 1. &* 4. [dixi iudicis] ideſt prudentis, *arg. c. 1. 36. diſt. d. c. ignorantia.*

187 Dices 2. an ſi habeat aliundè bonã ex quibus victum quærere poſſit etiam idẽ dicendum ſit? Reſpondeas hunc non compræhendi in prohibitione, *tex. in d. c. 1.* ibi, *Clerici in Subdiaconatu, & ſupra, in Ordinibus quoque minoribus ſi ſtipendijs Eccleſiaſticis ſuſtententur coràm Sæculari Iudice Aduocati in negotijs ſæcularibus fieri non præſumant*; ergo ſi non habent ſtipendia aduocare poſſunt, clara eſt conſequentia, nec obũbrari poteſt *à gloſa ibi*, quę ſub prætextu quod Epiſcopus tenetur alere Clericos etiam promotos abſque Patrimonio, *ex c. cum ſecundum de regularibus, c. non liceat, c. Epiſcopus ſi aliquem de præbendis*, infert Clericos non beneficiarios prohibitos eſſe etiã, contra verum *tex.* intellectum, cui adhærent, *Verba tex. in c. fin. ibid.* vbi ſupponitur quod beneficiarius ſit aduocatus, & pro extraneis officium exercet, & non pro Eccleſia, & in pœnam, quia fuit ingratus Eccleſiæ ſuæ, priuat illum beneficio, ergo. Clericus etiã beneficiarius aduocatus eſſe poteſt, non contra Eccleſiam, quia tunc tãquam ingratus beneficio priuandus eſt, ſed cõtra extraneos, quomodo ergo ait, *gloſa*, quod abſq; beneficio aduocare non poteſt, ſi etiam cum beneficio ſupponitur *in textu*, & accedit bonus, *tex. in c. 15. q. 2.* vbi Gratianus teſtatur ex generali conſuetudine Clericos poſſe aduocare, & ſalaria accipere, *ſicut tex. in c. ſi adiutorium* 10. *diſt. c. 1. ne Cler. vel Monachi in 6.* & vbi ſunt hodie Prælati, qui alimenta miniſtrant pauperrimis Clericis etiam promotis ab eiſdẽ abſque patrimonio ob negligentiam forsàn aſſeſſorum, vel ſimil. ò quanti Clerici mẽdici ſunt, quibus layci eleemoſynas tribuũt in opprobrium Clericatus, *c. diaconi 63. diſt. c. Odoard. de ſolut. Fuſcus de viſit. lib. 2. cap. 1. n. 17.* & pro concluſione, *Lancell. ſup. cit. in gl. verb. Eccleſiaſticis in fine*, ibi, *nec quidquã obeſt, quod poſſet agere per Epiſcopum, quia forte non poſſet obtinere, vel propter impotentiam, vel indigentiam Epiſcopi, vel ob aliam cauſam, &c.* nullius ergo momenti eſt *gloſſæ* argumentum, & abſque fundamento ſua opinio, & benè ait, *Azo. in princip. ſum.* quod per gloſ. tex. notitia aliquãdo obtenebratur.

188 Quod ſi denuo inſtat, *Gloſſa*, hoc eſſe contra honeſtatem Clericalem, quia hi non debent ſe immiſceri in negotijs ſæcularibus, *c. non magno ne Clerici, vel Monachi?* Reſpondeas *tex.* loqui de Monachis, vel ſi eſſemus in locis, regionibus, & Ciuitatibus vbi eſſet in dedecus Officium Aduocati exercere ex ratione, *tex. in l. repetita, & l. placet C. de Epiſcop. & Cleric.* aut dicas etiam quod dè Clericis *in d. c. 1. ibid.* nõ loquitur, nec de hoc offic. Aduoc. nobili, ſed de alijs negotijs, quę prohibentur habẽtibus ſufficiens beneficiũ, *vt ead. gl. docet*, nec *tex. in c. placuit, & c. alia eſt, cauſa 16. q. 1.* hoc ſomniati ſunt, ergo abſolutè concludendũ eſt, aut ex generali conſuetudine, *vt dicebat*

*bat Gratianus in d. c. 1. 15. q. 3.* aut de iure re vera, nonniſi Clericis beneficiarijs curã animarum habentibus, qui reſidere debẽt in beneficijs; nec poſſunt per ſubſtitutum ſatisfacere hoc eſſe prohibitum, & Monachis, *arg. c. 1. ne Clerici, vel Monachi in 6. c. te quidem 29. diſt. c. 2. de poſtul. & Gratianus citatus in d. c. 1. docet ſub his Verbis, hoc autem de illis intelligendum eſt qui Canonicam vitam profeſſi regulariter ſe victuros propoſuerunt, Generali namque Eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, & moribus approbatum, vt Clerici more Aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impenſis ſuſcipiant, Abruz. de ſeruitijs perſonalib. comm. 1. nu. 623.* quod ſi per ſubſtitutum parochiam, vel canonicatum habentes, in quo nõ requiratur perſonale ſeruitium, etiam ſatisfacere poſſunt, ceſſat finis prohibitionis, ergo Aduocati eſſe poterunt, *arg. c. cum ceſſante de appell. l. diximus ff. de excuſ. tut. l. in omni ff. de adoptionibus, l. fin. ff. ad Sillan. c. & ſi Chriſtus de iureiurando, l. adigere §. quamuis de iure patron.* & maximè quia præſumitur maior charitas in Clericis aduocatis, quam in laycis, & maior authoritas, *Menochius conſ. 92. num. 89. Ruinus conſ. 127. num. 2. & n. 13. lib. 2. Rolandus conſ. 24. nu. 54. lib. 1. Alex. conſ. 43. lib. 7. Cranetta conſ. 277. n. 2. & conſ. 272. num. 16. idem Menochius de arbitr. lib. 2. caſ. 98. nu. 5. & 6. Marta conſ. 87. n. 30. Capycius Latro cõſult. 35. num. 106.*

189 Quod ſi leges, ſtatuta laycalia, pragmaticæ, conſtitutiones, determinationes, mandata etiam Imperialia ſint, quæ prohibeant Clericis hoc officium certè non valere decidas ex cõmuniſſima omnium Doctorum ſententia ſupradicta, quod ſtatuta laycorum Clericos non ligant, nec ligare poſſunt, *Giurba deciſ. 16. Craſſus de eff. Cleric. eff. 2. Barboſa in c. Eccl. S. Mariæ de conſtit. Baronius tom. 3. addit. ad quæſt. 18. num. 11.* etiam ſi ad publicam vtilitatẽ facta, niſi fuerint à S. Pontifice approbata, *Surdus conſ. 2. per tot. Dian. de immun. Eccl. reſol. 43. Groſſ. controu. 2. n. 12.* idem de mandatis Proregũ, *Ballus in Prag. Regni in proæmio n. 38. Burgius de modo proced. ex abrup. cent. 1. q. 65. num. 10. Giurba Obſeru. 104.* Capitulis Regni, *Abruzzus de ſeruitijs perſonalibus comm. 2. n. 34. Giurba cit. & alij*, ſiuè directè, ſiuè indirectè, lædant libertatem Eccleſiaſticam, *Bellettus in diſq. Cler. tit. de exempt. Cleric. à ſtatutis ſæcul. n. 9. 24. & 25.* & Clericos, *cap. fin. de imm. Eccl. c. quanto de priuil. c. ſtatutũ de hæreticis, Craſſus citatus, & alij, quos congerit Diana, & Cotonius in compendio Verb. ſtatutum n. 7.* aut aliàs perſonas contrahentes cum eis, *Bellettus, & Craſſus, Diana part. 4. tract. 1. reſol. 60. & Cotonius cit.*

190 Ita non poſſunt annullare facta à Clericis in caſibus permiſſis à iure ſuo, & minuere libertatem Eccleſiaſticam; quia ſubditi laycorum non ſunt Clerici, *vulg. c. Eccl. S. Mar. de conſt.* ergo nõ poſſunt impediri in geſtis, & negotijs ſuis, etiam ſi eſſent prohibita à iure ſuo Canonico, quia ad Epiſcopum ſpectabit eos corrigere, non ad laycos non habentes iuriſdictionem; factaque per eos, haud annullanda à laycis, etiam ſub prætextu puniendi laycos, quia hoc eſſet indirectè lædere Clericos, ſicuti quando puniuntur conſanguinei Clericorum ob delictum, vel contemptum illorum, *Bartolus, Baldus, Gozadinus, Crotus, Theſaurus, Decianus, Ruinus, & alij poſt Bellettum citatum n. 11.* & in ſimili ſi prohibẽtur layci ne vendant bona Eccleſijs quod nõ valeat ſtatutum, *arg. c. 1. de imm. Eccl. in 6. Romanus, & alij quos ſequitur Barboſa de immun. Eccl. tom. 2. de vniu. iure Eccl. cap. 3. n. 216.* aut ne conducant prædia Clericorum, vel maiori pretio, iuxtà ſupradicta *n. 132. et n. 145. & n. 48. & 49. ex Abbate in d. c. Eccl. S. M. de conſtit. n. 31.* atque in omnibus caſibus non ſolùm quando eſſemus in limitationibus ſupradictis iuxtà Doctrinam *Caſtelli, Maſtrilli & alior. cit. ſupra*; quia non ſpectat ad laycos, perſpicere quãdo Clericus aliquod gerere poſſit, & annullare facta perlcũ, etiam prohibita, vt in negotiatione, contractus qui facti ſunt à Clerico negotiatore annullari non poſſunt à layco Iudice puniri benè verùm poterit Cler. ab Epiſcopo poſt trinam monitionem ſi erit iſte incorrigi-

bilis

bilis, vel geſſerit negotia in caſibus à iure prohibitis, *Diana part. 3. tract. 1. reſolut. 44. Viſconti in concl. iuris verb. Clericis regulariter non licet mercari Borrell. ſum. deciſ. tom. 1. tit. 7. n. 68. Barboſa de vniu. iure Eccl. cap. 40. tom. 1. nu. 114. cum ſeq. Groſ. in conſt. prag. comit. de Caſtro* §. 40. *n.* 28. *&* 29. ita in caſu noſtro prohibere non ſolùm Clericis non valet Principes, Iudiceſque Sæculares, ne hoc officium faciant, cum nec Epiſcopis conceſſum ſit, quia de iure canonico, & cōſuetudine approbratū eſt, vt probaui, Clericos officium Aduocati gerere poſſe, ſed etiam annullare non valent factum, laycisuè iubere ne hos recipiant, & admittant ad hoc officium, quia eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, & iura canonica, quæ nullitates non inducunt, neque in caſibus prohibitis, vt etiam in caſu ſimili de Clerico Iudice, *dicebam ſup. num.* 85. & in caſu quo Clericus deponeret coràm Iudice layco, *contra tex. in c. teſtimonium* 11. *q.* 1. *c. quamquam* 14. *q.* 2. pro cauſa tamen ciuili, *Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap.* 13. §. 8. *Marta de iuriſd. p.* 4. *caſu* 128. *n.* 1. *Natta conſ.* 39. *num.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 306. *n.* 6. in qua requiritur licentia Epiſcopi, qua non adhibita depoſitio nō eſt nulla, *Belleti. de Cleric. teſt.* §. 2. *n.* 3. *Roland. conſ.* 24. *vol.* 1. *n.* 77. *Barboſa de vniu. iure Eccl. d. cap.* 40. *nu.* 99. & in Clerico notario, vel Tabellione, qui conficit inſtrumentum, & ſi ei ſit hoc officium prohibitum, *c. ſicut accepimus ne Cler. vel Monachi*, tamen valet inſtrumentum factum; vt ibi, *per beneficiorum ſubtractionem*, nec ait, ſub pœna nullitatis, &c. ſi ergo iura canonica non annullant, quomodo layci per ſuas pragmaticas, & Iudices per ſua edicta annullare poterunt non video? & examinentur quæsò Doctores contrarium dicentes, & contra iura locutos, dicere debēt veritatis amatores. Notabis vero 1. ex dictis quod Clericus Aduocat⁹ ſalariū percipere poteſt, ſicut alij Aduocati, *Abruz. de ſeruitijs perſon. comm.* 1. *n.* 623. de quo ſalario, & eius quantitate multa ſcripſit, *Baron. de cit. tom.* 2. *add. ad quaſt.* 19. *n.* 218. *cum ſeq. & to.* 3. *in annotationibus alios cogerens Doctores*, & pro foro fori probabilis eſt opinio, quod circa quantitatem ſalarij, ſtandum ſit conſuetudini, & Iudex arbitrare debet ſeruitia, & labores, & ſecundum hos taxare ſalaria, *Caſtillo deciſ.* 44. *in fine, & in addit. Rot. Rom. apud Farin. in Nouiſ. d.* 234. *et* 302. *& in praxi crim. q.* 106. *n.* 81. & ſi à principio nō fuerit cōuentum, *Carneu. de iudic. to.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 182. *Dans. pugn. Doctorum tit. de Aduoc. tom.* 2. *cap.* 11.

Notabis 2. quod Aduocati Clerici, & layci de iure paciſci non poſſunt de quota lite; *l. ſi qui Aduocatum C. poſtulando, l. ſi remunerandi* §. *maurus ff. mandati, l. ſumptus ff. de pactis l.* 1. §. *ſi cui ff. de varijs, & extra ord. cog. l. litē C. de procur.* ſub pœna amiſſionis, & priuationis officij, *d. l. ſi qui*, & infamiæ, *c. infames* §. *arcentur* 3. *q.* 7. *Farin. cit. quaeſt.* 106. *per tot. Trentacinq. de poſtul. reſol.* 1. *Borrell. ſum. deciſ. tom.* 1. *t.* 65. *nu.* 57. *Golin. de procur.* 1. *part. c.* 2. *n.* 20. etiam ſi iuramēto firmetur pactū, *Borell. tit.* 60. *n.* 286. & hoc propter præſumptū metum, *Alphonſ. de Olea de iur. ceſſione tit.* 3. *quaeſt.* 11. *nu.* 36. *ex Lopez Cuiactio, & alijs*, & ad minus in foro conſcientiæ valeret ſi non eſſet de ſumma exorbitante, & ſalarium competens non excederet, *Olea cit. nu.* 38. *& Fontanella deciſ.* 180. *n.* 15. *ex Diana, & alijs*, dixi, ſalarium competens, quod remittitur arbitrio prudentis, & ipſius Aduocati, qui poteſt in bona conſcientia operam cariùs vendere, *Emman. Sà. in Aphoriſmis v. venditio n.* 2. ſed pauperes gratis defendat ſub peccati mortalis pœna, *idem V. Aduoc. n.* 2.

191 Inſuper hac eadem ratione Clerici non poſſunt exercere officium Notarij, Tabellionis, & Curialis, niſi pro re ſpirituali, & in Curijs ſpiritualibus, *c. ſicut accepimus, ne Cleric. vel Monach.* & in caſibus licitis, putà vt alimenta ſuſcipiant, quo caſu petita à ſuo Epiſcopo licentia hoc expoſito, pro rebus ciuilibus exercere valēt etiā in curia laycali, *gl. in d. c. ſicut, Bellett. diſcipl. Cler.* §. 29. *n.* 9.

192 Neque Teſtes eſſe poſſunt contra laycum in iudicijs, ſine licentia Epiſcopi, ſecus in contractibus, *c. teſtimonium* 11. *q.* 1. & hic dat licentiam, ſolū in rebus ciuilibus,

vt praxis docet, *Bellett. & Barboſa d. cap.* 40. *de vit. & honeſt. Cleric. n.* 105. & iuramentū in manibus Epiſcopi, vel Vicarij præbendū erit, *vt illi notant*.

193 Iudices eſſe Clerici, vbi pœna ſanguinis tractatur, prohibentur, *c. ſententiam ſanguinis, ne Cleric. vel Monach.* at in ciuilibus, vbi arbitri electi, vel etiam vbi iuriſdictionem habent ſecus eſt, *Barboſ. cit. cap.* 40. *nu.* 109. *l. non diſtinguemus* §. *Clerici de arbitris, c. fin. ne Clerici, vel Monachi in* 6. de qua concluſione ſupra ad vbertatem dixi *num.* 81. *cum ſeq.* de arte Chirurgiæ, & Medicinæ, diſcurras quod abſolutè Clericis ſūt prohibitæ, & Regularibus, *c. fin. ne Cler. vel Monach. & c.* 1. *eod. in* 6. nam ſicut cæteræ artes Clericum vilem reddunt, & de Clerico in ſacris ordinibus cōſtituto loquuntur iura cum communi, *DD. intellectu Ferr. in quæſt. Vicarial. p.* 1. *q.* 58. *n.* 2. & ſi aliqui apud eundem contrarium doceant, & generaliter Clericis has artes concedant; bene verùm ſi ſint in culpa in exercitio, erūt irregulares, vt illi probabiliter diſcurrunt, quibus adhæreo remota contrariorum generalitate, *ex arg. c. ad aures de ætat. & qualitate*, & fortiùs ſi nō habeāt beneſ. curat. *d. c.* 1.

194 Tutelam non accipiant, niſi legitimam: non verò ad illam prohibentur, *c.* 1. 88. *diſt.* præcipuè in animarum ſalutem, neque cogi poſſunt, *c. fin. ibid. c. Cyprianus* 22. *q.* 3. ſed ſi volunt, vtique accipere poſſunt, & pro rationibus reddendis corām quo cōueniendi tractaui *ſup. nu.* 111. *&* 112.

195 Tandem prohibentur etiam Clericis vſus negotiationis, qui iſtos viles reddunt, *c. perlatum* 88. *diſt.* & ſub pœna depoſitionis, & excommunicationis, *c.* 1. *ne Cleric. vel Monach. c. Canonum* 14. *quæſt.* 4. ſiuè emant, ſiuè vendant contractu oneroſo, vel conducant poſſeſſiones laycorum, *c.* 1. *ne Cleric. vel Monach.* ſecùs verò eſt de rebus Eccleſiæ.

196 Quæ concluſio non tàm rigidè intelligēda: nam varias habet limitationes; vt in rebus ſuis, & ad ſui ſuſtentationem, ſi pro ſe emerēt contractu oneroſo, vel lucratiuo, &c. quibus caſibus Clerici negotiari valent, *vide deciſionem Congregationis in vna Barcinonenſi de Epiſcoporum, & Regularium negotijs data die* 15. *Nouembris de anno* 1616. & de hac re dixi *ſup. n.* 158. *&* 160. 190. *&* 194. præcipuè ſi beneficium non habeant pro ſua ſuſtentatione, & ſuorum, *vt ibi*.

197 Fauore amicorum, etiam aliquid dicam de armorum prohibitione, *vt decidit Papa, in c. armorum verſ. notabis de vita, & honeſt. Cleric. & c. Clerici ibid.* & poſſunt excommunicari, *d. c. Clerici*, nam arma eorū ſunt orationes, & lachrymæ, *c. fin.* 36. *diſt.* quodſi aſportent, nō ideo his ſpoliādi à layco Iudice, vt aduertunt noſtrates, niſi eiſdē armis reſiſtant birroarijs, *Duard. & Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immun. Eccleſiaſt. reſol.* 9. *verſ. falluntur*, ſed Epiſcopo apportentur, qui pœnam exigat, in caſibus in quibus arma apportantur extra neceſſitatem, & ad offenſionem, ſecùs ſi pro defenſione, vt in itinere extra Vrbem, &c. iura enim nō loquuntur de his, & ſimilibus caſibus, nec alio Iudici arma debentur, *Reuie. in Pragm. Regni Neap. de Cleric. ſeluat. prag.* 6.

198 Quæ verò arma veniant ſub nomine armorum in prohibitionibus? dicas venire offendibilia; *Clem. in agro* §. *quia de ſtat. Monachorum, Rebuffus cum alijs in l. armorum* 41. *ff. de verb. ſignif.* licèt generalitèr quæ ad offenſam, & quæ ad defenſam paratæ ſunt veniant, *d. l. armorum*, nec veniunt arma ruralia, & quæ arti deſeruiunt, vel ad frangendum panem, *Barboſa in appellatiuis verb. arma num.* 4. *&* 5. & in locis in quibus ſcandalum vitæ, & necis Clericus habet, arma portare poteſt etiam offendibilia, ſicuti ſi quis bonę vitæ arma portet occultè tamē, pro ſui defenſione, non ideò inuentus puniendus, nam finis prohibitionis legum loquentium, ne arma ferantur à Clericis, non loquitur in his caſibus, & vbi lex non dicit, & ſumus in pœnalibus extenſio non eſt facienda, *l. factum* §. *in pœnalibus ff. de reg. iuris, c. in pœnis de reg. iuris in* 6. *l. pen. ff. de pœnis, c. ex literis de conſtit. Gratianus, Scaccia, Farinacius, Gironda, & Barboſa in axiom. verb. pœna num.* 9. & pro concluſione, *Bel-*

*lettus*

*lectus diſcipl. Cleric.* §.*28.n.14. cum ſeq. idem Barboſa in c. olim de reſt. ſpoliat. Graſſus deciſ. aur. part.2. lib.3. cap.7. n.3.*

199 Neque prohiberi poſſunt vt arma domi detineant cum ſint ad defenſionem latronum, & inimicorum, *vt idem Graſſus, & Belletus docent*, ſicut Monachi in ſimilibus caſibus, *idem de pœnis Cleric.* §.*49. de Graſſ. effect. 20. n. 15. qui num. 26. ſupradicta confirmat, cum ſeq.* & Epiſcopi non ſint ita rigidi circa hæc, ſed perſonarum qualitatẽ proſpiciant, & pœnas arbitrarias exigant ab ipſis impoſitas, vel à iure Canonico, nõ à laycis, qui ſtatuta facientes contra portãtes arma, & pœnas inponen. Clericos nõ ligant, vt ſunt in Sicilia pœnæ cõtra portãtes vulgo, il ſcopettone, & il coltello Meſſineſe, ò il ſtilletto, & ſimil. nec ſpoliari armis poterunt ab illis, *Barboſ. de vit. & hon. Cleric. n. 140. [illegible] 40. ex multis, & DD. citatis ibi docent*; ſicuti Regulares arma tenentes in Monaſterijs ſuis excommunicantur, *è Clem. ne in agro de ſtatu Monachorum*, quando nõ adſunt cauſæ, *gloſ. in c. 2. de vit. & honeſt. Cler. Graſſ. citatus n. 35.* ſed nec poſſunt puniri à Principe Sæculari ſi teneant, vel portent, *Lezzana, ex Bellaſio in promptuario verb. arma*, neque incurrunt dictam pœnam Superiores detinentes pro neceſſitatibus Monaſterij, *vt docet Bordonus de regul. reſol. 32. n. 18. & per totam hanc materiam examinat.*

200 Supradictarum rerũ ratio eſt, quia Clerici, & Monachi vtentes armis prohibitis tempore neceſſitatis, & occulte, ſicut & laici vtuntur remedijs datis ad defendendũ à iure gentiũ, nã generaliter defenſiones ſũt de iure naturæ, ſi enim quis aggrediatur aliquem cum enſe, quomodo iſte ſe defendere poteſt cum pugno, poterit ergo quis pro ſui defenſione adducere occulte arma, quibus vtatur tempore neceſſitatis, & domi retinere, vel in agro, aut pro itinere publicè adducere ad [illegible], ... prohibentia in his caſibus loquuntur, & præcipuè in probis viris, quod Iudex cognoſcẽs adducentes arma, præſumere debet, quod faciunt ad ſe defendendum, & illos dimittat, non ita in alijs de quibus prohibitiones loquuntur, *l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publica, ibi: qui arma, tela; domi ſuæ in agro, vel in villa, præter vſum venationis, vel itineris, & in l. qui dolo 10. item qui cum telo dolo malo in conuentu fuerit, gloſ. in c. Clerici de vita, & honeſt. Cleric.* & omnes Pragmaticæ, & Conſtit. hæc ſupponunt, ſi enim ex licentia, aut alio priuilegio Clerici portarent, & generaliter arma (vulgo affidati) quomodo quis defendere deberet [illegible], quod ſi prohibitio, *vt in* §.*1. Auth. de armis* loqueretur, & eſſet in vſu de omnibus, certè regula abſoluta locum haberet, ſed hac non exiſtente generaliter in omnibus, ſequitur vt iſti occultè ferre poſſent arma, & illi cum licentia publicè, *Farinac. prax. & Fabr. Crimin. to. 3. quæſt. 108. num. 68. 105. & 110. cum ſeq.* & in Clericis quod iuſta de cauſa poſſent portare arma, & domi retinere docens præter cit. Doctores *Vgolin. Bald. Decian. Soccin. Abb. & alij cũ Auguſtino Barboſa de Vniu. iure Eccl. cap. 40. n. 139.* nec ſtatuta circa arma ligãt Clericos in caſib. iſtis licitis, & ſunt excommunicati Iudices layci, & birroarij ſpoliantes Clericos arma portantes etiam prohibita, contrariumque dicentes abſque ratione loquuntur, & nullius momenti ſunt eorum dicta, *vt idem Barboſa docet num. 141. & 142.* & multoties Doctores nulla diſcuſſione præmiſſa ſequuntur alios ad inſtar auium, cum ex nullo capite hanc iuriſdictionem habeant layci, omnibuſque manifeſtũ eſt Epiſcopum, Summumq; Pontificem pœnas contra Clericos arma portantes, & alia delicta facientes inferre poſſe, & hi capti ab ipſis puniri poterunt (non enim approbo ſententiam dicentiũ non captum, ſed viſum ſolũ cum armis puniri poſſe, *ex Marta voto 80. [illegible] deciſ. 257. part. 2. Viſconti in concluſ. [illegible] verb. arma*) ideo requiritur apprehenſio, *vt iſti docent*, & benè factis probationibus, &c. nec birroarijs credendum, *idem Viſcontus ex Farin. & alijs* [illegible]

Aduertant igitur Clerici ad ſuam dignitatem, & priuilegia, & vitam ducant, quæ illos verè hæreditatis diuinæ participes faciat, ne forte ab oriente veniant gentes, & ab occidente, & tollant locũ ſuũ, & filij, & hæredes

redes ab hæreditate eiecti ſint. Ideo vitam ducant honeſtam, & à negotijs ſæcularibus longinquam, ne pœnas à Papa, & ſuperioribus contra Clericos delinquentes comminatas incurrant: aduertentes etiam quod poſt pœnam temporalem reſtat æterna.

## DECISIO DVODECIMA.

### De Regularibus, & Monachis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Priuilegia Religioſorum, & ordines Monachorum adducuntur.*
2 *Inſtitutio, & origo, & Monachus idem, ac ſolitarius.*
3 *Monachorum appellatione, qui veniant ex Religioſis? an Conuerſi, Oblati, & Equites Hieroſolymitani n.6.*
4 *Regularis vnde dicitur? & Religioſus?*
5 *Religioſi alij Monachi, alij Fratres, alij Clerici Regulares, alij Oblati, alij Conuerſi, & Tertiarij, & alij mendicantes, & non mendicantes, & qui ſint? & de Eremitis.*
6 *Equites S. Ioannis Hieroſolymitani, S. Iacobi, &c. an ſint verè Religioſi? & Canonici Regulares.*
7 *Nomina, Monachus, Regularis, & Religioſus, vt plurimum confunduntur.*
8 *Minores, & ſerui an poſſint fieri Religioſi?*
9 *Matrimonium ratum diſſoluitur per profeſſionem, & Pontificis Diſpenſationẽ, non ita conſumatum, & coniugatus ſi profiteatur abſque licẽtia alterius auocatur, & caſus in quibus non auocatur enumerantur n. 10. & 11.*
10 *Licentia coniugis requiritur vt alter profiteri poſſit, vel ordines ſuſcipiat, etſi ſit iſte ordinatus, Religionem ingredi an debeat vxor?*
11 *Maritus auocatur ab vxore etiam ſi fuerit ad S. Pontificatum erectus.*
12 *Religionem ingredi volens de vrbanitate parentes relinquere non debet, ſi iſti viuere non valeant alio modo, ſed profeſſio facta valida eſt, & parentes honorandi, & ſubueniendi ante omnes, & pater prius, poſtea mater, filij, & vxor alendi ſũt, & an exire valeant profeſſi pro his ſuſtentandis in neceſſitate, & pro fratribus, vel ſororibus nu.64. potiuſque parẽtibus, quam filijs in neceſſitate ſuccurrendum, & n.62.*
13 *Dignitates habentes, & beneficia cum cura animarum an fieri valeant Religioſi? & Regulares non valent beneficia retinere, quid de Patribus Soc. Ieſu, & an Monachi ordinari poſſint abſque Patrimonij titulo?*
14 *Fructus beneficij lucratur nouitius, & illius onera per ſubſtitutum ſatisfieri debent, & ſi valeat illud renunciare?*
15 *Debitor, & negotijs ſæcularibus implicitus Religioſus fieri valet, & valida eſt profeſſio, & n.62.*
16 *Profeſſio metu facta nulla eſt, & n.17.*
18 *Metus reuerentialis an annullet profeſſionem alioſue contractus?*
19 *Moniales ante quam profitentur examinari debent de libertate, & conſenſus expreſſus elicitur ab Epiſcopo, vel alio deputato.*
20 *Nullitatem profeſſionis tentare debet Profeſſus intra quinquennium à die profeſſionis, & poſt illud tempus durante cauſa metus n.21. & abſque reſtitutione vt ibi, & nu. 22. atque explicatur Bulla Vrbani 8. loquentis de profeſſione emiſſa in locis non deſignatis nu.23. & quomodo demõſtrari poſſit duraſſe cauſam metus ibid.*
24 *Capto indicio intra quinquennium terminari poteſt eo elapſo, & fit coràm Superiore Regulari, et Ordinario illius loci, & quis veniat Superioris nomine in hac materia?*
25 *Prælatus Regularis poteſt profeſſum cum impedimento perpetuo eiicere à Religione, & an iſte aufugere poterit tuta conſcientia?*
26 *Ratificatio profeſſionis nullæ an præſumatur? & ex quibus capitibus haberi poſſit, & de actibus excludentibus ratificationem profeſſionis.*

27 Ra-

27 *Ratificatio profeſſionis quando expreſſa, & quando tacita facta dicatur? & in dubijs an profeſſio ſit valida præſumendum pro nullitate, ubi ratio aſſignatur; & Monaſterium an eiectum teneatur alere, & n.31.n.61.& 62.*

28 *Eici quomodo valeant Religioſi profeſſi, & de iſtorum obligationibus, & an perdat ſucceſſionem Monaſteriũ? n. 29. cũ ſeq.*

30 *Horas Canonicas recitare an teneantur? Superioribus obedire, &c. & Religio eos recipere denuo debet ſi ſint correcti ibid. & cui ſint ſubditi?*

31 *Alimentare eos tenetur Monaſterium ſi commodum bonorum, & ſucceſſionem habeat, & ſperet.*

32 *Profeſſio ſi declaretur nulla renunciationes antea facta non tenent, & pactum contrariũ nõ valet, ceſſante cauſa ceſſat effectus, factum non dicitur, quod non durat tale, ibid. & n.88.*

33 *Argumentum valet de Clericis ad Monachos, & ſtatuta circa Clericos ad Monachos Regulariter extenduntur n.34.*

35 *Monachi habent ſpecialia in iure deciſa ſupra Clericos, & quæ ſint?*

36 *Mulieres ingredi non debent Monaſteria, & Clauſtra Religioſorum, & de pæna.*

37 *Privilegia iſtorum varia, & n.59. & an poſſint eſſe teſtes, fideiuſſores, arbitri, & executores teſtamẽtarij, & ſtudere valeant iuri Civili, et Medic. vel leggere.*

38 *Præcedentia inter Religioſos, & qui præcedere debeant? ſtudium, & litteratura in Religione varios gradus, & prærogativas tribuunt, & interpretatio cuiuſdam Regulæ Ordin. SS. Trinit. circa præcedentiam Patrum Prædicatorũ de Provincia.*

39 *Religioſis conceditur privilegium exemptionis à Poteſtate Epiſcopi; & iſte procedit contra eos habentes beneficia ipſi ſubiecta, & contra accipientes aliquod à novitijs pro ingreſſu in Religione, & cogit, ut accedant ad publicas proceſſiones ſub pœna ibid.*

40 *Proceſſiones an facere valeant Religioſi extra clauſtra? & an Epiſcopus dare debeat licentiam faciendi proceſſiones Corporis Chriſti in Quadrageſima, & alijs temporibus extra feſtum propriũ?*

41 *Proceſſiones publicæ quæ ſint, ad quas Regulares, & alij compelli poſſint ab Epiſcopo, & qui excipiantur ibid. cũ n. ſeq.*

42 *Clerici etiam inſervientes in Eccleſijs Religioni Hieroſolymitanæ ſubiectis compelli valent, & Cappellani Eccleſiarũ Regularium.*

43. *Confraternitates an cogere valeat, & ſi viſitare poſſit?*

44 *Proceſſiones dirigere, & ordinare poteſt, & quæſtiones dirimere etiam inter Regulares Epiſcopus, vel eius Vicarius, appellatione remota, & non ſolùm in ſuis, ſed in eiſdem Regularium Eccleſijs, in quibus ſicut in illis Monialium erigere valet baldachinum, quod declaratur, & de uſu Pontificaliũ nu.56.*

45 *Clerici Sæculares, & exempti an cogi poſſint ad accedendum diſcuſſur.*

46 *Edicta Epiſcoporum, & pœnæ non ligant Clericos in caſibus in quibus cogi non valent de iure.*

47 *Regulares, & Clerici, an teneantur accedere cum certis?*

48 *Beneficium tenue quando dicatur, & obligans ad horas Canonicas debet eſſe ad minus 25. ducatorum, modica res, & parvum negotium quod ſit remittitur arbitrio prudentis.*

49 *Delinquentes Monachos extra clauſtra, vel in Eccleſia ſua, quomodo Epiſcopus punire poterit.*

50 *Et in caſu ſuſpectionis fugæ, aut gravi delicto, &c.*

51 *Prælatus, & Superior Regularium delinquens extra clauſtra an ab Epiſcopo ſicut alij puniri poterit?*

52 *Et delicta ſubditorum non caſtigans quomodo punitur? atque de Regularibus, & novitijs delinquentibus ante ingreſſum religionis à quo puniendi.*

53 *Curam habentes Religioſi animarum Epiſcopo ſubduntur, & ab eo viſitari poterũt, ſicut Moniales exempta, ſi expediens pro ſalute animarum erit ab eodẽ*

viſi-

viſitantur, n.55. an vero delinquentes Monachos caſtigare valent, ſi exeant à Religione, & ſi delictũ quãdo erãt layci commiſerunt, & poſtea ſunt profeſſi?

54 Confraternitates, & congregationes poſitæ in domibus Religioſorum an ab Epiſcopo poſſint viſitari? & de priuilegijs, & exemptionibus quæ habent, ibid. cũ n. ſeq. & de Hoſpitalib. ibid.

56 Baldachinum erigere valet Epiſcopus in omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis etiam exemptis, & Pontificialia exercere, conuocare proceſſiones, &c. & n.44.

57 Concionatores Regularium licentiam ab eodem petere debet, & examinari, nec fabulis vtantur in concionibus, idem circa confeſſiones audiendas; vbi multa de iſtis Confeſſarijs Regularibus n.58.

58 Epiſcopi in illorum Eccleſijs prædicare non valent etiam ipſis renuentibus.

59 Vota ſeruare tenentur, aliàs non gaudent ſuis priuilegijs, & mendicantium fauores, & priuilegia alijs Monachis sũt concessa per communicationem.

60 Nouitiatus præcedere debet profeſſionem, & de tempore iſtius, & profeſſionis, & ſi coartari poſſit ibid. Nouitij an veniant nomine Religioſorum.

61 Bona acquiſita poſt profeſſionem ſunt Monaſterij, ſed iſtud poſtea an teneatur de debitis Monachi contractis ante profeſſionem?

62 Monachus debitor bona habens quomodo conueniendus, & bona ei cedi absque cauſa nec habere debet Monaſterium, aut renunciantes, ſed ipſe recuperat.

63 Exire non valet Religioſus à Religione pro ſoluendis debitis, ſed bona eius obligata.

64 Executiuè non poteſt conueniri Monaſterium pro debitis ingreſſi, licèt iſte hoc modo conueniri valeat; & rationes aſſignantur ibid. ritus, & ſtatuta laycalia, & Epiſcopalia Monaſteriũ nõ ligãt.

Legitima an debeatur filijs profeſſi, vel alijs in morte naturali iſtius, an in profeſſione. & an ſupra alimenta iſta non ſufficit Monaſterium alere debet, & omnes etiã filios ſpurios, quibus hodiè danda alimenta etiam de iure Ciuili, ibid. Pater an perdat vſufructum ex bonis ingreſſi? & ſi exire poſſit iſte pro ſororibus, fratribuſque alendis, ſicut in extrema parentum neceſſitate, & nu. 12. 27. & 31.

65 Monaſterium, & Clerici hæredes instituti an teneantur ad confectionem Inuentarij, & ſi non fecerint vltra vires hæreditatis? latè diſcutitur, & de laycis etiam non conficientibus Inuentarium cum ſeq.

66 Atque in conſcientia lex fundata in præſumptione non obligat in conſcientia, & veritas attendenda ſemper.

67 Contrariorum ſententia impugnatur vſque ad num.71. lex Ciuilis lata etiam ad bonum publicum ſi iuſta, honeſta, & rationabilis, nec contra ius Diuinum ſeruanda erit in foro Canonico, ſecus è contra, & n.68. an debeant reſtitui in integrum in hoc caſu, & maioribus hæc concedi debeat ex cauſa ignorantiæ, & cauſa præuenta, atque ſi impediat executionem.

69 Gloſſæ, & Doctorum Authoritas non eſt ſequenda niſi ſit cum ratione, & argumentum turba eſt ſequi opiniones, quia à talibus perſonis fuerunt dictæ, quando non habent rationes pro ſe, & n.86.

70 Ius Canonicum non approbat legem Ciuilem loquentem de inuentario, & quando hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hereditarias?

71 Fideicommiſſarius vniuerſalis facere tenetur inuentarium, & conuenitur tanquam hæres, & de executoribus teſtamentarijs.

72 Vſufructuarius vniuerſalis, an facit inuentarium, & quomodo conueniendus, & ſequens quam fideiuſſionem præſtare debeat.

73 Teneturne ad onera cenſus, liuelli, tributi, debita, et legata.

74 Monaſterium, et Clericus vſufructuarius omnium bonorum, et donatarius omnium, vel maioris partis, fideicommiſſarius,

Digitized by Google

ſarius, aut executor facere inuentariũ non tenentur, nec executiuè conueniendi quod declaratur.

75 Donatarius omnium bonorum, uel maioris partis an ſit uerus hæres, & executiuè conueniendus ipſe, uel eius hæredes de iure comuni cum nu. ſeq. 76. & 79.

77 Quid de iure Regni noſtri.

78 Et de donatario donatarÿ n. 79. & reprobatur opinio D. Io. Bapt. Groſ. Sicul. Catanen.

80 Tertius poſſeſſor conuenitur via executiua quando bona peruenerunt pœnes eũ capto Iudicio contra principalem, uel executione cauſata, & uitium litigioſi quando contrahitur ibid. atque coram quo Clericus conueniendus, ſi in eum res hoc uitio transferatur?

81 Citatio iſtius tertÿ requiritur ut executio cauſari poſſit contra eum, & quid in Regno noſtro ibid.

82 Tertius etiam conuenitur ex decurſis cẽſus iuxta formã Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ uirtute manus iniectionis ibid, valetque pactum manus iniectionis, et quomodo, & à quibus fieri poſſit manus inectio?

83 Maritus dotatarius omnium bonorum an via executiua conueniri poſſit? expenditur, vſque ad num. 86. & Authoris ſententia traditur ibid.

84 Accollans tertius debitum cum ſtipulatione Notarÿ executiuè conuenitur tãquam principalis, & alia de accollo. poſſeſſor ex cauſa voluntaria deſiens poſſidere adhuc poſſeſſor eſt.

85 Dolus, & fraus non præſumuntur.

86 Facto quæ conſiſtunt nulla lege definiri poſſunt, & in potibus cauſis iudex ex arbitrio decidere debet, nec malis exẽplis iudicandum, ſed ſequenda opinio, quæ nititur ſubtiliori, & meliori ratiomi, etiam ſi ſit contra plures Doctores, & n. 69. & contra gloſam ibid.

87 Nouitius per duos menſes ante profeſſionem ex Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 16. renunciare debet bona ſua, & donationes facere.

88 An teneant hæ renunciationes, ſi Monachus fuerit eiectus, vel egrediatur, aut diſpenſationem obtinuerit? & virtute ingreſſus an aliquid dari poterit: & de Nouitio, qui facta renunciatione non fuit profeſſus an recuperet bona donata, & a quibus cogi poſſint Regulares pro his reddendis?

89 Monachus quando contrahere poſſit alioſue conuenire? & ſoluens an liberetur?

90 Et teſtamentum facere? & quæ debeantur Monaſterio ex teſtamento ingreſſi, & parentibus filÿſq; ibid. & licẽtia poſtea an ſit valida, & debeatur immiſſio?

91 Profeſſione facta in mortis articulo non ſuccedit Monacho Monaſteriũ, ſed venientes ab inteſtato.

92 Nouitius teſtari poteſt, & de bonis ſuis diſponere ad ſui libitum, & ſi decedat ab inteſtato vocati iure ſanguinis hæreditatem capiunt; Monacho hærede inſtituto hæreditas, an ex perſona Monachi, vel Monaſterÿ deferatur abſque noua apprehenſione? ibidem.

93 Transeũtes de vna ad aliam Religionem, an poſſint ſecum ferre bona, quæ in prima acquiſierunt? & de Regulari Epiſcopo creato cui acquirat? & de bonis fructibusue Epiſcopatus ad cuius fauorem valeat diſponere?

94 Nouitiatum facere tenentur, & quæ cauſa requiratur ad tranſitum.

95 Religio quænam dicatur arctior ſtandum ſuis conſtitutionibus, & alia de his trãſeuntibus ibid.

96 Monialium inſtituta quando habuerunt initium?

97 Regula, & concluſiones ſupradicta de Monachis, an valeant ad Moniales extendi, & de requiſitis in his ibid. ætate, alimentis, & dote n. 98.

99 Donare an poſſint, & de donationibus remuneratorÿs; & Clerici milites, & aduocati, concubinæ, legare, & donare valent ob benemerita, & hæc ſeruitia quo modo conſtare debent? agens in extremis non præſumitur immemor ſalutis æternæ, & facere alienationes in fraudem.

88 An 100 Do-

100 Donationes ex cauſa non veniunt appellatione donationis, & fieri valent à Regularibus, ſicuti minima nu. 101.
Et quos comprehendat prohibitio donãdi facta pro paupertate religioſa ibid.
102 Donationes quatenus adeſt tertij praiudicium inſinuandæ.
103 Donationes ob cauſam, & ad pias cauſas non ſunt inſinuandæ, & de alijs caſib. num. 106.
104 Statutum de inſinuatione an Clericos Eccleſias, & Eccleſiaſticos liget? & n. 105. reprobatur Carol. Caruſus Sicul. Agrigen. & multa notabilia adducuntur circa ſtatuta laicalia, quæ Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas ligare non valent, & ſi in res, vel in perſonas dirigantur.
106 Donatio inter donantem, & donatariũ valet ſi cum iuramento fuerit inſinuationi renunciatum, non ita in tertij præiudicium.
107 Hæres alienans rem donatam, an ſit nulla prima donatio.
108 Tempus inſinuationis, & terminus currit à die ſcientia donationis, & ſi poſſit poſtea inſinuari, & onus inſinuationis tranſeat ad hæredes?
109 Probari quomodo poſſit inſinuatio, & cui incumbat onus?
110 Munerum largitio prohibita eſt Religioſis, & ſuperioribus Religionum: commatres Monachi non habeant, nec alloqui poſſunt cum mulieribus occultè, & an Epiſcopus carcerare poſſit Regulares alloquentes impure, & publicè cũ mulieribus, & intrantes domus meretricum?
111 Quidquid acquirunt Monaſterio acquirunt, & ſunt liberati à patria poteſtate; ius ſuitatis adhuc habent, & hæreditatem non aditam Monaſt. transmittunt, & hoc accuſat interfecto Monacho poſt cõſanguineos, et an ante vxorẽ? Spect. D. Cęſar Valdina laudatur.
112 Donatio Eccleſię, vel Religioſis facta reuocatur natiuitate filiorum vſque ad legitimam, & an hoc procedat in conſcientia? ibidem.
113 Moniales an tempore profeſſionis, & alio tempore, valeãt comeſtibilia Epiſcopis, aut alijs mittere, vel donare? & ſi eã poſſint vt incorrigibiles, ibid. & quando tranſire de vno ad aliud Monaſterium valeant?
114 Clauſuram non rumpant.
115 Epiſcopus, Medicus, Confeſſarius, & alij, intrare valent in Clauſtrũ Monialium.
116 Alloqui cum Monialibus abſque licentia non poteſt, quid ſi quis ſemel, aut bis alloquutur an cenſuras incurrat.
117 De Confeſſione, & Confeſſarijs illarum ordinarijs, & extraordinarijs.
118 Renuntiationes, & profeſſio Monialium.
119 Conſeruatores creare debent Religioſi, qui eos defendant, & de eorum poteſtate, creatione, & requiſitis.
120 Seruare debent omnem actum iudicialẽ, & citationem ante omnia, quæ etiam in notorijs adhibenda.
121 Subdelegare an valeant cauſas ſuas.
122 Suſpecti ſi allegantur eligendi arbitri, qui cognoſcant de ſuſpectione intra terminum arbitrarium allegato, quod non ſit breue.
123 Arbitri etiam eliguntur ſi oriatur controuerſia inter Epiſcopum, & Conſeruatorem ſuper competentia iuriſdictionis, & de poteſtate Conſeruatorũ cõtra Ordinarium, & alios debitores Monaſterij.
124 An mutari poſſint intra tẽpus quinquennij, & negotio cœpto.
125 Religioſi illis electis non poſſunt ſe ſubijcere Epiſcopis.
126 Appellatio admittitur ab his ad ſolum Papam, & an ad Legatos, vel Nuncios Apoſtolicos?
Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Petrus de Velaſco Iudex Regiæ Monarchiæ laudatur.
127 Iudex Regiæ Monarchiæ in Sicilia cognoſcit de omnibus cauſis Eccleſiaſticorum, & in prima inſtantia in negligen-

*gentia Prælatorum.*

128 *Repræſaliæ an dari poſſint in Curijs Cõſeruatorum, & Epiſcop. pro perſonis Eccleſiaſticis? nu. 132. quid ſit repræſalia ibid. & an ſint de iure permiſſæ repræſaliæ contra Clericos, & laicos, & alia ad hanc materiam tàm de iure communi, quàm de iure Regni, & ex Priuilegijs Meſſanæ adducũtur 131. et 133.*

134 *Regulares an recurrere valeant ad poteſtatem laicam pro aſſiſtentia; & defenſione bonor. & perſonarũ à violentijs, & quomodo practicari poſſit concluſio? & de Clerico ſpoliato recurrente ad laicam poteſtatem in ſeq. vſque ad finẽ de poſſeſſorijs beneficij, & penſionis.*

1 HAud hoc loco [ lector Amice ] Ordines, & priuilegia Religioſorum adducam, cum hæc ſint infinita ferè, & labor erit indefeſſus abſque vtilitate, ſed ſolummodo, quæ à iure enunciata, & deciſa ſunt à Summis Pontificibus generaliter de Religioſis, & Regularibus enarrabo: nam ſi ſpecialia horũ priuilegia cupis, illos ſpecialiter inquiras, & multa dicit de his ordinibus, & inſtitutionibus: *Auguſt. Barboſa de Vniu. iure Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 41. per totum*, ex ſcriptoribus Presbyteris ſæcularibus, nã inter Regulares ſũt, *Pellinzarius, Tamburinus, Donat. Laynenſis, Bellarmin. Cotonius Lezana, P. Diana, de Lugo*, & alij innumeri ſpecialiter de rebus ſuis tractantes.

2 Supponas ergo primo, ne turpem reddamus materiam abſq; origine, *arg. l. 1. de orig. iuris*, Religiones, & ordines illarum circa hunc modum viuendi fuiſſe tempore Apoſtolorum, quando in communi viuebant fideles, vt in *actib. Apoſt.* legitur. Sed frigeſcente poſtea charitate ſeparati ſunt, & varijs in locis varia Cœnobia inſtituta, vt aliqua in Alexandria, *à B. Marco*, alia *à S. Cleto, &c.* & poſtea *Paulus Thebanus primus Eremita* aufugiens perſecutiones Tyrannorum in deſertum ſe contulit, poſt illum Monaſteria, & Monachi in deſertis varij fuere vſque *ad Beatum Baſilium* in occidentali, *& ad Beatum Benedictum* in Orientali Eccleſia, ideò Monachi nomen idem ſonat ac ſolitarius, *c. 1. vbi gloſ. 16. q. 1.* & poſtea aliæ Religiones à viris probis introductæ fuerunt, & Monaſteria Monialium, de quibus *Barboſa qui ſupra, & Cotonius.*

3 Supponas ſecundò, quod appellatione Monachorum veniunt omnes Religioſi, & Religioſæ indiſtinctè, *c. quod Dei timorem de ſtatu Monach. Barboſa citat. cap. 43. n. 13.* largò tamen ſumpto vocabulo, vt patet, *ex d. c. quod Dei timorem, Anton. Nouar. Tuſchus Azorius, & alij, cum eod. Barboſa in appell. Verb. Monachus n. 2.* & Conuerſi *idem nu. 3.* Oblati tria vota emittentes, *Bellaſ. in prõpt. verb. Oblati*, Nouitij, *gloſ. in Clem. 1. de elect. verb. religioſus Barboſ. in appell. eod. verb. n. 16.* Equites Hieroſolymitani, *idem nu. 4.* & præcipuè in fauorabilibus, *vt ibi demonſtrat*, in quibus veniunt Clerici ſæculares etiam, *gl. in c. nullus 1. q. 1. verb. Religioſi, & in c. præſens 9. quæſt. 3.*

4 Supponas tertiò, quod hoc nomen [ Regularis ] idem ſonat, ac Rectus, & Regulares dicuntur à rectitudine viuendi; & quia certè Regulę adſtricti sũt. *Abb. in Rubr. de Regularib.* & Religioſus idem ſignificat, ac vir relegans ea, quæ ad Deum, & animã pertinent, & ipſi adſtrictus dicitur, ſicùt & ſuæ Regulæ. *Canoniſtæ in d. tit. de ſtatu Regul. Coton. in controu. lib. 4. controuerſ. 1. n. 1. ex S. Th. & alijs.*

5 Supponas quartò, quod inter Regulares alij Monachi, de quibus *nu. 2.* alij fratres ſimpliciter appellantur, vt Mendicantes Sancti Dominici, Sancti Auguſtini, Sancti Franciſci, & Carmelitæ, *c. vnico §. ſanè de Religioſis domibus in 6.* qui de iure cõmuni tales vocantur varia habentes priuilegia, quæ hodiè alijs Religioſis ſunt conceſſa, & omnes ferè Religioſi, & Moniales, de Mendicantium priuilegijs participant, *Canon. in Clem. 1. de Regularibus, Tambur. de iure Abbat. tom. 1. diſp. 17. q. 1. Barboſ. in appellat. V. mendicantes n. 14. cum ſeq.* ſunt & alij Clerici Regulares, vt P. Societ. Ieſu, Theatini, &c. alij Conuerſi vulgo, Frati layci, qui non habent miniſterium Diuinum, neq; ordines ſuſcipiunt; ſed verè vota emittunt ſo-

lemnia ad inſtar Monachorum, *c. ex eo §. fin. de elect. lib. 6.* alij Oblati, & ſunt qui in ſæculo manent, & vota non emittunt ſed bona ſua tradunt Monaſterio, *c. priuilegia de priuilegijs*, omnes tamen ſunt Religioſi modo explicato. Sed Eremitæ, & Tertiarij nõ verè tales vocantur ſua ſpecialia priuilegia habentes, *Bellaſ. V. Eremita, & Verb. Tertiarij in prompt. Regul.*

6 Adſunt etiam Equites Hieroſolymitani, qui verè Religioſi ſunt, & Sancti Iacobi, &c. *Diana part. 1. trac. 3. reſol. 23. & p. 3. tract. 1. reſol. 10. p. 8. tract. 1. reſol. 86. p. 9. tract. 4. reſol. 7. & paſſim. Ferr. contra Dian. part. 2. cap. 108. n. 8. Barb. ſup. cit. Ceſpedes de exempt. Regul. cap. 6. dub. 122. n. 2. Sperell. deciſ. 2. Menoch. conſ. 54. nu. 17. & alij*, rurſus, & Canonici Regulares, idest Religioſi inſignia, & priuilegia Canonicalia retinentes; vt Canonici Regulares Lateranenſes, Sancti Georgij in Alga, Sanctæ Crucis Conimbricẽſis, &c. *Tamb. to. 1. de iure Abb. diſp. 20. quæſt. 3. Barboſ. cit. de vniu. iure cap. 43. n. 16. Bellaſ. in prompt. verb. Canonici regulares Ceſpedes cit. dub. 193.*

7 His poſitis, aduertas quod vt plurimũ cõfuſa hæc nomina, Regularis, Monachus, & Religioſus, reperies, *vt n. 2.* dicebã; tu attendas ad rei ſubſtantiam, & ad verba Cõſtitutionis, vel Statuti.

8 Petes primò qui poſſint fieri Regulares, & quæ ſint requiſita? Reſpondeas, quod ætate immatura non poſſunt fieri Religioſi, qualis eſt de iure antiquo minor ætas 14. annorum in maſculis, & 12. in fœminis: *c. ſignificatum de Regularib.* Secundò requiritur vt non ſint ſerui, *c. ſi ſeruus ſciente 54. diſt.* ideò ſi iſti profitentur nolente domino, nulliter profitentur; & dominus repetit, ſecùs ſciente, & conſentiente, *d. c. ſi ſeruus*, vel ignorante, vſque ad triennium non vltra, *gl. in c. 2. de ſeruis non ordin. Bellaſius cit. verb. ſeruus*, & à die ſcientiæ triennium numeratur, *Sanchez in præceptis decal. tom. 2. lib. 5. cap. 4. nu. 46. Sayr. de cenſ. lib. 6. cap. 54. n. 5. Campanil. diuerſ. iur. Canon. rub. 11. cap. 8. n. 12. & Marand. in manual. prælat. tom. 1. q. 17. art. 2. q. 4.*

9 Tertiò vt non ſint ligati matrimonio, *c. ſunt qui dicunt 25. q. 1.* quibus profitentur abſque licentia coniugis, auocantur ab illa, *c. 1. de conuerſ. coniug.* intellige de matrimonio conſumato, nam vera ſententia catholicorum docet, quod Matrimonium ratum non conſumatum per profeſſionem omnino dirimitur, *Triden. ſeſſ. 24. de ref. matrim. can. 6. Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 18. n. 3. Coroninus contron. lib. 4. contron. 3. num. 4. cum ſeq. Baſilius Pontius de matrim. lib. 11. cap. 10.* aut per diſpenſationem Summi Pontificis, cum aliqua cauſa, *Trid. cit. & Coroninus lib. 3. contron. 9. nu. 174. Barboſ. ſup. dict. Concil. Can. 6. n. 10.* & ſi quis iurauerit cum aliqua contrahere, poſtea propoſuerit Religionem intrare; poterit contrahere, & ante conſumationem Religionem introire, *c. commiſſum de ſponſalibus, Pont. cit. & Suar. de relig. tom. 1. de iuram. lib. 2. cap. 13. num. 2. Sanchez lib. 1. diſp. 43. n. 3.*

10 Et auocatur ſi licentia fuiſſet metu extorta à coniuge profitente, *c. accedens de conuerſ. coniug. Sanchez cit. lib. 7. diſp. 35. n. 1.* nam voluntas coacta voluntas eſt, non ſpontanea, *Rot. Rom. apud Duran. deciſ. 158. n. 13. & apud Seraphinum deciſ. 1350. nu. 9. Menoch. conſ. 208. num. 35. Couar. de Sponſal. part. 1. cap. 4. §. 1. n. 11. Tuſchus Verb. volunt. concl. 280.* & de matrimonio etiam cum vi facto, quod nullum ſit, *dicam lib. 2. deciſ. 2. cum de Sacram. Matrimonij eiuſvè impedimentis dirimentibus*, quæ licentia neceſſaria eſt ad valorẽ profeſſionis, & Epiſcopus illã approbare debet [licèt hæc non fuerit ſimpliciter neceſſaria ad validitatẽ dictæ Profeſſionis] *Ceſpedes de exempt. Regul. dub. 56. Barboſa de vniu. iure Eccl. to. 1. cap. 42. de tranſeuntibus ad Religionem n. 15. & 16.* ſed ſolùm, vt benè omnia fiant, quia Epiſcopus cauſas ad Matrimonium eiuſque ſeparationem ſpectantes examinare, & proſpicere debet, *arg. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 1. & Can. 10. c. multorum 35. q. 5. c. accedent. de exceſſ. prælat.* coniugemque profeſſum abſque alterius licentia ſua Authoritate reuocare, *vt Ceſpedes de Reg. cit. dub. 57. 58. & 59. & dub. 60. docet*, imo poteſt procedere contra

tra Regulares detinentes maritum profeſſum abſq; licentia coniugis, & ille exire valet propria authoritate, *idem dub. 57. ex Sachez. Sa. Fauſto, & alijs*, atque examinare ſi alter coniux manens in ſeculo ſit ſuſpectus de incontinentia, vel ſenex, nam ordinariè ambo profitentur; poteſt tamen diſſimulare, ſi alter manſerit in ſeculo, caſtitatemque promittat, vel ingrediatur aliam Religionē, *vt idem Barboſa docet, arg. c. Agathoſa 27. q. 2. c. cum ſis, c. vxoratus de conuerſ. coniug. Sanchez cit. diſp. 33. Gratian. diſcept. forenſium cap. 102. num. 21. & 27.* & quod dixi de marito ingrediente Religionem, idem dicas de ſuſcipiente ordinem ſacrum, ad cuius validitatem ſola licentia ſufficit, ita vt reuocari non poſſit, *Extrauag. Antiqua de voto*, & dicitur licitè hoc factum, *Sanchez diſp. 38. 39. & 40.* cæterùm materia arbitraria erit, & ſecundùm arbitrium, voluntatem, & neceſſitatem, Epiſcopus omnia facere debet, *Bordon. de Regul. cap. 2. de profeſſ. quæſt. 74. Cotonius cit. controu. 3. num. 8. cum ſeq. & Canon. in titulo de Conuerſ. coniug.*

11 Dantur benè verùm caſus, in quibus etiam abſque licentia factus profeſſus maritus v.g. vel ad Ord. ſac. aſcendens non reuocatur, & primus eſt ſi mulier manens in ſeculo repetere volens maritum, adulteriū commiſerit, *c. Conſtitutus de conuerſ. coniugat. Sanchez cit. lib. 10. diſp. 11. nu. 1. Barboſa n. 18. Pontius cap. 30. §. 2. verſ. 3.* ſecundus caſus eſt ſi infidelis fuerit hæc facta, *c. fin. ibid.* Tertius ſecundùm aliquos ſi fuerit ad S. Pontificatū erectus profeſſus, vel ordinatus, quod non admitto, *cum gloſ. in c. ſi quis pecunia Verb. non apoſtolicus 79. diſt. & Diana part. 8. tract. 1. reſol. 62. Cotonio in controuerſijs lib. 3. controu. 9. cap. 6. n. 177.* & hoc caſu etiam reuocari poſſe decido, *cum Bonacina de impedimentis matrimonij de impedimento Ordinis n. 19. fol. mihi 336.*

12 Quartò in Religioſis requiritur, vt ſint ſui iuris, antequam profiteantur, nec relinquant Parentes, qui non poſſint ſine eis ſuſtentari, *c. 1. 30. diſt. vbi noſtrates*, quod non procedit circa Validitatem profeſſionis, *Cened. in decret. coll. 20. n. 3. Bartol. à S. Fauſt. in Theſau. religioſ. lib. 5. q. 143. & 145.* ſed ſolùm vt non peccet mortaliter, & eſt requiſitum, vt ex Vrbanitate hoc faciant filij, nec relinquant parentes in neceſſitatibus, quibus ſubuenire debent, *Surd. de alim. tit. 1. q. 29. n. 12. Sayr. in clau. Reg. lib. 7. cap. 6. nu. 2. Caſtill. Sotomaior de alim. lib. 8. cap. 10. n. 13. & 14. Paſcalis de viribus patriæ poteſtatis p. 2. cap. 3. num. 62. ego ipſe inf. hac deciſionē n. 64. & idem confirmat Leſſius de iuſtitia, & iure cap. 41. dub. 3. num. 34. Lezan. tom. 5. fol. mihi 366. n. 36. Ariſt. lib. 8. topic. qui dubitat vtrum oporteat Deos venerari, aut parentes honorare non indiget ratione, ſed pœna, Menand. Parentes honora, & amicos beneficio affice, & inf. ſufficienter viues in ſenectute paſce parentes, Iſocrates, talis ſis erga parentes qualis fueris circa te ipſum, & filios, & in c. ſi quis 30. diſt.* anathematizantur relinquētes parentes ſub hoc prætextu religionis, cum iſtis teneantur ſemper, & in omni caſu ſubuenire, & primò Deum colere, ſecundo parentibus ſubuenire, & poſtea filijs, *gl. in d. c. ſi quis verb. fideles, & in c. in ſingulis 86. diſt. cum ſeq. ibi cæterum Dei traditio eſt vt prius paſcas parentes*, quæ iura nō leggerunt dicentes potiùs filijs in pari neceſſitate, quā parentibus ſubueniendum, & ſecundum ordinem Charitatis *Azor. p. 2. inſtit. lib. 2. c. 2. verſ. 16. queritur*, ſed patri prius, quam matri, *idem ex cit. Paſchal. de viribus patriæ poteſt. p. 2. cap. 6. n. 66.* & ante vxorem, *Sanchez lib. 9. de debit. coniug. diſp. 9. n. 26.* ſemperque gerere debent filii, pro parentibus ſicut illa, *vt refert Tacit. Annal. lib. 16. n. 30.* quæ dicebat *nullos impios Deos, nullas deuotiones, nec aliud infelicibus precibus inuocaui quam vt hunc optimum patrem, tu Cæſar, & vos Patres ſeruaretis incolumen, ſic gemmas, & veſtes, & dignitatis inſignia dedi, quomodo ſi ſanguinem, & vitam popoſciſſent, &c.* & hic amor eſt de iure naturæ, *idem Tacit. in vit. Iulij Agricol. n. 31. liberos cuique ac propinquos ſuos natura cariſſimos eſſe voluit arg. §. 1. vbi Iuſtinianiſta de iure Natur. gent. & ciuili*, atque in filijs debet eſſe ſupra Patrem ſpiritualem, *gl. in c. ita cum ſeq. 30. q. 3. & Actius de ludo Scacch. quæſt. 12. n. 155.*

vt potiùs naturalem, quam hunc diligant, & in neceſſitatibus ſubueniant, *vt ibi, & in d.c.ſi quis 30.diſt. d. vers. fideles gloſ. cit. decet, & benè*; vide circa hanc obligationem præter ſupradictos DD. citatum *Caſtillum de Sotomaior de alimentis lib.8. cap.* 10. vbi notat quod filius cauſa alendi parentes exire poteſt à Religione, & obligatio quæ eſt parentum erga filios, eſt filiorum erga parẽtes, cũ vnic.limit.niſi filius in ſeculo ſit in periculo proximo peccati mortalis, quia hoc caſu potiùs ſibi quam parentibus ſubuenire debet, *Sayr.cit. nu.6. Suar. tom.3. de relig.lib.5.cap.5.n.32.arg.l.præſes C. de aqua pluuia, &c. Menoch.conſ.117.nu.62. & conſ. 607.n.22.conſ.832.n.1.*

13 Quintò aduertas, vt non ſint ligati dignitatibus, vt Epiſcopi, & alij curam animarum habentes, qui non debent gregem relinquere, & fieri Religioſi ſine Papæ licẽtia, *c.licèt de Regularib.* Archidiaconi vero, & Archipresbyteri, vel Parochi Epiſcopi licentiam petant, *c.duo 19.q.2.* idem diſcurras de beneficiatis, qui non poſſunt beneficia retinere, & eſſe Regulares bene verũ nõ eo ipſo quod habitum ſuſcipiunt, ſed quando emittunt profeſſionem cenſeo amittere beneficia, *c.beneficium de Regular. in 6.Clemen.1.de ſuppl.neglig.Prælat. Sanchez lib.7. in Decalog. cap.29.n.71.* niſi aliud habeant ex diſpenſatione Papali, *idem num.* 10. nec Monachatus beneficium eſt, *Abbas, Azor. & alij, apud Cæſarem in Eccleſ.Hier. diſp.14. §. 11.n.5.* licèt Monachi profeſſi ordinari poſſint abſque alio titulo, & cum illo ſolum Monachatus, *idem Cæſar, & cõmuniter DD.* de Religioſis verò Societ. Ieſu, quod poſſint beneficia retinere, vſque ad profeſſionem, nec per emiſſionem ſimplicium votorum biennij amittuntur, docent ſuæ Conſtitutiones, *vt refert Sanchez lib. 7. in decalog. c.27.n.32.& cap.29.n.10. Bellaſ. in prompt. Verb.Beneficium n.2. Barboſ.ſup.cit. n.33.34. & 35. & tom.2.lib.3.cap.14.n.5.*

14 Dices interim dum Nouitiatum iſti emittunt, quis debeat onera beneficij ſatisfacere, & fructus percipere? & decidas Nouitium habentem beneficium, quod nõ vacat niſi per ſolennem Profeſſionem, ſi interim ſatisfacere non poteſt; Vicarium in beneficio conſtituendum eſſe, cui fructus arbitrio Epiſcopi, vel prudentis dentur, *Frat. Eman. quæſt.regular tom.1.q.37.art.1, Mandos,in caſib.annal. caſu 192.n.63.Sanchez in dict.præcept. lib.4. cap.25.n.18.* ſecundùm labores perceptos, & alij Nouitio erunt applicandi, *Sanchez cit. nu.5. & 35. Alphonſ. de Leone de offic.Cappell.p.1.q.4.n.87. Barboſa d.lib.3. cap. 14. nu.3. & 4.* qui ſi huic renunciare cupit, vtique poterit etiam abſque conſenſu Epiſcopi, *Ceſpedes de Regul.cap.9. dub.186.*

15 Sextò ſi eſt debitor, qui non poteſt profiteri, niſi ſoluat priùs, *arg. c. generalis 54.diſt. & eſt Bulla Sixti V. & Clemen. VIII. quam adducũt Sanchez, & Bellaſius in prõpt. Verbo. Debitum*, & ſemper aſtrictus erit debitis, quæ per profeſſionem non tolluntur, *idem ex Azorio nu.3.* & Monaſterium tenetur, *modo prout infra n.61. & 62*, puto tamẽ validam profeſſionem; prohibentur enim fieri Religioſi, qui mundi, & ſæculi negotijs ſunt impliciti, non vero annullatur eorum profeſſio, *c.generalis 54.diſt. c.vnic. 53.diſt.*

16 Et demum notabis, quod metu facta profeſſio nulla eſt, nam coactè quis fieri nõ valet Religioſus, *c.1.de his quæ vi,&c. c.1.de Regular.*

17 Ideò concludas, quod qui ætate maiori 14. ann. vel 12. in fœmina, ſi liber ſit à ſeruitute, & matrimonio, & velit fieri Religioſus, validè fieri poteſt, aliàs nulliter profitetur, de iure cõmuni, *d. c.1. & 20.q.1.c.1.c. ad noſtram de reg. Bordon.reſol.21.n.9.* dummodo liberè ſemper hoc faciat, quia profeſſio metu facta nulla eſt.

18 Quod vt meliùs cognoſcatur, quia materia hæc multum practicabilis eſt, & ſolent annullari profeſſiones, ob metum, vel ob aliud caput, ſciendum vobis erit, præter ea quæ *in inſtit. ciuilibus lib.4. tit.vltimo ſũ dicturus de vi, & metu cum Doctiſs. Auend, de metu, & alijs*, quod illa vis profeſſionem annullant, quæ facit conſenſum ſecundùm ſe inuoluntarium, *Laiman. lib.3. tract. 4. cap.4.aſſert.4. & cap.5.n.6.* ideò grauis metus

tus annullat, quia in eo voluntarium non habetur, *Cotonius in controu. lib.4. controu. 4. de profeſſ.cap.1.n.29.* & ſecũdùm aliquos, ſi etiam leuis ſit, dummodo iniuſtus, quod probabile putat, *Sanchez lib.4. in decal.cap. 3.num.9.quaſt.vltima*, ſed approbarem, ſi nulla fuerit voluntas etiam in iſto metu leui, & quis adeo rem feciſſet, & inuolũtariè, ſtante hoc metu leui, ſicuti faceret ex metu graui impulſiuo, vel concuſſiuo, neque approbo illorum ſententiam abſolutè dicentium, metum reuerentialem non annullare profeſſionem, *Moron.reſp.73.n.8. cum alijs*, quia abſolutè regula vera non eſt; ſed dicendum quod metus reuerentialis, & qualiſcumque alius metus grauis, vel leuis conſenſum tollens annullat profeſſionem, benè verùm, quod hoc accidit in metu graui ordinariè cadente in conſtantem virum, concuſſiuo, vel impulſiuo, *Sanchez de Matrim. lib.4.diſp.6.q.2.n.18. & Pontius eod.tit.cap. 11.nu.16.* & in reuerentiali concurrentibus minis, vel verberibus, *Innoc. in c.cauſam de off.de leg.Theſau.quaſt.forens.51. nu.3. & 4. lib.1.Hodiern.controu.13.n.21. Carena reſol. 85. n.15. Merlin. controu.39. nu.24. Buratt. deciſ.628. nu.5. & 6. Arias de meſa variarũ reſol.lib.3 cap.36.n.3. Gutierez de iuram.cõfir.p.1.cap.1.num.15. & 16.Surdus conſ.395. n.29.Sotomaior.de Alim.cap.1.n.42.Menoch. conſ.412.n.15.conſ.1.num.429.* aut læſione, *Gutierez cit. de iuram.confirm.p.1. cap.1.nu. 16.Surd. & alij cum Capycio Latro Conſult. 50.n.11.cum ſeq.Cutells deciſ.12. n.103. & deciſ.19.n.47.* & ita ex metu etiam reuerẽtiali profeſſionem annullari docent, *Diana part.3.trac.2.reſol.92.Bordon.de profeſſ.neg. cap.2.q.14. & alij*, qui intelligendi ſunt pro vt ſupra, de metu reuerentiali concurrentibus minis, &c. aut ſi conſenſum efficiat inuoluntarium, concurrentibus importunis blanditijs, & ſimil. *Cotonius qui ſup. nu. 32. Bellaſ. in prompt. verb. metus nu.1.* quæ optima regula eſt circa inferentes metum ſiuè pater, aut mater ſint, *Riccius coll.deciſ.932.* vel reliqui quibus reuerentia debetur, *arg. c.cum virum de regul. Auend. de metu lib.1. cap.8.n.114.*

19 Et quod profeſſio debet fieri voluntariè ait, *Trid.ſeſſ.25.cap.17.* ibi, de Monialibus etiam loquitur; quæ priùs examinari debent antequam profeſſionem emittãt de libertate, & conſenſus elicitur ab Epiſcopo, vel alio deputato, *Dian.cit.reſol.42.Ceſpedes de Regul. cap. 3. dubio 52.* vbi notat *ex Sanchez*, quod profeſſio facta ſine præuio examine valida eſt, nam ſufficit conſenſus expreſſus, vel tacitus, vt in mutis, & ſurdis, *idem Diana part.5. tract. 6. reſol.34. Coton. cit.n.24. Sanchez ſum.to.2. lib.5. cap.3. n.2.* dummodo ſenſu perciperent ea, quæ facerent;

20 Profeſſus igitur, vel profeſſa per vim, & metum nullitatem profeſſionis tentare poſſunt, & à Religione exire, intra tempus tamen determinatum *à d. Concilio Trid.ſeſſ. 25. de regul. cap. 19.* ideſt, intra quinquennium à die Profeſſionis, ibi *quicunque Regulares pratendat ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat ante atatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacumque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non audiatur, niſi intra quinquennium tantùm à die profeſſionis, & tunc non aliter niſi cauſas quas pratenderit deduxeris coràm ſuo Superiore, & Ordinario;* quod ſi non reclamauerit intra hoc tempus vti poterit remedio extraordinario reſtitutionis in integrum, vt audiatur, *Baron.ſingul.9. in fine ibi* etiam de omnibus alijs modis annullandi profeſſioné, *& to.3.in ann.n. 37. & 49. de citationibus, Barboſ. ſuper dict. Concilio n.8.* quod conceditur *per Sacram Congreg.Concilij Triden.* ſeu alteram negotijs Regularium præpoſitam, *Ciriacus controu.forens.cap.371.nu.37. tom.2. Portell. & Nouar.apud eundem n.10.* & cum cauſa, puta ignorantiæ, vel impedimenti, &c. *Cotonius cit.cap.2.n.75.*

21 An vero durante cauſa metus, poſſit nulliter profeſſus, vel profeſſa reclamare poſt quinquẽnium ex vulgata regula, quod durante cauſa metus durat ipſemet metus, *Sanchez lib.4. de matrim.diſp.18.nu.7. Riccius deciſ.15.nu.8. Boerius deciſ.10.Gratian.*

tom.2.

*tom. 2. diſcep. cap.* 41. *ſub n.* 16. *Barbos. de ſucceſſ. cap.* 2. *lit. de renunc. ſucceſſ.* [illegible] 93. *num.* 4. *Rotens coll. deciſ.* 898. *Rota Rom. in* [illegible] *Tol. lit. nullit. profeſſionis ſub die* 15. *Maij* 1615. *coram Vbaldo, apud Farin. in Nouiſſ. d.* 705. nulli per contrarios actus ſublata, conſtat ut, *Oſaſcus deciſ.* 179. *num.* 11. *ex Rot. cit. & in alia Meten Profeſſionis ſub die* 18. *Aprilis* 1614. *Cacher. deciſ.* 179. *n.* 11. *&* 12. *Menoch. conſ.* 35. *n.* 8. *&* 9. *Maſcard. de probat. concl.* 1055. *n.* 16. & ſemper præſumitur durare, *Menochius conſ.* 2. *n.* 87. *Bart. in l. ſi ob turpem* [illegible] [illegible] *cauſam, Cracetta, & alij cũ Borrell. ſum. deciſ. tom.* 3. *tit.* 1. *n.* 612. maximè vbi probabilis adeſſet ſuſpicio; *Maſcar. cit. & Borrell. n.* 615. 618. *cum ſeqq.* ſed *Barboſa ſup. cit.* circa concluſionẽ noſtrã principalẽ contrarium dicit; & quod requiratur reſtitutio; *Azorius lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 29. *Diana part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 62. *Donat. rer. regul. in tit. de profeſſione nulla, & reclamatione facienda intra quinquennium, & alij multi,* qui non examinato articulo, decidunt, quod audiri debet facta reſtitutione in integrum, *Bart. Baron. de cit. tr.* 2. *ſingul.* 9. *n. fin. Caraſ. in ſila termin. arbor.* 19. *n.* 31. *&* 32.

22 Sed alij, & melius contrarium dicũt, inter quos eſt, *Giurba in Obſeru. ad Capycium Latro deciſ.* 9. *n.* 20. vbi *ex Leſſio, Gratian. & Sanchez,* firmat hunc audiri nulliter profeſſum poſt quinquennium durante metu, *& Villalob. tom.* 2. *tract.* 35. *diff.* 25. *num.* 8. *Coronius in controu.* [illegible] *controu.* 4. *cap.* 2. *nu.* 73. ea ratione, quia *Trid.* diſpoſitio fundatur in præſumptione ratificationis, quæ præſumptio deficit, quandiu non ceſſauit impedimentum; debet ergo impedito à die ceſſationis concedi quinquennium, & poteſt etiam nulliter profeſſus vti remedio extraordinario, ſed neceſſarium non erit durante cauſa metus, ſeu durante impedimento, quod ſi perpetuum, ſemper poterit iſte reclamare, *Sanchez lib.* 7. *de matrim. diſp.* 37. *n.* 32. etiam elapſo quinquennio, vel ſi nullo ſit ex ſpeciali iure Religionis, *Peyr. & alij quos ſequitur Bellaſi in prompt. verb. reclamatio n.* 14. ubi ſine perpetuum, ſed temporale, vt metus, & ſimil. *Ceſpedes de Regular.* [illegible] *p.* 3. *dub.* 4. quæ etiam annullant toto illo tempore, quo durant, & reclamantes poſſunt ſemper audiri iudicio ordinario.

23 Non enim Concilium de illis loquitur concedendo, aut negando, cum diſpoſitio ſuppoſita præſumptione ratificatæ Profeſſionis, & illis [illegible] impedimentis verificari non poteſt; ita diſcurrit, & benè *P. Hieronymus Moroni, & alij Doctores infra citandi, præſertim prædictos in ſuis* [illegible] *Reſponſis cap.* 82. *n.* 117. *cum ſeqq. quem citat, & ſequitur Ceſpedes* [illegible] *ſup. dub.* 48. *à n.* 18.

Reſpondet obiectionibus aliquorum dicentium huic opinioni obſtare *Bullam Vrbani VIII. editam anno* 1636. *die* 5. *Ianuarij,* quã omnes adducunt, *& idem Moroni, cum Bordon. de reclam. profeſſ. nulla reſol.* 22. *num.* 7. nam Bulla aliquid non innouauit de diſpoſitis per *Triden.* & de modo procedendi iure ordinario, in his nullitatibus, ſed tantum loquitur, *de Decretis Clementis VIII.* ad occurrẽdum morbis, qui poſſent in Religionibus oriri occaſione receptionis Nouitiorum, & Profeſſionis factæ in locis non deſignatis, contra formam Decretorũ *Clementis citatis, de Nouitijs &c.* qui exire non debent, niſi prius iura deducant coràm *Sacra Congreg.* quæ ex ſpeciali etiam ſuæ Sanctitatis facultate ſuper hoc conceſſa prouidebit, ibi, *quod ſi aliqui contra formam prædictorum Decretorum recepti, & profeſſi à religione infra quinquennium exire, vel ſuperiores extra eã reſpectiuè illos eijcere voluerint, eadem Sanctitas ſua declarauit, vt tàm ipſi profeſſi, quam Superiores, reſpectiuè teneantur iura, quæ ſibi fauere viſa fuerint prius deducere coràm eadem Sacra Congreg. quæ ex ſpeciali ſuæ Sanctitatis facultate ſuper hoc conceſſa prouidebit;* ergo auocat ſolum cauſas, quæ poſſunt oriri ſuper nullitatibus profeſſionum reſpectu Decretorum *Clementis VIII.* quæ ſunt de receptione, & Profeſſione emiſſa, in locis, & domibus non deſignatis; & conſequenter cætera omnia remanent iuxta diſpoſitionem *Concilij,* & Ordinarius loci, atque ſuperior iure Ordinario ea cognoſcere valent; qui ergo nullitatem habent ex vi, ex metu, aut alia impedimenta

menta perpetua,vel temporalia, poſſunt illa ſemper deducere, & temporalia his durantibus, nam *Tridentinum* fundatur in præſumpt. *prout ſupra*, quæ haberi non poteſt durantibus cauſis prædictis, vt durante cauſa metus, &c. ita omnes citati Patres, quibus accedit nouiter, *Io. Baptiſta de Groſſ. in ſuis controu.cap.41.nu.21.& 22. Laur.de Franch.controu.p.1.n.27.cit.Ceſpedes de reg. cap.3.dub.42.nu.9. Pelliz. in manual. Regul. tract.3.cap 5.q.4.nu.37.& Bellaſ. in prompt. Verb. reclamatio nu.1.* vbi etiam in terminis, quod Decretum locum non habet ſi profeſſio fuerit inualida alio titulo, & non ex eo quod Religioſus fuerit receptus, aut profeſſus in locis non deſignatis, de qua ſolùm nullitate Bulla loquimur, nec alia probatio impedimenti neceſſaria erit, ſed ſufficit allegare, quod durauerit cauſa metus, & hanc probare ex ſcripturis, aut teſtibus, vel quia ſuperuixit,&c. & in alijs ĩpedimẽtis ex inſpectione oculorum, ſi habetur quod fuerit impeditus Religioſus, aut ex publicis documentis coràm eod. Ordinario in vno eodem libello vulgò, incartamento, hæc demonſtrari poſſunt, nec ſufficit ſolùm iuramentum reclamantis, *idem Groſſ.nu.25.ex Sanchez, Nouar. & alijs.*

24 Quod ſi fuerit Iudicium cæptum intra quinquennium poterit terminari etiam eo elapſo, vt omnes fatentur citati DD. *& alij poſt Baron. d.ſingul.9. & Bordon. de profeſſ.cap.7.nu.23.* & debet ferri ſententia ab Epiſcopo, & Prælato Regulari aliàs nulla erit, ex delegatione facta *à Trid. ibi Epiſcopo, & Prælato Regulari, Barboſa, & Gallemart. ſup. dict. Concil. Ceſpedes de Regul.cap. 3.dub.42. Barb.ſum. Bull.V. cognitio, Cotom. qui ſup. nu.78.* niſi cæpto Iudicio à Prælato Regulari, & Ordinario ſimul, alter nolit irrationabiliter amplius cauſæ intereſſe, probataq; ſit nullitas profeſſionis, quo caſu valet ſentẽtia lata ab vno, *Bord.cit.q.27.Bellaſ.in prompt.V.reclamatio n.9.*& in impedimentis perpetuis reclamatio ſit apud ſolos Prælatos Regulares, ad quos pertinet declarare nullitatem Profeſſionis, *Peyr. cum Bellaſ.citat.n.9. & Ceſped.n.5.dub.43.* & nomine Superioris coràm quo reclamare poterit nulliter profeſſus venit ex *Trid.* proprius Superior Monaſterij in quo quis profeſſionem emiſit, nomine verò Ordinarij, Ordinariũ loci in quo ſimiliter quis eſt profeſſus, *Barboſ. de off. & pot. Epiſcopi alleg. 104.n.12. & ſuper dict. Concil.n.21.* item ſi profeſſio fuit emiſſa ante 16.annum, poteſt Epiſcopus cognoſcere de nullitate ſecundũ aliquos, *ex Barboſa in ſum. Bul.v.cognitio Ceſpedes dub.46.n.5.*& de impedimẽto profeſſionis emiſſæ in locis non deſignatis, ſed circa hunc ſecundum caſum eſt *Bulla Vrban.VIII. ſup.cit. vbi quomodo procedendum decidit, & adducit etiam Lauret. de Franchis controu. inter Epiſc. & regul. p.1.nu.27. fol. mihi 17.* atque Epiſcopus, & Regularis Prælatus ſunt Iudices etiam in caſu reclamationis, & nullitatis ſecundæ profeſſionis factæ à tranſeuntibus ad aliam Religionem, ex generalitate *Concilij ſup. cit.* loquentis de his nullitatibus, & eodem modo diſcurrendum in primis, ac in ſecundis profeſſis cum non ſit maior ratio; neq benè loquuti circa hãc rèm *Portell.* quem cit. & ſequitur *Ceſpedes de Regul. cap.3. dub.49.* dicentes, quod *Trident.* non loquitur in hoc caſu ſecundæ profeſſionis, nam hoc eſſet vexare pauperrimos tentantes nullitates, abſque ratione, & vtilitate, & Iudices pronos non dare pro examinandis ſuis cauſis contra iuris regulas, *arg. in c. Iudices xi. q. 1. c. forus de verb. ſignif. c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. idem Ceſpedes cit. dub.44. & 46.*

25. Qui etiam Regularis Prælatus poteſt tranſacto hoc quinquennio Religioſum eijcere, quem nouit habuiſſe in profeſſione aliquem defectum, *Lezana ſum. quæſt. Regul.cap.2.nu.7.* vt mox dicebam, & in conſcientia profeſſus ipſe dum profeſſionem nõ ratificauit omiſſa reclamatione fugam arripere poterit, poſt quinquennium, & tranſacto quocumque tempore, *Sanchez lib. 6. de matrim.diſp. 37. nu.9. Leſſius, & alij quos citat, & ſequitur Bellaſ. in prompt. V. reclamatio n.7. Baron. tom.3. de cit.d.ſing.9.n.49.* & ſuperior illum occultè dimittere, *Sanchez cit.n.13. Bellaſ. Verb. profeſſus nu.4. & Verb.*

pro-

*profeſſio n.28. Sà. V. Relig. nu. 71. Rodriquez tom.3.q.17. art.17. Suarez tom. 3. de Relig. lib.7.cap.2.n.6.& c.3.n.1. & 9. Pellizz.trac. 3.cap.1. nu.48. poſt Coton.ſup. cit. cap.2. controu.4.n.66.*

26 Ratificatio tamen nullæ Profeſſionis non præſumitur niſi, data ſcientia talis nullitatis, ita vt ea non obſtante ratificans eam habeat pro bona, & valida, *Grattan.diſcep. forenſ.cap.440.num.22. & 23. poſt Nauar. & Caetan.* & per actus contrarios nullitati, ex quibus nulla alia præſumptio capi poſſit, *Oſaſcus deciſ.179.n.11. Rota Romana in vna Toletana profeſſionis coràm Vbaldo de anno 1615. die 25. Maij apud Farin.in Nouiſſ.deciſ.705. & in alia Meten.profeſſ.coràm eodem anno 1614. apud eundem deciſ.579.* præcipuè ſtantibus reclamationibus, & proteſtationibus, quæ excludunt præſumptiones ratificationum, *vt ibi deciditur, Carnſ. ſilu. term.arbor.12.n.34.* tàm in Monachis, quã in Monialibus, de quibus promiſcue loquitur, *Triden. & omnes Doctores ſupra citati,* idem dicas dè ſuſceptione Ordinum, & de alijs actibus, qui niſi fuerint data ſciẽtia, & inſimul contrarij, nimirùm inducentes ratificationem, hæc nunquam præſumitur, quia errans, & ignorans conſentire non cẽſentur, *Bellaſ.ſup.cit.Verb.profeſſio n.15. arg. l.non fatetur ff. de confeſſis, Alex.in l.quædam conſulebant n.41. ff. de re iudic. Surdus conſ. 202.n.10.& deciſ.114.n.9. Bald.conſ.2.num. 55. Menoch.conſ.279.nu.20. & conſ.120.nu. 37. Pariſ.conſ.72.n.60. Caſtrenſ.conſ.46.n.2. lib.2. Abbas conſ.20.nu.2.lib.2. Roman. conſ. 309.n.2. Farinac.in prax. crim.p.4.cũſ.46.n. 36.* nec multo magis dicũtur ratificare, *Menoch.cit. & Barboſa in axiom. Verb.ignor.nu. 14. Menoch.conſ.576.n.34. & conſ.439.num. 55. & 56.*

27 Et de ratificatione profeſſionis expreſſa facienda ab ijſdem Regularibus nulliter profeſſis coràm teſtibus, & Superiore abſquè iteratione nouitiatus, loquitur *Coton.lib.4. controu.tit. de religioſis cap.2. controu.4.n.63.cum ſeq.* ſicuti de tacita, & corã Deo, *Mirand.in Manual.tom.1. quæſt.3. art. 3. Sanchez.lib.7.de matrim. diſp. 37. nu.45. Bellaſ.in prompt.5. Profeſſio nu.25.* & in dubio an profeſſio ſit valida præſumendum eſt, pro validitate, *Sanchez cit. nu.12. Gratian. diſcep.forenſ.to.3.cap.413. n.17. Dian. part.4. tract.3. reſol.55. Santarellus var. reſol.tom.1.q.48.n.48.* & qui eſt dubius de validitate profeſſionis eam ratificare tenetur, ait, *Suar.tom.3.de relig. lib.7. cap.2. num.3.* ſed intelligas, quod iſte poterit ex voluntate ratificare, non verò abſolutè tenetur, adeò vt conſtringi poſſit, vel peccaret contrarium faciens, nam eſt actus facultatiuus, & liber, *arg.Clem. fin. de ætat. & qual. c.cum Epiſcopus de off.ordin. vbi gl.verſ.liberè, Verall.deciſ.297. n.6. part.2. Cened. ſingul. 18. n.8. Alciat.conſ.212.n.4. Anton. de Amat. deciſ.53. nu.3. 4. & 5.* & quod in dubijs profeſſio valida non præſumatur potiùs defenderem, nam actus dubius interpretari debet, vt minus ſit damnoſus gerenti, & plus vtilis quam eſſe poſſit, quia hæc eſt naturalis intentio gerentis, ne ſibi noceat, *Cranetta conſ.14. n.8. & conſ.106.nu.9. Pariſ.conſ. 53.n.4. lib.4. Rota recent. apud Farin. deciſ. 596.n.4. Tuſchus prac.concl.iuris lit.1.Concluſ.330. Menoch.conſ.395.n.84. & cõſ.532. n.22.* qui docet quod præſumptio validitatis actus in odioſis locum non habet, prout eſt in caſu noſtro in quo profeſſionis actus eſt odioſus profeſſo, & in dubio præſumitur pro inualiditate, & libertate Monachi, nam nemo præſumitur velle ſe obligare, *Vidal. in diſq.moral.tit.de horis Can.Inquiſ.1.num. 52.* nec per lapſum temporis etiam longiſſimi purgatur metus, & nullitas, *Surd.conſ. 301.n.23. Hondad.conſ.23.nu.41. lib.1. Moros.conſ.75.n.8. Cacher. deciſ.179. nu.11. & 12. & alij cum Borrell.ſum.deciſ.tom.3.tit.6. num.619.*

28 Nullitatem tamen tentans abſq; cauſa, & nolens ratificare ad alimenta Monaſterium non tenetur, ſi aufugiat, vel egrediatur ante ſententiam à Religione, *idem Coton.nu.67.* ſed non ita ſi vellet Monachum expellere, nam prouidet de alimentis pendente lite, *Surdus de alim.tit.1.q.128.n.10.* nec bona acquiſita retinere poteſt, ſed reddere illi tenetur omnia ſua bona, *idem tit. 7. quæſt.*

*quaſt.*35.*n.*11. quod intelligendum eſt niſi fuerit eiectus tanquam incorrigibilis, *vt idem docere videtur*, cui alimenta parentes, & conſanguinei dare debent, *Filliuc. tract.* 28.*p.*2.*cap.*2.*n.*35. *Azorius part.*2.*lib.*2.*cap.* 4.*quaſt.*9. *Bellaſ. in prompt.V. eiectus nu.*24. ſed dicendum quod ſi habeat in bonis eiectus tanquam incorrigibilis, ipſe ſe alere debet; ſed ſi non habeat, & Monaſterium ſua bona retineat, ab iſto alendus erit, præcipuè ſi commodum ſucceſſionis etiam retineat, & prætendat; & poſtea veniunt in defectum parentes, & conſanguinei ordine ſuo, *vt n.*31.*& *62.*dicam, & in ſeq.*

29 Et circa eiectos aduertas *ad Decr. S. Cõgreg. dat. die* 21. *Septemb.*1624. *de mandato Vrbani VIII.* vbi deciditur, quod nullus Religioſus à Religione eici poteſt, niſi ſit incorrigibilis, & per annũ in carceribus probatus in ieiunio, & pœnit. & ſi aufugiat preſumitur incorrigibilis, *Peyr. in formul. lit. E. cap.*39.*n.*1. & requiritur P. Generalis determinatio cum cõſilio ſex Patrum ex grauioribus eligendis in ſingulis capitulis, *ex ead. Congreg.* nec habitum portare poterit Religioſi, ſed Clericalem, *vt ibi*: acquirit tamẽ Monaſterio, vel ſuæ Religioni, nec bona renunciata recuperare valet, *Nonarius in lucern. Regul. verb. eiecti. n.*14. *Cutelli de donat. tract.*1.*diſcurſ.*2.*part.*5.*per tot. Baronius de eit. ſingul.*10.*n.*6. *& tom.*3.*in ann.n.*11.*&* 12.*Bellaſ. cit. nu.*7.*& Leſſius lib.*2.*de iuſtit. et iure cap.*41.*n.*112. idem, & de Apoſtata, & fugitiuo, *Marin. deciſ.*426.*in Obſeru. num.*1. qui ſucceſſionem ſuorum agnatorum perdit, *ex Conſtit. Apoſtatantes, vt idem docet, ex Tappia, & alijs*, & ad Monaſterium non ad ipſum bona transferuntur, ſi capax ſit; atq; ad tria vota tenetur, *Cotonius controu. lib.*4. *controu.*5.*cap.*6.*n.*246. *ex Diana, Pontio, Caramuel. & alijs, Lezana tom.*1 *cap.*2.*n.*3.*& cap.*23.*nu.*11. & ſolum votum obedientiæ ſolutum dicit *Diana par.*3. *tract.*2.*reſol.*60. quod locum non habet in Religioſis Societ. Ieſu, qui vt liberi potiùs, quam votis ligati dimittuntur à relig. poſt votũ illum ſuum, vt dicunt, biennij, *ex Bulla Greg. XIII. Aſcendente Domino*.

30 Quibus relictis omnia alia relaxata cenſetur, *Caramuel. in reg. D. Benedicti num.* 567; *Suarez tract.* 4. *de relig. lib. vltimo in fine*, adeò vt tuta conſcientia non teneatur ad horas Canonicas perſoluendas eiectus niſi fuerit in ſacris ord. *Bord. reſol.* 30.*n.*14. *Sotus lib.*10. *de iuſtitia q.*5. *art.*3. & probabilem ſententiã putat, *Vidal. in Inquiſ. Theolog. tit. de Horis Canon. Inquis. III. n.*23. *Suarez, & Dian. poſt Coton. cit. n.*249. *Bellaſ. cit. n.*19. nec tenetur tranſire ad aliam Religionem, & Superioribus obedire, *idem nu.*17. nã ſit ſubditus Epiſcopo Originis, & quoad delicta facta poſt eiectionem, *Baron. de cit. ſingul.*10.*n.*6. *& tom.*3. *in ann. n.*23. *ibi varia circa eiectos*, non verò iſti obedire tenetur virtute voti obediẽtiæ, *Ceſpedes cit. dub.* 315. ſed ſi correctus denuo admitti debet, *Leſſius cit. Molin. to.*1. *diſp.* 146. & cogi poſſunt Superiores, vt eũ recipiant, *Bellaſ. qui ſup. n.*21. licèt contrarium dixerit, *Vidal.* ſed contra pietatem, & charitatem Chriſtianam loquitur, *vide Caramuel. in Reg. S. Bened. n.* 1758. *ibi Facilius eſt paucis ſatisfacere obligationibus, quam multis, & ſacularis priuati Clerici obligationes pauca ſunt*, & poſtea *vidimus irreligioſos Monachos, qui habitis dimiſſorijs, laudabiliter vixerunt in ſaculo, vidimus contrarium, ſed rariùs*, ſi ergo boni, & correcti intrare velint, quare eiciendi sũt non video? *ita Leſſius, Murcia Donat. par.*2. *tract.*8.*q.*26.*& alij quos ſequitur Paſqual. in add. ad Franch. part.*1.*n.*1017.

31 Dubium mihi reſtaret circa hos, quare dicunt *DD.* ſupra relati, quod Pater, & conſanguinei tenentur eos alere, & poſtea quidquid acquirunt eiecti Monaſterio acquirunt, nec quærere poſſunt bona renunciata, &c. potiùs ergo dicerem hoc modo, quod ſi habent aliundè, nam hæreditates inuenire poterunt, & donationes habere, & Monaſterium illas prætendat: quod teneatur eos alere iuxta ſuæ conditionis perſonam, ſi habet bona ſua; adeo vt priùs Monaſterium ſi bona habeat, poſtea Parentes ordine ſuo, & conſanguinei: quod ſi Monaſterium bona non poſſideat, nec ſucceſſionem prætendat, priùs Parentes, &c. & in

defectum Monaſterium alere debet ratione commodi bonorum, & ſucceſſionis, *Surdus lib.7.de alim.q.35.per totam*, nec expenſas repetit ab egreſſo, *Buttier.de renunc.ſucceſ.cap.2.thorem.63.num.25.* ſiuè Profeſſus fuerit, aut Nouitius, *Trid.ſeſſ.25.cap.16. de Regul.ibi ne hac occaſione diſcedere nequeant*, idem dicas de expenſis lite pendente, quando vult expellere, *Surd.tit.1. quæſt.128.nu.1.* & caſum inopiæ excipit ex vulgata regula, *idem quæſt.48.n.34. & tit.7.quæſt.15.nu.10. & quæſt.9. & paſſim.*

32 Quod non ita erit in profeſſione declarata nulla ex aliquo capite, quo caſu nō dubitari debet, quod renunciatio antea facta ſit nulla, & iſti debeantur bona, cū enim renuncians de iuſtitia ſit reſtitutus, cauſa acquiſitionis pènes renunciatarium per reſtitutionem, & annihilationem redit ad non cauſam, *Gratian.diſcep.foren. cap.96.nu.22. lib.1. Clarus in §. donatio q.25. in principio, Surdus conſ.445.n.36. Natta conſ.180.nu.5. Gizzius in Obſeru. ad Capycium Latro deciſ. 29.n.22.& 33. Baron.de cit.to.3.in præterm. Buttier. de renunc.ſucceſſ.cap.2. Thorem.63. n.16.* vbi *n.23.* notat non valere pactum in renunciatione, quo dictum fuit, vt non reſoluatur renunciatio ſi à Monaſterio, vel Religione exierit renuncians, *vt infra etiam dicam n.88.* & cauſa ceſſante ceſſat effectus, *l.adigere §. quamuis ff. de iure patron. l.ſi pater ff. de hæred. inſt.l. generalitèr C. de Epiſc. & Clericis l.cum te C. de pactis inter empt. & vendit.c.cum ceſſante de appell.c.magnæ in fine de voto*, nec factum dicitur, quod nō durat factum, *l.ſi pro parte §. verſum ff.de reinuerſ.Menoch.conſ.334.nu.19. Surd. de alim. tit.7.q.20.n.9.Gonſal.ad reg.8. Cācell. gl.63. n.24. Farin.in praxi crim. part.4. conſ.60.n.72.* & rebus ſic ſtantib. intelligitur renunciatio, *Buttier. cit. Thor.47. nu.19.* Demum ad illud, quod dicitur à DD. Epiſcopum non poſſe diſpenſare cum eiectis, vt promoueantur ad ſacros ordines; & ſuper exercitio ordinum, intelligas, *ex Decretis Sac.Congreg.de Regul. eiectis: & Apoſtatis*; non de iure communi, *vt aduertit Ceſped. cit. dub. 315.cap.21.& Decret. adducit Laur. de Franchis de Regul.eiectis quæſt.7. num.1004.* vbi etiam quod ſunt irregulares, *Donat rer. Regul.p.2.tract.8.quæſt.44.n.2.Peyrin. quæſt.1. de ſubdit.Relig.cap.25.§.1. & alij quos citat de Franch.& addit.Paſqual. quem vide circa quæſt. de eiectis, & Apoſtatis*, & de incorrigibilibus, eorumuè pœnis, *idem num.1066. & 67.cum ſeq.*

33 Petes ſecundò quæ prohibeantur Religioſis, necnō quæ ſint eorū priuilegia? Reſpōſum dabis cū Pōtifice, *ex arg.c.1.in 6. Cleric. vel Monach.* quod omnia, quæ prohibentur Clericis, pari ordine, & Monachis prohibita cenſentur, cum valeat argumentum de Clericis ad Monachos, & Clericorum appellatione veniunt Monachi, *Abbas in d. c.1. & c. 1. de Inſtit. Barboſa in appell. verbo Clerici n.2. & 7.*

34 Ergo quæ prohibentur Clericis, necnon ſtatuta circa Clericos ad Monachos extenduntur, quando tractant de materia Eccleſiaſticorum indifferenti, *Duen. reg.99. & 100.Sayr. de cenſur. lib.5. cap.4. num. 29. Auila eod.tit.diſp.1.par.5.dub.4.concl.7. Suar. de cenſuris tom.5.diſp.2.ſect.2.n.13.* id eſt nō odioſa, *vt illi docent, & Barboſ.cit. nu.8. Bellaſ.in prompt.verb. Clericus nu.1.* niſi eſſet Superior habens authoritatem ſupra Clericos, & Monachos, & ex re de qua agitur omnes Eccleſiaſtici venirent comprehenſi: tunc Monachi, & Religioſi in ſtatuto vocati, & nominati cenſentur, *vt ex praxi liquet*, & tetigit concluſionē, *Bellaſ.cit. n.3.*

35 Et etiam ſpecialia ſunt Religioſis addita circa mores, & vitam, *c.pen. de vita, & honeſt.Clericor. Clement. exiui de paradiſo, de v.ſignif.Bonifacius 8. in Cōſtit.* [*periculoſo*] *de ſtat. Monachorum, Pius V. in Conſtit. Decori.Triden.ſeſſ.25. de reg. cap.5. cum ſeq. c.1. & tot.tit. de ſtat.Monach. c.ſi cupis 16.q.1.c. diffinimus 18. q.2.c. non licet de conſecr. diſt.4. & c. nunquam ibid.v.diſt. &c.* vt habitum geſtare, *Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap.19.* ſilentium in dormitorio, & tota domo Religioſa, *c.cum ad Monaſteria de ſtat. Monach.*

36 Et mulierum conuerſationes aufugere debent, ſicut etiam Clerici, *c.1. de cohabit.*

*habit.Cleric.& mul.Pius V.Papa in Conſt.Regularium, de anno* 1566. ibi ne illas in Clauſtrum, & Monaſterium ducant, ſub pœna excommunicationis, *Gregor.Papa XIII. Conſtit. vbi gratia, c. Clericus, c. volumus, c. in omnibus* 81. *diſt. Peyr. in formul. lit. M. c.*8. etiam ſi honeſtæ ſint, *idem n.*2. *c. leg.* 81. *diſt.* vide circa hãc materiã, *Donatum rer. regul. tom.*2. *tit.*3. *per totum, & Cotonium controu. lib.*4. *controu.*7. *cap.*1. *per totum*, quæ prohibitiones forsàn non leguntur ab aliquibus Religioſis, aut habent priuilegia cõtraria, & Reginas, & filios excipiũt, DD. qui ingredi valent cauſa videndi Monaſteria virorũ, ſicuti etiam Monialium, *Cotonius cit. n.*33. *vt dicam infra n.*134. idem diſcurras de vita, & honeſtate circa aliàs res.

37 Priuilegia habẽt multa de iure communi, & ſpeciali, & ſunt varia, vt nimirum pro ſuis Monaſterijs aduocent, & eorum vtilitate, *c. Monachi il.* 2. 16. *q.*1. *c.*2. *de poſtul.* ſicut etiam, & arbitri ſint concurrente licentia Superioris, & Monaſterij vtilitate, *DD. ibi, & Sanchez* 6. *decal. lib.*13. *num.*55. *Gratian. diſcep.*123. *tom.*1. & Teſtes, atque fideiuſſores de licentia eiuſdem, *c. pen. de fideiuſſ. Sanchez cit. n.*103. & exequutores Teſtamentarij cum licentia etiam Superioris, *c. fin. de teſtam. in* 6. *Caſtill. Sotomaior de alim. cap.*7. *n.*18. & coràm Ordinario, ideſt, Epiſcopo, rationes poſtea reddere debent, *idem Caſtillo, innum. adducens DD. arg. Trident. ſeſſ.*22. *cap.*8. *Barb. de off. Epiſcopi alleg.* 82. *n.*34. *Bellaſ. V. Teſtam. nu.*8. quid vero ſi ipſemet Superior localis executor teſtamẽtarius velit eſſe, à quo licẽtiã petere debetẽ dicas quod Superiores oẽs abſq; alia licentia executores eſſe valent, *ex arg. tex. in d. c. fin.* ibi cum velle, vel nolle non habeant, ergo dum habent, quia ſunt Superiores locales, & ſi ſub Prouinciali, & alijs, poſsũt pro illo tempore illud munus exercere, abſque alia licentia, & ſuſcipere, nõ ita elapſo tempore Prælaturæ, *ex tex. cit.* item Doctorari poſſunt in Theologia, & iure Canonico, non vero in ciuili iure, cum illi ſtudere non poſſint, neque Medicinæ, *c. non magnopere, c. ſuper ſpecula ne Cleric. vel Monach. & c. Bellaſius prompt. V. ſtudium nu.*7. *& V. Gradus*, idem de lectura legum dicas.

38 Alia circa præcedentias Religionum vidẽda apud *Barboſam ſupra citatum, & nouiter apud noſtrum Cotonium in controuerſijs Regularium tit. de varietate, & præcedentia Religionum controu.*2. *cap.*1. 2. *&* 3. vbi de *Antiquitate fundationum, & controu.*8. de *priuilegijs Religioſorum, & Indulgentijs*, atque primario attendas ad priuilegia, ſi adſunt, poſtea ad conſuetudinem, *Bellaſius in prompt. Regul. verb. præced. n.*1. *Ferr. de præced. Religioſ. q.*45. *n.*9. ex qua Antiquiores proponuntur, *Barboſa de off. & Poteſt. Epiſc. alleg.*78. *n.*36. *Gamm. deciſ.*1. *num.*7. *&* 52. *Ferr. cit. n.*19. *Menoch. conſ.*126. *num.*31. *&* 621. *n.*5. & non ſolum Monaſteria, & Religioſi cõmuniter accepti, ſed inter ſe in eadem Religione, & domu, antiquiores in profeſſione præferendi, *Campan. diuerſ. iuris Canon. rub.*12. *cap.*12. *n.*2. niſi contrariæ adſint Regulæ, vt nimirum Graduati præferantur, & Magiſtri, Lectores, cum alijs, *Ferr. cit. ex arg. c. ex iniuſto vbi gl. verſ. præcipuus de hæreticis, iuncto c. ſicut in vno. Clemen.* 2. *de Magiſtris*, quod ſi Regula, vel Cõſtitutio daret præcedentiam antiquis in profeſſione, & poſtea per aliam Regulam nouã locus his tollatur, & aliquibus alijs detur ratione ſtudij, vel prædicationis, & ſimil. hæc vltima eſt abſque dubio attendenda, & præferendi iſti Prædicatores, & Lectores etiam antiquis in profeſſione, vt vidi in quadam Regula, & Conſt. *cap.*39. Fratruum *SS. Trinitatis ſub tit. redempt. Captiuorum*, quæ præcedentiam dabat Prædicatoribus de Prouincia, quod fit ratione ſtudij, vt ad ſtudium animentur; ſed vt præferantur an debeant habere omnia requiſita Regulæ pro Prædicatorib. *in extrau.* 1. *de prædic.* & Reſpõdi cõſult. ſupp. regula, quæ dat formã Prædicat. circa ſtudium, prædicationẽ, &c. atq; etiam præcedentiã, ſi ergo eſſent alij Predicatores facti hoc medio tempore inter Regulam antiquam, & nouam, & ſecundum antiquam locum habebant antiqui Profeſſi, ſecundũ nouam Prædicatores, nunc Prædicatores præferendi, & ſi non habeant requiſita Re-

guſæ *Extr.* quia hæc non ait, quod Prædicatores habeant præcedentiam, qui ſint cũ his requiſitis, ſed dat præcedentiam, *vt ibi in fine*, & modum Prædicatores in poſterũ eriẽd.& finis legis, vel conſtitutionis attendendus, quæ ratione ſtudij, & laboris præcedentiam dat, & vt animentur in poſterũ ad ſtudium, licèt ſi fiant debeant habere requiſita regulæ nouæ; non ergo ſtante illo, ſine locus illis, & præced. denegãda, qui inſudarũt pro Religione pluſquam iſti, & inſeruierunt, atque inſeruiunt, ſed præferendi, quia magis digni, *Salgad. de regia protectione p.2.cap.9.n.34. Ferrus de præcedentijs q.45.n.14. Lezana tom.1.cap.18.n.85. Graff. in append. Suar. deciſ. lib.4.cap.4.n.15.* & ratione ſtudij habent ſuas exemptiones etiã, *Graff. cit. n.18.* & Gradus, *Bellaſ. in prompt. regul. verb. Gradus*, multumq; proſunt Eccleſiæ, Concionatores, *Clem. vnic. de foro comp. verb. ad Diuina, D. Th. ſup. Epiſt. ad Roman. 10. lect. 2. col. 4. Auguſt. vt habetur in c. interrogo 1. q. 1. Hieron. vt habetur in c. ſi quis 37. diſt. & c. reuertimini 16. q. 1. c. quid eſt 1. diſt. quod cõtinet dicta S. Greg. Papa ſuper Ezechiel. & in c. hoc habet 45. diſt.* qui mortuos ſpiritualiter dicuntur ſuſcitare, *c. olim 8. q. 1.* & Officium Angelorum exercere, *Auguſt. ſuper Apoc. homil. 2.* & Chriſti Domini *Ioan. cap. 8. Matth. cap. vltimo Deut. cap. 18. & paſſim. Vide Georgium Polaccum de obligationibus concionatoris in principio.*

39 Et maximum priuilegium eſt inter eos illud exemptionis à poteſtate Epiſcopi, [non ſolum à functionibus, & choro de quo mox dicebam] pro quo notabis, quod Religioſi ſuis Prælatis ſubeſſe debent, & etiam Epiſcopis in multis caſibus, *Trident. ſeſſ. 6. de reform. cap. 3. & ſeſſ. 5. cap. 8.* non ſolum ſi habeant beneficia Epiſcopo ſubiecta, ſed etiam quatenus ſunt verè Regulares, vt contra eos aliquid accipientes pro ingreſſu Nouitij, procedit Epiſcopus, *Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 8.* nec non ſi extra clauſtra facerent proceſſiones, *Sac. Congr. pro Archiep. Bonon. ſub die 2. Iulij 1620. Tamburinus de iure Abbatum to. 1. diſp. 15. quæſt. 7. n. 39. Diana part. 3. tract. 2. reſol. 77. Graſſ. ſius cõſ. 20. de regul. & alij infra citandi*, qui circa proceſſiones docent, quod Regulares cogi poſſunt ab Epiſcopo vt accedant ad proceſſiones publicas, & cõſuetas, *ex Trid. ſeſſ. 25. de Reg. cap. 13.* & ſub cenſuris, *vt voluit S. Congreg. apud Gallemart. in declarat. ad Trid. cit. Verb. in publicis proceſſionib. & Verb. compellantur, Macerat. deciſ. 35. dub. 2. Zerol. in prax. Epiſcop. V. excom. n. 4. Lauret. de Franch. controuer. inter Epiſcop. & Regul. fol. mihi 43. q. 16. V. an recuſantes accedere*, quod non approbo cum modernioribus, *& Diana citato reſol. 76. & part. 7. tract. 12. reſol. 29. part. 11. tract. 2. reſol. 8.* non enim eſt in iure cautum, & in *Trid. citato, accedere compellantur*, dicitur, ergo alijs pœnis putà priuatione prædicationis Verbi Dei, cõfeſſione, pœnis pecuniarijs, *Gratian. deciſ. 232.* & ſimil. compellendi, quia non dicit *Triden. per cenſuras, Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 78. n. 25. & ſuper dict. Concilio n. 19. in fine, Rota Rom. apud Buratt. deciſ. 146. nu. 1. idem Barboſa de vniu. iure Eccl. to. 1. cap. 33. nu. 163. Zachar. Paſqualic. in add. ad Laur. de Franch. cit. n. 79. Ceſped. de exempt. Regul. cap. 11. dub. 217.* contrarijſq; reſpondet *Donatus de exemptione Religioſorum quæſt. 79. tom. 1. rer. Regul.* & deſiderat Deciſionem Summi Pontificis claram pro hac cõtrouerſia, inter Regulares, & Epiſcopos quotidiana.

40 Quod ſi ſint Regulares, vel alij contraria habentes priuilegia, hæc ſeruanda, tàm circa proceſſiones, quam circa præcedentiam, modumque, & tempus illas conficiendi intra clauſtra, vel extra, *Donatus quæſt. 81. Ceſpedes, & Frãch. cit. Ferr. de præced. q. 45.* & regula ſtat contra eos, vt non valeant extra clauſtra proceſſiones facere, ſi clauſtrum habeant, aliàs exeundo per vnam portam, & intrãdo per aliam, ſi clauſtrum non habeant, *Sacra Congreg. ſub die 17. Maij 1617. quam adducit Donatus qui ſup. & alij*, quæ hæc deciſit etiam circa Confraternitates Regularium, Congregationeſuè illorum, *Genuenſis in prax. cap. 63. n. 2. Gratian. deciſ. 238. n. 6. Lura de Cappell. oper. 26. n. 16. vt infra dicam n. 43.* quod ſi alias proceſſio-

ceſſiones facere cupiunt, aut mortuos portare, conſenſum à Parocho petant, eiuſque crucem ante ſe portent, *Cauant. in Manuali Epiſc. Verb. proceſſio, & Barboſa de off. Paroch. cap. 12. n. 13. Donatus, qui ſupra n. 11. & eadem Sacr. Congreg.* vbi Priuilegijs in contrarium impetratis à Regularibus præiudicare non intendit, *Ferr. cit.* cõſuetudinibuſque introductis, *Moronè reſp. 12. in fine Medices deciſ. 21. Seraph. deciſ. 663. & Ricc. coll. deciſ.* 1069. præcipuè longeuis, quæ non ſint in diſpendium, & inhonorem Dei, nec turbantes ordinem antiquum Eccleſiæ; ſed fouentes pietatem, *arg. c. cum conſuet. de conſuet. Abbas in c. ex parte de conſuet. & in c. cum cauſam de elect. Ferr. de praced. q. 18. n. 7. Boer. de auth. Magn. Conſil. nu. 49. & 52. Seraph. deciſ. 964. Farin. deciſ. 595. Menoch. conſ. 51. Grat. diſcept. 298. nu. 8. Dectan. reſp. 19. & 63. vol. 3.* málaque eſt conſuetudo, nec ſeruanda vt Corpus Chriſti, & Sanctiſſima Euchariſtia extra tempus ſolemnitatis ſuæ per Ciuitatem conducatur, præcipuè tempore Paſſionis, & Nocturno, maximaque irreuerentia eſt, contra *Triden. ſeſſ. 13. de reform. cap. 5.* ibi, *Æquiſſimum eſt enim ſacros aliquos dies ſtatutos cum Chriſtiani omnes ſingulari, & rara quadam ſignificatione gratos; & memores teſtentur animos erga cõmunem Dominum, &c.* ergo extra tempus ſtatutum à *Trid.* abſque priuilegio, & particulari conſuetudine Eccleſiarum immemorabili, ex qua cõducitur Sanctiſſima Euchariſtia, & fit Proceſſio ob aliquod Feſtum cum Pompa debita, non debet concedi ab Epiſcopo licentia hæc omnibus Eccleſijs, ſed aliquibus ſpecialibus habentibus hanc conſuetudinem, vel priuilegium, & hi debita ſolemnitate hanc faciant, extra tempus tamen nocturnum, & Quadrageſimæ, nam noctis tempore, res nociuæ animæ forſan fiunt, *arg. c. perniciofum 1. Sup. 2. §. 1. 3. ubi, de oblig. quæ ex delicto naſcuntur, & conſuluit de off. deleg.* vbi, qui malè agit odit lucem, & tenebræ aptæ ſunt ad faciendum malum, & fabricandum falſum, *l. 1. §. mulier ff. de ventre inſpiciendo* ibi, *tria lumina, nec minus ibi ſint, quia tenebræ ad ſubijciendum aptiores ſunt, & in d. c. conſuluit verſ. odit lucem, & V. tenebras Virgil. Aen. lib. 9. hinc ſubitam nigro glomerari puluere nubem, Proſpiciũt Teucri, ac tenebras inſurgere campis, Ouid. Paſcere noctem amatorum ſunt lib. 1. de arte amãd. Eleg. 8.* omnemque pudorem adimit nox, ait *Tacit. lib. 4. Hiſt. n. 36. Effuſi in luxum, & Epulas, & Nocturnos cœtus veterem in Hordeonium iram renocat, nec vllo legatorum, tribunorumuè obſiſtere auſo, quippè omnem pudorem nox ademerat, & lib. 3. proditioni nox electa, vt cæteris ignaris ſoli in principia deſectores correrent; Annal. lib. 14. nox adhibita facinori quaſi conuincendum ad ſcelus dij præbuere,* item nec in Quadrageſima, *c. denique 4. diſt.* vbi dicitur quod illo tempore ſicut à cibis, ita & ab alijs nociuis animæ eſt abſtinendum, & multo fortius tempore Paſſionis, in quo fideles omnes mortuum Paſtorem, contumelijſque affectum, pro eorũ Redemptione lugent, & ita ſonum referre nõ debẽt buccinæ, & timpani, & ſiuè Regularium, ſiuè ſæcularium ſint Proceſſiones, quia hoc redundat in dedecus, & magnũ diſpendium cultus, & venerationis Dei, ad quod attendere debent Epiſcopi, præcipuè in SS. Euchariſtia, *Clem. vnica de reliquijs, & Veneratione Sanctorum, Trid. ſupra citatum, & in Canone 6.* ibi *feſtiua celebritate Venerandum, &c.*

41 Ad interueniendum etiam orationibus 40. horarum in Cathedrali non poſsũt Ordinarij cogere Regulares, *Alwald. in compend. canon. reſol. lib. 1. tit. 10. n. 6. & Barboſa in collec. ad Concilium ſeſſ. 7. cap. 14. nu. 6. Gallemart. ſup. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. Nonarius ſum. bullar. tit. de proceſſion. Laur. de Franch. controu. int. Epiſcop. & Regul. q. 5. & 11. ibi quæ dicantur publica, Bordon. reſol. 7. quæſit. 45. Ceſpedes de exempt. regul. cap. 11. dub. 13.* nec ad proceſſiones pro promulg. indulgẽtijs, *vt idem docet ex Nouar. & alijs,* & ſolùm in Feſto Corporis Chriſti, in Litanijs, Iubileis, & Proceſſionibus, quæ fiunt pro bono pacis Eccleſiæ, & pro Victoria contra Infideles cogi poterunt, *vt docent multi apud Lezanam tom. 2. cap. 1. num. 50. Ceſpedes cit. dub. 207. Zerola in praxi verb.*

pro-

*proceſſio, Leina in ſuo examine lib. 6. cap. 18. Dian. reſol. 106. de Regul. part. 3. Peyr. & Bellaſ. Verbo proceſſio n. 7.* qui excipit proceſſiones, quæ fiunt in diebus Rogationum, & *D. Marci, ex Graſſio,* quod nõ approbat, *Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 78. n. 2.* quia hæ dicuntur publicæ, & ad bonum publicum, *Rota Roman. apud Martam in ſuis ff. nouiſſ. v. proceſſio cap. 1. tom. 6.* ſicuti aliæ Patronorũ Ciuitatis, & maiores, *idẽ Barb. ſuper Cõc. ſeſſ. 25. de Reg. cap. 13. n. 40.* nam ad minores nõ tenentur, quæ nimirùm inducuntur, & ordinantur ab Epiſcopo, & Vicario ob aliquas cauſas particulares Eccleſiæ, vel Sancti particularis, *idem Barboſa citatus, & DD. cum de Franch. q. 5.* vbi, quæ ſint publicæ proceſſiones in fine, & remittitur arbitrio Epiſcopi, à quo ſunt iſtæ proceſſiones indicendæ, pro bono publico, & ex magna cauſa, *prout decreuit S. Congreg. Concil. Trid. apud eundem*, nec ad maiores, excepti *ab eodem Trid.* tenentur accedere, qui nimirũ in ſtrictiori obſeruantia viuunt, aut ſunt diſtantes à ciuitate, ita vt cum maximo incõmodo venire non debent, alijque habentes priuilegia, vel conſuetudinem pro ſe de non accedendo, *Moroni reſp. 12. per totum, Riccius deciſ. 131. Maynard. deciſ. 13. lib. 4. Gallemart. de Franchis cit. quaeſt. 5. cum ſeq. & ibi Paſqual. & q. 3. & Doctores ſupra cit.* aut præſcriptionem ſaltèm 40. annorum, *Bordonus reſol. 7. n. 134.*

42 De Clericis, & Sacerdotibus inſeruientibus in Eccleſijs Religionis Hieroſolymitanæ; quod compelli poſſint ab Epiſcopo etiam, ſicut Regulares dubium non eſt, vt docet *Salgadus de Regia protectione tom. 1. part. 2. cap. 9. num. 103. Barboſa ſupra locis citatis, & Moroni nu. 9.* nec immunitas Hieroſolymitanæ Eccleſiæ conceſſa, illis prodeſt, *Armendar. Cenedus, & alij poſt illos, idem Laur. de Frãchis quaeſt. 2. & ibi Paſqual. num. 63.*

43 Confraternitates ſæcularium ſicut & illæ Regul. *vt dicebam n. 40.* etiam creatæ, & erectæ intra Clauſtra cogi valent, vt nõ faciant proceſſiones extra clauſtra ſuorum Monachorum, ſed circa muros prout, & de ipſis Regularibus dictum eſt, *Cauan. verb. proceſſio n. 49. Lezana tom. 2. de Confratern. Ceſpedes de regul. cap. 24. dub. 376.* & vt accedant ad publicas proceſſiones, *Marc. Ant. variar. reſol. lib. 1. reſol. 93.* quia ſubdũtur Epiſcopis circa hoc vt poſſint compelli, ad proceſſiones, etſi non ſint de eius iuriſdictione, nam pertinet ad cultum Diuinum, & layci in dictis actibus concernentibus ad cultum Diuinum compelli poſſunt ab Epiſcopis, *Gratian. deciſ. 232. Marta de iuriſd. p. 4. caſ. 13. n. 20. Maceras. deciſ. 66. Sayr. deciſ. 5. de off. Ordin. Vener lib. 6. Extract. Epiſc. cap. 18. n. 22. Vgolin. & alij quos ſequitur Laur. de Franchis quaeſt. 12. vbi add. Paſqual.* nec ſub alia puto pœna, niſi ad amiſſionem loci, in proceſſionibus, quando venire cupiunt, nam poteſtatem coertionis abſolutam non habent, ſed ſolùm hortari illos, ad accedendum poſſunt Prælati, *Graſſis de effectibus Clericatus, Gratianus, Salgadus, & alij poſt Barboſam ſuper Concilio citato n. 26.* ea ratione, quia Epiſcopus, & ſi iuriſdictionem habeat in Clericos, & laycos; *Giurba conſ. 15. nu. 35. & 37. Annibal Rub. deciſ. 8. n. 1. idem Graſſ. de eff. Clericatus, eff. 1. n. 585. & 586. Bellett. de fauor. Cleric. perſon. §. 4. nu. 14. Diana part. 1. trac. 2. reſol. 27. Carneualius de iudicijs diſp. 2. quaeſt. 7. sect. 3. n. 11. cum ſeq. Barboſa de off. & poteſt. Epiſcopi alleg. 82.* tamen hæc iuriſdictio à iure eſt limitata in ſuis caſibus; ita Epiſcopus has Confraternitates viſitare poterit ex diſpoſitione *Triden. ſeſſ. 22. de reform. cap. 9.* & habet circa hoc poteſtatem, *Ceſped. cit. dub. 376.* cum ergo nõ fuerit à iure data poteſtas coercendi illos ad accedendum ad proceſſiones, & ſolùm *Sac. Congreg.* pro vna, & altera parte deciſiones emanauit, vt refert *Bellarm. ſup. Concilio ſeſſ. 25. cap. 13. & Zachar. Paſqual. in addit. ad Lauret. de Frãch. fol. mihi 44. quaeſt. 11. n. 83.* ſequitur Epiſcopum eos cogere de iure non poſſe, ſicuti cogit Regulares *ex dicto Trid.*

44 A quo habet poteſtatem, etiam dirigendi proceſſiones, per loca publica, & cõſueta ipſe, aut eius Vicarius Generalis, *Barboſa ibi n. 41. & 42. Moroni reſp. 12. nu. 22. & de Fran-*

*de Franchis q.7. & 14.* & quæſtiones dirimendi etiam inter eoſdem Religioſos, *idem Trid.ſeſſ.25.cap.13.* appellatione remota, *vt ibi, Ceſpedes cit.dub.216.* quoad effectum ſuſpenſiuum non deuolutiuum, ex regula *ſupradicta hoc libro deciſ.7.n.86.* at manutenendi interim, qui poſſident, *arg.c.cum Eccleſia ſutrina de cauſ.poſſeſſ. & propriet. de Franchis ſup.cit.quæſt.15. & ibi Paſqual.poſt innum. DD.* nec ſolùm in Eccleſia Cathedrali, *Seraphinus deciſ.15. Ceſpedes d.213.* verùm etiam in alio loco, ſi opus fuerit conuocare valet, etiam ſi Eccleſiæ Regularium ſint, *Bordonus de regularibus reſol.7.nu.132. Lezana tom.5.fol.mihi 804. Bellaſius in promptuario verb.proceſſio num.10. Nouar.ſum.bullar.de proceſſ. Portell.V.proceſſio n.10. Ceſpedes de exempt.regul.cap.11.dub.211. Riccius deciſ.379.p.4. Valenz. conſ.184. part.3. Leo Theſ.fori Eccl.part.2.n.145. de Franchis in q.7.* & ibi Pontificalia exercere, Miſſamq; canere cum ſuis Canonicis, *Barboſa in collec.Bull. verb. Regulares, declar. Sacr.Congr. adducens*, atque hoc tempore proceſſionis, ſicut in alijs temporibus indiſtinctè valent Epiſcopi, & Archiepiſcopi in Eccleſijs Regularium Baldachinum erigere, & Pontificalia exercere, *ex Decretis Apoſtolicis ſuper hoc editis, & Cle. Archiep. de priuilegijs, vt adducit Nouarius ſum.Bull.tit.de Baldachin. Bellaſ. cit. V. Baldach. Ceſpedes cap.13.dub.222.per tot.Tambur.de iure Abb.tom.1.diſp.25.q.15. Campan. in diuerſ. iuris Can.rub.9.cap.5.num.3. Ricc.p.3. deciſ.21. Lauret. de Franchis controu. int. Epiſcop. & Regul. cum Paſqualico, fol.mihi 127.quæſt.1.& 4.* excipias tamen dies, in quibus Abbas ipſe Regularis celebrare debet Pontificialiter, *Ceſpedes cit.n.2.* & in alijs, quæ habent ex priuilegio, *Paſqual.cit.n.390. & 91.* qui melius docet quod etiam erigere Epiſcopi his temporibus poſſunt; dummodo illos non impediant, & alteri etiam Epiſcopo extero concedere cum ſit delegabilis, *idem n.394.* vel Archiep. non Vicario, *Sac.Congr. apud eund.nu.382.* & ſub cenſuris alijſue pœnis.

45 De Clericis ſæcularibus, & Sacerdotibus, quia circa hæc non ſubduntur Epiſcopis, nec iſtis data eſt hæc poteſtas coercendi, decidas, quod non poſſunt cogi ad accedendum ad proceſſiones publicas, & priuatas, vt plurièſ *Sacra Congreg. decidit teſte Michaele Graſſo de eff.Cleric. Effec.1.nu.613. Riccio collec.deciſ.882.in principio, Barboſa de off. & poteſtate Epiſcopi alleg.78.n.9. & ſuper Concil.ſeſſ.25.cap.13.nu.22.ex Salgado, Armendano, & alijs, Moroni reſp.12.num.6.Ioann.Gallemart.ſup.dict.Conc.verb. tàm Clerici Sæculares, quàm Regulares*, qui vno ore docent, Clericos Diœceſanos, etiã exemptos, tunc cogi poſſe, vt accedant ad publicas proceſſiones, quando beneficia, vel Officia in Ciuitate habent, vel Diœceſi Epiſcopi præcipientis, aliàs ſi beneficium, vel Officium in Ciuitate, vel Diœceſi non habeant, nullo modo ab Epiſcopo cogi poterunt, *Balbus deciſ.339.part.2. & Doctores citati*, ſicuti ſi ſunt nullius Diœceſis, *idem Moroni citatus*, nam qui ſentiunt commodum habere debent incommodum, *c. qui ſenſit de reg.iuris in 6. c. de lapſis 16.q.6. c.1.de ſepul.in 6.c.filijs 16.q.7. c.ſignificatũ de præbendis*, vbi habetur, quod Clericus ex quo percipit fructus, & emolumenta Eccleſiæ, ita ſimiliter tenetur, & debet eam officiare, & facere diuinum ſeruitium, *gl. in d. c. qui ſenſit, Decius, & Ciuiliſtæ in l. ſecundum naturam de reg.iuris, & in l.1.ff. de inſtit.l.15. qui in poteſtate §. fin.ff. de leg.præſtandis.*

46 Nec obſtat, quod in edictis Epiſcopi dicunt, vt teneantur omnes accedere ad proceſſiones, & pœnas ponunt, nam loquuntur de perſonis beneficia, vel officia habentibus, & conſequenter obligatis, non enim edicta ligãt in caſibus, in quibus Epiſcopi iuriſdictionem non habent, *Con. in c. de ſuppl.neglig.Prælat.in 6.* & cõmunis ſchola, cum approbatione *Sacræ Congreg.* dat ſolùm poteſtatem coercendi Clericos, & Sacerdotes beneficiarios, vel officium, aut cappellam habentes in Ciuitate, vel Diœceſi, non alios, ergò fruſtra ponuntur pœnæ, & cenſuræ, quæ alios ligare non obligatos minimè poterunt; quia non ſunt delinquentes, qui non accedunt, ergo nõ pu-

nien-

niendi, *arg. c. ſine culpa de reg. iuris in 6. c. cum voluntate de ſent. excom. l. ſi putator ff. ad l. aquiliam, l. Sancimus C. de pœnis, l. ſi quis in ſuo §. legis C. de in off. teſtam. l. ſi pœna; l. crimen ff. de pœnis, c. iam. itaque 1. q. 4. c. ſi habes 24. q. 3. c. quæſiuit de his quæ fiunt, &c. c. ſi comprom. de elect. in 6. Rudulph in variar. quæſt. 44. n. 7. Thomaſet regul. 283. Laur. de Franchis controu. inter Epiſ. & Regul. fol. mihi 411. part. 1. n. 1465. Menoch. conſ. 627.* nec iura eos obligant, quomodo tamen puniendi cum pœna non indicitur, niſi lege expreſſa cautum ſit, *Menochius cit. conſ. 670. n. 28. & Canoniſt. in d. c. ſine culpa, & in c. is cui de ſent. exc. in 6.* ibi, *non ſit expreſſum in iure, &c.* videant igitur Prælati, ſi a iure poteſtatem habent coercendi Clericos, ſicut, & Regulares, illosuè, qui beneficia non habent, & Officia, & poſtea illos compellant; cum ſua poteſtas non ſit abſoluta, ſed à iure communi, *& Deciſionibus S. Congreg. Decretiſue Pontificum* regulata, vt *ſup. deciſ. 7. n. 15. cum ſeq. dicebã*, ipſiuè tenẽtur ad obſeruantiam Sacr. Canonum, *Clem. 1. verb. concilij de Relig. domibus, & ibi gloſa, Menoch. conſ. 90. n. 6. Rota Roman. apud Peniam deciſ. 565. num. 10. Riccius coll. deciſ. 1305. Gutierez. q. Canon. lib. 1. cap. 23. n. 18. Barboſ. de off. & poteſtate Epiſcopi alleg. 33. & 34. Pont. de matrim. lib. 8. cap. 5. nu. 6. Salas de legibus diſp. 20. ſec. 3. diff. 11. Farin. deciſ. 240. n. 3. p. 2. recent. & alij in c. cum inferior de maior. & obed. Clem. ne Rom. de electione, c. cupientes eod. tit. in 6.*

47 Dubium verò erit an beneficiarij, & alij habentes officium teneantur incedere cum cereo, etiam ſi beneficium ſit tenue? & ad primam partem dedi reſponſum temporibus elapſis teneri, ſicut incedunt omnes cum ſuis Inſignijs, Cruce, & cereis in Proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti, *Piſcara in praxi carem. lib. 2. ſect. 10. cap. 3. nu. 3.* & Regulares etiam, *Gauantus in theſaur. part. 4. tit. 12. n. 5. Petrus Bellaſius in promptuario Regularium, verb. proceſſio n. 7. & 8.* in alijs verò proceſſionibus non ita, niſi fierẽt cum cereis; quo caſu tenẽtur Præsbyteri, & Clerici Sæculares cereum portare, vt in magno Feſto, Æpiſtolæ *B. M. Virginis*, quod fit Meſſanæ, *de quo ſupra, deciſ. 7. nu. 94.* in quo, Sæculares Præsbyteri cum cereis incedunt, & Religioſi [quibus dantur ab Illuſtriſs. Senatu, in hac, & alijs Feſtiuitatibus Patronorum] alijque omnes Seculares, & Layci, Nobiles, & Ignobiles, ob maximam reuerentiam, & affectionem erga Sãctiſs. Virginem ob literas datas, & protectionem præcipuam Meſſanenſium: nec de iure Clerici tenerentur, niſi ſolùm in Feſto SS. Corp. Chriſti, propter reuerentiã Sanctiſſimæ Eucharistiæ, at aliquãdo ob Solemnitatẽ faces etiam in his Feſtis ſunt introductæ, nec maximum diſpendium erit Clericis beneficiatis, vel habentibus officium, vel cappellam in ciuitate, ſi has paruas impenſas pro Deo facerent.

48 Circa ſecundam partem de habentibus beneficia parua; Dicas non teneri nam ceſſat ratio finalis ſupradicta, beneficium enim tenue in iure habetur pro non beneficio in odioſis, *c. is cui de præbendis in 6. Sayrus de cenſuris lib. 6. cap. 11. n. 25. Barboſa in appell. verb. beneficium num. 1.* & tenue eſſet in hac materia beneficium ducatorum quatuor, non vltra, quia ſufficientes ſunt ad impenſas has faciendas, non enim ſemper dari poterit vna tenuitatis regula, ſed ex varijs rationibus condendi leges, obligationis tenuitas, & paruitas accipitur; ita beneficiarius ad hoc vt teneatur ad Officium Diuinum requiritur vt habeat beneficium ad minus 25. ducatorum, *Diana part. 10. tract. 16. reſol. 47. Garcias part. 3. cap. 1. num. 39. vt melius lib. 3. tit. 1. n. ... dicam*, & paruum dicitur beneficium, ſi non aſcendat hanc ſummam, circa recitationem horarum, ſicuti illud obligans ad accedendum ad proceſſiones, ſi non ſufficiat pro expenſis faciendis in illis; & remittitur Iudicis arbitrio inſpecta qualitate negotij, & perſonarum, ac rerum quantitate ad decidendum, ſi modica dicitur aliqua res, & non veniat in conſideratione ſicuti modicum beneficiũ, &c. *Alex. conſ. 82. in fine lib. 7. Menochius de arbitrar. caſu 114. nu. 13. Corneus conſ. 59. lib. 4. num. 6. Barboſ. de dictionibus cap. 154. nu. 2.*

*nu.2. & axiom.*150. *&* 151. eodem modo diſcurras de habentibus officia, vel cappellas in ciuitate, &c. ex quibus nullum lucrũ, vel paruum habeant, nam non tenentur accedere ratione ſupradicta, ſicuti de beneficiarijs ex paru. benef. mox dicebam.

49 Delinquentes Monachos, & Regulares extra clauſtra Ordinarius punire poterit ſi ſuus Prelatus illos impunitos reliquat, *Trid. ſeſſ.*25. *de regul. cap.*14. & ita captus à birroarijs delinquens Monachus carceratur ab Epiſcopo, & poſtea detentus per ſpatium 20. horarum ad ſummum, *vt dixi de Clerico* capto à Iudice layco, *ex gl. in c. cum non ab homine de iudic.* vel quouſque capiantur informationes, *Barboſa de off. Epiſcopi parte* 3. *alleg.*105. *nu.*19. *Spirell. deciſ.*38. *n.*16. [& ſi contrarium dicat *Ceſped. cit. dub.* 238. *ex Decret. S. Congreg.* quod loqui videtur, quando capti ſunt informationes, & non inſtat Superior vt remittatur, & quod remittendus ſit decidit etiam non inſtante Superiore] reſtituitur ſuo Superiori cum informationibus Epiſcopi, vt puniatur ac de punitione erit iſte certiorandus, ſin minus Superior officio priuetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poterit, *vt verba Trid. demonſtrant*, & de praxi teſtantur, *Barboſa, ibi, Ciarlinus controu. forens. cap.* 50. *Laur. de Franchis controu. inter Epiſcop. & Regul. in quib. ſubdantur Regul. fol.*4. *n.*5. *& ibi Addit. Paſqualies, Ceſpedes de exẽpt. Regul. quoad delicta cap.*16. *dub.*237. *cum ſeq. Donatus Laynenſis de exempt. Religioſ. tom.*1. *part.*2. *cap.*53. *n.*2. *&* 3. qui docet etiam *nu.*5. delinquentes extra clauſtra Epiſcopum carcerare non poſſe, ſi degant poſtea intra clauſtra, nam de his non loquitur *Trid.* benè verum inſtare poſſe vt puniantur, & de facto puniendi erunt iſti à ſuo Prælato, ſi ſint intra clauſtra, & ſcandaloſè foris delinquerint, ſecundùm formam *Concilij* ibi, *qui intra clauſtra Monaſterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſit ſcandalo*, non ita ſi in eodem clauſtro delinquãt, ſecus in Eccleſia, *Spirellus deciſ.*338. *nu.*15. *Donat. qui ſup. q.*56. at cõtra *de Franchis cit.* quia iſta etiam eſt exempta, ſicut Monaſterium *& alij apud Donatum, & Ceſpedes dub.* 239. *n.*3. *docent.*

50 Et in caſu ſuſpicionis fugæ, aut in graui delicto etiam carcerandi, & ſi ſint intra clauſtra, *idem Donat. & Enriquez in ſum. lib.*7. *cap.*25. *Felin. & Roder. quos citat, & ſequitur Bellaſ. verbo Ordinarius num.*4. *Cotonius controu. iuris lib.* 3. *de Clericis controu.*8. *cap.*7. *n.*188. idem dicas de Regularibus delinquentibus circa perſonas intra ſepta degentes, vt circa clauſuram, vel adminiſtrationem bonorum Monialiũ, *Greg. XV. in Bulla de Exempt. priuil. & Lezan. tom.*1. *cap.*25. *& tom.*2. *cap.*1. *n.*37. qui eſt de caſibus exceptis, ſicuti & alios, de eis, qui curam animarum exercent, *vt inf. num.*53. & executorib. pro computorum veridica redditionẽ, *vt ſup. nu.*37. aut delinquentib. extra clauſtra, ſi degant extra illa, *Trid. ſeſſ.* 6. *de reform. cap.*3. ſed permanenter, non per aliquos dies, *Laur. de Franch. cit. nu.*4. *folio* 3. niſi per longum tempus morentur in aliquo loco ob negotia Religionis, & de licentia Superiorum, *Ceſpedes cit. dub.*241. *& de Franchis verb. nec obſtat* [quam oſtẽdere tenentur faciam in ſcriptis Epiſcopo cum agatur de re graui] aut ſi in grangijs, vel locis annexis conuentui degant, *Ciarlin. lib.*1. *controu* 50. *Barboſa dict. alleg.*105. *n.*17. *Riccius deciſ.*231. *n.*4. *part.*4. *& DD. citatis*, idem ſi incedant cum indecentib. veſtibus, nã immediatè illos carcerare [modo ſupradicto tamen] Epiſcopus poterit, *Sacr. Congreg. ſub die* 15. *Decemb.*1584. *Epiſc. Andria, apud Bartol. lit. E. pagin.*104.

51 Quid ſi Prælatus ipſe, vel Superior Regularis delinquerit an locum habeãt ſupradicta, ex Concilio, adeo vt iſte carcerari poſſit ab Epiſcopo, & poſtea ad Prouincialem, vel alium remitti? & in hac cõtrouerſia affirmatiuè reſpondet, *Ciarlin. cit. d. cap.*50. quæ opinio bona eſt, licèt contrarium teneat, *Donat. quæſt.* 54. *& Ceſpedes de Regul. cap.*16. *dub.*240. *n.*4. *poſt Leon. de cenſuris recoll.*2. *n.*496. ſed abſque ratione conuincenti, *cum Decretum Trid.* clarum ſit, & contra Regulares abſolutum, ideo ne delicta remaneant impunita, illum carcerandũ

decidas, & de eo locutum *Tridentinum* dicas abſolutè, & generaliter, nec de carceratione in culpa Epiſcopus erit, qui ſolummodo punitionem intendit, & obſeruantiã Concilij, regulares omnes ſcandaloſè delinquentes puniri mandans, & ſi abſens ſit Prælatus imputetur delinquenti; niſi dicere vultis, quod remittendus Superiori locali, qui in defectu miniſtrat mortuo, vel abſente Priore v.g. & iſte carceratum delinquentem detinere debet ad inſtantiam Epiſcopi, quouſque Prouincialis, aut alius condignam dabit punitionem, nam Superior ratione delicti ſit ſubditus Epiſcopi, illo modo, qui ad bonum publicum punitionẽ deſiderat, atque interim cura Monaſterij transfertur ad inferiorem Prælatum, puta Miniſtrum, Vicarium, ſubpriorem, & ſimil. & hæc mihi æquior opinio videtur, præiudicium regularibus haud inferens.

52 Et aduertant ad Decretum hoc Prælati, & Religionum Superiores, vt aſſignato termino ab Epiſcopo pro punitione (quod arbitrarium ſit) delinquentes puniant, & certiorem faciant illum, *Barboſ. in d. cap. & in c. fin. de ſtat. Monach. Non. lucern. regul. Verb. delinquens & DD. cit.* aliàs proceditur contra delinquentes ex officio per Epiſcopum, qui ſi in alio loco fuerint tranſmiſſi Ordinarius loci informatus procedet, & Superior delicta non puniens, officio priuandus, & alijs pœnis poſitis *in Bull. Clem. VIII. edita anno* 1596. *pro Obſeruatione huius capit. Concil.* quã per extenſum prætèr, *Tambur. & Quarant. Verb. exemptio*, ponit idem *Donat. quæſt.* 63. nec refragatur huic exemptio, *idem quæſt.* 64. Hæc de Monacho delinquente intra clauſtra, vel extra, vt à ſuo Superiore, vel Epiſcopo puniri debeat; quid verò de iſtius delicto antequam ingrediatur Religionem, à quo puniendum ab Epiſcopo, à Sæculari Iudice, an à ſuo Prælato? & de eodem delinquente, ſi poſtea eiectus fuit, vel profeſſionem nullam fecerit? De quo eiecto, quod gaudeat fori priuilegio dubium non eſt, cum etiam ſit de Religione, *vt ex dictis ſupra n.* 29. *liquet*, de eo qui Profeſſionem annullauit, & de alio caſu, decidas *prout deciſ. præcedenti dixi num.* 49. & 57. de Clerico delinquente facto layco, vel è contra, prout in puncto decidit, *Farinacius de inquiſitione quæſt.* 8. *n.* 104. & 106. & *extat Bulla Sixti V.* vbi loquitur de grauatis ære alieno etiam in fraudem Fiſci, & creditorum factis Monachis, *de quibus infra num.* 61. cæterum circa delicta, & de fraude in illis commiſſa, dicas omnino prout de Clericis, & in dubio de fraude præſumendum pro reo, quod non fecerit fraudulenter, *idem Farin. n.* 111. atq; nouitius, ſi ante ingreſſum delinquerit, facta inquiſitione ab Epiſcopo ſi erat Clericus, vel à layco Iudice puniẽdus eſt, iuxta termin. dictæ *Bullæ*, *Ceſpedes cit. cap.* 16. *dub.* 262. *n.* 2. & 7. *qui dub. ſeq.* idem ait de profeſſo data fraude, & præcedente Inquiſitione, vel accuſatione, & quo ad bona ſaltèm non perſonam, *idem Ceſpedes dub.* 263. *nu.* 3. vt de Clerico delinquẽte, *loco cit. adduxi*, ſed maxima diſparitas eſſe videtur in hoc caſu, quia Epiſcopus eſt Iudex Eccleſiaſticus, & contra hos procedere poteſt, non ita Iudex laycus cõtra Clericũ, ideò attenta dicta Cõſtitutione *Sixti*; & ratione cõuincenti, Epiſcopum hunc in fraudem profeſſum punire etiã corporaliter poſſe dicas; quia iam erat Clericus, & ſub ſua iuriſdictione, à qua per profeſſionem nõ liberatur data fraude; &c. loquor de Clerico facto profeſſo, nam de layco regula ſtat, *prout in locis citatis*.

53 Et quod in omnibus caſibus, in quibus curam animarum habent exempti, Epiſcopo immediatè ſubduntur, *ait Triden. cit. c.* 11. aut ſi non viget regularis obſeruantia, *idem ſeſſ.* 21. *cap.* 8. *de reform. Donat. qui ſup. quæſt.* 67. *cum ſeq.* etſi ſint Eccleſiæ Militũ S. Ioann. Hieroſolym. *d. cap.* 11. quod de omnibus loquitur exemptis viſitationi ſubiectis, *Donat. cit. quæſt.* 72.

54 Et de Confraternitatibus laycorum, vel Congregationibus poſitis in Eccleſijs, locisuè regularium, idem dicas prout de regularibus ipſis, vt de regula viſitari non poſſint, niſi in eis ſit cura Animarum aut quoad computa adminiſtrationis, *Trident. ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 8. & 9. *Donatus qui ſu-*

*pra quaſt.70. Barboſa, & Gallemart. ſup. dictis cap. & de off. Epiſcopi alleg.75. nu.13. & alleg.77. n.10.* ait, quod cogi poſsũt, vt cõtribuãt pro ſeminarijs, *Bellaſ. in prompt. Verb. Confraternitas nu.5. Ceſpedes de regul. dub. 235.366. & 376.* qui *ex Bulla Pÿ V.* excludit regulares ab obligatione contribuendi, *Lauret. de Franchis quaſt. inter Epiſc. & regul. p.1. nu.229. & Barb. in coll. Bullar. Verb. Semin.* idem docens de Hoſpitalib. habentibus redditus Eccleſiaſticos, & Eccleſijs Sæcularib. quæ ſunt de menſa Monaſteriorum, non verò ill. Religionis Hieroſolym. *Bellaſ. cit. & Barboſa,* & dicuntur quod ſunt exemptæ ſi intra Clauſtra exiſtãt, & quoad cappellas viſitari non poſſint, circa ea quæ reſpiciunt adminiſtrationem regularium ipſis ſpectantibus, *Barboſ. de vniu. iure Eccl. tom.1. cap.14. n.30. in fine.*

55 Nec vocantur hæc Oratoria, & redditus regularium, ſed perſonarum Sæcularium, ſub illorum tamen cura, & regulis degentium, ideò non poſſunt iſti cõfr. inſtituere cum vſu ſacchorum; ſine licentia Ordinarij loci, *Gauant. in Manual. Verb. Confraternit.* & abſque forma nouiter data, *in Bull. Clem. VIII. Quarant. in ſum. Bullar. eod. verb. & Nouarius, prout infra lib.2. decis.5. de locis Eccleſiaſticis Sacularium,* & dicuntur Confratres efficere vnum Collegium perſonale, quod non habet cum Eccleſia regulari vnionem, & de per ſe ſubſiſtit, *Salingen. ver. reſol. tit.10. cap.43. nu.7.8. & 9. Rota Rom. apud Coccin. decis.472. num.2. Ricciul. elucub. cap.3. n.3.* vnde poterunt à loco diſcedere, & alium locum ſibi eligere etiam abſque Ordinarij authoritate, & Monachorum licentia, *Rota Rom. ſup. cit. Ricciul. & Saling. cum Barboſa ſumma Apoſtolic. decis. collect.207. fol. mihi 137. et 3. Petrus de Vbald. de Can. Epiſc. quaſt.14. fol.209. nu.23.* alia circa has Congreg. & Confraternitates, *dicam infra lib.2. loco ſup. citato, cum Lauret. de Franchis par.1. n.203. vſq; ad n.226.* qui de Epiſcopi Viſitatione atque licentia pro illarum conſtructione *in addit.* fusè tractat, cum habeat Ordinarius in iſtis omnimodã poteſtatem, quando non ſubduntur Protectioni Regiæ, *idem nu.230.* prout in hoſpitalibus, *Trid. ſeſſ.7. de ref. cap.15. vbi Barboſa, & Gallemart.* etiam Regularium, *idem in Bull. Verb. Hoſpital.* exceptis Hoſpitalibus Ordinum Militarium, *Bellaſ. in prompt. V. Hoſpitale n.2.* & Confraternitatibus erectis abſque Authoritate Epiſcopi, *Caſtell. Sotom. de alim. fol. mihi 56.* ſicuti etiã, & Monialium exemptarum domus viſitare poterit, ſi expediens videbit pro ſalute animæ, *Trid. cit. cap.5. Barboſa de vniu. iure Eccl. tom.1. cap.14. nu.31.* & pro ſeruanda clauſura, *Coton. controu. lib.3. cap.7. de Epiſcopis nu.182.* cum ad Epiſcopos ſpectet curam Animarũ de grege ſuo habere, & pro bono publ. cogit regulares ad accedendũ ad proceſſiones, & ſub cenſuris, & pœnis, niſi contraria habeant priuilegia, vt ſupra explicaui.

56 Atque Ordinarius poterit in omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis etiam exemptis baldachinum erigere, & Pontificalia exercere, & contradictores, vel impedientes excommunicare, alijsuè pœnis punire, vt decidit *Bulla Clem. VIII* quam per extenſum ponit nouiter, *idem Donatus quaſt.74. & Cotonius cit. controu. 8. cap.7. num.202. cum ſeq. Ceſpedes de exempt. regul. cap.13. dub.222.* vbi *num.7.* quod exteri Epiſcopi poſſunt de conſenſu Diœceſani erigere Baldachinum in Eccleſijs exemptis Regularium, niſi contraria adſint priuilegia, vel conſuetudines, & de hoc non dubitatur amplius; quod ſi adſint priuilegia contraria ſeruanda erunt, ſicuti de conuocandis proceſſionibus, &c. nam iuris regula ſtat pro Epiſcopi poteſtate, & in aliena Diœceſi licentia illius Epiſcopi requiritur, *prout ſupra tetigi decis.7. n.104. hoc libro, & hac deciſione num.44. de vſu Pontificalium.*

57 Concionantes Religioſos abſque ſui licentia, & benedictione etiam punire valet Epiſcopus, *Triden. ſeſſ.5. cap.2. & ſeſſ.24. c.4. Lezana tom.1. cap.20. n.3. Diana p.7. tract.12. reſol.25. Bellaſ. cit. ſupra nu.7.8. & 9. Bordon. reſol.79. & 11.* & examinandi ad libitum iſtius, vel Vicarij Generalis, *Dian. part.4. tract.4. reſolut.3. & part.6. tract.8. reſol.22. part.9. tract.9. reſol.42. Cotonius con-*

*tron. lib. 3. de Clericis contron. 8. cap. 7. n. 195.* & ſuſpendendi etiam à licentia data, cauſis iſtis benecognit. *Diana par. 7. trac. 12. reſol. 20.* præcipuè, ſi fabulis vtantur in concionibus, vel propoſitionibus ſcandaloſis, & abſque decore debito Eccleſijs Dei, *Cotonius cit. ex Trid. ſeſſ. 6. c. 2. c. multa 86. diſt.* & hodiè aliqui Concionat. forsàn his fabulis, verbiſque indecentibus vtuntur, dignis magis riſu, quam compunctione, & ſunt potiùs hiſtriones, quam Chriſti ſequaces verbum Dei prædicantes, ſed [miſeri] in Chriſti Iudicio finali, damnum hoc illatum reſarcire vellent, & non poſſent, ad quod maximè Prælati aduertant, quia maxima eſt miſeria temporum noſtrorũ circa hanc rem, legantque tales Concionatores, *D. Greg. in dialogo contra Lucceferianos, & in Præfact. lib. 3. ad Galat. D. Auguſt. lib. 4. de Doctrina Chriſtian. cap. 21. D. Hier. ad Nepotianum Epiſt. 2.* ibi, *lacrimæ auditorum laudes tuæ ſint, non clamor populi*, & alios S. Patres, quos refert, *Polaccus de obligat. Concionat. num. 16. & 18. cum ſequent. & Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de reform.* ibi *paſcant ſalutaribus Verbis, & de Franchis cit. n. 589. & in add. quæ eſt Paſqual. n. 615.*

58 Quod ſi ipſi Epiſcopi prædicare vellent in regularium Eccleſijs vtique poterũt, nec impediendi, *vt Bellaſ. cit. docet, ex Tambur. ex S. Congregat. Deciſione, de anno 1584. Gauant. & Barboſa ſuper Concil. Trid. ſeſſ. 24. de ref. cap. 4. n. 3.* & quando iſti prædicãt ſilere debent alij Concionatores, & inhibere poterũt, vt eo tempore à prædicatione ſe abſtineant, *de Franchis cit. nu. 614. & 632. idem Barboſ. n. 5.* & Aduertas quod regulares non debent niſi petere ab Epiſcopo benedictionem, quando in ſuis Eccleſijs, & grangijs prædicare volunt, etſi hanc non obtineant; alijs verò in Eccleſijs expreſſa debet eſſe iſtius licentia, contrariumque facientes in hoc ſecundo caſu puniri poterunt ab eodem Epiſcopo, *ex Trident. ſup. cit. & Bull. Vrbani de anno 1629. poſt alia Decreta,* quæ adducuntur *à Barboſa in d. Concilio ſeſſ. 24. & Lauret. de Franch. in controu. inter Epiſc. & Regul. fol. mihi 176. n. 558. cum ſeq.* & hæc eſt vera opinio hodiè, *Geſpedes de regul. dub. 200. n. 2. Bordon. reſol. 7. n. 15. Gallem. art. ſup. dict. Concil. locis citat. Lezan. to. 1. quæſt. regul. cap. 20. nu. 3. Antonell. de Regim. Eccleſiæ lib. 7. cap. 13. nu. 2. Cened. quæſt. 26. Canon. n. 13. Riccius deciſ. 219. p. 2. Vulp. in prax. cap. 42. n. 3. Dian. part. 3. tract. 2. reſol. 58. & alij poſt eos,* nec ſufficit vt ſemel, ſed toties quoties petere debent, ſi predicare volunt in alio loco ſeparato ab illo, à quo licentiam habuerunt: idem dicas de benedictione, *vt benè docet Lauret de Frãch. cit. in addit. nu. 570.* & examinari poterũt ab eodem ad libitum, *vt dicebam,* ſolutque Epiſcopus in aliena Diœceſi prædicãs prohiberi non poteſt ab Ordinario loci, *gl. in Clem. Archiepiſcopo verſ. etiam celebrare de priuilegijs, Hoſtiens. in c. fin. de Auth. & vſu pall. n. 2. Campanil. in diuerſ. iur. Can. Rubr. 12. cap. 13. n. 7. verſ. ſed ipſe, Tragurienſ. lib. 6. tit. 1. n. 18. & alij,* ea ratione, quia licentiam habet à Sede Apoſtolica, nec à iure prohibitus eſt, multique tenent, quod in ſua Diœceſi ſub peccati mortalis pœna prædicare tenetur, quod probabile eſt, *vide Lauret. cit.* qui alia cumulat circa hanc materiã; *& Geſpedes dub. 200. cum ſeq.* nec poterunt Confeſſiones audire ſæcularium abſque licentia audiendi Confeſſiones, facto examine, prout de Concionatoribus nuper dicebam, *& decidit Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 15. & Vrban. VIII. in Bulla edita die 14. Septembris anno 1628.* ex quo annullantur priuilegia, & facultates omnibus conceſſa, vt poſſint hoc munus exercere, abſque præuio examine; *Lezana tom. 1. cap. 19. n. 2.* contrariumuè facientes etiam regulares depóṅuntur, *cap. placuit. de pæn. diſt. 6.* an verò notoriè docti admittendi ſunt ad Cõfeſſiones abſq; alio examine; ſicuti admittendi ad ordines, *vt lib. 2. d. 2. n. 34. dicã?* & quidquid alij dicant, nunquam dubitandum erit hos admittendos, & ſtultitia, atque ſuperbia eſt Epiſcoporum, vel aliorum, quiſ hos Doctos notoriè, & hæc luminaria examinare volunt; cum luceat eorum lux corã hominibus, *ita addit. ad Lauret. de Franchis cit. ſupra tit. de approbat. Confeſſariorum nu. 1396.* ea ratione, quia iam habetur finis legis,

gis, & à pari, in Doctorando ſi ſcientia eſt notoria omitti poteſt examen, docet *gl. in c. nullus verb. Teſtimonio 24. diſt. Felin. in c. fin. n. 28. de præſumpt. Decius in c. conſtit. n. 3. de appell. Achugna in d. c. nullus n. 3. Cenall. com. cont. comun. p. 2. quæſt. 302. nu. 14. Gonſalez ad Reg. Cancell. 8. gl. 4. nu. 86. Henriquez lib. 10. ſumma cap. 18. Modit. in §. plebiſcitũ inſtit. de iur. n. gent. & C. dub. 54. n. 12.* & ſupra *hoc libro deciſ. 2. num. 33.* dicebam, teſtes deponere poſſe in conſcientia de curſu ſtudij, & matricula [etſi talia nõ ſint in doctorando;] ſuppoſita idoneitate, quæ requiritur in his rebus de ſubſtantia, ideo Doctor de Collegio idoneum approbare poteſt, & ſi bene punctum non recitet ex lapſu memoriæ, qui fuit *in Ariſtot. Cicer. & alijs* magnis viris, etiam Sanctis, vt adducit *Doctiſs. Decian. in Apologia pro Iuriſprudentibus cap. 22. n. 83.* vbi quod Doctores etiam graues falſas leges allegãt lapſu memoriæ, nam hæc labilis, *l. peregrè de acquir. poſſeſſ. l. 2. §. quadam C. de vet. iure Enucleando, Greg. Toloſ. in ſintag. iuris c. 15. in fine, Actius de Iud. ſcacch. quæſt. 12. n. 81.* & Ordinariè, qui habent bonam memoriam, peſſimum retinent, & groſſum ingenium, & ſpeculatiõnes, ſubtilitateſque, non agnoſcunt, quod prouenit à natura, *vt ex Medic. et Philoſ. duã lib. 2. d. 3. n. 16.* & cõcl. docet *de Frãcb. Barb. de clauſulis clauſula 151 Ricc. in praxi reſol. 21. Homoban. de caſib. Theol. moral. quæſt. 2. Ceſpedes de exempt. regal. cap. 6. dub. 105.* quæ idoneitas conſtare debet Epiſcopo, & præſumitur in Lectore Sacrorum Canonũ, & Theologiæ moralis, aut profeſſore caſuum conſcientiæ ex longo tempore, non verò in Lectore Theologiæ Scholaſticæ ſolum, cum ſit hæc inſufficiens pro exercendo munere Confeſſarij, *vt praxis docet; & notat addit. ad dictam de Franchis nu. 1398.* nec ex eo quia Prælati Religionum, præſumendi idonei, vt valeant Confeſſiones Sæcularium audire abſq; examine Epiſcopi, & approbatione, *Ceſpedes cit. dub. 107. n. 2. & 4.* & approbatus pro vna Diœceſi non cenſetur approbatus pro alia, *idem dub. 120. ex Diana p. 7. tract. 7. reſol. 59. S. Congreg. apud Garciam de benef. cap. 8. num. 132.* etſi multi præcipuè ex regularibus contrariũ teneant, praxis tamen eſt contraria, vt docet *idem de Franchis n. 1405. & addit. nu. 1406.* ideò ſtant ſub iuriſdictione Ordinarij in hoc regulares, & ſuſpendi, atque approbari ad libitum poterunt, & reſeruata ſecundum poteſtatem abſoluere, &c. *vt relat. Patres docent*, benè verùm quod ſemel approbati denuo ſuſpendi non debent abſq; cauſa, *Lezan. qui ſup. nu. 9.* dixi, ſæcularium, nam de regularibus ipſis non ita erit, *Barboſ. ſup. d. cap. 15. n. 9.* & de commenſalibus, gentibuſuè de familia ſui Conuentus, vel Monaſterij, *Bellaſ. in prompt. V. Confeſſ. nu. 18.* atque approbatus ab Ordinario pro viris poteſt licitè eligi à fœminis virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, *Diana tract. 2. de dubijs regul. reſol. 93. & in tract. de Bull. Cruciata reſol. 9.* imò poſſe etiam extra Iubilæum docet plures Doctores, cum illa differentia ſexus ſit tantum de honeſtate, *ex Bellaſ. cit. nu. 10.* & non ſolũ in his caſibus, ſed quod omniũ ſæcularium quarumcumq; Diœceſum Cõfeſſiones audire valent Confeſſarij regulares approbati ab Epiſcopo ait *Lezana to. 1. cap. 19. n. 11.* quem vide, cum hæc opinio hodie non ſit in vſu, *vt mox dicebam*.

59 Item Religioſi vota expreſsè ſeruare tenentur, & obedire Superiori, nec reſiſtere, *c. qui reſiſtit 11. quæſt. 3. c. Abbates 18. q. 2. c. conqueſtus 9. q. 3. c. cum in Eccleſijs de maior. & obed.* rurſus, & caſtitatem cuſtodire, *c. tunc ſaluabitur 33. q. 5. c. de his 28. diſt.* & demum paupertatem, *c. expedit. 12. q. 1.* quibus cuſtoditis, *tota cauſa 27. q. 1.* priuilegijs Religioſorum gaudebunt, quæ regulariter, & generaliter ſunt etiam illa, quæ de Clericis diximus ſupra, dũmodo ſtatui Religioſo non repugnent; *c. doctos, & c. generaliter 16. q. 1.* aut ad illos ſpecialiter pertineant; nec nõn Mendicantes ſpecialia priuilegia habent, *c. vnico §. fanè de relig. domibus in 6.* quæ ad multos, & ferè omnes Religioſos hodiè ſunt extenſa, qui veniunt nomine Mendicantiũ, *vt adduxi in princip. dec. Barboſa in appellatiuis verb. Mendicantes appell. 147. & Verb. Religioſus appell. 233. Verb.*

Mo-

*Monachus appell.* 154. *& 155. Donatus citatus tract.* 7. *de Comun. Priuilegiorum, & Cotonius controu.* 8. niſi adſit tertij præiudicium, *Ceſpedes de regul. dubio* 365. *nu.* 4. vel ratio cõtrarium aut lex ſuadeat, *Laur. de Franch. cit. p.* 2. *q.* 96. *& ibi add. n.* 8.

60 Peres tertiò, quo tempore hodiè quis profeſſionẽ emittere poſſit? Supponas, quod ingreſſus Religionem, requiſitis *vt ſup. n.* 6. *cum ſeq.* debet per annum continuum, qui vocatur nouitiatus, experiri de Religionis qualitate, *c. ad Apoſtolicam de regular.* & coarctatur tempus ex cauſa à Superiore, in Religioſis non mendicantibus, *c. non ſolùm de regul. in* 6. quod de *Trident. iure*, in omnibus Religionibus ampliatum eſt, *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 15. ſicuti etiam voluit, quod nullo modo poſſit quis profiteri expleto nouitiatu, niſi 16. annos habeat, & ita correcta ſũt iura 14. annos requirentia, *c. ſignificatum de Regular.* cum alijs, in qua profeſſione nouitius vota ſupradicta approbat amplectitur, & confirmat, & his poſtea alligatus Religioni ſeruus fit adeò vt exire non poſſit, niſi annullata profeſſione, vel ſi fuerit eiectus, de quo *ſupra n.* 29. & cõtrafacientes puniũtur à ſuis Prælatis, & carcerantur, *Nauar. conſ.* 16. *tit. de ſtatu Monach. Viſconti in Concluſ. iuris Verb. Monach. circa medium*, tanquam Apoſtatæ, *cap. fin. de apoſtatis*, quod ſi aliæ ſint ſtatuta pro nouitiatu, & anno probationis à *iure Trident.* recedas, prout in Societate Ieſu; nec Nouitij veniunt Religioſorum nomine in omnibus diſpoſitis à iure, vel ſtatutis Religionis odioſis, *Garc. de Graſſ. Mirand. Peregrin. & alij quos citat, & ſequitur, Barboſa in appell. Verb. Religioſ. nu.* 15. *cum ſeq. Bellas. V. Nouitius per tot. Coton. cit. ſup. lib.* 4. *controu.* 3. *cap.* 1. *&* 2.

61 Et omnia bona acquiſita, poſt profeſſionem, & acquirenda ſunt Monaſterij ex vi profeſſionis, ſed tenetur Monaſteriũ ad debita Monachi contracta ante profeſſionem, ſi eidem ſucceſſit, *Baron. ſingul.* 71. *to.* 2. *de cit. & tom.* 3. *in add.* ſi vero bona non habebat Monachus, vel Religioſus, non tenetur Monaſterium, nam ſolùm quatenus ad eum peruenit eſt obligatus, *Olea de ceſſione tit.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 34. *Ciriac. lib.* 1. *controu.* 145. *n.* 22. *Sanchez in ſumma lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 23. *Baron. cit. d. tom.* 3. *n.* 2. & de debitis contractis ante, vel poſt profeſſionem, *Virgilius de legit. perſonæ cap.* 23. *nu.* 66. *Viſconti in concl. iuris verbo Monaſterium Molin. tom.* 1. *de Iuſt. & iure diſp.* 140. *Lezan. to.* 1. *cap.* 24. *n.* 38. *Bellaſ. in prompt. verb. debitum n.* 5. *Roſell. in ſum. Verb. Abbas*, aut de licentia Superiorum, quæ ſoluenda etiam à Monaſterio, *Sãchez in præcept. Decal. cap.* 31. *Lez. cit. n.* 18. *& Molin.*

62 Sua verò & propria debita Religioſi poſſidentis bona in caſu permiſſo ab eo ſoluenda, ſiuè contracta ante, ſiuè poſt ingreſſum, & contra eum fit executio, ſi executiua, in bonis nimirùm ab eo poſſeſſis, & deducto ne egeat, prout in Clerico, *Groſſ. ad Conſt. pragm. Comit. de Caſtro* §. 40. *num.* 45. *&* 46. nam hic regulariter obligari non poteſt, nec contrahere abſque licentia Superioris, aut cõueniri valet, *Sanchez in* 6. *præcepto Decal. cap.* 12. *n.* 2. & ſibi imputent cõtrahentes, nam Monaſterium ſolùm conueniri poterit quatenus ad eum peruenerit, quod ſi eſſent Religioſi bona poſſidentes, & licentiam contrahendi etiam nomine proprio; tunc eorum obligatio eſſet ſicut illa Clericorum, & bona erunt obligata deducto ne egeant, &c. non perſonæ, quod haud facilè ſolet accidere, & in eiectis etiam hoc modo diſcurras, vt tanquam ſubditi Ordinarijs ſibi acquirant, & contrahere poſſint, quando abſque cauſa, & culpa ſua fuerint eiecti, ſecus ſi cum cauſa, nàm tunc Monaſterio acquirunt, nec iſtud ex culpa alterius ius ſuum deperdere debet, *Buttier. de ſucceſſ. Thorem.* 76. *n.* 9. *Baron. tom.* 3. *ann. ad ſingul.* 9. *num.* 21. *cum ſeq.* & bona acquiſita, & renunciata hoc ſecundo caſu recuperare poterunt, *vt DD. cit. dicunt*, & Patres Ieſuitæ, qui exierunt à Religione emiſſa ſola biennij profeſſione, vel fuerunt eiecti, nec recuperant bona acquiſita Monaſterio, aut alteri renunciata, *Cutelli de don. tract.* 1. *diſcur.* 2. *part.* 5. *per totam, Buttier. ſup. cit. n.* 10. *Sanfelici deciſ.* 192. *n.* 10. *cum ſeq.* & tertius, cui fuit facta renunciatio quando ſine cauſa Mo-

ſa Monachus renuncians fuit eiectus, etiam bona renunciata reſtituere debet ratione ſupra dicta de Monaſterio, & dicitur ſine cauſa, quando non benè delictum fuit probatum, & lata ſententia, &c.

63 Et aliquando pro ſatisfactione debitorum antea contractorum exire valet Religioſus, ſi probabiliter ſperatur ſolutio *ait Lasman.lib.3. de iuſt. & iure tract.2.cap.12. & Bellaſ.cit.n.4.* quod non admitto, quia maniter, & abſque fundamento concedenda hæc licentia, nec Iura hoc decidunt; teneri igitur dicas Monachum in bonis, ſi hæc ſint obligata non in perſona, & executio procedit contra illa, ſicuti contra Monaſterium, ſi hoc bona habeat, *Baron. d.tom.3. in fine, ex Virgilio cit.n.67.* & Monachus bona poſſiderit, *prout ſupra dicebam*, & ſolùm hodie cum licentia Papæ, aut S. Congreg. exire poterit, quando ex induſtria ſua ſolueret debita, vel alimentaret parentes, aut ſaltem fratres, *Sotomaior.de aliment. lib. 8.cap. 10.n.10.ex Bull. Clem.VIII. vt refert addit. ad Laur.de Franch.p.2.q.105.n.9.*

64 An verò Monaſterium teneatur via executiua pro debitis ingreſſi, ſicuti tenebatur iſte qui contraxit nomine ſuo, & poſtea fuerit ingreſſus? Dicas quod non; quādo Monachus contraxit nomine ſuo non nomine Monaſterij, quia, etſi executio ex Ritu, vel ſtatuto procedat contra expreſsè obligatum, vel eius hæredes, hoc non procedit in Monaſterio, quod nō eſt hæres Monachi viui, ita *Baron.tom.3. ſingul.72. in fine in annot. & Virgilius n.67. etiam in fine*, niſi dicere vultis, quod Monaſterium, & ſi aliquo modo ſit hæres, & ſucceſſor, tamen non comprænhenditur ſub ſtatuto, & ritu facto à perſonis laycalibus, *prout notaui de Clericis tit. præced. n.119.* ſicut nec ſub illo facto ab Epiſcopo, *Lezana tom.5. de regularibus fol. mihi 257.n.126. Bellaſ. in prompt. Verb. Monaſterium nu.23.* Dubium reſtaret hoc loco examinandum, an Monaſterium capax bonorum, quod in bonis Monachi ſucceſſit teneatur dare ſtatī legitimā filijs ingreſſi, eoſuè alere, ſicuti tenetur ad onera? & pro affirmatiua, *ex Doctiſſ. Sanchez*, cōcludit *Caſtill. Sotomaior de alimentis lib.8.cap.10.n.13. & 14.* quod legitima filijs ſtatim debeatur à die profeſſionis, quæ ſi non ſit ſufficiens ad alimenta Monaſterium teneri, ſicuti teneretur pater ſi non eſſet profeſſus, *Paſchalis de viribus patriæ poteſtatis p.2. cap.3. nu.28.* & prima concluſio probatur, *ex tex. aperto in c. cum ſimus de regul. vbi Barboſ. & omnes Canoniſtæ* docent, quod legitima debetur à die profeſſionis, & verior, communiſuè opinio eſt, ſecundùm *Merlinum de legitima lib.3. tit.3.quæſt.3.n.11.* qui multis modis probat, & ampliat. *Buttier. de renunciat. ſucceſſionis capite 2. Thorema 67.nu.11.* idem de Monaſterio incapaci docens, *& Merlin. n.14.* vel ſi Pater faciat renunciationes, & teſtamentum; & non ſolùm onera, & legitima, ſed nec alimenta debita per profeſſionē extinguuntur, *Giurba ad conſuet. Meſſanæ part.7. gl.9.n.1. & 12.* vbi quod Pater per profeſſionem non perdit vſufructum bonorum, & emphiteuſis Monachi in Monaſterium capax bonorum tranſit, *Caſtill. cit. n.15. & de vſufructu cap.64.num.5.* & è contra nec per profeſſionem filij iſte perdit vſufructum, *Gratian.diſcept.519.n.19. Merlin.cit.n.4. Soto.n.15.* ſicuti nec alimēta, quę dantur à Monaſterio, quod ſucceſſit eodem modo, & eadem obligatione, *vt ille examinat*, & pro ſuccurrendis non ſolùm parentibus, ſed ſororibus, & fratribus etiam profeſſionem differre, & aliquando exire valet profeſſus, *Sanchez in præcept. Decalog. lib.4. cap. 20.q. 3.nu.29. Velaſc. de priuil.pauperum p.1.quæſt. 11.nu.36. Caſtillo mox relat.* in maxima neceſſitate, *Paſchalis de viribus patriæ poteſtatis p.2.cap.3.num.62. Viſconti in concluſ.iur. verb. Monaſterium vt n.62. dixi*, quibus addas, *Donat.in praxi.p.4.tract.3. quæſt.22.n. 7.* & cum licentia Sedis Apoſtolicæ, hodie exire debent, *vt ibi*, quæ verò dico, de alimentis liberis præſtandis intelligas de omnibus perſonis quibus alimēta debentur, & ſecūd. qualit. perſonarū, & etiā de filijs baſtardis, & ſpurijs, *Surdus de alimentis tit.1. quæſt.29.n.9.* quibus illa debentur de iure Canonico, *c.cum haberet de eo qui duxit, &c. & Auguſt. Barboſa ſuper dict. cap. Merlinus de legi-*

legitima lib.v.tit.2.quæſt.5.num.21. cum ſeq. Menochius conſ.461.n.21. & 421. num.7. & 752.n.46.651.n.15. Philip. Paſchalis de vi- rib. patria pot.p.2.cap.3.n.30. Sotomaior de alim.cap.36.§.1.nu.66.& 77. Borell.ſumm. deciſ.tom.3.tit.de teſtam.num.105. quod ius ſeruatur in foro laycorum, & communiter Concluſio canonizata eſt à iure ciuili, & in Curijs laycalibus, Borrell.cit.ex Abbate, Surdo, Capycio, & alijs, Giurba ad conſuet. Meſſ. cap.7.gl.13.nu.1.Cancerius variar.reſol.tom. 1.tit.de alim.n.46.Capycius Latro deciſ.150. n.7. Maſtrilli deciſ.144.n.17. & ſeruanda in noſtro Regno ſtante pragmat. de procedend.ſum. &c. Abruz.ſup.dict.prag.p.2.cap. 2.n.57. niſi iſti habeant vnde ſe alant, Merlinus cit.n.31. & Giurba nu.39. Rot. Roman. apud Peniam deciſ.281.n.9.

65 Ex qua ſupradicta ratione, docet Cõmuniſſima Schola Canoniſtarum, & Ciuiliſtarum, quod Monaſterium ſi inſtituatur hæres ab aliquo, vel ſucceſſerit Monacho, & ſuo Religioſo non tenetur ad confectionem inuentarij, nec conueniendum vltra vires hæreditarias iuxtà diſpoſitionem, l. fin.C.de iure deliberãdi, ita Bellett. de exemp. Cler.à ſtat.nu.39.§.4. Cancerius var.reſol.1. part.cap.2.n.7.& 3.part.cap.2.n.81.Velaſc. & alij quos ſequitur Doctiſſimus Olea de iurium ceſſione tit.6.quæſt.6.n.10. qui veriorem, & cõmunionem ſententiam dicit, & Caſtillus de Sotomaior.controu.iuris lib.8.de alimẽtis cap.30.n.7.Capycius Latro deciſ.15.per totam, & deciſ.44. in fine, & ibi Gizzius nu. 2.Viſconti in concluſionibus iuris Verb.Eccleſia hæres inſtituta deciſiones S.Conſilij, ex Vincent. de Franch. adduc. & alij infr. citand. prout in Clerico hærede, Diana par.1.trac. 2.reſolut.71.Bellett.in diſquiſ.Cleric.tit. de exempt.Cleric. à ſtatutis ſecul.§.4.num.39. Craſſ.de effectib.Cleric.effec.2.n.253.& concluſio eſt de iure Canonico, Gabriel. comm. concl.tit.de reg.iuris concl.xi.n.11. & ſtante æquitate, ſolaque facti veritate inſpecta, prout proceditur in curijs ſupremis, Abruz. mox citand. & Macob.conſ.3.n.8. nec hæres laycus conueniendus eſt vltra vires hæreditarias, ſi non conſtiterit de occultatione, & de bonis peruentis pœnes illum, de Franch. mox citand. Abruz.ſuper prag.de proced.ſum. & de plan.ſol.facti, &c. part.2.cap.1.num. 111. & Virgilius de legitim. perſonâ cap.20. nu.53. quod demonſtrare debet actor, & allegans occultationem, & quod bona ſint pœnes hæredem; arg.l.2.l.verius ff.de probat.l.actor.l.fruſtra C.eod.l.fin.ff.de venend. l.qui accus.C.de edendo, §.non ſolùm inſtit. de legat.c.vnico verſ.cum enim, vt Eccleſiaſt. benef.ſine dimin.confer.

66 Et multo magis cõcluſio procedit in conſcientia: ex qua hæres non tenebitur niſi in bonis hæreditarijs apud eum peruentis, Marta, Guid.Papa, & alij, cum Capycio cit. nu.16. ſiuè fecerit, ſiuè non inuentarium, Eman.Sa.in Alphor.Verb. Hæreditas n.34.& 35. Dian.cit.& p.1.tract.10.reſol.17.& par. 5.reſol.56. Bonacina de contrac.diſp.3.q.vltima n.3.Silueſter, Suar.Molpheſ. Nauar. & alij quos citat, & ſequitur Marcus Vidal. in inquiſ.Moral.tit.de legat.inquiſ.1.nu.16.19. & 21. ea ratione ſupradicta; & etiam, quia Eccleſia nõ ſe intendit ſatisfacere de bonis alienis, nec lex fundata in præſumptione fraudis obligat in conſcientia hac deficiente, nam veritas attenditur, l.regula §.qui ignorauit ff.de iuris, & facti ignor.l.4.§.quoties ff.de de man.vindic.l.1.§ ſi pupillo ff.pro emptore Menoch.de præſumpt.lib.1.quæſt.31. n.4. & omnia vincit, c.veritate 8.diſt. & in conſcientia, quis locupletari ex alieno non debet, arg.l.nam hoc natura C.de condict.indebiti, l.ſi me, & Titium ff.ſi certum petatur, l.bona fides ff.de actionib.empti l.iure naturæ ff.de reg.iuris, l.vltima C.de vſucap.pro empt.c.locupletari de reg.iuris in 6. alia etiã eſt ratio in Monaſterio, quod ſuccedit Monacho, ſeu ex perſona Monachi, quia non venit tanquam hæres, ſed ſuccedit iure acquiſitionis naturalis acceſſoriè ad perſonã, quatenus profitens ſua dedicat Deo, tanquam conſequentia perſonam dedicatam, & ideo cum iura ſua tradat Monaſterio virtute horum ſuccedit, arg.Auth.ingreſſi C.de ſacroſ.Eccl.§.illum Auth.de Monach.ergo inuentarium facere non tenetur, Butrius in c. in præſentia nu.28.de probat. Abbas num.74.

Felin.

Digitized by Google

*Felin.n.41.Innocent.nu.6.Bartol. in d. Auth. ingreſſi nu.58.Baldus in d. l. fin. & Addit. ad Lauret. de Franch. p.2. controu.int.Epiſc. & Regul.q.97. n.4. quæ eſt Zacharia Paſqualici ex Sanchez lib.7.ſum.cap.12. nu.23.* & pro Concluſione abſoluta præter ſupradictos Doctores, adducit *Donat. Laynenſ. rerum regul.p.2.tract.11.q.16.nu.2.Ronit. ad prag. Reg.Neap. de legat. Pys n.1. Ricc. collect. deciſ.1102. Nouar. de priuileg. miſerab.perſon. priuil.133. Spin. in ſpecul. teſtam. gl.35. in princip.n.17.Menchac.de ſucceſſ.lib.2. §.16. n.13. Graſſ. de ſucceſſ. ab inteſtato, §. hæreditas q.6.in fin.Rolan.Mēdez,Beltrad. & alios.*

67 Ex quibus rationibus impugnatur nō ſolum ſententia contrariorū,ex *Conſulio in addit. ad Peregrinū art.35. fol. mihi 353.* dicentium Clericum, & Monaſterium teneri ad cōfectionē inuētarij, ſicut & aliorū, qui docent Clericum teneri, non Monaſterium: nam quando obligant Eccleſiaſticos, peterem, qua lege,& quo iure faciunt, ſi ex hoc potiùs contrarium deciditur? forsàn dicunt, quod eſt hæc lex de inuentario loquens ad bonum publicum, ergo ſeruanda in vtroq; foro; ſed hoc erit Clericos, & Monaſteria eorumuè cauſas trahere ad tribunalia laycorum, nam omnes leges ciuiles ſunt ad bonum publicum latæ, aliter non eſſent bonæ, *vt ex dictis deciſ.3.de Conſt.apparet*, ibi, definitionem legis dedi, vt ſit *Ordinatio rationis ad bonum cōmune,&c.*& hoc modo diſcurrentes, bona illorum pace, terminos non diſtinguunt,non enim vera ſemper eſt regula,lex ciuilis lata ad bonum publicum ſeruanda in foro Canonico,ſed debet eſſe iuſta, conformis iuri Diuino, & rectè rationi, non præiudicans ſtatui Eccleſiaſtico, & confirmata à S.Pontifice, *Surd.cōſ. 2.lib.1. nu.15. Groſſ.nouiter in terminis controu.2. n.12.* quæ, & alia requiſita non habet *tex. in d. l.fin.* & fundatur in præſumptione, nec eſt approbatus à iure Canonico, ergo quomodo Eccleſias, & Eccleſiaſticos ligare poterit, & tam extra propoſitum eſt hæc opinio, vt nec probabilis nomen mereatur, cum ſit contra communem DD.ſententiam, nec rationem habeat conuincentē pro ſe, arg. eorum,quæ dicuntur de opinione probabili, *à Baldelli de opinione probabili lib.4.diſp.10.per totam, Marc. Vidal ſupr.ver. inquiſ.1. Amodeo in defenſorio, & alijs*, qui etiam in terminis conſcientiæ loquuntur.

68 Nec ſanant alij, & ſaluant rationem de ſtatuto, aſſerentes, reſtitui Monaſterium poſſe in integrum quando eſt læſum, & ita nō ſoluit vltra vires hæreditarias, ſicuti minor reſtituitur in integrum,& ita ſemper actio, vel executio ſuper bonis hæreditarijs procedere debet; quia hoc erit idem, per idem aſſerere, nam vel adſunt bona, & ſuper iſtis poterunt creditores iura ſua experiri; ad quid ergo concluſionem falſam aſſerere, vt Eccleſiæ, & Clerici teneantur facere inuentarium, & ſi non fecerint reſtituantur in integrum, & ſuper bonis hæreditarijs adſtringantur, non ſuper proprijs; potiùs probent creditores, bona hæreditaria adeſſe, & ſuper eis ſe ſatisfaciant, cum non teneantur illi, nec de proprio, nec vltra vires hæreditarias, & quilibet hæres elapſo tempore ad conficiendum inuentarium reſtitui poteſt in integrum, illudque conficere ſaltèm ex cauſa, & capite iuſtæ ignorantiæ, *Odd. de reſt. in integ.quæſt.89.art.7.Virgil.de legit.perſon.cap.20. nu.51. Cimin.ſup. rit.noſtro cap.77.Intrigl.ſingul.66.lib.1.Cacher.deciſ.69.n.16.Theſaur.deciſ.134.nu.2. & alij poſt Viſcont.V. reſtit.in concl.iuris*, aut ex cauſa læſionis, &c. nam regulariter maioribus hoc beneficium nō conceditur abſque rationabili cauſa, *vt Odd. Virgil. & Viſcont. cum Borell.ſum.deciſ.tit.5.n.206.tom. 3. docent*, cum ſit cōceſſum pro perſonis reſtituibilibus, atque intra tempus, *in l.1 C. de tempor.&c.* & pro alijs, ex cauſa, & capite ſaltem ignorantiæ, ex clauſula, ſi qua mihi, &c. *Rota Rom.apud Peniam deciſ.568. Gaill. lib.2.Obſeru.19.nu.19. Mareſcott. var.lib.2. cap.98.n.7.Coſta de iur. & fact.ſcien.inſpect. 85. n.14.* dummodo ſit probabilis non affectata, *Capyc.Latr.conſult.6. n.23.* nec cauſæ ſint priuilegiatæ, vt ſpolij, *Giurba deciſ.67. Caſtill. Maſtrilli, & alij quos citat, & ſequitur Caruſ.ſuper rit.cap.7. n.75. & Groſſ.controu.47.n.50.* vel fuerit præuentum, *Intrigl.*

 *ſup.*

*ſuſpicio* & petita executio per primum decretum, & ſimil. *Maſtrilli deciſ. 30. num. 10.* quia tunc, & ſi concederetur, non ſuſpendit iudicatum, vel executionem, *Puteus deciſ. 277. Seraph. deciſ. 777. nu. 12. Barz. de guarentigia, Canar. de exec. inſtrum. quaeſt. 21. nu. 148. Marc. deciſ. 53. nu. 13. Scaccia de appell. quaeſt. 19. remed. 2. nu. 109. Lancell. de attent. cap. 18. nu. 16. Carnaualius de iudicijs tom. 2. diſp. 16. n. 31. Gratian. deciſ. 172. nu. 3. Bonit. ſup. prag. de min. n. 25. & deciſ. 91. n. 22. Mareſcott. cit. cap. 121. n. 14. Mantica deciſ. 219. n. 3. Benintend. deciſ. 85. n. 15. & alij poſt eos,* licèt quod retardet executioné, *doceat Carneual. cit. n. 36. ex Fachin. & alijs*, etiam in ſtatuto reiiciente omnes exceptiones; quod nõ admitto: ſi ex reſtitutione hæc differatur *Rota Romana in vna Burgen. Præeminentiarum ſub die 3. Iunij anno 1605. apud Farin. in noviſſ. p. 2. tom. 1. deciſ. 136. Maſtrilli ſup. citatus*; quomodo verò concedi ſolet hæc reſtitutio, praxis docet, citatis nimirum omnibus Creditoribus, & Legatarijs, vel alijs intereſſe habẽtibus, *Baroni de ſit. to. 1. quaeſt. 17. n. 86. & to. 2. in addit. & Odd. citat.* apud quem alia circa hanc materiam videas, & nouiter tractat, *Caruſius in ſilua ter. minorum arb. 15. n. 20. & 27.* & coràm quo Iudice facienda reſtitutio in integrum à Clerico, vel Eccleſia, *dixi in præced. deciſ. n. 98.*

69 Ad authorit. *Gloſſæ* à contrarijs adductæ *in c. 1. de teſtam.* [quæ cõfutatur à Doctoribus ſupradictis,] *in Verſ. Patiaris*, dicas, quod loquitur contra *tex.* nam Papa *Greg.* ſolùm ait Antonio Subdiacono, quod de bonis Eccleſiæ ad Epiſcopum mortuum, qui hæredem Eccleſiam relinquerat, ſi perueniſſe conſtiterit à quàlibet perſona debeat reuocare, ibi, *Hortamur ergo vt ſollicitè hoc diſcutias, & quidquid in ipsũ habuiſſe patuerit, à qualibet perſona detineri nullatenus patiaris, &c.* quomodo ergo intrat cõfectio inuentarij, & vt Eccleſia teneatur vltra vires hæreditarias, ſi ſolùm Papa mandat, vt bona quæ peruenerint ad ipſum Epiſcopũ capiantur, & Eccleſia ſuam partem reſtituere teneatur, (fuit enim inſtituta in quatuor vnc.) ô quam benè *dicebat Azo in principio ſuæ ſumma quod per gloſſam aliquando textus notitia obtenebratur, & Dominus Abbas in c. Cappellanus 4. de ferijs n. 3.* ibi, *nota quod inter plures illa opinio ſequenda eſt, quæ nititur meliori rationi, & ſubtiliori, benè ergo non debet haberi reſpectus ad qualitatem perſonæ illam opinionem fouentis, ſed illam rationem, quod facit contra illos, qui dicunt, in diſceptatione opinionum ſequendam ſemper eſſe opinionem gl. quod mihi non placet, & pro hoc eſt tex. valdè notandus in l. 1. C. de vetere iure enucleand. dum dicit quod ſæpè vnius, & forſan deterioris ſententia poteſt, & multos, & maiores in aliqua parte ſuperare, &c.* quod facit contra plures dicẽtes, quod bona eſt opinio, & ſequenda, quia Regẽtis talis. Spectab. talis dixit, &c. potiùs dicere debent, ſi prudentes, bona eſt opinio, ſi bonas habet rationes, & argumentum peſſimæ turbæ eſt, dicere bona eſt, quia talis dicit, *ait Senec. lib. de Vita Beata*, quin imò, & peccorum, *vt idem docet*, potiùs dicendum rationes habet, ergo bona opinio, & talis Doctor bonus, quià benè probat opiniones, non quia Spectabilis, Rotæ Auditor, Regens, & ſimil. *Capycius Latro conſult. 127. n. 12. & 14.* vbi, quod ob dictum vnius ſolũ Doctoris, & periti recedi poteſt etiam à cõmuni, *ex Menoch. conſ. 311. n. 16. & Verba tex. in d. l. 1. clare demonſtrant*, nec Auth. *gloſ.* neceſſariò ſequẽda eſt, *Barboſ. de vniu. iure Eccl. tom. 2. lib. 2. c. 3. n. 146.*

70 Alij etiam dixere, *cum Hoſtiens. in ſum. de teſtam. §. ad quid hæres verſ. quod non ſufficit*, quod ius Canonicum approbauit ius ciuile circa confectionem inuentarij, *in c. Raynald. de teſtam. in fine*, ſed hoc eſt infirmum argumentum ex lectura *tex.* ex quo ſolùm deduci poſſet, quod hæres non conficiens inuentarium non poterit detrahere falcidiam, non quod teneatur vltra vires, *ità Ancharanus conſ. 411. in fine*, qui de facto, & verè demonſtrat ex apicibus iuris hæredem non conficientem inuentarium non teneri vltra vires hæreditarias, & in quantum ad eum peruenit, non de proprio conueniendum eſſe, & legem ciuilem *in d. l. fin.* non eſſe ſeruandam in foro Canonico

tan-

tanquam innixam præſumptioni, *&c.* vnde apertè apparet Clericum, & Monaſterium, vel alias perſonas priuilegiatas, aut de alieno foro non conficientes inuentarium, ſi hæredes fuerint inſtitutæ, vltra vires hæreditarias non teneri, non enim legi de inuentario loquenti ſunt ſubiectæ, quæ ratio fundamentalis eſt, & aliæ acceſſoriæ, & minus principales, ex quibus ſoluuntur argumenta contrariorum, dicentium Eccleſiam teneri ad confectionem inuentarij, & aliorum affirmantium concluſionem in Eccleſia, vt non teneatur, negantium tamen hoc priuilegium Clericis, inter quos nouiter eſt, *Caruſus in ſilua terminorum Arbor.* 15. *n.* 86. ibi, *ſed hoc non procedit in Clericis, quia ipſi hoc non gaudent priuilegio, quo Eccleſia niſi conueniretur intuitu Eccleſia hæredis inſtitutæ; ſi vero ex propria perſona eſſent hæredes inſtituti, tunc ſi non confecerint inuentarium tenerentur etiam vltra vires hæreditarias, nam non reperiuntur in hoc ſpecialiter priuilegiati l. fin. C. de iure deliberandi*, ergo ſecũdùm *Caruſum*, Clerici comprehenduntur in omnibus ciuilibus diſpoſitionibus, niſi ſint ſpecialiter priuilegiati, quod eſt falſiſſimũ, & contra principia ſacrorum Canonum, & *c. Eccleſia S. M. de Conſtit.* in quo deciditur quod Clerici non ligantur ſtatutis laycalibus, & legibus Principum ſæcularium, quia non ſunt de illorum iuriſdictione, ibi, *nos attendentes quod laycis ſuper Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas quos obſequendi manet neceſſitas non authoritas imperandi, &c. & ſup. tit. 3. de Conſtit. n.* 300. *cum ſeq. dixi*, atque ad illud quod dicunt de fraude, quæ non præſumitur in Eccleſijs, & pijs Locis, ſed in Clericis eſſe poteſt, nec eſt bonum argumentum: non ſolum quia (vt quidam Doctor temporibus noſtris dicebat) in procuratoribus Eccleſiarum poſſunt eſſe fraudes, qui adminiſtrando ſunt magis proprij, & cupidi, quam Clerici forsàn de bonis ſuis, præcipuè ſi ſint Monachi pro vtilitate ſui Monaſterij, ex quo habent alimenta, &c. ſed etiam quia non debent aſſumere pro vero, Clericum ligari ſtatutis, & legibus ciuilibus fundatis ad obuiãdum fraudibus, cum ſint iſti exempti à ſtatutis, legibus, & iuriſdictionibus laycorum de iure etiam Diuino, & quando adſunt ſtatuta honeſta, &c. vt valeant ligari requiritur Authoritas Pontificijs, *vt in præcedenti deciſione probaui, & in d. tit. de conſt. & ſup. hac deciſ. n.* 67. & quæ lex, iurauè Canonica dixere, Clericos ligari ſtatutis laycorum, niſi ſint expreſsè priuilegiati? aut ſi fundata iura ad obuiandum fraudibus? & hoc probare debet *Caruſus, & alij*, aliàs iudicio meo nullius vigoris eſt argum. ſuaue concluſio; quod ſi in Curijs Eccleſiaſticis ſit inueteratus ſtylus conueniendi Clericos hæredes non conficientes inuentarium, iuxta *tex. in d. l. fin.* an ſit ſeruandus? *vide in præcedenti deciſ. nu.* 132. vbi dixi, quod valet, & iuxta ſtylum conueniendos eſſe Clericos, & etiam via executiua, dummodo ſit inueteratus, &c. rationibus illo loco aſſignatis, & quia ſtatutũ laycorum ligat Clericos ſi ab eis cõmuniter fuit acceptatum, & ex immemoriali tempore receptum in ſuis Curijs, *vt idem Caruſus docet in d. ſilua arbor.* 1. *n.* 40. *&* 43. *vbi, ea ratione, quia potius ex libera voluntate quam ex conſtitutione ligati cenſentur*, præcipuè cum non ſit conſuetudo expreſsè contra ſtatum, & ordinem, aut libertatem Eccleſiaſticam.

n. 71. Item ſi donatarius omnium bonorũ, vel maioris partis fuerit Clericus, vel Monaſterium, inuentarium neque conficere tenentur, vt inf. *n.* 74. ex ratione ſupradicta probabo, [licèt hæres ſit donatarius omnium bonorum, ſecundùm aliquos.] *Riccius deciſ.* 33. *Rota Genua deciſ.* 29. *& Ciminus ſuper rit. Regn. Siciliæ cap.* 28. *nu.* 18. & fidecõmiſſarius Vniuerſalis teſtamenti, *Caſtill. deciſ.* 24. *n.* 9. *Baronius de cit. tom.* 2. *addit. ad quæſt.* 23. *n.* 88. *&* 89. *Groſſ. ad Conſt. pragm. Comitis de Caſtro* §. 21. *nu.* 32. contra quem hodiè in Regno [quidquid ſit de iure communi, ex quo ſi requiritur ceſſio hæredis grauati, videas *Doctiſſimum Oleam de iurium ceſſione tit.* 4. *Miſcell. n.* 13. 15. *&* 17.] tranſeunt omnes actiones actiuè, & paſſiuè, ideo agere poterit, & conueniri via executiua, tanquam hæres, ſicut, & ipſe pro debitis de-

functi eodem modo debitores conuenire valet, *Caruſ. in ſilu. arb. 31. n. 132. & idem Groſſ. fusè docet*, aduertens ſtatutum non loqui de executoribus vltimarum voluntatum, qui ſunt tanquam Miniſtri, & Executores voluntatis defuncti, nec vltra illam facere valent, *Carpius de execut. teſtament. lib. 2. cap. 24. Olea tit. de ceſſione iurium tit. 2. q. 1. num. 23.* & fidecommiſſarij, aut hæredes grauati, vt reſtituant, *idem Baron. n. 89.* qui tamen inuentarium faciunt bonorum hæreditariorum; & tenentur fidecõmiſſarij tanquam hæredes, ſed executores facere debent, ad effectum vt non appareant fuiſſe in dolo circa diſtributionem, & quia rationes adminiſtrationis, & executionis reddere tenẽtur, *Groſſ. qui ſupra nu. 43. & 44.*

72 Atque etiam vſufructuarius vniuerſalis, qui eſt tanquam hæres, & facere tenetur inuentarium bonorum in vſufructu relictorum, *l. 1. §. rectè autem ff. de vſufruc. Borrell ſumm. deciſ. tit. 19. de inuentario nu. 10.* expenſis proprietarij, *Cancer. var. reſol. p. 1. cap. 7. n. 97. Capyc. Latro d. 68. nu. 3. & Conſult. 112. n. 10.* nec teſtator tollere hoc poteſt, *Ciarl. controu. tom. 1. cap. 109. nu. 28.* niſi ſolummodo, quoad ſolemnitates inuentarij, *Caſtillo Sotom. de vſufructu q. 15. n. 17. & 20.* quod non ita erit in cautione, *idem Caſtill.* multos DD. ex more cumulans, poſt *gl. communiter receptam in l. 1. C. de vſufructu*, & ſtipulatio facta hæredi intelligitur, & cenſetur acquiſita vſufructuario, & poteſt exigere à debitoribus hereditarijs tanquam hæres, *Cancerius mox citand. & Anchar. cõſ. 3. Maſtrilli tom. 2. deciſ. 146. nu. 12. cum ſeq.* præſtita ſatisdatione de reſtituẽda re ſtabili, & mobili etiam, quæ vſu conſumitur; & ſecũdum extimationem temporis inchoati vſufructus, *Theſaur. deciſ. 80. & alij quos refert Caſtill. de Sotomai. lib. 1. de vſuf. cap. 17. arg. §. conſtit. inſtit. de vſufructu*, [quidquid dixerint alij, cum *Cancerio par. 3. variar. cap. 20. nu. 215.*] & iuxta tempus extimationis factæ, & dationis fideiuſſionis in principio vſusfructus, de reb⁹ mobilibus, quæ vſu cõſumuntur, valor reddendus hoc finito, & in rebus ſtabilibus prout datæ fuerunt præſtita cautione de vtendo, arbitrio boni viri, *Borell. ſum. deciſ. tom. 3. tit. 13. n. 231. & 233. Maluas. conſ. 51. n. 14. Gail. lib. 2. Obſeru. 46. Surd. deciſ. 66. & alij cũ Capycio Latro conſul. 112. nu. 9.* & poſtea conuenitur tanquam hæres, & actiuè, & paſſiuè pro tali erit habẽdus, dummodo in quaſi poſſeſſione vſusfructus ſit, *Olea cit. tit. 4. Miſcell. num. 25.* & pro re vſufructuaria, agat nõ pertinente ad proprietarium, *Merlinus de pignoribus lib. 4. tit. 5. cap. 151. in fine.* nam Dominus non dicitur verè, *Giurba ad Conſuet. Meſſan. cap. 6. gl. 16. n. 3. & 6. Menoch. conſ. 226. nu. 76.* niſi de re vſufructuaria *idem conſ. 201. n. 11. Alex. conſ. 129. nu. 3. Maſtrilli deciſ. 92. nu. 8. Mantic. deciſ. 59. n. 2. & 3. Velaſc. de iure emphyteutico q. 13. nu. 15.* nec verus poſſeſſor, *arg. l. naturaliter ff. de acq. poſſeſſ. Rota Rom. apud Peniam deciſ. 34. n. 9.* & conſequenter nec verus, & proprius hæres; *Caſtello de vſuf. cap. 59.*

73 Ideò tanquam talis abſolutè, & cum perſonali non erit conueniendus, *Capycius Latro deciſ. 102. n. 29. & 30. Caſtillo cit. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. nu. 4. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 143. & conſ. 997. n. 38. & alij quos ſequitur Olea de iurium ceſſione tit. 3. q. 9. num. 17. Coſta de ratione rata quæſt. 150. & Natt. conſ. 7.* non ita cum hypothecaria: *Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 2. n. 6. Menoch. cit. & conſ. 692. nu. 34.* & quia poſſeſſor, modo dicto, illorum bonorum conueniri poterit, *Merlin. de pign. lib. 4. tit. 5. cap. 151. n. 10. Capycius Latro deciſ. 102. n. 24. cum ſeq.* à Legatarijs, creditoribus cenſus, liuelli, tributi, impenſar. funer. & alijs *Borrell. ſum. deciſ. tom. 3. tit. 15. n. 89. Cirian. controu. cap. 125. & 510. Menoch. cit. Maſtrilli deciſ. 148. n. 4. Grat. diſcep. forenſ. cap. 296. Roland. conſ. 8. n. 13. Caualcan. de vſuf. mulier. relict. n. 217. Marta vot. 176.* aut ab hæredib. *vt omnes docent, & Surdus de alim. tit. 2. quæſt. 15. n. 250. Seraphin. deciſ. 524. Afflict. deciſ. 252. n. 4.*

74 Cæterùm Clericus, & Monaſterium hæredes instituti, vel fidecommiſſarij, aut Executores, inuentarium facere non tenentur, nec conueniri poſſunt vltra vires hæredita-

dita-

ditarias, ſicut vſufructuarij, ſed ſecundùm vires Patrimonij conueniendi, & donatarij omnium, vel maioris partis bonorum, nec executiuè in his caſibus ſupradictis de iure conueniri valent, nam ritus, & Pragmaticæ tribuentes executionem inſtrumentis, & viam executiuam, Eccleſias, & Clericos, nõ compræhendunt, *vt ſup. deciſ. præced. n.* 132. niſi hæc ſtatuta eſſent practicata ex longa conſuetudine cõtra Clericos, & in ſuis Curijs: adeo vt ſit ſtylus introductus procedẽdi executiuè in his caſibus contra eos, nam tunc firmaui loco citato, quod ex vi huius conſuetudinis etiam Eccleſiaſtici via executiua conueniendi, quod etiam extendas ad Monaſteria, ſi ſemper hoc modo cõtra ea fuerit proceſſum, nec eſt abolẽdum quod certum habuit vſum, *Salgad. de Regia Protectione p.* 1. *cap.* 1. *præl ud. n.* 136. *cum ſeq. Ferr. contra Dian. p.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 8. *Belletti. de ſtat. Cleric. perſ.* §. 3. 21. *cum ſeq. Giurba ad Conſuet. Meſſana in proœmio, Praxis Archiep. Curiæ Neapol. cap.* 92. *n.* 4. *Ciarl. controu. cap.* 31. *in fin. & per tot. Caruſ. ſuper rit. cap.* 7. *nu.* 91. *& in ſilua terminorum arbor.* 1. *n.* 41. 42. *&* 43. *ex Abbat. & alijs, & etiam ſup. n.* 70. *in fine dixi*, nam præſumitur, quod bonum erit pro his, aliàs nemo contraheret, & potiùs ex libera voluntate, quam ex conſtitutione ligati cenſentur, *Caruſ. cit. in ſilua nu.* 43. *ex Felino, & Roceh. de curse*. qua conſuetudine non exiſtente ſtandum iuri communi, ex quo Clerici, & Monaſteria non ligantur ſtatutis laycorum, *vulg. c. Eccl. S. M. de conſtitutionibus*, eorumque conſuetudinibus, *c. Meſſana de electione, c. quod Clericis* 9. *de foro compet.*

75 Dices an vera ſit concluſio ſupradicta, quod donatarius omnium, vel maioris partis bonorum ſit hæres, & conueniendus via executiua? Et circa primam partem, quod non ſit verus, & proprius hæres dicendum, *ex tex. in l. hæreditas C. de pactis conuentis*, ibi, *hæreditas extraneis teſtamento datur, & in l. fin. C. de pactis*, ex quo colligitur quod ſucceſſio vniuerſalis, vel hæreditas ex contractu dari non poteſt, & ſequitur, *Antonius Faber in Codic. eodem tit. diff.* 4. *Amat. reſol.* 58. *tom.* 2. *Cancerius* 3. *par. variar. cap.* 7. *num.* 128. *&* 129. *Alphonſus de Olea de iurium ceſſione tit.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 5. *&* 6. *Giurba Obſeru.* 104. *nu.* 26. *ex Cranett. Mart. Barbat. & alijs Noal. de tranſm. caſ.* 28. *n.* 94. *Muta ſuper rit.* 103. *lit. H.* niſi in caſu dilapidationis bonorum, *Caſtill. Sotomaior de Aliment. cap.* 10. *lib.* 8. *n.* 14. *in fine, ex P. Sanchez*, licèt aliqui impropriè talem appellare volunt hæredem, ſi donatarius omnium, vel maioris partis bonorum fuerit, *Moz. de contractibus apud Viſcontẽ in cõcl. iuris verb. Donatarius omnium bon. Cutell. de don. tract.* 2. *diſcur.* 1. *ſpec.* 38. *n.* 3. *&* 7. ſed barbarè, & contra iuris Regulas, *l. hæreditas ff. de reg. iuris*, ibi, *ſucceſſio in vniuerſum ius eſt hæreditas, quod defunctus habuit, gloſ. in c. is qui eod. in* 6. *& c. fin. de vſuris, c. ſi pater de teſtam. in* 6. *in Extrau. quia quorundam de verb. ſignif. verb. ſed repræſentata, in* §. 1. *de hæredib. inſtituendis*, §. 1. *Auth. de iureiurãdo à moriente præſtito, l. quoties C. de hæredibus inſtituendis l. quædam* §. *nihil ff. de edendo, cum alijs concord.* ex quibus habetur malè donatarium hæredem appellari, diuerſuſque eſt modus acquirendi inter viuos, vel cauſa mortis per donationes, ac per teſtamenta, & inſtitutiones hæredum, *arg.* §. 1. *inſt. de don. &* §. 1. *de teſtam. cum ſeq.* potiùs ergo Succeſſor particularis appellari debet donatarius omnium bonorum, vel maioris partis, quam hæres, ſi rectè loqui velimus, *d. l. quoties, & l. quoniam C. de in off. teſtam.*

76 Licèt ex hoc non ſequitur hunc non eſſe obligatum ad debita contracta per donantem, *Guidon. Papa deciſ.* 105 *& DD. mox citand.* facta nimirum ante donationem, *Abbas, Tuſc. & alij cum Coſta conſ.* 30. *n.* 30. & ad alia ad inſtar hæredis; quando alius hæres non eſt, vel non ſoluendo, *Parlad. rer. quotid. part.* 2. *cap. fin.* §. 2. *num.* 6. *Ciriac. controu. lib.* 1. *controu.* 14. *& controu.* 39. *n.* 4. *&* 9. ad euitandum circulum, *Olea ſup. cit. & n.* 26. *& Noal. de tranſmiſſ. caſu* 25. *num.* 5. 6. *&* 7. *Cutelli cit. & Gancerius, Gèrunda de priuil. quæſt.* 241. *num.* 129. *Thoro vot.* 35. *nu.* 20. *Viſconti circa med.* etiam ſi adeſſet donans, de

Digitized by Google

nãs; *de Franchis deciſ.273. n.4.& 5. Giurba deciſ.62.n.26. Roerius deciſ.204. Amat.reſol.58.n.11. Merl.de pignorib.lib.4.tit.5.q.144. n.6.& 7. Arias de Meſa variar.lib.3.cap.50. n.30. Capyc. Latro deciſ.44.n.11.*& nõ ſolũ actione reali,& hypothecaria, *ex l.æris C.de don.* ſed etiã perſonali *Merl. de pign.lib.4.q.143.n.4.* intra vires tamẽ rerũ donat.& facta excuſſione ſi hæres non eſt ſoluendo, *Noalius ſupra cit. & Merlinus cum Rota Roman. in vna Salutana de Caſalibus ſub die 9. Iunij 1645. apud eundem deciſ.98. n.5.* atque etiã ipſimet datur retentio pro ſuo credito, *idem deciſ.86.nu.10.* cum tranſeat donatio cum oneribus, *arg. l. quoties C. de don.* & in his ſoluendis dicitur tanquam hæres donatarius, & quia contra eum actiones paſſiuè trãſeunt, *Giurba deciſ.62.n.33.& Amat.variar. reſol.58.n.26.* ideò ad euitandum circuitum inutilem cõtra eum directò agi poteſt, *DD. cit. & Merlinus lib.1. etiam tit. 1. quaſt. 10. n.11. Coſta, Leo, & alij quos citat, & ſequitur Grazzius in Obſeru.ad Capyc. deciſ.44.n.9.*

77 Sed in Regno noſtro Siciliæ, *ex Prag. Marci Antonij Columna*, conuenitur donatarius omnium bonorum, vel maioris partis executiuè, prout donans conueniri potuerit, *Amat.cit. & Giurba poſt Cutellium, & Coſtam conſ.6.& conſ.39.n.29. & 30. Groſſus in controu.nouiter editis cap.6. nu.8. & 9.* & ſuper bonis donatis tantum, *prout ſupra dixi, & omnes hi Doctores docent, cum Caruſo ſuper ea cap.2.nu.1. & in ſilua termin. arbor.31.n.87.* nam eſt ad inſtar hæredis cum beneficio inuentarij, *vt idem ait num.88.* & non ſolum ipſe, verùm etiam eius hæres, *Amat.cit. & Groſ.n.12.cum Caruſo num.89.* quod etiam conformatur iuri communi, vt hæres teneatur ad ea, quæ erat obligatus defunctus, *arg.l.hæredem 59. ff. de reg.iuris §.1. Auth. de iureiurando à moriente præſtito, l.2.§. ex his, l. in executione 85. §. pro parte ff. de verb.oblig.* & omnes actiones à defuncto in hæredem, & contra tranſeunt, *l.2.C. de hæredit.actionib. l.nihil aliud ff. de verb. oblig. l. hæredem, & l. hæredit. ff. de reg. iuris. l.cum hæredes ff. de acquir. poſſeſſ.* niſi in perſonalibus, & rebus, quæ contra defunctum perſonamuè eius tenderent, *arg.l.1. C. ne vxor pro marito, & ne filius pro Patre*, vt in periuro incurſo, à defuncto hæres non tenetur, *S.Th.2.2. quæſt.98. art.2. Sot. de iuſt. & iure q.2. art. 2. ad 4. Sanchez lib. 3. Opor. moral.cap.19. n.1. & communiter Canoniſtæ in c.veritatis de iureiurando*, nec conueniendus in eo foro, in quo poterat defunctus, quem contraxit ex delicto, *Parlad.lib.2.rer. quotid.cap.4.num.19. Girond.de priuil.quaſt. 171. num.1552. Cencius de cenſibus p.2. c.1. q.3.art.8.num.61. Seraphin.de priuil. iuram. Priuil.67.n.23.* & in Societate, *Olea de iurium ceſſione tit.3. q.9.&c.* idem dicas in alijs negotijs criminalibus de regula, & ſimil. *vide Noal.de tranſmiſſ.caſ.24.& 25. & Merlin.de pignoribus lib.1.tit.1.quæſt.10.per tot.* Ideò extẽditur idem Priuilegium Pragmaticæ ad hæredes donatarij, vt eadem via executiua conueniantur, & executio quæ cauſari poterat contra defunctum, contra hæredes locũ habeat, *d.l.2. & l. nihil Merlin.de pignorib.lib.2. quæſt. 15.nu.11. & 12. Amat.reſol.58.n.16.& alij*, qui ſi inuentarium fecerunt vltra vires hæreditarias conueniri non debent, *idem Carneval.de iudic. tom.2.tit.3.diſp.9.n.13.& per tot. & Merlin. n.16.* nec carcerandi niſi fuerint doloſi, *idẽ n.17.& Communiſſima noſtratum ſchola*, quod non venit ex vi conſtitutionis tribuẽtis executionem contra principalem, ſed ex natura hæredis, qui pro debitis defuncti, & in caſibus in quibus erat ille conueniendus executiuè, etiam ipſe hoc modo conueniatur, *vt docet Caruſus, Carneval. & alij Doct. citati*, nam appellatione debitoris etiã hæres venit, *arg.l. miles 6.§. fin.l. ex contractu ff.de re iudic.* vbi loquendo de hæredibus, & ſucceſſoribus, vt ius exequendi ſententiam, locum habeat cõtra eos, *& in l.miles*, iudicatiue actio competit hæredi, & in hæredem, *vt etiam Groſſ.cit. notat.*

78 Qui *n.15. à Giurb.d.deciſ.62.n.34.& Obſeru.104.n.15. Amat.reſol.58.nu.15.& alijs*, docentibus ſtatutum circa hanc viam executiuam, non extendi ad donatarium, donatarij, inter quos nouiter, *Caruſ.cit.nu.90.* diſſentit, & contrarium docet, vt teneatur

eadem

eadem via executiua donatarius donatarij, ad obuiandum fraudibus, quæ oriri poſſent; ſed circa hoc non ſequor *Groſſ.* nam de iure ſententia lata cõtra vnum eiuſuè executio, alteri, & tertio, non nocet, *l. 1. & 2. C. quib. res iudicata non nocet, l. ſæpè 63. ff. de re iudic. l. nam poſtea 9. §. fin. cum ſeq. ff. de iureiurand. l. 1. §. 1. ff. de litig. Bartol. Baldus, Alex. Decius, Imola, Rebuff. Auend. Rodriquez, Maranta, & alij quos citat, & ſequitur Carneual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 11. n. 1.* prout ſunt, Donatarius, emptor, aut alius ſingularis ſucceſſor; *Parl. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. part. 4. §. 5. n. 2. & Caruſ. cit. arbor. 7. n. 3.* quia actiones perſonales, & obligationes, non tranſeunt in ſingulares ſucceſſores, *l. 3. C. de condict. ob cauſ. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l. emptorem C. de locat. l. æris C. de don. l. adhuc. § ſi operas ff. de vſufruc. l. ſi maritus ff. de fund. dotali, gl. in l. 2. C. de hæredit. vel act. vend. l. quadam §. is autem ff. de edendo, Dinus in c. is qui verſ. ius agendi de reg. iuris in 6. Noal. de tranſm. caſ. 24. n. 1. ex Ripa, & alijs, Cutelli deciſ. 16. n. 1. Surd. deciſ. 52. n. 3. Caſtill. deciſ. 144. nu. 12. Leon. de iudicijs p. 3. præp. 2. nu. 113. Ciriac. controu. 18. num. 1. Theſaur. quæſt. foreſ. 67. nu. 19. lib. 2. Cencius de cenſib. p. 2. cap. 2. q. 5. art. 7. n. 1. cum ſeq. Merlin. de pignoribus lib. 1. tit. 1. q. 10. nu. 5. Gaito de credito cap. 4. n. 2068. Rota Rom. apud Merlin. deciſ. 27. n. 3. & apud Peniam deciſ. 43. n. 37. & 99. num. 7. Boerius deciſ. 204. n. 47. Guid. Papa deciſ. 105. Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 2. n. 4.* qui docet, quod cõtra donatarium etiam omnium bonorum non poteſt agi actione perſonali, niſi prius fuerit reuocata donatio tanquam facta in fraudem, *gl. in d. l. æris, Noalius de tranſmiſſ. caſu 25. nu. 6. Ciriacus controu. 14. & 39. num. 4. & 9. Parlad. cit. & Olea tit. 3. quæſt. 9. n. 26. de iurium ceſſione, Giurba deciſ. 62. nu. 25. citatus Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. quæſt. 144. n. 5. Hodierna ad Surd. deciſ. 32. n. 20. Coſta de remed. ſubſid. remed. 108. n. 6.* & ſolùm quando conſtat hæredes eſſe inſufficiẽtes, conueniri valet, dicebã ſupra, *ex Merlino, cui addas Rot. Roman. in vna Rom. fideicom. coram anno 1590. die 4. Iulij apud Peniam deciſ. 99. n. 7. & deciſ. 44. nu. 38.* vel hæreditatem non eſſe ſoluendo, aut ad euitandum circuitum inutilem reuocatoria agi poteſt, *Gozzius citat.* ſed ſemper intra vires rei donatæ, *vt ibi Caruſ. cit. n. 7.*

79 Quod ſi ſtatutum admittens actionem perſonalem contra ſingulares ſucceſſores contrarium eſſet, tunc contra iſtos hac actione agi poſſet, *vt ait Noal. qui ſup. caſu 24. n. 4.* prout ſtatutum noſtrum admittens viam executiuam cõtra donatarium etiam omnium, vel maioris partis bonorum, ſed non ait contra alios, nam ſi diceret contra ſingulares ſucceſſores, tunc via executiua donatarius donatarij conueniendus, & eius hæres; *vt probaui*, ſi ergo non dicit, extendendum non eſt ad alios tertios ſucceſſores ſingulariſſimos, quia erit contra formã iuris cõmunis & verba ſtatuti; atq; etiam ſi aliquo modo dici poſſet hæres donatarius omnium, vel maioris partis bonorum, ſemper iſte donatarius donatarij erit tertius, contra quem executio nullo modo cauſari poterit; *Carneual. qui ſup. tit. 3. diſp. 11. ibi an & quando aduerſ. tertium poſſeſſorem executio locum habeat, Caruſ. in ſilua arb. 7. n. 3. & ſup. rit. Regni Sicil. cap. 2. nu. 8. Gales tract. de oblig. camera nu. 14. & 15. Rota Rom. in vna Peruſ. execut. die 17. Aprilis anno 1600. apud Pegn. deciſ. 661. num. 3. Aſin. de execut. § 11. cap. 44. n. 3. Amat. reſol. 45. nu. 10. Coſta conſ. 86. n. 5. & 89. nu. 17. Parl. qui ſup. cap. fin. p. 4. §. 5. n. 12. Caſtillo deciſ. 24. n. 20. & 144. nu. 12. Gamia rit. 19. nu. 113. Rubeus deciſ. 136. n. 1. tom. 2.* niſi poſſideat ex cõſtituto, *vt DD. cit. docent*, vel alienatio fuiſſet in fraudem, *prout infra*.

80 Imò ſi vera eſſet cõcluſio *Groſſ.* quod ad obuiandũ fraudib. poſſet fieri extenſio de caſu, ad caſum in his ſtatutis, & ritu, ferè ſemper tertij poſſeſſores conuenirentur via executiua, cum poſſent in omnibus eſſe fraudes, & ad ſummum locum habere poterit concluſio *Noalij dict. caſu 25. n. 6.* quod probata fraude, & præcedente reuocatoria iſte donatarius donatarij actione executiua conueniatur, ſicuti perſonali, & eadem actione, qua poterat primus donatarius: Cæterum ſi rectè loqui velimus exe-

cutio

Digitized by Google

cutio datur ſolùm contra tertium poſſidentem bona, quæ alienata fuerunt in fraudem executionis, ſi nimirum contra rem antequam fuerit alienata inceptum eſſet Iudicium, *Giurba Obſeru. 17.nu.5.Virgilius de legit.perſona in prælud.n.95.Carneual.cit.diſp. 2.num.930.Caruſus in ſilua termin.arbor.31. n.139.& 146.* vel cauſata executio, *idem Giurba Obſeru.55.nu.9.* quia tunc præſumitur alienatio in fraudem, *vt ibi ex Conſtit. Regni, eorum fraudibus,* & res effecta litigioſa, *Carneual. qui ſupra diſp.xi.n.2.& Caruſ.* & ſi reus citetur, vel offeratur libellus, *Baron.de citat.tom.2.addit. ad quæſt.45.nu.38. & ad quæſt. 19.n.21.* ſed in alienatione neceſſaria non cõtrahitur hoc vitium litigioſi, puta ſi fuerit facta pro creditoribus antiquioribus, *Giurb.deciſ.62.nu.18.Amat.reſol.94.Caruſ.n.145.* & in cauſa reſt.Dotium, *idem Baron.* dũmodo creditũ ſit anterius iudicio incepto, non anterius, illo pro quo agitur, *Giurba dec.62.n.18.Maſſin.cit. n.31.* idem in cauſa conſtitutionis earũd. vt contra Maritum non detur executio pro bonis donatis, *eadem ratione prout ſupra, Amat.reſol.45.n.18.* ſed contrarium dicit *Giurb.Obſeru.55.* litigioſa vero res ſi alienetur in Clericum, an cõtra eum fieri valeat executio à Iudice layco, ſicuti poterat fieri contra laycum alienantem? & negatiuè reſpondeas ex veriori ſententia quam ſequitur, *Caruſ.cit.nu.154.* vt nimirum Eccleſiaſticus ſit competẽs, & executionem facere debet, atque de ſentẽtiæ veritate Iudicis layci cognoſcat, *idem n.155.ex Cancerio var.reſol. tit.de inuoc.Brach.ſæcularis,&c.* vt etiam dixi *deciſ.præced. nu.68.* de re prohibita alienari, quæ fuit translata in Clericum, vt trãſeat cum eodem onere, ſed ab Eccl. Iudice ſit executio.

81 Aduertas tamen quod requiritur citatio iſtius tertij ad effectum vt poſſit executio cauſari contra illum, *Maſſin.de confiſcat.quæſt.20.n.16.Vergil. qui ſup. n.96.* nec ſententia contra iſtum non citatum exequi poteſt, *Giurba.deciſ.93.n.3.* & etiam contra principalem in executione inſtrumenti, *Baronius tom.1.de cit.quæſt.16.num.198. & in addit. hoc loco*, licèt in Regno, quod de neceſſitate non requiratur doceat, nec quando cauſatur executio vigore obligationis apud acta, *idem, & Carneual.d.tom.2.tit.2. diſp.8.nu.38.& tit.3. diſp.1.nu.27.& diſp. 4.num.14.*

82 Item executiuè proceditur contra tertium poſſeſſorem rei ſubiugatæ virtute cõtractus ſubiugatorij in decurſis iuxta formam Bullæ, *ex Prag.de cenſibus de qua infra lib.2.tit.de cenſibus*, & virtute manus iniectionis, *ex Ritu cap.192.Caruſus ſuper tit.16. cap.2.n.9.* quæ ſi eſt expreſsè reſeruata in contractu à vendente pro pretio non ſoluto, vt agatur contra tertium rei poſſeſſorẽ fieri valet abſq; excuſſione, *Muta ſuper rit. noſtro cap.192. Cumia cap.92.n.12.* & Iudicis ſententia, *idem n.3.& Muta n.4. Milan. deciſ.17.n.4.lib.2.* imò propria Authoritate, *Giurba Obſeru.93.n.10.* & Animalia bouini generis, vt ait *Caruſ.ſup.rit.cap.2.n.67.* quæ in noſtro Regno, *ex pragmatica 3.§.1. tit.55.de prohibit.macell.animal.* expignorari non poſſunt pro quocumque debito, etiam bullali, hoc fallit ad animalia obligata virtute manus iniectionis, & quod hoc pactum validum ſit, *docent Bart.& DD. ex l.ſi quis 56.ff.de contrah.emptione, & ex l. creditores C.de pignoribus.Cẽcius de cenſibus p.2.quæſt.5.cap.2.art.5.n.9.& 11.* ibi *nu.12.* quod poteſt peti ad inſtantiam fideiuſſoris, *& Coſta noſter conſil.55.nu.16.* & præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus creditor virtute huius pacti, *ex ritu cap.192.* quod non ita eſt de iure communi, *vt ſcribentes ibi docent, vide d.Caruſ. ſilua termin. arb.31.n.182.& per totam* ibi, *quando procedi poteſt executiuè contra tertium, & arbor.7.*

83 Contra maritum verò dotatarium omnium bonorum alij defendunt, vt poſſit executiuè procedi ex ratione ſtatuti tribuentis executionem contra donatarium omnis, vel maioris partis bonorum; adeò vt pro debitis tàm conſtante matrimonio, quã eo ſoluto, remanentibus filijs, vel antea contractis, hoc modo conueniatur, *ita Cutell. & alij quos ſequitur Groſſ.dict.controu. n.46.& Caruſ.n.125.* niſi mulier aliquid reſeruaſ-

uaſſet pro recamera, vel maritus aliquo titulo ſingulari bona illa habuiſſet, non ita quando titulo vniuerſali, & donationis, *ita Cutelli, Caruſ. & Groſſ. cit.* cui opinioni adſcribitur, *meus Doctiſſ. Giurba ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 3. & 7. n. 6. & 7. vbi, ſi aliter creditorib. conſultum nō ſit, quia bona omnia in dotem dedit, quia in ſubſidium ſit miſſio,* & rationem ſupra aſſignauit, *ne in mulieris manu ſit nubendo creditores eludere,* quæ eſt ſtatuti ratio, & ſequitur, *Carneual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 39. num. 9. & Cancer. tom. 1. var. reſol. cap. 9. de dote n. 206. in fine, & cap. 16. n. 101.* & alia ratione, quia cenſetur dotē attuliſſe deducto ære alieno, *arg. l. mulier bona ff. de iure dot. l. iris C. de don.* & bona dotalia tranſeunt cum ſua cauſa, *d. l. mulier bona. l. ſi ita 63. ff. de iure dotium, vbi gl. verb. fundum reddat.*

84 Contrarium defendit, *Amatus reſol. 45. n. 7. cum ſeq.* qui neque pro debito conſtante matrimonio facto tribuit executionem contra illum, quando in obligatione non adfuit ſuus conſenſus *nu. 24.* & debita facta debet aſſumere, & accollare cum ſtipulatione Notarij, *idem n. 22.* ſicuti de alijs accollantibus docet, ex qua ſtipulatione aſſumitur debitum, aut ſi partem ſoluerit illius, tunc contra eum pro reliquo executio cauſari poterit, *Giurba deciſ. 62. n. 31. Hodier. deciſ. 73. n. 20.* & de accollatione facta in Decreto, & ſi non eſſet ſpecialis, ſed generalis, quæ ſufficit ad executionem cauſandam, *Baronius tom. 2. de cit. quæſt. 16. n. 179. & tom. 3. in Annotat.* nam accollans tenetur tanquam principalis, *Cenc. de cenſib. p. 3. cap. 1. art. 3. n. 10. Amat. reſ. 21. n. 4.* niſi proteſt. ſit in accollatione, vt tādiù intelligatur accollatum debitū quamdiù poſſiderit, & ſi ceſſauerit poſſidere etiam ex cauſa voluntaria intelligatur diſobligatus, vt notat *Garufict in praxi rit. cap. 2. nu. 166.* quia de regula ſi ceſſauerit poſſidere ex cauſa voluntaria, præſertim doloſa, pro poſſeſſore habetur, *DD. in r. pro poſſeſſore de reg. iuris in 6. & in l. in rem ff. de rei vendic. apud Abruz. ſuper prag. de procedendo ſumm. &c. p. 2. cap. 2. nu. 151. Cutell. de donis. tract. 1. diſcurſ. 2. part. 10. n. 56. Menochius conſ. 427. n. 11. & 226. n. 25. & 26.* ſed de hac materia accolli *in d. tit. de cenſibus dicam lib. 2.*

85 Quæ vero ſit melior opinio *hæc Amati, an illa Groſſ. Caruſ. Cutell. & alior.* tu videns amice Lector, meo tamen iudicio [& ſi bonæ ſint hæ opiniones] alia melior videtur, *vt inf. nu. ſeq.* & probabilis opinio *Cutelli, & alior.* cum illi benè ratio, & finis ſtatuti appropriari poſſit, præcipue quando non adſunt alia bona, nec creditoribus aliter conſultum ſit, aut difficilitèr, vt ſi illa eſſent in longinquis partibus, &c. nec ex eo quia hoc modo deciſum ſolum in tām dubietate Doctorum, ita decidere debet Iudex, vt mihi dixit quidam Doctor ſuper hoc negotio, nam multoties factum diuerſum, & aliqua æquitas in Deciſionibus fuit, quæ non ſemper eſſe poteſt in omnibus negotijs, & authoritas rerum Iudicatarum magna, quando non eſt facti diuerſitas, *prout in quæſt. de extractu dixi in præced. deciſ. num. 104. cum ſeq.* ideò hoc caſu cauſata executione cōtra talem maritum Iudex fraudem inſpicere debet, quæ haud clarè aliquando demonſtratur, ſed inſpicitur ex coniecturis, *l. dolum C. de dolo, l. quoties §. qui dolo ff. de probat. Giurba Obſeru. 46. n. 14.* & hæ manifeſtè debent eſſe, *Menoch. conſ. 590. num. 7.* nam regulariter dolus, & fraus non præſumuntur, *idem conſ. 35. nu. 26. & conſ. 21. nu. 21. & conſ. 400. n. 72. & 767. nu. 15. & conſ. 230. n. 57. & 14. n. 79. cum alijs,* nec transferre hæc bona omnia in maritum probabiliter in fraudem mulierem præſumitur. Item ſi alia ſint bona, quæ aliquando occultata, &c. & ex his omnibus decidat, vt procedat executio, vel non.

86 Quæ ſi non adſint, attenta veritate crediti potiùs contra maritum decidendum puto, ſed propriè contra proprietatem dotis, & rei apportatæ in dotem; nec contra fructus dotis admitterem, *Cutelli, Groſſ. & aliorum opinionem,* quia illorum maritus eſt Dominus, *l. dotis fructus ff. de iure dotium, c. ſalubriter de vſuris, Fontanella de pactis dotalibus clauſ. 6. gl. 3. part. 1. nu. 18. Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 6. num. 8. de Franchis deciſ. 183.*

183. *Giurba ad Conſuet. Meſſan. cap. 16. gl. 2. n. 16. Anton. Coſta conſ. 9. num. 38. & 39.* nec via execut. cõtra illos veniãt creditores, qui ſolùm proprietatem adiudicare poterunt, vt bene aduertit, & hanc opinionem ſequitur, *Carneual. qui ſupra*, quod ſi ſe obligauerit vxori pro recamera ſoluenda quot annis, & mulier ceſſerit hæc iura tertio ex titulo oneroſo carcerari poterit, & exequi etiã ſuper fructibus dotis, *Cutelli tom. 1. diſc. 12. part. 10. nu. 68. & Alphonſus Olea de ceſſione iurium tit. 6. quæſt. 11. nu. 43.* & hæc melior mihi videtur opinio, & iuri conſona, niſi ex facto aliter congruum inſpiciet Iudex, num facto quæ conſiſtunt nulla lege, regula, aut conſtitutione comprehendi, & definiri poſſunt, *arg. l. Niſſenius ff. de neg. geſtis, l. Lucius ff. mandati, l. Menia §. pen. ff. de ann. legat. l. mora 32. ff. de vſuris l. 3. §. 1. ff. de teſtib. Leotard. de vſur. q. 72. n. 1.* & ad arbitrium Iudicis relinquuntur, *Menoch. conſ. 69. n. 5. Abbas in c. ſuper ſpecula de priuil. num. 5.* qui paribus omnibus cauſis, ſecundum conſuetudinem, & ſtylum poſtea decidere debet, *idem Menoch. conſ. 100. n. 45. Leon. de præpar. iudic. p. 1. præpar. 9. n. 23. Groſſ. controu. 19. n. 22. & controu. 5. num. 17.* quando nimirum probabilitas in opinionibus æqualis ſit, nec aliqua præſumptio pro vna, aut altera parte extet, quia abſolutè exemplis non iudicandum, *Giurba conſ. 99. & 39.* præſertim, nialis, *Caphola conſ. 13. colum. 3. Menoch. cõſ. 75. n. 93. Barb. in axiom. verb. exemplum in fine*, & ſolùm exempli, ſtyliuè argumentum aſininum eſt, quando non ſunt iura, & opiniones examinatæ, inter quas illa eſt ſequẽda, quæ nititur meliori, & ſubtiliori ratione, *meus Barbatia conſ. 57. non ergo debet haberi reſpectus ad qualitatem perſonæ illam opin. fouentis, ſed ad illam rationem, quod facit contra illos qui dicunt quod in diſceptatione opinionum ſequendam eſſe opinionem gloſ. quod mihi nõ placet, & pro hoc facit tex. in l. 1. C. de vet. iure enucleãdo, dum dicit quod ſæpè vnius fortàn, & deterioris ſententia poteſt, & multos, & maiores in aliqua parte ſuperare*, verba ſunt, *Dom. Abbatis in c. Capellan. n. 3. de ferijs*, ſic & ipſe dico nõ quia ita decidit talis Doctor Purpuratus, Epiſcopus, Regens, Togatus, & obſeruauit Curia, ita decidi debet, ſed quia ratio ſuadet, *& ſequitur Abbas cit. quod non conſiderandam multitudinem ſequentium vnam opinionem, vt dicitur in tex.* & faciunt, *quæ dixi ſupra deciſ. præced. ex Seneca, & alijs n. 104. & hac deciſ. n. 69.* cũ ergo ſit hoc caſu commun. ratio de fructibus dotis, quorũ maritus eſt Dominus, contra illos executionem procedere nõ poſſe decidas, non ita contra proprietatem, quæ adiudicari poterit à creditorib. *vt ait Carneu. cit.* & ita nõ valet ſimpliciter hic adductio ſtyli, quod ſi Iudex ex facto aliquam fraudem cognoſcere poteſt iuxta opinionẽ *Caruſi, & aliorum* decidet, quæ bona his concurrentibus, non abſolutè, cum non ſit de iure ab opinione *Amati* recedendum, & cognita aperta fraude ex fine ſtatuti, bona eſt opinio *Groſſi, & Cutelli*, in dubijs de fraude contra fructus non procedit executio, ſed ſolùm contra proprietatẽ, & in ſubſidiũ modo ſuprad. & nota quod hæc bona diſt. eſt.

87 Neque de bonis acquiſitis [vt ad noſtram redeamus materiam] teſtatur Monachus, *Auth. ſi qua mulier C. de ſacroſ. Eccleſ. ibi, niſi antequam fuerit ingreſſus*, & quidquid iure antiquo fuit diſpoſitum circa ſucceſſionis renunciationem, *ex c. fin. 19. q. 3. cũ ſimil.* hodie attendas in renunciationibus *ad Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. 16.* ex quo diſponitur, quod nouitius per duos mẽſes ante profeſſionem diſponat de rebus ſuis, & renunciet hæreditatem, vel donationes faciat in ſuorum fauorem, aut cuiuslibet ad ſui libitum, dixi, ante profeſſionem, nam Trident. Decretum locum non habet circa renunciationes factas ante ingreſſum, *Bellar. in coll. ad hunc locum Concilij, Rota Rom. apud Duran. deciſ. 121. n. 33. Additio ad Laur. de Franch. controu. inter Epiſc. & regular. fol. mihi 16. num. 26. Sac. Congreg. ſub die 18. Martij anno 1598. apud Gallemart. hoc titulo, & Barboſam*, qui alios caſus adducunt in quibus *Triden.* locum non habeat.

88 Et de renunciationibus etiã ab vbertatem ibi locuti ſunt, & nouiter, *Caruſ. in ſilua term. arbor. 10. 11. & 12. Buttierius de*

*renun-*

*renunciat. ſucceſſ. Thor. 42. cum ſeq.* ſi verò Monaſterium excludat ſubſtitutum etiam facta renunciatione à Monacho, vel Moniali, tractat *Baron. de cit. tom. 3. ann. ad ſing. 74. n. 16. cum ſeq.* & in fideicommiſſo, maioratu, & alijs, *& ipſe in mea Praxi Pontificia, & Iuſtinianea dicam tit. de fideicommiſſis*, mētique teneas, quod ſupra tetigi *n. 32.* renunciationes has, vel donationes, non valere ſi Monachus non permanſerit in Religione, *Amat. deciſ. 46. Cutelli de don. tom. 1. diſcurſ. 2. part. 3. nu. 2. Coſta conſ. 39. num. 22. Nouar. quaſt. for. 72. lib. 2. & alij quos citat, & ſequitur Baron. de cit. tom. 3. in ann. ad prætermiſſ. in tot. lib. Verb. & aduerte, Laur. de Franch. cit.* nec Monaſterium aliquid retineri poterit pro expenſis, & alimentis, *Coton. controu. lib. 4. c. 2. cont. 3. n. 86.* licèt profeſſio declaretur nulla, vel vt inualida reſcindatur, aut ſi Religioſus fuerit factus Epiſcopus; & in profeſſo Societ. Ieſu, cuius vota ſimplicia poſſunt irritari conſentiente ſuo Generali ſicut in caſu, quo quis eijcitur vt incorrigibilis, vel alio modo dimittitur à Monaſterio; aut ſi diſpenſationem obtinuerit à Summo Pontifice; quos caſus adducit, *Cutell. & Baron.* in quibus reſtituuntur bona, ſicuti in Nouitio ſi egrediatur, vel intra annum deceſſerit, *Cutelli de donat. cit. part. 12. nu. 73. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 16. Honded. cōſ. 73. vol. 2. Viſcont. in concl. iuris verb. Monachus in medio, & inf. n. 92. dicam*, atque cogi poterunt poſſidentes à Iudice ſuo, & Regulares ab Epiſcopo, vt bona hæc ſi habeant reſtituant Nouitio, vel alio, *Villalobos in ſumm. tratado 35. de la profeſſion, Tambur. de iure Abbatum tom. 1. diſp. 15. quaſt. 7. num. 29. Ceſped. regul. cap. 2. dub. 34. num. 1. Lezana Verb. Epiſcop. quoad regul. in ſumma*, & Verba, *Trident. d. cap. 16.* aperta ſunt, ibi, *vt abeuntibus omnia reſtituantur, quæ ſua erant*, & ſolùm excipere donata intuitu eleemoſynæ, quæ fieri ſolent Monaſterio, vt ſunt localia, & ſimil. de quibus loqui videtur *Villalobos cit. & Ceſpedes*, niſi hæc eſſent maximi valoris, nam multoties dantur à conſanguineis pro portione ingreſſi, & quia non exire putant, quæ reſtituenda, & ſunt ſi excederent 50. ducatos, aut plus in nobile, & diuite, & minus in alio, quæ non præſumuntur facta eleemoſynæ intuitu; & læduntur bona nouitij; ideo prohibitæ etiam ſunt tales donationes *à Trident. cit.* non ita moderatæ, quæ acquiruntur Monaſterio, & validè, & licitè fieri valent, *Lezana tom. 1. q. Regul. cap. 24. num. 35. Laiman. lib. 3. Theol. Moral. tract. 5. cap. 6. & 7. n. 5. Donat. p. 4. rerum Regul. tract. 7. q. 15. Laur. de Frāchis cit. fol. 30. n. 42. & 161. Paſqual. verſ. at tamen.* ſed cum hac differentia; quod illis abſque fructibus, nouitio verò vna cum fructibus bona renunciata reſtitui debent; & renunciantes poterunt ad maiorem cautelam facere renunciationes cum his pactis, & conditionibus, vt in caſu electionis, & nullit. bona reſtituantur eo modo prout fuerunt donata remanentibus fructibus pro donatario, & in donatione nouitij, cum clauſula, ſi profeſſionem emiſerit, *Capycius Latro deciſ. 118. vbi Galzaius n. 13.*

89 Contractus etiam facti à Religioſis non inducunt obligationem, quouſque per Superioris tacitam, vel expreſſam licentiā approbentur, *Peyr. de Prælat. quaſt. 3. cap. 6. Reginald. in prax. lib. 25. nu. 159.* nec poterunt conueniri, *Sanchez in præcept. decalog. cap. 12. n. 2. Cençal. de paup. dub. 24. num. 31.* licèt conuenire alios valeant, cum habeant actiuam, non paſſiuā, *Sanchez cit. & Ægid. de contract. cap. 4. n. 4.* exceptis nouitijs, qui omnia facere poterunt, quia nondum ſunt verè Religioſi, *Laur. de Franch. & ibi additio p. 2. in quaſt. varijs, quaſt. 51. cum ſeq.* & ab ipſo Prælato fieri poſſunt contractus pro Monaſterio cum conſenſu maioris partis Religioſorum, *idem Peyr. & Can. in c. quod quibuſdam de fideiuſſ.* ſoluens vero Monacho, nec liberatur, rationibus ſupradictis de acquiſitione, & quia ſeruo iſte æquiparatur, *Abruz. in §. contra autem quib. alienat. &c. in fin.*

90 Teſtamentum ergo, *vt ſup. dicebam*, factum à Religioſo non valet, *Auth. ingreſſi. C. de Sacroſ. Eccleſ. l. 2. de teſtam.* niſi adfuerit licentia Papæ, *Leſſius lib. 2. de iuſt. & iure cap. 41. dub. 8. nu. 73. Graſſ. part. 1. deciſ.*

*lib.3.cap.5.n.57.* qui licentias has concedit Religioſis degentibus extra clauſtra, Equitibus Ordin. S. Ioan. & alijs, vt ad vſus pios; & non prophanos teſtari valeant, *Bellaſ. in prompt. Verb. teſtamentum nu.6. cum ſeq.* nec ſolemnitates in teſtamentis requiſitas ſeruare debent, *arg. c. relatum el 2. de teſtament. Barth. in auth. ſi qua mulier C. de Sacroſ. Eccleſijs Abbas in c. in præſẽtia de probat. Cãcerius var. reſol. tom.2. cap.1. n.122.* aut inuentarium facere, quando hæredes eſſent inſtituti, *vt probaui ſup. n.70. cum ſeq.* non diſponentibus verò de bonis ſuis ſalua legitima debita aſcendentibus, & deſcendentibus, bona ſpectant ad Monaſterium, *Auth. ingreſſi C. de Sacroſ. Eccl. Auth. ſi qua mulier §. nunc autem C. de Sanctis. Epiſcop. c. quia ingredientibus 19. quæſt. 3. Abbas cit. n.2. & ibi Ioan. Andreas n.20. Bald. n.4. Innocent. nu.4. Sanchez in ſumma lib.7. cap.12. nu.4. Rota Romana apud Merlin. deciſ.195. n.16.* nec iſti debetur legitima, aut portio bonorum ſi teſtatis decedat ingreſſus, *idem Merlin. lib. 4. tit. 2. q. 14. n.5. & 9.* non ita filijs, vel aſcendentibus quibus ſemper debetur, niſi fuerint exhæreditati, & à die profeſſionis, *idem lib. 5. tit. 3. quæſt. 3. nu. 10. & 11. vt ſup. dixi n. 64. Gratian. deciſ. 7. n.6. Viſconti in concluſionibus iuris Verb. Monaſterium*, atque hæc teſtamenta cum licentia Papæ, vel Superiorũ facta etiam valida, ſunt ſi poſt teſtamentum fuerit licentia obtenta, *Sanchez de matrim. lib.8. diſp.1. num.8. Bart. & alij quos ſequitur Capycius Latro conſult. 19. num. 132.* & ex vi huius competit immiſſio, *idem n. cit. & Conſult. 14. in fine*, item non valent Monachi teſtamentum antea factum declarare, *Gabriel commun. concl. lib. 3. tit. de reg. iur. concl. 3. n. 1. Sanchez cit. cap. 10. num. 16.* ſed ſi aliquid poſſident, cum licentia ſuperiorum ſchedulam facere poterunt rogatoriam, qua rogent Prælatos ſuos, vt dent alicui illa bona, *Layman. lib. 3. tract. 5. cap. 1. n.4.* & quoad Nouitios etiam *Trid.* diſpoſuit, Vt eorũ teſtamentum confirmetur profeſſione, vel morte, *Bellaſ. cit. n. 1. ex Gutier. & alijs.*

91 Profeſſione verò facta in mortis articulo, iuxta priuilegium *P. V.* non ſuccedit Monacho Monaſterium, ſed venientes ab inteſtato, *Molph. tract. 9. cap. 12. n.58. Rodriquez tom. 3. quæſt. 15. n.6. Mirand. in manual. tom. 1. quæſt. 12. nu. 10. Barboſ. in collect. Bullar. Verb. profeſſ. regul.* nam deſeruit pro conſolatione ſpirituali, & pro lucrãdis indulgẽtijs ſolũmodo, *Bellaſ. cit. ſup. V. profeſſio n. 31.*

92 Et de nouitijs, qui non expleto anno iuxtà dictum Priuilegium profeſſionem fecerint, quod nec ſuccedat eis Monaſteriũ docet *idem Barboſ. in c. ad Apoſtolicam n.4. de Regularibus, Buttier. de renunc. ſucceſſ. cap. 2. Thor. 72. n.5. Baron. de cit. tom. 3. annot. ad ſingul. 9. nu. 36.* nec excludat ſubſtitutum, *Capycius Latro Conſult. 123. n.37. & 39.* aut ad dotẽ Monialis admittatur, *Cutelli, & alij poſt Caruſum in ſilua termin. arbor. 13. nu. 10.* & multo fortiùs ſi decedat non facta profeſſione, *idem Buttier. & Baron. poſt Coſtam conſ. 39. n.32. Belletti in diſquiſ. Cleric. p. 1. de bonis Cleric. §. 21. nu. 18. Capycium Latro deciſ. 118. Fontanell. deciſ. 227. nu. 13. Fachin. controu. iuris lib. 6. cap. 19. Riccius, Gutier. Cutell. & alios, Cancerius var. reſol. tom. 3. cap. 11. n. 237. & 239. & dixi n.88* Ad quæſtionem ventilatam ſi Monachus ſit hæres inſtitutus, an hæreditas deferatur Monaſterio, ipſo iure, & abſque aliquo facto, vel aditione ipſius Monachi, & mediante perſona iſtius? Reſpondeas, quod immediatè defertur Monaſterio, iuxta opinionem Canoniſtarum, *Noal. de tranſmiſſionibus caſu 8. nu. 75. arg. Trid. ſeſſ. 25. de regul. ibi ſtatim tradantur, Hondad. conſ. 94. n. 14. Rota Rom. ceſſion. bonor. ſub die 27. Maij 1619. coram Buratto, quam adducit Merlin. deciſ. 23. n. 1.* & dominium, atque poſſeſſio bonorum, *Afflictus deciſ. 269. n. 16. Gaill. lib. 2. Obſeru. 152. Menoch. de ſucceſſ. lib. 2. §. 16. n. 13. Noal. cit. caſu 38. n. 28. Virgilius de legitimatione perſonæ cap. 23. num. 14. Olea de ceſſion. iur. lib. 3. quæſt. 9. nu. 33. citans Giurbam ad Conſuet. Meſſan. cap. 5. gl. 6. n. 14.* [ qui in Eccleſia hærede inſtituta contrarium docet. ] *Sanchez in ſumm. lib. 7. cap. 12. n. 23. Paſqual. in addit. ad Lauret. de Franch. contr. inter Epiſc. & regular. part. 2. quæſt. 97. n. 4. in fine.*

93 Tranſeuntes verò Religioſi de vna

ad aliam

ad aliam Religionem nō poſſunt ſecū ferre, quæ acquiſierunt in prima Religione, cui pertinent omnia bona acquiſita, vel quomodolibet ad illos ſpectantia ante factam profeſſionem in ſecunda religione, *Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 15. quæſt. 3. Giurba Obſeru. 102. n. 8. Lezana to. 1. cap. 22. n. 23.* niſi fuerint profeſſi in Religione incapaci, & tranſirent ad capacem, nam in vtilitatem huius recuperat bona, *Iaſon in l. ex facto n. 10. ff. de vulgari, Sanchez in precept. decal. lib. 7. cap. 32. n. 22. Redoan de ſpolijs Cleric. q. 8. nu. 22.* intellige de bonis poſtea delatis, nam prima tranſierunt ad conſanguineos, vel renunciatarios, aut donatarios, *prout ſup. dixi*, vt aduertit *Burats. deciſ. 576. et ex declar. Congreg. ſub die 7. Iunij 1627. & Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 42. n. 93.* qui etiam limitat concluſionem in translatis, & tranſeuntibus pœnitētiæ cauſa, qui ſemper pro primo Monaſterio acquirunt, nam nō profitentur, nec faciunt nouitiatum; ſed alunētur, & vſufructum bonorū tantum habet hoc ſecundum, *idem Barboſa ex Sanchez, & alijs*, & relinquuntur veſtes tranſeuntibus à Superioribus primæ Religionis pietatis cauſa, *Sanchez in decal. cap. 32. n. 13. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 1. lib. 3. cap. 13.* & etiam manuſcripta ab ipſis elabor. ſecundum horum *DD.* opinionem, à quibus recedo, *cum Valerio in differ. vtriuſque iuris verb. munera n. 106.* Epiſcopus verò factus, relictis bonis acquiſitis pro Monaſterio poſt Epiſcopatū Eccleſiæ ſiuè acquirit, *Capycius Latro deciſ. 193. n. 31. & 32.* intellige de bonis acquiſitus ex induſtria Monachi, nam bona Patrimonialia recuperat, *Abbas in c. quod te de Cleric. coniug.* & reuocat teſtamentum factum ante ingreſſum, & profeſſionem, *Bart. & Iaſon in Auth. ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ. Baldus in l. 1. C. ibid. Lauret. de Franchis contron. int. Epiſcop. & regul. p. 2. quæſt. 118. n. 6. 7. & 8. Molphes. conſ. 1. nu. 18. & Nouiter Paſqual. in add. ad Franch. cit. nu. 11.* qui addit *quæſt. ſequenti nu. 4.* quod Epiſcopus Religioſus factus, vel alius, quæ ſuperſunt dēpta congrua ſua ſubſtētatione de fructibus Eccleſiæ tenetur expedere in vſus pios non in prophanos, aliàs tenetur ad reſtitutionem, *ex Abbate Felino, Alex. Palud. & alijs*, & poteſt expendere pro ſua Religione, & Monaſterio, atque pro emptione Prædiorū, vt *idē docet*, ſed *Laur.* ibi ait, *me fac. dubitare tex. in c. cum olim 2. de priuilegijs vbi Canonicus regularis effectus Epiſcopus donauerat Eccleſiæ ſuæ Religionis, in qua fuerat duo millia Marabitonorum, quæ poſt eius mortem fuerunt per ſententiam reſtituti Epiſcopo ſucceſſori, & donatio erat facta Eccleſiæ, & dicunt Ioan. And. & Abbas, quod Epiſcopus regularis quāuis habeat adminiſtrationem, non debet vti redditibus Eccleſiæ vt rebus proprijs, & regularis effectus Epiſcopus in omnibus compatibilibus cum dignitate talis remanet S. Th. 2. 2. q. 185. art. fin. quare notabiliter dicit Abbas quod donata conſanguineis poſſunt repeti niſi per modum eleemoſyna, c. quiſquis 17. q. 1. ita Laur. de Franch. ſup. cit.* cuius Verba retuli, & infra, *facit ſingul. deciſ. conſ. Neapol. in qua fuit dictū quod Epiſcopus Liparenſis, qui fuerat regularis, & renunciato Epiſcopatu ex pēſione ducentorum aureorū ſibi reſeruata emerat quaſdam poſſeſſiones, in ead. Ciuitate in quibus ædificauerat, eaſque conſanguineis donauerat fuit in conſ. deciſum poſſeſſiones cum fructibus à tempore mota litis reſtituēdas Epiſcopo ſucceſſori, & hæc opinio mihi videtur verior per tex. in d. c. cum olim, eamque intelligo in acquiſitione, vel donatione quantitatis notabilis, non per modū eleemoſyna, ita P. Leſſius cap. 4. dub. 5. n. 29. & Molin. tom. 2. de iuſtit. & iur. diſp. 276.* quos ſequitur *Bellaſ. in prompt. Verb. Epiſcop. translat. nu. 10.* qui ait quod poteſt diſponere inter viuos Epiſcopus regularis, de ſui Epiſcopatus redditib*., ideſt ad moderatam ſui, & familiæ ſubſtentationem ſecundùm decentiam ſui ſtatus, ad pia opera, & eleemoſynas, & quod minus ſumpſit de fructibus, quam ad ſui competentem ſuſtentationem licitè poterit expendere ad ſui libitum, *Sanchez in decal. cap. 6. n. 14. Bellaſ. cit. & Nauar. de reddit. Eccleſ. quæſt. 1.* quod intelligunt *DD.* de ſua quarta parte, nam de alijs iura ſunt clara, quod Clericis vna, fabricæ Eccleſiæ altera, & tertia pro Epiſcopo, & quarta pauperi-

bus

bus eſt diſtribuenda, *ita D. Greg. ſcribens Epiſcopo Syracuſano lib. 3. Epiſt. 11. Simplicius Papa, Florentio, Equitio, & Seuero Epiſcopis, & Gelaſius, ad Epiſcopos per Lucaniam, & Brutiũ, vt refert Gratian. in c. quatuor, c. de redditibus, c. cognouimus 12. quæſt. 2. & Trident.* pœnas pecuniarias pauperibus loci applicandas decidit, *vt dixi deciſ. 16. n. 94. Menoch. conſ. 195. nu. 14. & Paſqualis citat.* locutum eſſe crederem, de hac parte, quod Epiſcopus reſiduum, ſicut dare poterit conſanguineis titulo eleemoſynæ, ſi tales ſint, gentibuſque de familia, ita expendere pro ſua Religione, non de omnibus fructibus; quia partes ſunt à iure aſſignatæ; nec circa hoc ſtandum opinioni Doctorum, & Theologorum, quando iura clarè loquuntur, Canoneſque Apoſtolorum etiam, nam in his materijs Theologi reſpondere debent authoritatibus ſacrorum Canonum aliter grauiter errant, *vt ſupra deciſ. 2. num. 21. & 26. dicebam; vide Lauret. de Frãchis cit. poſt tex. in d. c. cum olim, & in c. vnico 18. quæſt. 1. c. ex quod te de Cleric. coniug. & c. licèt de regul. vbi Auguſt. Barboſa, & Capycius Latr. dict. deciſ. 193. n. 31. & 32.* docet, quod acquirit ſuæ Eccleſiæ Epiſcopali, & ad ſui fauorem diſponere valet, non Monaſterij, item in indigentia ſolùm quartam aſſument, *Coron. contron. lib. 1. c. 2. controu. 7. n. 20. ex Diana, & alijs*, & peccat contra Iuſtitiam, ſecundum aliquos, *Menoch. cit. ex multis*, & ſecundum alios contra charitatem ſi pauperibus non diſtribuat ſua ſuperflua, *Abruz. in §. cãtra autem, quib. alien. &c. n. 100.* Iſti verò facti Epiſcopi an ſint ſoluti votis, & deferre teneantur habitum, vel focium, *videas nouiter cit. de Franchis, & Paſqualis cum Cotonio in ſuis controuerſijs lib. 4. controu. 5. n. 260. cum ſeqq. poſt Barboſ. de vniu. iure Eccleſ. tom. 1. cap. 43. n. 234. & ſeq.*

94. Et de tranſeuntibus, quod teneantur facere integrum nouitiatum, *docent Nauar. conſ. 17. & 60. de regul. & Graff. lib. 3. cap. 5. n. 15.* & locum habere in hac à dic huius ſecundæ profeſſionis, *Barboſa max. cit. n. 88.* nec fieri tranſitus debet abſque cauſa, *c. ſtatutmus, c. mandamus 19. q. 3. Nauar. conſ. 88.* & ſtudio melioris vitæ, *c. licèt de regul.* quod exigitur de æquitate, *Lezana cit. n. 7.* non ita aliud, *ex tex. in d. c. licèt*, videlicet fiat ad religionem ſtrictiorem, *Barboſa in d. c. licèt*, atque fit ſolùm cum licentia Superioris; tranſitus vero ad æquè ſtrictam, vel laxiorem fieri debet cum Papæ diſpenſatione, niſi contraria ſint priuilegia, vel ſtatuta ab eodem Pontifice approbata, *vt Lezana; Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 42. n. 52. cum ſeq. vſque ad n. 75. & ſuper Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap. 18. & alij decidũt*, & qui aliter faciunt, vel abſque cauſa puniendi, non tamen erunt Apoſtatæ, ſed fugitiui, *Bellaſ. in prompt. Verb. tranſitus n. 8.*

95. Quæ verò Religio arctior dicatur, ſtandum Conſtitutionibus ſuis nouis, & primæuis; adeò vt ſi hodiè ſit relaxata parũ referat, *arg. d. c. licèt Barboſ. qui ſupra n. 74.* ſicuti è contra ex hac relaxata poterit tranſire ad rofor. Relig. etſi ex primæua inſtitutione non fuerit ſtrictior, *Bellaſ. qui ſup. num. 10.* & Religio Minimorum S. Franciſci de Paula hodiè eſt arctior qualibet alia, etiam Religione Carthuſianorum, *docent alij, cum Riccinll. Barboſa num. 75. & Peyrin. de Relig. ſubdit. quæſt. 1. cap. 25. §. 1.* ſed exciuſa Conſtitutione aliqua Pontificia contrarium dicerem; nam ex eo, quia licitus eſt tranſitus, *ex Bulla Iulij II. & Leon. X.* non adeò infertur, quod ſit arctior Religio, ſtandum igitur ſuis regulis, & conceſſionibus, ſi ad ſunt, aut conſuetudinibus vel determinationibus Pontificum, aut ſac. Congreg. benè verum quod hi Minimi S. Franciſci de Paula, & Carthuſiani ſunt auſteriores religiones, *ait Cotonius contr. 2. c. 2. lib. 4. n. 23.* inſuper hi tranſeuntes non ſolùm non tenentur ad obſeruantias prioris Religionis, ſed neque ad alia vota ſpecialia in profeſſione illius emiſſa, *Sanchez cit. num. 87. Suarez de relig. tract. de voto lib. 6. cap. 3. num. 7. Bellaſ. verbo tranſitus, in promptuario nu. 21. Barboſa n. 90.* inſup. quæ dixi de Monacho, vel Religioſo, idem dicas de nota domo Religioſorum, quæ ad Religionem ſtrictiorem tranſire poterit, *c. recedenter §. cæterum de ſtatu Monach.* ſi verò hæc de tranſlationibus ha-

aud beant

beant locum in Monialibus, *dicam in ſeq. petitione*, de Oblatis enim, & Conuerſis nõ dubitatur, *Barboſ. n. 44. Sanchez d. c. 7. nu. 9. & alij poſt eos.*

96 Petes quarto an idem quod diximus de Monachis, & Clericis, poſſit ad Moniales extendi? Æquali pede ad Profeſſarum inſtituta deſcendens, *arg. c. fin. de ſtat. regularium*, dabo regulam, quod ſicuti Religioſi erant in eremo antiquitus, ita & Religioſæ, & aliquando habitu maſculino inter Monachos morabantur, & poſtquam in Vrbibus Religioſorũ domus ædificari cœptæ ſunt, tunc etiam, & Monialium Monaſteria, à B. Monica Matre D. Auguſtini, B. Clara, Scolaſtica, & alijs, *Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 44. nu. 2. poſt Pelliz. & alios.*

97 Quo poſito, ſumitur regula, quod quæ circa Religioſos diximus valeant extendi ad Moniales, *c. Monaſteria puellarum 18. q. 2. c. Monaſteria de vita, & honeſt. Cleric. gl. in Clem. 1. de electione, Coroninus in ſuis controu. lib. 4. controu. 9. c. 13. n. 143.* niſi aliter à iure fuerit deciſum, & fuerint hæ exceptæ ab Epiſcopo, & ſubditæ Papæ, aut alijs Superioribus Religioſis, & Eccleſiaſticis, *Coron. cit. n. 143. Laurel. de Franchis part. 1. num. 17. & 31. & ibi Addit. Paſqualis, n. 37.* & ſi voluntariè dixi ingrediuntur Religioſi, ita & Moniales, *c. puellæ 20. q. 1.* & vi coactum illa ingredi volentes excommunicantur, *Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. 18.* pariter etiam, & libera eſſe Monialis debet, non ſerua, & nupta, *c. fin. 32. q. 2.* necnon ætate dicta ſupra, *ex Triden. ſeſſ. 25. cap. 16.* qua datur velum, *vt ibi in Trident.* & etiam conſecratur, ſed officium Abbatiſſæ non habeat, niſi 40. annos compleuerit, *Coroninus cit. num. 145. & de Franch. n. 34. Narbona de ætate ad humanos actus requiſita ann. 40. q. 2. n. 2.* vel expleuerit, ſecundum, *Nouarium in ſingul. Canon. collaſ. 13. n. 3. & ait idē Narbona n. 5.* quod ſi in Monaſterio, vel extra nulla quadragenaria ſit, ſufficiens tunc erit ætas 30. annorum, *vt decidit Trid. qui ſupra*, nec Epiſcopi, aut alij Superiores abbreuiare hanc poterunt, *Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 1. cap. 45. nu. 3.* & octo ann. profeſſ. habere debet, & illa quæ aſſumitur in ſoi anno, quinque, *idem Barboſa ex Triden.* dummodo non ſit illegitima, *Coron. cit. n. 155. ex Pellizzario.*

98 Neque admittuntur Puellæ minores 12. ann. cum habitu in Monaſterio abſque Papæ licentia, *vt in declaratione Congregationis Archiepiſc. Neapolitano de anno 1582. & adducit Barboſa cit. cap. 44. nu. 23. Franch. nu. 44.* & ab hoc tempore alimenta dentur à conſanguineis, & poſtea dos aſſignetur Monaſterio in profeſſione, causa verò educationis etiam cum licentia Congregationis admittuntur ſeptennio completo, & Monialibus permittentibus, & vltra 25. annum ſtare non poſſunt, quod tempus erat conſecrationis de iure antiquo, *ex c. Virginis 20. q. 1. c. placuit 77. diſt.* ſed hodiè ante hoc tempus conſecrari valent, ex generali conſuetudine, de qua teſtatur, *Barboſa d. c. 44. n. 15. & 19. Narbona ann. 25. quæſt. 80. Marcell. Variar. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſu 14. & alij.*

99 An verò donare valeant? Reſpondeas, quod ſunt multæ perſonæ prohibitæ donari à iure, inter quas ſunt regulares, *& adeſt Conſtitutio Clemen. VIII.* quæ prohibet omnimodè regularib. donationes, ideò regulariter donationes à Profeſſis fieri non valent. Doctores verò explicantes verba dictæ *Bullæ* aiunt, quod non habet locum hæc *Bulla*, in donatione remuneratoria, *Rebuffus in propt. V. donat. 3. ex Sanchez, & alijs*, ſicuti dixi *in inſtitut. ciuil. lib. deciſ. 6. de donat. & 11. de Teſtamentis*, & Clerici etiam Concubinæ donare poſſunt ob benemerita, *Abruzz. de ſeruitijs perſon. tom. 1. num. 103.* ſicut Milites actiuatæ, & internis Militiæ, vt Aduocati, *Pignerr. deciſ. 14. num. 9. & per tot. Marcus deciſ. 127. part. 2.* & hæc ſeruitia cõſtare debent ex alio capite non ex aſſertione Clerici, &c. *Abruzz. cit. num. 105. Grat. diſcep. forens. cap. 460. nu. 19. Ciarlin. contr. lib. 2. cap. 184. n. 31.* quod non admitterem in legatis, & ſi in vltimis voluntatibus fiat relictum, quia tunc creditur teſtatori, cum non præſumatur ſalutis æternæ immemor, & hoc facere in fraudem agens in extremis, *Pariſ. conſ. 13. nu. 67. lib. 1. Menochius conſil. 22. nu. 19.*

*num.19. Cancerius tom.2. var. reſol. p.3. c.11. n.244.* aut ſi fuiſſet cum iuramento firmatū de ſeruitijs, *Groſſ. contrcu.24. n.21.* & de magnis ſeruitijs dictum, quia non præſumitur ſimulatio, *Penia deciſ. Rotæ Romanæ 581. nu. 36.* extra verò hunc caſum donare his perſonis Clerici non valent; idem dicas de legatis, quæ etiam ſubſtineri poterunt fauore piæ cauſæ, putà ſi ingreditur Monaſterium, vel matrimoniū contrahat, *Ricciul. ex Giz. 5. in Add. ad Capyc. Latro Obſerv. 99. n. 9.*

100 Rurſus valet donatio Regularium, ſimiliter in donationibus ex alia cauſa, quia donationes ex cauſa non ſunt veræ donationes, nec veniunt donationis appellatione, *Puteus, Gabriel, & alij cum Barboſa in appellatiuis verb. donatio num. 1. ex l. Aquilius, & l. ex hoc iure §. labeo ff. de donat. l. ſed, & ſi §. conſuluit ff. de petit. hæred. de Franch. & Ruſq. &c. cit. num. 42.* & explicaui *in dictis diuiſionibus deciſ. 6. de donationib.* & etiam Bulla non loquitur de donationibus minimis, non excedentibus ſummam duorum aureorum, cum de minimis non curet prætor, *l. ſcio ff. de in integ. reſtit. l. 4. ff. de ædilitio edicto,* nec modica nocent, *c. proponente de reſcriptis, Tiraq. in l. ſi vnquam C. de reu. don. n. 107. & in tractatu de iudicijs in rebus exiguis verſ. 29.* niſi eadem ratio eſſet in minimo, ac in magno, *Geurba in Conſuet. Meſſan. cap. 6. gl. 6. n. 11.* vide pro regula, & limitationibus, præter *Barboſam in axiomatib. verb. minima, & verb. modica, Gallinium de verb. ſignif. lib. 10. cap. 2. num. 9. & idem Clemens* declarauit in minimis donationibus Religioſorum, *Belleſ. Verb. donatio num. 4. ex Lezana, atque Vrbanus VIII. in Conſtit. edita anno 1640. die 16. Octobris,* decidit non comprahendi ſub prohibitione donationes remuneratorias, *vt adducit Paſqu. ad Frāch. n. ſuo 42. p. 1.* confirmans concluſionem ſupradictam de minimis donationibus, & *Sanchez lib. 7. ſumm. cap. 5. num. 28. Donat. 4. part. var. regul. tract. 7. q. 15.*

101 Igitur donationes à regularibus de bonis licitè poſſeſſis, & cum licentia Superioris ex cauſa fieri poſſunt, alias non, niſi fuerint minimi valoris, *arg. c. ſeruulus 1. diſt.* & pocalenta, & eſculenta, *Gloſ. in c. 2. de cenſib. in 6. verſ. munera,* & vide poſt dict. Clementinam, *Congreg. ſacræ mandatum iuſſu Vrbani VIII. datū die 16. Octobris 1640. quod ſupra n. praeced. retuli,* & infra *n. 110. dicam de his quæ dantur à Monialibus,* nec Bulla cōprehēdit Milites S. Ioan. Hier. Tertiarios, & Oblatos, *Barb. à S. Fauſto in Theſ. Religioſ. lib. 8. queſt. 205. Sorb. in Compend. priuil. regul. lib. 8. quaeſt. 205.* ſicuti, & bona conceſſa Religioſo ad vſum proprium, *Dianap. 1. tract. 6. reſol. 18. & 33.* quod non approbo, quādo Papæ non adeſt diſpenſatio, *Cotzu. cit. contrau. 6. cap. 5. n. 138.*

102 An verò tales donationes in caſu licito indigeant inſinuatione requiſita à lege communi, *in l. Sancimus C. de donat. & à cap. Regni noſtri Regis Ferdin. 61. cum Pragmatica Comitis de Caſtro §. 2.* de qua inſinuatione dixi *ind. tit. de donat.* & regulariter, vt ibi concludas donationes quatenus adeſt præiudicium tertij eſſe inſinuandas, & ius commune in multis correctum eſt à noſtro iure Regni, *vt ex lectura d. l. Sanc.* patet, cum *Capitulo Regni*, diſponente quod omnes donationes inſinuari debent, & hoc *Capit.* in don. propter nuptias extendit *Pragmatica Comitis de Caſtro*, quidquid ſit de iure communi, *Farin. deciſ. 377. part. 2. nu. 5. Gratian. diſcep. 297. nu. 19. Riminaldus in §. 1. de don. n. 459. & 491. Borrell. mox cit. num. 143. cum ſeq.* de quo etiam non vitiatur donatio niſi in exceſſu ducatorum 700. noſtri tēporis, *idem deciſ. 458. nu. 4. & 7. ex Iaſone, & alijs in l. Sancimus, & fin. C. de donat.* quod non ita in Regno, nā loquitur de omnibus donationibus proprijs etiam non excedentib. talem ſummam, *Caſta conſ. 29. n. 8. & 61. nu. 20. & alij quos nouiter adducit Caruſ. in ſilua, arbor. 9. n. 41. cum ſeq.* pro quibus

103 Dubitandum erit an hæc inſinuatio requiratur in donationibus ob cauſam, & ob ſeruitia; adeò vt hæ non valeant quantum ad tertij præiudicium? & negatiuè reſoluit, ex multis *Abruz. de ſeruit. perſon. conſ. 1. nu. 96.* ibi *in re in quo æquiparatur meritis, nāin exceſſu, Menochius conſ. 308. n. 31.* licèt contrarium dicat, *Caruſ. cit. nu. 89. ex Groſſ.*

& abſq;

ſed abſque ratione, & donatio ex cauſa alimentorum, cauſa mortis, ratione ingreſſus Religionis, & in vim legati, & relicti in cõtractu venditionis, *Groſſ. ſup. dict. conſt. prag. §. 2. n. 30. & in controu. 24. n. 16. cum ſeq.* & plurima cumulat, *Merenda controu. lib. 1. c. 13. 14. 15. & 16. Caruſ. cit. n. 83. Borrell. tom. 3. tit. 11. per tot. Caſtill. cit. n. ſuo 8. xiij. limitationes adducens*, & nota quod ſi dictum fuerit in donatione ob benemerita, & ob ſeruitia hæc ſpecificanda, & probanda alias inſinuatio requiritur, *vt ſupra tetigi nu. 99. Gratian. diſcep. forenſium tom. 1. cap. 355. nu. 18. & 20.* ſicuti & donatio iſta facta conſanguineis, *Caſtillo mox cit. n. 16.* atque donatio cauſa alimẽtorum propter ſtudium, *idem Groſſ. & Caſtill.* & facta in præſentia Iudicis, *Rota Roman. apud Merlin. deciſ. 149. nu. 23.* nam hæ inſinuari non debent, idem de renunciatione facta à nouitio infra duos menſes, &c. *Caruſus cit. n. 88.* qui de donatione facta in prœmium emancipationis loquitur etiam *n. 85.* & de donatione ad pias cauſas, *idem Groſſ. n. 32. & controu. V. per totam Barboſa de vniu. iure Eccleſ. tom. 2. lib. 3. cap. 13. nu. 22. ex Duen. Rebell. Tiraq. Cened. & alijs, Diana part. 8. tract. 6. reſol. 46. 48. & 49. vbi reprobat Bucerum tract. de don. cap. 3. n. 70. & alios, Rota Romana apud Farinacium mox cit. dict. deciſ. 458. n. 3. Surdus de alimẽt. tit. 8. priuil. 62. n. 8. Anton. Faber in tit. C. de donat. diffin. 12. Caſtill. Sotomaior. de alim. lib. 8. cap. 11. nu. 8.* poſt multos, quos more ſuo cumulat, & ratio eſt quia ſtatutum laycale Eccleſiam, & Clericos ligare non poteſt, licèt dici poſſit, quod ſit ad bonum publicum inductum, & honeſtum atque rationabile, & hoc propter defectum poteſtatis in ſtatuente, *Genuens in praxi Archiep. cap. 74. Ferr. contr. Dian. p. 1. q. 12. n. 10. in fine*, & requiritur conſenſus S. Pontificis, *idem Groſſ. d. cõtrou. 2. n. 12. & contr. V. nu. 13.* qui alias adducit optimas rationes circa hanc materiã, quibus addas, *tex. in c. relatum il. 2. de teſtamentis*, vbi decidit *Papa*, ſolemnitates iuris ciuilis non eſſe neceſſarias in teſtamento pio, *Menoch. conſ. 224. n. 45.*

104 Ex qua vera, & inuiolabili ſententia haud ſubſtineo concluſionem illam, quam adducit *Groſſ. locis ſup. citatis*, quod ſtatutum de inſinuatione ligat Clericos donantes, & donationes, illis factas, pro qua concluſione citat *Abbatem in c. quod Clericos de foro competenti nu. 19.* & quod ſtatutum hoc ligare non poteſt Eccleſias, & donationes ipſis factas probauit per totam controuerſiam, ex argumento fraudis, quæ in Eccleſia haberi non poteſt, & etiam quia ſtatutum laycorum de inſinuandis contractibus ſubiugatorijs, & cenſualibus eſt factum à laycis, qui ſtatuta contra Eccleſiam, & Clericos nullo modo facere valent, *vulg. iuribus, idem Groſſ. controu. 2. nu. 12. & 5. n. 13.* quod eſt potiſſimum argumentum, nam layci etiam ad euitandas fraudes non poſſunt ſtatuere cõtra Clericos, & ipſemet etiã adducit *controu. 6. n. 43.* in donatarijs omnium bonorum Clericis, qui ligari poterunt via executiua, quia ſtatutum laycale tribuens executionem inſtrumento pertinet ad ordinatoria, & ita ligat Clericos; (quod ſi verum eſt, *iam in præced. deciſ. dicebã*,) quare ergo non dicit, quia fuit factum ad obuiandum fraudibus, & ita ligat Clericos, nã malum eſt argumentum de inſinuatione, in quo admittit poteſtatem laycalem ſtatuta facere poſſe contra Clericos ad obuiandũ fraudibus, potius ergo ex illo valido argumento contrariũ dicas, nec circa hoc *Groſſ. ſequor.* & ad illud quod obijci poſſet de ſtatuto facto cum interuentu brachij Eccleſiaſtici; Reſpondeas *prout ſupra in præcedenti deciſ. n. 119. & citatus Groſſ. cõtrou. 2. n. 6. docet*, quod nullo modo valet ſtatutum laycorum etiam factum ad publicam vtilitatẽ contra Clericos, niſi fuerit à S. Pontifice approbatum.

105 Imò *Doctores relati*, tribuentes priuilegium, & exemptionem Eccleſiæ, etiam de Eccleſiaſticis loquuntur, vt nõ ſint ſubiecti ſtatutis de inſinuandis cõtractibus ſubiugatorijs, & donationibus factis pro ſe, vel ab ipſis, *Felinus in c. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. Baldus in Auth. Caſſa C. de Sacroſ. Eccleſijs Ruin. conſ. 182. vol. 1. col. 6. Cagnolus Brunus, Olden. Gual. & alij citati à Gabriel.*

*comm. concl. lib. 3. de don. concl. 1. num. 28. Borrell. ſumma deciſ. d. tom. 3. tit. 11. de inſinuãd. don. n. 129. & 132.*

Scio nouiter *Caruſum in ſilua terminorum arbor. 8. n. 38. & arbor. 9. nu. 58.* dixiſſe inſinuationem requiri in ſubiugatione facta Eccleſiæ, vel Clericis, & quod teneantur via executiua, virtute *Pragm. de cenſibus*, & improbat, *Groſſ. & Abruz.* idem dicit in donatione facta locis pijs, & Eccleſiæ, quæ inſinuari debet etiam, & hanc eſſe communem ſententiam verioremuè, quem improbauit *Groſſ. in fine Suar. controuerſiarum*, & benè, nam communem dicit opinionem nullo valido fulcitam fundamento, & contra regulas iuris canonici, & ciuilis, communẽq; Doctorum ſenſum, quod oſtendã reiciendo probationes *Caruſi*, circa donationem, nam ex hac ad aliam facilè argumẽtari poteſt, *& inf. lib. 2. tit. de cenſib. dicam*, & inſinuatio ex laycali ſtatuto, tàm in cenſibus, quàm in donatione requiritur, Dicit ergo, *ex Gloſ. in §. finimus Auth. de non alien.* quod non valet donatio facta Eccleſiæ, ſine inſinuatione vltra 500. ſolidos; quæ loquitur contra *tex. in l. Sancimus C. de donat.* ibi *exceptis donationibus tàm Imperialibus, quàm y s quæ ad cauſas pijſſimas procedunt, & gloſ. verſ. propriam, item & à priuatis, &c. & cõtra tex. in l. illud C. de ſacroſ. Eccleſijs*, vbi, *illud quod ex veteribus legibus licèt obſcurè poſitis à quibuſdam attentabantur, vt donationes ſuper pijs cauſis factæ licèt minus in actis intimatæ eſſent, tamen valerent certo, & dilucido ſcire taxamus*, & poſtea diſpoſitum à iure veteri adducit, quod in omnibus ſeruandum, *ex verbis ſeq. præter eas, quas ſpecialiter expoſuimus introducenda, veterum ſcita ſuper intimandis donationibus permutare*, & ſequitur legis verum ſenſum *Bartolus* ibi, *n. 4. benè autem puto, quod per eandem legem in princip. valeat hodiè donatio facta Eccleſiæ indiſtinctè ſine aliqua inſinuatione*; item, & in *d. §. finimus*, immunem facit Eccleſiam ab his legibus Imperator, *& in l. penult. vbi idem Bart. C. de don.* nec vllum eſſet datum Eccleſiæ priuilegium, ſi valeret donatio ei facta vſque ad 500. aureos, cum hodiè indiſtinctè de iure quælibet donatio valeat ſine inſinuatione vſq; ad 500. aureos, *vt in d. l. pen. Bald. docet, ex verbis tex. in fine*, Gloſam ergo loquẽtem contra tex. habet pro ſe *Caruſus*, quæ meritò communiter reprobatur, nec eius authoritas tanta eſſe poteſt, vt ſufficiat ſola contra communem, *vt ſup. dixi n. 86. ex Abbate, & alijs*, atque alia probatio eiuſdem Authoris, *ex tex. in d. l. pen.* diuinatoria eſt, ideò nullius momẽti, *arg. eorum, quæ etiã ſup. addux. in præced. deciſ. n. 98.* ſicut Reſponſiones ad iura citata, illã offuſcare non poſſunt, *item tex. in d. l. ſi quis argentum in fine C. de don. eſt contra Caruſum*, vt legentibus liquet.

Quod ſi poſtea aſſumit nullo iure Canonum cautum eſſe has donationes inſinuari non debere, contra eum dicas, *ex Alex. in addit. ad Bart. in d. l. illud*, qui adducit tex. *in c. ſunt qui opes 17. q. 4. vbi quod Eccleſiæ donatum eſt, reuocandum quis non præſumat, idẽ in Clem. 1. in fine de decim.* ex quibus optimè inducitur, quod datum Eccleſiæ nunquam reuocari poteſt, & annullari ex aliquo prætextu; quomodo ergo dicit, quod valet reuocari, quia non fuit inſinuatio, ſed dato, quod nulla lege Canonica hoc cautum eſſet, & apertè contrarium ex lege ciuili, *vt ait Caruſ.* (quod expreſsè negari debet) tamen non erit bona ſua ſententia, quod Eccleſia compræhenditur ſub illa diſpoſitione Imperiali, ex eoquia, quando in aliquo deficit ius Canonicum iudicat Eccleſia ſecundum leges ciuiles, *ex c. 1. de nou. operis nunciat.* nam hæc regula non loquitur quando lex ciuilis læderet Eccleſiam in ſpiritualibus, & acquiſitis, & acquirendis, atque hoc modo præiudicialis eſſet, vt dicitur *in d. c. 1. & notat gloſ. verſ. adiuuantur*; quod ſi verũ eſſet, omnes leges ferè ciuiles ſeruare tenerentur Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici, omneſque Pragmaticas, quod eſt abſurdiſſimum in iure, & contra communem ſcholam Theologorum, Canoniſtarum, & Ciuiliſtarũ, & cõtra ipſum *Caruſum*, qui eodem libro, *arbor. 15. n. 84.* ait Eccleſiam non teneri vltra vires hæreditarias ſi inuentarium non confecerit, *iuxta tex. in l. fin. C. de iure deliberandi*, qua-

*di*, quare ergo hic non adducit hæc ſua argumenta? nec maiorem rationem in vno, ac in alio caſu video, quod præiudiciũ ſit Eccleſiæ, patet, quia materia relictorũ eſt quid ſpiritualis, & leges ciuiles, quæ diſponunt ſuper illis non valent; *c. relatum de teſtam. Bart. in l. cunctos populos C. de Sum. Trinit. ex arg. c. fin. de rebus Eccl. non alien. Extrau. vnica eod. c. 1. & tot. tit. 12. q. 2. & 14. quæſt. 5. Anan. conſ. 57. Bald. conſ. 118. Barboſa de vniu. iur. Eccl. tom. 2. cap. 37. nu. 103. Hoſt. & Barbatia in c. fin. de ſol. Abbas in d. c. Relat. Angel. in l. ſtichum, & Pamphilum ff. de verbor. ſignif. Alex. ſup. cit. in addit. ad Bartolũ, & Calder in. conſ. 23.* ad argumentum de ſtatuto facto accedente brachio Eccleſiaſtico reſpondeas, *prout ſupra in præced. deciſ. nu. 119.* & debet eſſe confirmatum à Papa, *Groſſ. contrau. 2. n. 12.* qui tota *contrau. 5.* concluſionem defendit, quem vide bene examinantem materiam, *poſt Doctiſs. Abrhz. ex noſtris*; nec aliquid addendum contra dictum Authorem, qui mutare deberet hanc opinionem contra Eccleſiam eiuſue bona, & libertatem Eccleſiaſticam, quæ non compræhendi valent à ſtatutis, legibus, & conſtitutionibus etiam imperialibus, *vulg. c. Eccleſ. S. M. de conſtit. cum concord.* quod ſi Authoritates deſiderat, iam ſunt in magno numero Doctores huius veræ ſententiæ ſup. relati, quibus addas, *Riccium collec. 177. Borelli ſum. deciſ. tom. 3. tit. de inſinuãdis donat. Genuenſ. in practic. Eccleſ. q. 296. Sanctar. q. 69. num. 4. Molin. de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 279. Azor. inſtit. Moral. tit. de donat. cap. 6. q. 7. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 19. dub. 13. nu. 102. Spirell. deciſ. 10. n. 15. & 16. nu. 1. Theſau. quæſt. forens. lib. 2. q. 8. n. 9. Pereira quæſt. forens. c. 28. n. 3. Mattens. l. 7. gl. 6. n. 13. lib. 5. Noz. de contract. tit. de don. cap. 15. Iann. de oneral. lib. 2. cap. 2. num. 46. Menochius conſ. 1265. n. 1. lib. 13. n. 1.* vbi docet quod ſtatuta circa ſolemnitates non ligant Eccleſias, *Tuſchus, concl. 198. verb. inſinuatio n. 8. tom. 4. Intrigliol. ſingul. 87. num. 119. lib. 3. & lib. 1. ſingul. 57.* qui de communi, tit, & de magis communi *Duen. regul. 324. limit. 6.* quæ Authoritates maximè attendendę, nec ſper-
-nendas, *vt lib. 2. dec. 4. num. 45.* dicam.

Demũ reſponſione nõ indiget (quod addit) *Carus.* de ſtatuto, quod nõ loquitur de perſonis, ſed de rebus, & ita ligat Eccleſias; nã quæ determinatio Papalis dixit, Clericum ligari ſtatuto directo contra rem, quæ Clerici eſt, & Eccleſiæ; imò contrarium video, *in c. non minus de immun. Eccleſiar. iuncto c. aduerſus, c. Eccleſ. S. M. de conſtit. c. quod Clericis de foro compet. c. bene quidem 96. diſt. c. quæ in Eccleſiar. de conſt.* nec conueniri iſti valent actione reali in rem coram Iudice ſæculari, *vt ex Ranerio de Forol. Alber. Petr. de Greg. Baldo, Ioan. de Platea, Soccin. Maran. Roland. Grat. & alijs Barboſ. de vniu. iur. Eccleſ. cap. 39. §. 2. tom. 1. n. 107. docet, & ipſe ſup. deciſ. præced. nu. 69 probaui*, ea ratione, quia iura generaliter exemptionem perſonis, & bonis tribuunt; *Auth. ſtatuimus, Auth. ſed hodie C. de Epiſc. & Cleric. c. ſi diligenti de foro competenti, c. inoliſ. c. placuit 11. q. 1. Baldus in c. 2. de iudicijs*, & ſtatutum laycale inducens nouam formam, vel ſolemnitatem circa legata pia, & diſpoſitum ad pias cauſas non valet, *idem Bald. conſ. 118. Abbas conſ. 32. n. 1. Barboſ. cit. tom. 2. cap. 27. nu. 103.* nam iuriſdictionem non habent, nec aliquid diſponere poſſunt layci, *Bald. Imola, & alij cum Bellett. in diſq. Cleric. tit. de exempt. Cler. à ſtat. ſæcular. §. 4. num. 39. cum ſeq.* imò *Surdus cit. à Carus.* quando adducit argum. quod ſtatuta directa in rem non in perſonam Clericos ligant, *n. ſuo 8. & n. 41.* hoc ipſe non ſuſtinet abſolutè, ſed adducit pro confirmatione ſuæ opinionis, fuit enim opinio, *Neuizani, ex Barb. conſ. 65.* & bene omnes loquuntur quando forenſis, Clericus, vel Eccleſia vti vellent beneficio ſtatuti laycorum quod poſſent, ſed cum qualitatibus ſuis, *vt communis ſchola docet, & Bellett. cit. §. 1. in fine*, non tamen è contra ſi iſti facerent ſtatuta, quæ etiam generalia, compræhendunt gentes de ſua iuriſdictione, *idẽ Surdus nu. 45.* & à principio excludere poſſunt Clericos in rebus indifferentibus; nec minuentibus priuilegia Clericalia, *Tiraq. de retract. gl. 8. num. 42.* non è contra, *vt in præced. deciſ. n. 86.* ſed de bonis ſuis acqui-

ſitis, vel acquirendis minimè diſponere, vel fauorabilia tollere valent, *Bart. in l.priuilegia C. de ſacroſ.Eccl.ex arg.c.fin.de reb.Eccl. non alien.& d.c.non min.c.nouit.& c.ad apoſtolicam de ſimonia*, nec huic generalitati aliquid innouare poſſunt Doctores, ſed ad effectum, vt ſtatutum ſæculare liget Clericos, vel Eccleſias actiuè, & paſſiuè, requiritur S. Pontificis confirmatio, qui poteſtatem ligandi eos generaliter habet, vt ex principijs iuris Canonici, probaui *ſup.deciſ.3.de conſt.& deciſ.4.de poteſtate Pontificis,& hac.d.nu.67.ex eodem Surd.n.15.& Groſſ.cont.2.n.12. annuit*, quomodo ergo ex opinione aliquorum dicentium, quod ſtatuta, quæ circa res diriguntur ligant Clericos, decidere abſolutè poſſumus; præcipuè cũ iſti loquantur in caſibus ſuis, & quãdo laycis eſt prohibita alienatio fraudulenta, &c. quos verba particularia cõpræhẽderent, vt in caſu *Surdi,& Neuiz.* ſecus generalia, *idẽ Surd.n.45.*

*Ad Bartolum in l.1.C.de Summa Trinitate & fide Cath.* quem adducit, *idem Author*, dicas nõ loqui de inſinuatione teſtamenti ad pias cauſas, *vt ibi*, & notauit *additio Alex. lit.C.* ſed de teſtamentis Clericorum, quorũ teſtamenta etiam ſi in illis fuiſſet laycus inſtitutus, nõ ſubiacent ſtatuto diſponenti, teſtamenta inſinuata non valere, *dixere Bart. cit.& alij*, quod communiter reprobatur, *vt ait Ioan. à Lignano,& Bellett.cit.* §.4. *nu.38. ex Vaſquez,& alijs*, qui idẽ in caſu quo eſſet Clericus inſtitutus docet, cum *Baldo, Fulgoſ. Abbat. Ancbar.& alijs*, atque *ad Hondad. & Riminaldum*, eodem modo prout ſup. Reſpondeas, & ſi examinemus Doctores ſequentes hanc falſam opinionem, eiuſuè argumenta certè nullius veritatis illam dicere deberemus, quia contra illam, & iura canonica, & ciuilia, authoritateſuè Doctorum ferè omnium reperiuntur, atq; ſi hæc principia eſſent vera deſtruerentur exẽptiones, & Immunitates Eccleſiarum, & noua deberemus iura adducere, & fontes reperire, vt ius Canonicum doceamus: vbi enim eſt exemptio abſoluta Eccleſiarum à ſtatutis, & legibus laycalibus, & quod laycis deficit iuriſdictio contra Eccleſiaſticos, & ligandi Eccleſiarum bona, *c.1. 11.q.& per tot.c. denique 96. diſt.c. decernimus, c.& ſi Clerici, c.cum non ab homine de iudicijs, c.ſæculares de foro compet. in 6. Triden.ſeſſ.25.de refor.cap.20. c.ſi Iudex laycus de ſent.excõm. in 6.§.1. Auth.apud quos oporteat cauſas dicere, vulgato, c. Eccl. S. Mariæ,&c. vt adducit Cardin. Bellarm. de exempt. Cleric. contra Caluin. & alios contrarium dicentes*, de iure Diuino, *gloſ. in c. ſi Imperator 96. diſt.c. quamquam de cenſib. in 6. Roman.ſingul.419. Abbas in d.c.Eccl.S.M.n.6.Felin.n.5. Decius nu.14.& in c.2. de maior.& obed. Auferm. in Clem.1.de off.ordin.Clar.in pract. crimin. §.fin.q.36.nu.2. Decian.tract.crimin.lib.4.cap.9. nu.1. Gutierez in repet.l. nemo ff. de leg.1. n.144.Garc. de nobilit.gl.9.nu.1. de Graſſ.de effect.Cleric.effect.1.n.2. cum ſeq.Germon.de ſacror.immun.lib.3.cap.15.nu.15.Azor inſt. Moral.tom.1.lib.5.cap.12.q.2. Ambroſ.de imm.Eccleſ.cap.16.nu.4. Mart.de iuriſd.p.2. cap.6. n.1. Scaccia de iudicijs lib.1. c.11.nu.44. Bonadell.polit.cap.18.nu.232. Surd.conſ.301.n.46.Suarez in defenſ.fidei aduerſ.error. Anglic.lib.4.c.8.nu.9.* nec ſolũ ex iſta, *l. Sancimus C. de don.* & Pragm.aut Regni Cap.& ſimil.ſtatutis laycalibus etiam Imperialibus non ligãtur Clerici, *prout in deciſ.præced.& paſſim in hac adduxi*, ſed ſimilibus circa ipſas donationes, & relicta, vt in donatione omnium bonorum, quæ inualida, *l. omnes §. Lucius ff. de his quæ in fraudem credit.* facta tamen Eccleſiæ, vel loco pio valida eſt, *l.iubemus C.de ſacroſ.Eccl.Tiraq. de priuil. cauſæ piæ priuil.10.Clar.in §.donatio.q.20.num.203. Couar.in rub.de teſtam.§.2. n.6.de Frãchis deciſ.168.nu.2. Spin.in Specul.teſtam.gl.11.n.29.& gl.12.n.45.Gutier.de iuram.cõf.p.1.cap.11.n.7.* aut ſi donatio in dubio non præſumitur, *l.cum de indebito §.ſin verò ff. de probat.* tamen facere Eccleſiæ præſumitur, *Menochius de arbitrarijs caſ.88.n.7.Genuen. in prax.q.14. Abb.& can. in c.ſi cauſis de fide inſtrum.* item ex cauſa ingratitudinis non reuocatur, *Clar.cit. in §. donatio. n.5. q.21. Menoch.de recup.poſſeſſ.n.102. Azor.cit.p.3. lib.11.cap.8.q.5. Ripa lib.2.reſp.cap.20.nu.20.contra tex.l.fin.C. de reuoc. donat.* domi-

nium-

niumque abſq; traditione transfertur, *l. fin. C. de ſacroſ. Eccl. vbi gl. verſ. numquid poſſeſſeſſio, Moz. de contract. tract. de emptione cap. 34. Morl. in empt. iuris p. 1. tit. 9. in pralud. n. 51. Mart. cit. part. 4. cont. 1. caſ. 19. n. 5. Molin. de iuſt. & iure tract. 1. diſp. 396. n. 7. Salas de contractibus tract. 2. de empt. & vendit. dub. 46. nu. 4. Riccius p. 1. deciſ. 177.* in ſumma factæ donationes Eccleſiæ non reuocantur, *Vela diſſert. 37. cap. 43. Grat. diſp. 803. Fabius Ann. conſ. 32. n. 4. Viſconti in concl. iuris Verb. donatio facta Titio de aliquo fundo, vel domu,* & de priuilegijs relicti ad cauſas pias, *dicam lib. 2. tit. de legatis, & teſtamentis ad pias cauſas,* nec mirum ſi Eccleſia, & Clerici non ſubiaceant ſolemnitatibus iuris ciuilis, cum etiam Milites has ſeruare in ſuis teſtamentis, & relictis non teneantur, *Merlin. de legitima lib. 5. tit. 2. quaſt. 5. n. 2. Menoch. cõſ. 408. n. 34.*

106 Alios caſus in quibus inſinuatio requiritur enumerat, *Groſſ. cit. et Cutell. de don. tract. 2. diſc. 1. ſpec. 4. per tot. & tract. 1. diſt. 2. part. 3. Caruſ. in d. ſilua arb. 9. & Borell. cum alijs relatis ab Alphonſo de Olea de ceſſione iurium lib. 4. quaſt. 3. n. 12.* mentique teneas etiam, quod liberatio gratuitè facta inſinuari debet, *Gratian. diſcep. 460. n. 19. Cancerius lib. 2. cap. 8. nu. 4.* niſi fuiſſet facta per modum tranſactionis, *Faber in C. lib. 8. tit. 40. diff. 3.* inſuper remiſſio vſurarũ in dote, *idem diff. 4.* & renunciatio, quæ ſapit donationis naturam, *Rota Rom. apud Farin. deciſ. 38. n. 3. in nouiſſ. part. 2.* atque ratificatio, donationis, vel cõtractus cenſualis ſeu bullalis, *Abruz. in lect. in §. nunc admonendi inſtit. quib. alien. licet, vel non n. 87.* cæterique alij relati ab ipſo, *à Caruſo citato d. arb. 9. per totam,* & probabilis mihi ſemper fuit opinio de iure, quod huic inſinuationi renunciari non poſſit, quia eſt in præiudicium tertij, & ad falſitates, & fraudes euitandas inuentæ ſunt inſinuationes, *Menochius conſ. 261. nu. 28. & conſ. 423. n. 17.* & pro hac opinione ſunt innumeri *Doctores quos refert Borrell. cit. num. 80. & 91.* nec iuramentum quando conſtat de hac fraude ſupplere poteſt vices inſinuationis, præſertim quando non eſt renunciatum ipſi inſinuationi cum iuramento, vt voluit, *Cancerius part. 1. cap. 8. nu. 5. & part. 3. cap. 7. nu. 307. Rota Romana apud Farin. deciſ. 665. n. 7. Guid. Papa deciſ. 35. per tot. Menoch. conſ. 451. n. 27.* & ad minus contraria opinio loqui poſſet de donatione validanda inter donantem, & donatarium, nam reſpectu tertij nunquam nocet iuramẽtum delatum, *vt noſtri Doctores* loquuntur, *ex tex. in c. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6. gl. in c. quamuis de pactis in 6. & Merenda controu. iur. lib. 1. cap. 11. n. 9. Capycius Latro in Regno Neapolitano deciſ. 156. nu. 19. cum ſeq. & alij citati à dict. Olea,* qui concluſionem examinant, & hoc modo concludere videntur, *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 73. n. 14. Cutelli tom. 2. ſpecial. 4. n. 5. Cimin. ſup. pragm. com. de caſtro §. 2. nu. 2.* & pro Vrbe *Rota Romana in vna Roman. pecuniaria de anno 1592. die 22. Iulij,* idem decidit *Rota apud Pontam deciſ. 188.* in donationibus à Forliuienſibus factis in quibus viget conſtitutio, quod donationi non inſinuatæ, non ſuffragetur iuramentum, *Merenda controu. lib. 1. cap. 13. num. 12.* & vera concluſio eſt quando ſtatutum annullat donationes iuratas, *Rota cit. in vna Perus. Bonor. de anno 1611. die 14. Ianuarij apud Farin. in nouiſſ. deciſ. 277. & melius in vna Veneta donationis ſub die 7. Nouembris 1614. apud eundem 665. n. 10. in fine, ex Cerneo, Imola, & alijs, & in alia deciſ. 588. n. 2. in fine part. 1. & part. 2. deciſ. 385. n. 9 Borrell. cit. n. 91. & 92. Caſtill. de Sotomaior de alimentis lib. 8. cap. 11. num. 4.*

107 Si verò donans non alienaſſet rem donatam, ſed poſtea eius ſucceſſor, an fuerit nulla prima donatio in præiudicium creditorum, & certè non erit nulla, *vt docet meus Coſta conſ. 40. n. 26.* cum de hoc ſtatutum non loquatur.

108 Et terminus inſinuationis currit à die ſcientiæ donationis, *Cimin. cit. in d. §. 2. n. 6. & ibi n. 4.* quæ etiã fieri poteſt poſt tempus determinatum in lege, vel ſtatuto, quãdo non adeſt tertij præiudicium, *Merenda controu. iuris lib. 1. cap. 12. per tot. Grattian. diſcep. 321. tom. 3. num. 33. & 37. & cap. 483. num. 17.*

[illegible] verò transeat ad hæredes donatarij, [illegible] insinuationis tractat., *idem cap.* 88. *n.* 3. *&* 9.

109. Reus verò qui negat insinuationem, tenetur probare illam adeſſe, *Posthius de manutenendo decis.* 653. *nu.* 4. *Thomat. decis.* 13. *nu.* 18. *& decis.* 68. *n.* 41. *&* 42. niſi conueniretur quis vigore contractus, quia tunc ſufficit oppoſitio defectus inſinuationis; nam concluſio ſupradictorum locum habet quando quis agit de nullitate. *Spirell. decis.* 47. *n.* 17. *& decis.* 83. *nu.* 25. *Rota Romana, & alij, quos ſequitur Maſtr. de confiscat. quæst.* 48. *n.* 36. *&* 37. & videtur ſentire, *Groſſ. in d. conſtit.* §. 87. *n.* 34. qui ex lapſu temporis 30. annor. præſumit inſinuationem niſi aliter appareat de facto, & in rei veritate, aut ex lectura inſtrumenti. *Rota Romana in vna Viterbien. terræ Vetrale de anno* 1615. *die* 30. *Martij apud Farin. in nouiss. decis.* 671. *nu.* 2. *Carnſus ſilua terminorum arbor.* 8. *nu.* 81. *& arbor.* 9. *n.* 94. vbi requirit etiā poſſeſſionem donatarij, & benè.

110. At aduertant Moniales, & Religioſi viri ad d. *Bullam Clementis VIII. & declarationem S. Congreg. iuſſu Vrbani item VIII.* de largitione munerum, quæ ſolùm loquuntur de rebus mobilibus non pretioſis, nam de immobilibus, vel mobilibus pretioſis, alia eſt ratio, quia hæc indubitanter Religioſis prohibentur donari, ſicut retineri, vt ex dictis apparet. & aduertit *Lezana in ſumm. Verb. Dare n.* 11. nec Superiores Religionū ex eo quòd in tali gradu ſunt aliquid gratioſè donare poſſunt, & Abbatiſſæ, *Suarez tom.* 4. *de Relig. tract.* 1. *lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 2. *P. Caet.* 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 8. *in principio Valentia tom.* 3. *diſp.* 3. *quæst.* 18. *p.* 4. *Molin. tom.* 3. *de iuſtitia & iure diſp.* 276. *Reyn. tom.* 3. *quæst.* 1. *cap.* 5. §. 1. etiam ipſiſmet Religioſis. *Hier. Gratian. diſcipl. regul. p.* 2. *c.* 8. §. 3. niſi de rebus exiguis fuiſſet donatio *prout ſup.* ſub pœnis, *ut in dict. Bulla*, & recipientes Religioni reſtituere tenentur ſub mortali, *Barth. à S. Fauſt. in Theſau. Relig. lib.* 8. *quæst.* 226. nec commatres faciant, & retineant Regulares *cap. placuit* 36. *q.* 1. *cap. peruenit* 18. *q.* 2. nam ſub hoc prætextu dare aliquid poſſent, & alloqui cum fœminis ferè ſemper, quod prohibitum etiam Religioſis, *c. ſolummus, c. Clericus, c. in omnibus, & Clericis* 1. *diſt.* niſi ſit in loco publico; nam ſolitaria allocutio eſt prohibita *in Decretis cit. & c. dilectiam* 18. *quæst.* 2. atque concipitur, non ſolùm in honeſtarum cum quibus non dubitatur, quod nullo modo Religioſi, & Clerici alloqui poſſent, & conuerſari, ſed honeſtarum mulierum, vt docent, *Peyr. in formul. [illegible] c.* 8. *& Bellarmus Verb. mulier n.* 6. *&* 7. an verò immoderatè, & inhoneſtè in Eccleſijs ſuis alloquentes Religioſos, Epiſcopus, *iuxta Concilium Trident. ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 14. *de quo ſupra n.* 49. atque etiam frequentantes domus meretricum punire poſſit, & breuiter reſpōdeas ex Verbis Concilij, quod poterit ſi adſit ſcandalum in his, & alijs delictis carnis, [ſicut & contra Clericos, *ut dixi ſup. decis. præced. nu.* 164.] ſecùs è contra, vt loquitur *Céſpedes de exemptione Religioſ. dub.* 237. *nu.* 5. & ideò carcerare non poterit occultè, & abſque ſcandalo hæc facientes, ſed tenetur ſuperiori denunciare, vt illos caſtiget, *vt idem docet*, & eſt reſolutio conformis textibus [illegible].

111. Monaſterio etiam debentur bona Monachi, & Religioſorum, ex regula, quidquid acquirit Monachus, &c. *Rota Romana apud Merlin. decis.* 91. *n.* 1. *& decis.* 247. *in noviſſ. decis.* 95. *nu.* 6. vel quia filius Monaſterij, vt alij dicunt, aut quia ſeruus, *Merend. contron. iuris lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 3. *& per ipſ.* liberatus à patria poteſtate, *gloſſ. in l. ſi ex cauſa* §. 1. *pomponius ff. de minor. & ibi Bartol. n.* 4. *Bald. n.* 1. *Specul. in tit. de ſtat. Monach. num.* 6. *Cardin. in Clem. 1. de regul. quæſt.* 1. *Cancerius variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 4. *& part.* 3. *cap.* [illegible] 209. *Laur. de Franchis, & ibi add. Paſq.* [illegible] *q.* 106. *n.* 2. [illegible] rationem habens in cœlis, *gl. in l. Deo nobis* §. *hoc etiam verb. parentum C. de ſacroſ. Eccleſijs*, & ſub poteſtate Superioris exiſtens retinens iura ſuitatis pro acquirendo Monaſterio capaci, *argum. l. Deo nobis ang. l. iura ſanguinis l. in ſuis* [illegible] *Abbas in c. quia nos de teſtamentis*, [illegible] *confirmatur* [illegible] *tamen etiam non* [illegible] *Baldi in d. l. Deo nobis* [illegible]

*vulga-*

vulgari; Iaſon in l. ſub condit. n. 1 ff. de liber. & poſtum. Guglıel. de benedict. in c. raynutius de teſtam. n. 87. Gomez. variar. reſol. tom. 1. cap. 9. n. 10. & ad ſimilitudinem emancipati, qui liberatus eſt à patria poteſtate, ſed iura ſuitatis retinet, arg. l. meminimus C. de legitimis hæredib. Iaſon. in l. Patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, & c. n. 47. qui veram hanc dicit opinionem; ſi verò hæreditas delata Monacho ſtatim transferatur Monaſterio, ſicut bonorum poſſeſſio, ſup. dixi nu. 93. & quod Monacho competat retractus, ſi bona poſſideat propria cum licentia Papæ ſicut Clerico, in præced. deciſ. nu. 94. ibi, quia eſt de parentela, licet Monaſterio hoc ius non cōpetat, &c. inſuper eadem ratione quia Monachus ſeruus, vel filius familias eſt, ideò nō poteſt agere pro iniuria ſibi illata niſi abſēte Prælato, arg. l. ſed, ſi vnius §. ait Prætor ff. de iniurijs, quia præſumitur conſenſus, gl. in c. non decaſes 12. q. 2. de Franchis cit. n. 1. Farin. tom. 1. punct. 13. de accuſ. nu. 24. Donat. p. 2. tract. 12. q. 34. n. 2. nec remittere ſuam iniuriam ſine licentia dicti Prælati, Sanchez lib. 6. ſum. cap. 12. n. 3. add. ad Franch. cit. nu. 3. ad accuſandum verò interfectorem conſanguinei ſui, &c. vbi pœna ſanguinis irrogatur, nec ipſe, aut Monaſterium debet admitti, & eis nō competit ius pacis, & remiſſionis; idem quæſt. 51. 52. 53. 54. & 55. non verò de Monacho dicit, Paſchalis de viribus patriæ poteſtatis p. 2. c. 1. n. 11. quo interfecto Hobbes, & conſanguinei ad accuſandum, & remittendum admittūtur, ſed priùs conſanguinei, ſi adſunt, & in remiſſione ambo perquirendi; idem Paſchalis, ex Claro, & alijs, Farinacius in prax. crimin. tom. 1. de accuſ. quæſt. 3. num. 20. cum ſeq. filijque præferendi cuicunque conſanguineo, & affini, Virgil. de legitim. perſona c. 32. num. 48. & etiam vxori, Merlinus controu. c. 16. n. 4. lib. 2. Faber. in C. lib. 9. tit. qui accuſ. non poſſunt def. 2. Add. ad Frāch. deciſ. 100. & deciſ. 382. Arias de Meſſ. variar. reſol. lib. 6. reſol. 9. num. 15. Caſtill. de vſufructu c. 40. nu. 35. Giurba conſ. 61. per totum, Paſchalis cit. n. 16. & Virgil. poſt multos alios DD. & practicatum vidi in noſtra R. C. Spectatoriali à Spect. D. Cæſar. Valdina, viro non modo doctrina, & ſanguine, quàm morum probitate præſtantiſſimo.

312 Quid ſi donata fuerunt Monaſterio omnia bona cum reſeruatione alimētorum, vel vſusfructus; natiuitate poſtea filiorum, reuocētur in totum, an ſolùm quoad legitimam? & cum caſus à me fuiſſet quæſitus de quodam vouente ingredi Religionem, qui poſt modū dedit omnia bona ſua, reſeruato vſufructu, ſed poſtea vxorem duxit, filioſq; procreauit, reſpondi cum cōmuni, & vulgata Doctorum ſententia, quod donatio, & ſi reuocetur in totum natiuitate filiorum, non ita facta ad pias cauſas Bart. in l. Titia §. imper. nu. 1. ff. de leg. 2. & DD. cit. à Fuſario de ſubſtit. q. 393. n. 50. Mangil. de imput. q. 99. n. 9. 35. Viſcōti in cōcl. iur. V. Donatio Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 21. n. 31. cum ſequent. qui limitationes adducit, & inter alias in donatione facta fauore cauſæ piæ, quæ reuocatur tantum in eo quod capit liberorum legitimā, Idem ex Fuſario, Claro, Pariſio, & alijs, cui addas Valerium diff. iuris Verb. don. diff. 10. Bellaſ. in prompt. regul. verb. Donatio n. 8. Iaſon in Auth. ſi qua mulier C. de ſacroſ. Eccl. & gl. in c. ſi qua mulier 19. quæſt. fin. & in c. quicumque 17. quæſt. 4. ſed hoc procedit in foro Iudiciali, ſecùs in cōnſcientia, nam tenetur Monaſterium hoc caſu dare omnia bona filijs poſtea natis propter præſumptā voluntatem donantis, qui non dediſſet bona Monachis ſi filios habuiſſet, Valerius, & Bellaſ. ſup. cit. & d. c. quicumque, quem tex. legant Religioſi [ſi adſunt in mundo] auferentes bona defunctorum, vel aliorum, quæ debentur filijs, ibi, quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam, quærat alteram qui ſuſcipiat, non Auguſtinū, immo propitio Deo, nullū inueniet, & infra, quidam enim cum filios non haberet, nec ſperaret, ſuas res omnes [retento vſufructu] donauit Eccleſiæ, nati ſunt, & poſtea filij, & reddidit Epiſcopus, nec etiam opinati illi, quæ donauerat in poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed iure fori, non iure poli.

313 Et vt ad Moniales redeamus debēt hæ vitam, & honeſtatem religioſam obſeruare non baccannalem, & in communi comedant

medant; *S. Congreg. in vna Meſſan. die 1. Auguſti* 1603: atque in eorum Monaſterio non ſint cantus præſertim ſæcularium, clamant *Patres ſacræ Congregationis in vna Bononienſi de anno* 1584. *& in Mediolanenſi de anno* 1593. bene tamen inter ipſaſmet, *S. Cōgreg. cit. apud Barb. de vniu. iure Eccleſ. lib. 1. cap. 44. n. 61.* ibi, *non permittatur in Eccleſijs Monialium à perſonis ſæcularibus cantus ſimplex, vel figuratus*, non dicam modo de Eunuchis, & Muſica aliorum, quæ ſi eſt in damnum Monaſterijs Monialium, Epiſcopi videant, & ſecundum ſuam conſcientiam permittant poſt lecturam Deciſionũ ſupradictarum, nec Theologicis formalitatibus attendant; addas, vt nunquam liceat illis, etiam tempore profeſſionis, comeſtibilia Epiſcopo mittere, *vt decidũt alij ex Decl. pro Epiſcopo Auerſ. die 22. Ianuarij* 1591. & prohibitum eſt cibum externis à domu parare, aut vendere eſculenta, *Barboſ. cit. num.* 58. niſi eſſent res parui valoris, aut aliqua facerent pro conſanguineis, & infirmis, *vide S. Congreg. ſub die 1. Iulij anno* 1606. neque hæc veniunt ſub generali prohibitione, *Clemen. de largitione munerũ, Bellaſ. in propr. verb. munuſ. n. 5.* aut alia facta modeſte, & diſcretè, de Superiorum licentia, *Lezan. in ſum. verb. dare n. 11. Bellaſ. n. 7. & 8. ſac. Cōgreg. ſub die 18. Octobris anno* 1640. qui concedere debent Religioſis, & Abbatiſſæ, Monialibus, vt aliquid præbeant famulis pro diligentia, confeſſario pro aſſiduitate, Ordinario pro benedictione, concionatori, aduocato, amico, ſacriſtæ, & ſimil. *Dian. part. 1. tract. 6. reſol.* 11. 15. 16. & 17. nam etiam habent vitalitia aſſignata, & donata à parentibus, & conſanguineis, de quibus ſoluere debent mercedes, & labores ab his ſuſceptos; neque in his præiudicatur Monaſterium, quia ſunt ſtipendia, & mercedes, *Cotonius nouiter in ſuis controu. lib. 4. c. 5. controu. 6. n. 137. & 138.* caueant tamen de ſuperfluis, & donationibus haud decentibus Religioſis, *vt ait Lezan. cit. ſup.* & iſti non recipiant vltra laborem, quia tenerentur ad reſtitutionẽ, & cautè legendus, *Dian. reſ. 18. & 33.* admittens munera quæcumq; donari poſſe de bonis conceſſis ad vſum proprium, ſecluſa dilapidatione bonorum, & ambitione; nam loquitur contra *Bullam Clementis, & Vrbani*, & impugnatur à *Cotonio cit. n. 138. & alijs.*

114 Neque profeſſæ clauſuram rumpere valent, niſi pro Profeſſione, & Religioſorum ingreſſu, & in alijs caſibus *à Pio V. in Conſtit. Decori, & Trident. ſeſſ. 25. de regular. c. 5.* enarratis, vt ſunt caſus neceſſitatis Monaſterij, vel Monialium, & incendij, lepræ, & ſimil. & pœna excommunicationis ligantur contrarium facientes, Papæ reſeruata, *ex dict. Pio V. Coton. cit. lib. 4. controu. 7. n. 5. Barboſ. ſup. cit. nu. 67. cum ſeq. & ſup. Concil. ſeſſ. 25. de ref. cap. 5.* alijſue pœnis arbitrarijs Epiſcopo, *Ceſpedes de regul. dub. 33. Laur. de Franch. controu. inter Epiſcop. & regul. p. 1. n. 29. & 30.* qui hanc clauſuram cuſtodire debet, nec licentiam concedere Monialibus vt exire poſſint, *ex Bull. cit.* quæ excipit tres caſus, nempe, graue incendium, lepram, & epidimiam, non excludit tamen alios ſimiles ad arbitrium redigendos, *Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 102. nu. 16. Pellizz. de Monial. lib. cap. 5. ſect. 2. quæſt. 8. Sanchez in ſumm. cap. 15. n. 37. Azor. part. 1. lib. 12. cap. 8. quæſt. 1. Nauar. comm. regul. nu. 48. Vulpes in praxi cap. 4. nu. 11. additio ad Laur. de Franch. cit. Bonac. de clauſur. q. 1. p. 9. n. 6. Ioan. à Concha de ſtatu Religioſ. lib. 1. c. 5. dub. 4. concl. 2. Suarez to. 4. de Relig. lib. 1. cap. 9. n. 2.* quod ſi Superiores ſint Religioſi, Epiſcopi ſimul cum illis licentiam hanc dare debet, *ex Bull. cit.* eici verò non poſſunt tanquam incorrigibiles, niſi cum expreſſa licentia S. Pontificis, *Alphons. de Leone de cenſur. recoll. 6. nu. 332. Nouar. in praxi iuris Pontif. concl. 1. Lezan. in ſum. verb. eiecti nu. 11. & V. Clauſtra n. 15. Bonac. cit. nu. 19. punct. 9. Gauant. in manual. verb. Monial. clauſura n. 23. Mirand. de Monial. quæſt. 3. art. 2. Ricciull. lib. 8. de iure perſon. cap. 5. n. 8. Tambur. de iure Abbatiſſ. diſp. 21. q. 4. n. 3. Barboſa in c. fin. de regul. Paſqual. in addit. ad Laur. de Franchis fol. mihi 302. n. 1082.* ea ratione, quia facultas eiciendi regulares tanquam odioſa non debet extendi ad Moniales, non ita diſcurrendum

ſteran-

ſi tranſire cupiunt ad ſtrictiorem Religioné; quo caſu licentia Prælati, vel Epiſcopi ſufficiens erit; *Nouar. ſum. Bull. de apoſtatis Tābur. cit. diſp. 21. q. 1. n. 6. Barboſa de iure Eccl. lib. 1. cap. 42. n. 45. Ceſpedes de exempt. regul. cap. 23. dub. 329.* ſed in hoc melius decidas vt habeant recurſum ad S. Apoſtolicam, *Barboſ. mox cit. cap. 44. n. 76.* & quando trāſire volunt ad aliud Monaſterium licentiā à ſac. Congreg. petant, ſed cauſa Præfecturæ præter ſupradict. Epiſcopus etiam licentiam dare poteſt: ſicut, & educationis Nouitiarum, *Donatus tom. 1. tit. F. de tranſeuntibus ad aliam religionem quaſi. 25.* & ipſe putarem, quod cauſa maximè rixæ, & quæſtionum inter eas poſſet etiam Epiſcopus licentiam dare tranſeundi, pro bono pacis, imò ſi opus eſſet vi extrahere, quando aliud commodum non eſt remedium, non enim de his caſibus iura prohibentia loquuntur; quod ſi licitum eſt pro inſtructione, & Præfectura, lepra, & ſimil. quāto magis pro bono pacis poterit Epiſcopus Moniales rixoſas euellere ab vno Monaſterio, & in aliud adducere ex ſua Poteſtate, non verò abſolutè eiciendæ etiam ſi incorrigibiles, *Donat. citat. tract. 8. q. 20. vide Marantam to. 2. reſp. 26. & DD. ſup. cit.* qui ad ſimiles caſus vno ore *Bullā Pij V.* extendunt.

115 Pariter nec alicui ingredi in illorū clauſtra licitum erit, *Trid. cit.* ſub ead. pœna excommunicationis, niſi in caſu magnæ neceſſitatis, vt ob refectionem domus, & Medicus, atque Confeſſarij, qui habita licentia intrare valent; & etiam Epiſcopus ingreditur cum decenti comitatu, *vt decidit Gregor. XIII. in conſtitut. vbi gratia*, cauſa viſitandi Monaſteria, & Monialium clauſuras.

116 Atque idem dicendum de Monialibus exemptis, *Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 9. vbi Barboſa, & Gallemart.* quoties expediēs iudicauerit, nam de his, in quibus peccatū, & animæ cura vrgēt, Epiſcopus eſt Diœceſis, & loci Ordinarius Iudex, *Ceſp. dub. 343. n. 5. de Franch. & alij cit. ſup.* neque regulares, & Religioſi viri prohibentur alloqui cum Monialibus, qui accedunt pro confeſſionibus, & Prædicatione Euangelica ad illas, ſecus alij abſque licentia, *ex Bull. Greg. 15. quam adducit Paſqual. nouiter in add. ad de Franch. n. 1115.* aliter puniuntur ab Epiſcopo, *idem ex ſac. Congreg. n. 1113.* tanquā Sedis Apoſtolicæ Delegato, & incurrunt in cenſuras ab eodem latas, *Ceſpedes cap. 23. dub. 339.* & ſæculares perſonæ alloquentes abſque licētia, in caſibus prohibitis, de quibus, *Marc. Vidal. in inquiſ. Moral. inquiſ. 2. per totam*, præcipuè quando frequenter, & continuo quis alloquitur, ſecús ſi abſque frequentia, aut eſſet conſanguineus &c. vt ille docet, non enim de caſibus conſcientiæ eſt meus inſtitutus, ideò illos non adduco, hic ex profeſſo.

117 Hæ ſaltem ſemel ſingulis menſibus confiteri debent, & à ſuo Cappellano ab Ordinario impoſito Euchariſtiam ſuſcipiant, *Triden. ſeſſ. 25. de regul. cap. 10.* quod de conſilio eſt, *Mirand. q. 10. de Monialibus art. 1. Facundez in precept. Eccl. lib. 1. cap. 6. n. 8. Campan. diuerſ. iur. Canon. rub. 12. cap. 16. n. 51. Vener. exam. Epiſcop. cap. 26. Piaſec. par. 2. prax. Epiſcop. cap. 3. n. 57. Pelliz. de Monial. cap. 6. nu. 8. Tambur. de iure Abbat. diſp. 16. q. 6. n. 2. Barboſa ſup. dict. Concilio n. 2. Addit. ad Laur. de Franch. cit. n. 38. p. 1.* inſuper *dictum Trident. ſtatuit*; vt bis, aut ter in anno eis Epiſcopus mittat Confeſſarios extraordinarios ſibi ſubiectos, & approbatos, etiam Regulares, & non ſolùm per tres vices, ſed per plures ad ſuum beneplacitum, *DD. omnes ſupra citati, & Marcus Vidal. inquiſ. 3. per totam, ex Diana, Bordon. & alijs.*

118 Circa profeſſioné eodem modo diſcurras prout ſup. & quod diximus de viris Religioſis, *ex Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 15.* idē circa renunciationes, nullitates, & alia Monialium dicas, *ex arg. Triden. in tit. de regul. & Monial.*

119 Vltimo loco notabis Religioſos viros, quia regulariter Epiſcopo non ſubduntur, debere creare Conſeruatores, qui eos defendant, & ſpatio vnius menſis, alias ſūt Ordinario ſubiecti, *vt decidit Gregor. XIII.* vſque dum eligant, *Ceſpedes de regul. exēpt. dub. 318.* intelligas in cauſis ciuilibus, quia non habet poteſtatem contra delinquentes,

ſcandaloſos, *vt ſup. & notat Ceſped. cit.* & eligendi iuxta formã *Bonifacij VIII. & Gregor. XV.* cum clauſula, *pro futuro dumtaxat quinquennio*, alioquin perpetuo durabit iuriſdictio electi quo ad negotia ſaltem incepta, *Echocher. de exempt. p. 1. q. 39. nu. 18. p. 2. q. 6. n. 7. Mandoſ. de ſign. Gratiæ tit. conſeruat. verſ. addi deberet, Bellaſ. verb. Conſeruator n. 6. & Donat. eod. tit. & inf. dicã n. 124.* conditiones Conſeruatorũ ſunt multæ, vt nimirũ ſint in dignitate cõſtituti, vel ad minus Canonici, *ex Bulla Gregorij citata*, ideò Epiſcopus, eiuſuè Vicarius Generalis poſſunt eligi in Conſeruatores, *Ceſpedes de regul. dub. 403. Donat. de conſeru. tom. 2. hoc tit.* qui omnes eligendos enumerat, & vt ſint Iudices Synodales, *vt ibi, & docet Peyr. ſup. dicta Bulla, Bellaſ. cit. V. Conſeruator n. 9. Paſqual. in addit. ad Laur. de Franch. fol. mihi 233. p. 1. nu. 817.* vel ſubrogati ab Epiſcopo cum poſſint ob mortem principalium; qui Conſeruatores ſunt Iudices Ordinarij hodiè de omnibus cauſis Religioſorum, eo ipſo quod ſunt electi, *Peyr. cit. nu. 2. Lezan. tom. 2. ſum. cap. 10. n. 25. & ſat. Congreg. declar. apud Bellarm. ſuper Concil. ſeſſ.* 14. *cap.* 5. & dici poterunt Delegati quatenus eis à Sede Apoſtolica committuntur cauſæ Religioſorum, *Ceſpedes dub. 403. num. 3. Lezana tom. 3. cap. 10. num. 25.*

120 Ideò ſeruare debent omnem actum Iudicialem in cauſis ſuis, & citationes, *gl. in c. ad noſtram V. obſeruand. de iureiurãd. Grat. diſcep. 170. n. 30. Innoc. in c. 1. & fin. de off. deleg. in 6.* etiã in notorijs, *gl. in c. cum ſit Rom. §. fin. verſ. irrequiſitam de appell. Boſſius in pract. tit. de nunciationib. n. 9. Farinac. lib. 9. quæſt. crimin. q. 21. num. 67. Capra de Notorio memb. 4. n. 20. Laur. de Franch. controu. inter Epiſ. & regul. de Cõſeruat. quæſt. 2. & ibi Addit. Paſqualici nu. 825.* id limitans quando conſtat reo nullam poſſe competere exceptionem, *Scaccia de re iudic. cap. 76. nu. 8.* ſed ſententiam nunquam abſque citatione ferri etiam in notorio niſi præcedat legitima citatio, conſulunt *Marant. Lotter. Barboſa Grat. & alij quos refert, & ſequitur Baron. de citationibus tom. 1. quæſt. 18. nu. 47. & tom. 2. in addit. n. 92.* vbi, multis modis ampliat, & concluſionem limitat, ſed tamè recedas à regula *text. in l. de vnoquoque ff. de iudicijs, & c. cum olim de teſtibus*, vt nimirum ſemper citationem adhibeas in vnoquoque actu ad cautelam, & maiorem ſecuritatem iudicij, non tenentur tamen citationes emittere Conſeruatores cum inſertione ſuarum facultatum, *de Franch. tit. Grat. & Baron. tom. 2. addit. ad q. 39. n. 3.*

121 Subdelegare verò an poſſint cauſas ſuas, affirmant alij *cum Sorb. de priuil. mendic. tit. de Conſeru. Paſſar. n. 32. Peyr. de priuil. ad Conſt. V. Greg. 15. §. 2. nu. 5.* & probant *ex Bulla Clementina data ſub die 19. Martij anno 1524. §. 1. ibi quatenus, vel duo aut vnus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis Conſeruatores, &c.* ſed in hoc, primo attendas ad Priuilegia particularia pro his Conſeruatoribus data, *Ceſpedes mox citand.* vt in cõſeruatoria *Greg. XIII.* pro Patrib. Societ. datum eſt, vt poſſint ſubdelegare, refert *addit. ad de Franch. cit. ſup. num. 821.* & iuxta priorem ſententiam, quod comparatur Iudicibus Ordinarijs, & ſunt Delegati ad vniuerſitatem cauſarum, quod poſſint de iure ſubdelegare non dubites, *gl. in l. 1. ff. qui, & à quo, & in c. ſuper quæſtion. §. ſi vero de off. deleg. Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 31. nu. 2.* licèt de facto, quod non valeant ſubdelegare tutius erit, quia videtur in his electa induſtriã perſonæ, *Ceſpedes de exempt. regul. cap. 24. dub. 403. in fine.*

122 Ideò quando allegantur ſuſpecti (cum poſſint *arg. c. cum ſpeciali de appell. l. apertiſſimi C. de iudicijs*) eligendi ſunt arbitri à partibus, qui de ſuſpicione doceant, & duo, vel tres, *d. c. cum ſpeciali, Trident. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform.* qui intra terminum ab eodem aſſignatum cognoſcere de hac ſuſpicione debent, aliàs eo elapſo redit cauſa ad Conſeruatorem *d. c. cum ſpeciali*, & hic terminus non debet eſſe breuis, ſed in totum ab arbitrio regulandus, aliàs appellatio admittitur, *gl. & Auguſtinus Barboſa in d. c. cum ſpeciali, Verb. terminum*, nec hæc ſuſpenſiuũ habebit effectum, *vt ibi.*

123 Idem

123 Idem dicas ſi oriatur controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis inter Conſeruatorem, & Ordinarium, *Triden. cit. & eſt in Bulla Gregor.* §.10. *de Conſeruatoribus*, ibi, *ſi qua vero inter huiuſmodi Conſeruatores, & locorum Ordinarios controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit nequaquam in cauſa procedatur donec per arbitros in forma iuris electos ſuper iuriſdictionis cõpetentia fuerit iudicatum*, & hoc intra terminum ab eiſdem præfigendum, quibus diſcordantibus; ipſimet arbitri hoc decidant, nam iſti erunt Iudices in his controuerſijs, *ex verb. Triden. & Bullæ*, ex quibus colliges quod Conſeruatores procedere poſſunt cõtra omnes Ordinarios, & Legatos impedientes officium ſuum, *Barboſa de poteſt. Epiſcopi alleg.* 106. *Tuſchus, Anchar. & alij quos ſequitur Ceſpedes dub.* 403. *n.*4. & eſt bonus tex. *in c. ſanè, & c. paſtoralis, de Off. Iudic. Delegati, Bellaſ. cit. n.* 13. *Lezana tom.* 2. *c.* 10. *nu.* 25. excommun. alijſque pœnis. *Barb. & DD. cit.* in omnibus tamen cauſis in quibus Regulares non ſunt actores, *Ceſpedes dub.* 318. *nu.* 8. *Cenall. de cogn. per viam viol. p.* 2. *q.* 20. *n.* 16. *Portell. verb. conſeru. n.* 7. *Rodriquez in compend. reſol.* 33. *n.* 12. nec vſu receptum eſt, vt coràm Conſeruatoribus in cauſis criminalibus rei Regulares trahantur, *Lez. in in ſum. V. cauſ. iud. regul. nu.* 12. & correctum quod poſſint contra delinquentes procedere vltra tres dietas, *ex Bull. cit. Sorb. V. conſ. Portell. & Bellaſ. cum Peyr.* debent igitur eos defendere ab iniurijs verbalibus, & in poſſeſſione temporalium, &c. *vt in Bulla legitur*, nõ in alijs reſeruatis Epiſcopis, vel Prælatis Religionum, *Ceſped. citat. dub.* 318. & 403. & delinquentes Conſeruatores in ſuo Officio ab Epiſcopo puniuntur, *Farin. in fragm. crimin. V. Iudex nu.* 973. *Seraph. de im ram. priuil.* 132. *n.* 36. *Ceſpedes dub.* 403. *alios referens*, & per annum ſuſpenduntur, *vt in Bulla Greg. habetur*, & docet *Lezan. cit. n.* 70.

124 Aduertas tamen 1. quod à Regularibus electi Cõſeruatores, *modo prout ſupra*, mutari non poterunt intra tempus prædictum, & negotio cœpto, ſi illud fuerit elapsũ, *Bellaſ. in prompt. V. Conſeruat. Paſqual. in addit. ad Lauret. de Franch. p.* 1. *q. n. eſt. fin. de Cõſeru. n.* 850. niſi adſit iuſta cauſa approbãda ab Ordinarijs locorum, vbi fuerunt electi, vel à S. Apoſtolica, vt decidit *Bulla Gregoriana in* §.8. *& Ceſpedes dub.* 318. nec ſtatim elapſo dicto tempore expirat illorum iuriſdictio, *Trident. cit. & DD. ſupra citati num.* 119.

125 Aduertas 2. quod electis Conſeruatoribus pro ſuis negotijs Regulares non poterunt poſtea ſe ſubijcere Ordinarijs Locorũ, *Monet. de Conſeru. c.* 7. *n.* 326. *Paſqual. nouiter n.* 839. *ex Rota, & alijs.* quod extendit ad priuatos omnes Religioſos, vt huic priuilegio non valeant renunciare, quia fauore totius Religionis factum eſt, *Ecochier. de iuriſd. ordin. in exempt. part.* 3. *q.* 12. *nu.* 4. *Rota Roman. coram Buratt. deciſ.* 704. *n.* 9. & *deciſ.* 72. *part.* 1. *recent. & p.* 5. *deciſ.* 63. *Cened. lib.* 1. *pract. quæſt.* 26. *n.* 9.

126 Aduertas 3. quod à ſubconſeruatore, in quem non fuit tranſlata tota poteſtas à Conſeruatore fit appellatio ad iſtum, *arg. c. ſi deleg. de deleg. in* 6. *& c. cũ cauſa eod. tit. in decret.* ſecus ſi in totum iuriſdictionem trãſtulit, *c. ſuper quæſtionum* §. *puro de off. delegati*, quo caſu ad Papam fit appellatio ſicut à Conſeruatoribus appellatur ad ſolum Põtificem, *d. c. ſuper quæſtionum de off. deleg. c. ſi duo eod. tit. in* 6. *Abbas in cap.* 2. *de off. legati Laur. de Franch. & Paſqual. cit. n.* 841. & 842. nec ad alium, etiam ad Legatum, *idem Paſqual. & Scaccia, Cenall. Tuſchus Anchar. Abbas, Muta, & alij apud Abruzz. in lect. l.* 1. *ff. de off. eius cui mandat. &c. n.* 222. *verſ. neque obſtat*, quod intelligũt de ipſo remedio Appellationis, non de grauamine, exceſſu, iuſta quærela, & alijs ſimil. quæ conceduntur denegata appellatione, & in Regno noſtro per Tribunal Regiæ Monarchiæ omnes ſententiæ ab his Conſeruatoribus latæ, & ab alijs Delegatis Apoſtolicis via exceſſus grauaminis, &c. cognoſcuntur, *prout idẽ Author notat, & ipſe dixi ſupra deciſ.* 7. *de Epiſcopis n.* 88. *ex Barboſa, & alijs*, ad quod Tribunal cauſæ ciuiles, & criminales Religioſorum, & Eccleſiaſticorum diriguntur, recteque terminantur à Doctiſſimis Iudicibus

creatis à S.Catholica Maeſtate, & hodiè eſt Iudex Regiæ Monarchiæ, Illuſtriſſim.& Reuerendiſs. *D.Petro de Velaſco*, vir natalibus, & Doctrina ſublimis, & inſignis, cui Epiſcopales infulæ, maioraque debentur; huncque inuiſum, & abſentem fama loquente colui, multaue notanda à ſuis Doctiſſimis deciſionibus percepi.

127 Et in prima inſtantia ob negligentiam Prælatorum, & Iudicum Eccl. *Abruzz. cit.q.34. nu.519. ex Scaccia, Salgad. Lotter. Cutelli, & alijs*, ſuppoſito à pari, ꝙ Metropolitani, etiam in iſtis caſibus cauſas auocare poterunt, & Generales Religionum à Prouincialibus, & alijs inferioribus miniſtris, *vt idem docet*, an verò facta appellatione, vel recurſu ad hos Superiores à Clericis, vel Monachis tàm in rebus ciuilibus, quàm in criminalibus, & etiam à carceratione facta, vel facienda, ſint ligati manus Iudicis à quo, itaut procedere non poſſit ad vlteriora, nec etiam ad ipſam carcerationem? & reſoluas cum *Farinacio de carceribus, & carceratis quaeſt.23.n.22. & Lancellott.de attentatis cap.12. de attent. appell. pendente ampl.4.n.21.limit.4. nu.16. & 33. nu.3. & 4.* quod ſi Iudex inferior carcerare pro qualibet cauſa ſubditum velit, & iſte opponat, & faciat actū appellationis; quod relaxari debet ſub fideiuſſione de ſe præſentando in caſu ſuccumbentiæ, etiam ſi cauſa criminalis ſit, in qua venit pœna corporalis, ſed fideiuſſio ſit aliquo modo æqualis ſaltē pœnæ prætenſæ, quæ ſi offeratur à reo, & hoc non obſtante procedit ad carcerationē Iudex à quo, dicitur attentatum, *vt loquuntur DD. citati*, & reuocandum, imò oritur ſuſpicio contra iſtum Iudicem de ſpreta iuriſdictione Iudicis ad quem, & procedi poteſt cōtra eum, *idem Lancell.p.3.tit. de pœn. attent. n.269.* nec de hoc dubitauere DD. in alijs verò cauſis, ſi appellatio ſuſpendit iudicatum, *dicam tom.2.deciſ.1.de iudic. in fine*.

128 Alia circa Conſeruatores, *Vide apud cit. Doctores, & Donatum Laynenſem, quem ſequuntur nouiſſimè Ceſpedes, Paſqualicus, Bellaſ. & alij*, qui benè has ſuas quæſtiones examinant, illasue pertinentes ad ſtatum Religioſum, & ad vbertatem, non eſt ergo amplius hoc in loco immorandum.

129 Solum addas vnum, quod fuit à me petitum temporibus elapſis; an Conſeruatores, vel Epiſcopi poſſint facere repræſalias, quando alius Conſeruator, vel Epiſcopus damnū dedit Monaſterio ſuo, vel Clericis ſuis, aut Eccleſiæ? & ſuppoſitis his, quæ dixi, *in inſtit. ciuilibus lib.4.tit.4. de iniurijs*, ibi, quod repræſalijs vtimur ad emendādas iniurias factas Regnicolis morantibus in alienis regnis, vel ciuitatibus, & dictæ ſunt ad ſimilitudinem androlepſiæ Græcorum; erat enim hæc ius pignorādi homines, quādo cædes parata erat, & Author non reddebatur à Ciuitate, in quam refugerat, tunc enim licitum erat ex hac ciuitate tres capere homines, quouſque reum redderent, & deſcripſi, vt ſint [*aliarum rerum generalis retentio, pro compenſatione damni, & iniuriæ datæ indulta, c.dominus 23.q.3 gl.et Canon.in c.vnico de iniurijs, & damno dato in 6.* vel ſecundum alios [*Repræſaliæ ſunt poteſtas pignorandi contra quemlibet de terra debitoris, data creditori in iniurijs, & damnis.*] & regulariter prohibitæ legibuſque graues ſūt, *d.c.1. vbi gloſ. verb. legibus*, nam alius pro debito alterius, non tenentur, *l.1.C. vt nullus ex Vicaneis, Prouincialium debitis teneatur lib.11 tot.tit. C. ne filius pro Patre*, Princepſq; ſolus valet diſpenſare, & concedere, *Bald.in Auth. & omnino C. ne vxor pro merito, &c.* pro ciuibus natis, vel habitantibus in ciuitate, non pro exteris, & peregrinis, *Bartol. in l. omnes peregrini C. commun. de ſucceſſ. Menoch. conſ. 1129. num.48. & conſ. 1060 n.44. ex Ruino, & alijs*, nec pro ſtudentibus, eorumuè famulis, *idem Bart. in tractatu de repræſalijs q.7. & Toloſ. Greg. in Sintag. cod. tit.*

130 Item cauſa accedere debet in his concedendis, *Diana part.4.tract.5.reſol.72. Menochius conſ.244.n.57. & 74.* & vt manifeſtè conſtet de iniuria; atque etiam ſi Superiores loci rogati recuſent facere iuſtitiā, *Menochius cit. conſ.675. nu.32.* quod certè, & apertè oſtēdi debet, *Dian. cit.* qui addit,

vt his

vt his concurrentibus ſolum concedatur repræſaliæ,aliàs illicitæ erunt:nec plus damni inferatur, quam neceſſe ſit ad iuſtam ſatisfactionem: item non fiant,nec concedantur contra perſonas Eccleſiaſticas, & Peregrinos, *Coton.in controu.iuris lib.5. de laycis contron.9.de Regibus cap.2.n.50.* quod de laycis intelligas concedentibus, & impetrantibus illas contra Clericos, aut Monachos, *d.c.1. ibi,vt tamen earum prohibitio in perſonis Eccleſiaſticis tanto amplius timeatur, quanto in illis ſpecialibus inhibentur eas concedi contra perſonas prædictas,aut bona ipſarum,aut quarumcumque generaliter prætextu cuiuſuis cõſuetudinis, &c. Menochius d.conſ.244. n.73. AEgidius Boſſius tract.var. crimin.tit. de iniurijs n.37.* licet iniuria data eſſet à perſonis Eccleſiaſticis, *idem ex Archid. & alijs*, nec ab Epiſcopo concedi poſſunt,dixere aliqui ex generalitate *tex.*

131 Sed tu dicas ab Epiſcopo haud cõcedendas contra Clericos ob damnum datum laycis, quia intrat *tex.* diſpoſitio,nam Epiſcopus,& ſi habeat iuriſdictionẽ in Clericum, tamen laycus offenſus non habet actionem contra bona, aut perſonam Clerici, vt petat repræſalias, & ita ſicuti non poteſt ſub pœna excom. laycus Iudex,vel Senatus Sæcularis cõcedere repræſalias cõtra Clericos, ita nec poterit Epiſcopus retinere Clericos pro repræſalijs, quia hanc non habet iuriſdictionem.

132 Quod ſi alter Clericus damnum habuiſſet, vel ab Epiſcopo eſſet damnificata perſona Eccleſiaſtica, aut iuriſdictio vnius Prælati, certè poterit alius Epiſcopus offenſus facere repræſalias, & cõcedere quouſque damnum ab altero Clerico reſarciatur, vel ab Epiſcopo, quia valet argumentum de Poteſtate laycali, ad Eccleſiaſticam, adeò vt,ſicuti layci valent facere has repræſalias inter ſe pro damnis, & iniurijs illatis; ita etiam, & Epiſcopi Iudiceſuè Eccleſiaſtici, & conſequenter Conſeruatores pro damno dato ſuis Monachis, & de laycis loquitur *tex.* qui nullam habent iuriſdictionẽ contra Clericos, *c.2. de foro compet.* non ita contra laycas perſonas ſi offenderetur Clericus, vel Monachus, *vt inf.n.ſeq. in fine*, & ſolùm Epiſcopi has concedere poſſunt, non Vicarij abſque ſpeciali mandato, *Barboſa de off. Epiſcopi allegat.54. n.114.* cum habeant illi ſublimiorem poteſtatem, *c.omnis anima de cenſibus*, & merum mixtumuè Imperium, *gl. in c.ſi quis 2.q.7. Giurba conſ. 74. n.14.* maioresque ſunt Præfectis prætorijs, *idem Giurba num.16.* & equiparantur Proregibus, *Abruz.in lect.de off.eius quaſt.7. num.100.*

133 Qui in Regno noſtro Siciliæ prouidẽt de Repræſalijs, cum ſit pro ſua Catholica Maeſtate, *vt ex Cap. Regni Regis Ferdinandi 87.ibi quando alicui Regnicolæ eſſet ablatum aliquid,vel damnum illatum,& in Patria eorum, à quibus paſſus ſit damnum iuſtitiam ſuam quis conſequi non poßet reſeruat ſibi Sua Catholica Maeſtas,quod prouidere poſſit omni opportuno remedio, &c.* ſicut in Regno Neapolis, *ex Pragm.vnic.de Repraſalijs*, niſi fuiſſet poteſtas ſpecialiter Superioribus, vel alijs Magiſtratibus, aut Ciuitatum Capitaneis cõceſſa, vt in mea Ciuitate ex Priuilegijs *Ioan. & Carol. Henrici, & aliorum Principum*, conceduntur ad petitionem Ciuis oriundi, aut aliorum ciuium, ab Illuſtriſsimo Senatu, vt quotidie videmus ex praxi, & inueterata conſuetudine, ſed dubium etiam eſſet ſi Clericis, Monachiſuè cõcedendæ repræſaliæ ab his laycis, quibus data eſt poteſtas; nam & ipſi Ciues ſunt, Ciuiumque appellatione veniunt, *vt ſupra deciſ.præced.num.7. & 86. & deciſ.10.nu.107.* dixi; adeò vt ſi Clericis eſſet damnum datum, vel Monachis Ciuibus,puta Meſſanenſibus, in alio loco poſſunt layci, quibus pertinet, ad illorum inſtantiam concedere repræſalias contra ciues illius loci, in quo factum eſt damnumè & certè ex dictis conſtat contra laycas perſonas has fieri poſſe pro iniuria data Clericis, vel Monachis, & ab eiſdẽ Iudicibus laycis, quia Clerici, & Monachi damnificati ciues etiam ſunt, quod è cõtra locum non habet, ratione ſupradicta, & contra Clericos repræſaliæ nõ ſunt à laycis concedendæ, ſecus ad fauorem ratione ciuilitatis, quæ eſt in iſtis, vt ibi probaui, ex

ui ex multis authoritatibus, quibus addas; *Auguſtinum Caputum in tractatu de Regimine Reipublicæ cap. 1. n. 23. fol. mihi 38. cum ſeq. n. 24. & 25.* qui etiam, *cap. 3. n. 82.* docet Clericos Monachoſuè; & Milites Hieroſolym. S. Iacob. & alij, haud eſſe excludendos à Regimine Reipublicæ ſtante conſuetudine; prout de Clericis *ipſe docui lib. 1. dec. 11. n. 85. & 87.* & adducit *Quidam de Monarch. loquens, cap. 12. de conſilio* ibi, *ſupremum conſilium Regis paucorum ſapientum ſit adiunctis quibuſdam Clero conſilium gratiæ de quo ſupra conſilio iuſtitiæ ſublimius reddat; decreta quæ ibi ſiunt bene ſe habent, ſed maiori religione obſeruabuntur ob rationes antea adductas, ſi Eccleſiaſticos ſibi adiunxerint, & cap. 6. in omnibus bellis ſinguli Capitanei ſingulos conſiliarios è Clero habeant.*

134 An vero recurrere valeãt regulares ad Conſeruatorem, vel Iudicem laycum, Magiſtratum, Regem, & ſimil. pro tollenda violentia facta à ſuis Superioribus? nam multoties appellationem proſequi non poſſunt, nec recurrere ad tribunalia ſuprema, & ad Sedem Apoſtolicam ſtantibus calumnijs, & vexationibus corporalibus factis à ſuis Prælatis, iam dixi ſupra *in deciſ. præced. n. 120. cum ſeq.* vbi de regularibus, & Clericis vnitim tractaui, poſt *Salgadam, Bellaſium, Suarez, & alios*, & in omnibus cauſis intra, & extra clauſtra exagitatis, *vt n. 124.* contrarijſque reſponſum dedi, ſolùm addã ea, quæ adducuntur à *Doctiſſimo Antonio Fab. in C. tit. de Epiſcopis, Clericis, & Monachis deſin. 55.* qui ad corroborationem præſentis cognitionis per viam defenſionis à violentijs illatis à Prælatis Clericorum, & ab ipſis Clericis, ſeu Monachis ſpoliãtibus alios Clericos, vel Monachos, ait ad Principem Sæcularem hoc pertinere ibi, *eſt enim fauorabilior cauſa ſpoliati, quam eius qui turbatur à ſua poſſeſſione, adeo vt prædo ſit reſtituendus, c. in literis de reſtit. ſpoliat. & ad Principis Sæcularis eiuſque Magiſtratum authoritatem, & officium pertinet, ut oppreſſis quibuſcumque ſubueniant nec minus Eccleſiaſticis, quam laycis ſiuè à layco, ſiuè à Clerico ſe opprimi conquerantur, ſed hoc ad repellendam dũtaxat iniuriam, quæ illata euidenter probetur, vt & noſtri loquuntur per modum defenſionis extraiudicialis potius, quam per viam iuriſdictionis, & iudiciariæ authoritatis.*

135 Quam concluſionem, ipſe ſolùm approbo ad roborãdum modum cognitionis per viam violentiæ, *de quo locis ſupracitatis*, & quod in cauſis poſſeſſorijs ipſorum Clericorum etiam beneficialibus hoc modo cognoſcere valeant layci Iudices, & Magiſtratus, aut Reges, &c. per viam nimirum extraiudicialis defenſionis nullo modo merita cauſæ examinando etiam eiuſdem poſſeſſionis, ſed ſolùm cognito euidenter de iniuria illam auferendo, &c. *vt idem Faber docet, ex Afflicto deciſ. 24. num. 7. & ſeq.* & quãdo Iudices Eccleſiaſtici, vel nolunt, aut abſentes ſunt, difficiliſque via, & recurſus, vel ipſi de facto ſunt cauſa ſpolij, & oppreſſionis Clericorum, aut Monachorum; quia tunc vera, & abſolutè ſequenda erit concluſio poteſtatem hanc concedens Iudicibus laycis, etiam in cauſa poſſeſſorij ſpiritualis, in qua Ordinarius Iudex eſt Epiſcopus, qui iudicialiter poſſeſſorium, & petitorium rerum Eccleſiaſticarum cognoſcit, *vt ſup. d. deciſ. xi. nu. 115. probaui ex Barboſa, & alijs*, cæterum extraiudicialiter, & in caſibus violentiæ, layci ad defendendum ſolummodo ſe intromittere poterunt, modo iam explicato; ad quid enim layci in his rebus ſe intromittunt ſi nulla eſt neceſſitas, & pronus eſt Ordinarius Iudex iuſtitiã partibus præſtans; illoſuè haud calumnians, ſi ergo ſolũ extraiudicialiter, & per modum defenſionis cognoſcere poſſunt, *arg. c. petimus 11. q. 1. c. quidam 16. q. 1. c. omnis 7. q. 1. Lucas de penna in l. ſi coloni C. de agricol. & cenſitis q. fin. Faber ſup. cit. Mandos. de inhibit. q. 21. Alciat. reſp. 24. n. 2. lib. 1. Auguſt. Berous in rub. de iudic. n. 51. 52. & 60. Ponte conſ. 96. nu. 26. lib. 1. & alij*, extra caſum defenſionis ſe immiſcere non debent; obſtant enim iura, *in c. 2. de iudicijs Clem. 1. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis Clem. 1. de ſequeſtrat. poſſ. & fruct. & Clem. 2. de iudicijs*, in quibus habetur, quod non ſolùm petitorium, ſed etiam poſſeſſorium rerum Eccleſiaſticarum tractandum

erit

erit apud Iudicem Eccleſiaſticum.

136 Et hoc modo diſcurrere debēt Doctores admittentes cognitionē Iudicis laycalis in his caſibus poſſeſſorij beneficij,quos refert *Barboſ.de vniu.iure Eccl.c.39.§.2.nu. 161.cum ſeq.lib.1.* & in cauſis ſpiritualibus, quæ in facto conſiſtunt, *Giurba conſ.80.nu. 32.Amat.reſol.63.lib.2.& 86.n.61. Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſs.p.1.c.16.n.39. Gratian. diſcept.forens. c.238.Vrſill. ad Afflict. deciſ. 138.nu.1. Fontanell. de pactis tom.1.clauſ.4. gl.13.p.2.n.27.* aliter grauiter errant, *Menochius de recup.poſſeſſ.rem.3.retin. nu.365. cum ſeq.* quia ſolùm cuicumque potenti, & fortiori incumbit proximum vi oppreſſum, vel aliter in periculo conſtitutum liberare, *arg.c.quanto 47. in fine de ſent. excom. S.Th. 2.2.q.62.art.6. ad tertium,Gomez tom.3.variar.reſol.c.2.n.9.Conar. in Clem. ſi furioſ.p. 2.§.2.nu.7.* non verò de cauſis ſuis cognoſcere, niſi ſit de ſua iuriſdictione, *tot. tit. de foro compet.* & aliter facientes excomunicātur, *vt in Bulla Cœnæ Domini clauſ. 14. ibi, etiam ſub prætextu violentiæ prohibendæ,Duard.ibi lib.2.c.15.q.19.n.48.*

137 Scio alios dicentes cauſam poſſeſſorij beneficij temporalem eſſe,& ita à Layco cognoſci poſſe,ſed cōtra hos eſt *Barb.cit. & ipſe d.deciſ.xi. nu.115.* retuli, nec eſt hic denuo repetenda quæſtio; ſolum in terminis puræ defenſionis, abſque vlla cognitione Iudiciali concluſionem defendas, poſſe extraiudicialiter, modo declarato, laycum Iudicem præſtare brachium, & defenſionē Clericis, Monachiſue oppreſſis, & ſpoliatis non valentibus ſe tueri in ſuo iudicio, quia vi detenti ſunt à ſuis Prælatis,*Suarez Laym. Dian.& Valer.poſt Bellaſ.in prompt.regul.cit. ſup.verſ. limita,*ibi, *limita in caſu vrgentiſſimæ violentiæ, magnæ,& vrgentis neceſſitatis, & abſentiæ, vel malæ voluntatis Superioris Iudicis ad quē deberet fieri recurſus,tunc enim videtur licere oppreſſo vim ſibi illatam repellere, & ſæcularis poteſtatis adiutorio vti non per modum iuriſdictionis, ſed puræ defenſionis,* ita poſt concluſionem, quod Iudex Sæcularis non poteſt iudicare de cauſis regularium docet, & benè.

138 In caſu etiā ſpolij notorij facti Monacho, vel Clerico, ab altero Clerico, &c. de bonis mobilibus, & immobilibus, poterit eadem laycalis poteſtas ſe immiſcere, & manutenere poſſeſſionem ſpoliati, & interim ſpolians via ſua coràm Superioribus ſe dirigat,facta citatione generali per proclama, vt intereſſe habentes allegent quodcūque prætendant, ſed ipſe Iudex laycus non cognoſcat de meritis negotij, ſed remittat ad Superiorem, aut Ordinarium, licèt *Afflictus contrarium dicat deciſ.24.n.3.* ſibi cōtrarius in terminis defenſionis, nam putat hanc citationem fieri poſſe à Iudice layco, qui poſtea hoc modo defenſiuo de ſpolio cognoſcat; quia non eſt amplius defenſio, ſi citatus poſtea allegauerit cauſam ſpolij, & Iudex hāc examinauerit,illa enim ſupponit factum, & ne aliquid noui fiat,defendūtur ſpoliati, & interim ſpolians ſuum habet recurſum: atque in hoc errant multi DD. huius concluſionis, qui appellant modum defenſionis extraiudicialis, & Clericos trahūt ſub prætextu defenſionis,& auxilij. nullum igitur fieri debet coràm hoc Iudice iudicium, nullaque citatio trahens Clericos Monachoſuè ad ſuum tribunal, ſed ſolùm adhibere debet brachium ad defendendum ſpoliatos,& oppreſſos à ſuis Prælatis,qui ad Superiores,& Sedem Apoſtolicam tendere non valent, & extraiudicialiter per proclama, aut alio modo generali opprimētes cōtrarioſq; monere, & citare,vt recto ordine, & via ſubditos corrigant, & iuris ordine ſeruato ambulent, *arg. c.petimus 11.q.1.c. fin.de iudicijs, c.filijs 17.q.1. c.cauſam quæ 7. diſt.Menoch.cit.n.213.& Gutierez can.quæſt. lib.1.c.34.n.26.& 27.*

139 Demum ſi poteſt Iudex laycus validè,& licitè iudicare in cauſis penſionum translatarū,vidēdus pro modo *Marc.Vidal. in diſq.Theol.tit. de Iudice inquiſ.5.& ipſe dicam tom.2.tit.de penſionibus.*

# FINIS LIBRI PRIMI.

LIB. II.



Digitized by Google

# INSTITVTIONVM DECISIONES PONTIFICIÆ LIBER SECVNDVS.

## DECISIO PRIMA

### De Sacroſancta Trinitate, & Fide Catholica.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio ad ſupradicta*

2 *Res Eccleſiaſtica, aut ſunt ſpirituales, aut temporales.*

3 *Decidere, & determinare Myſteria Fidei ſpectat ad S. Pontificem tanquã Chriſti Vicarium.*

4 *Layci non debent diſputare publicè de rebus fidei, nec Chriſtiani dubitare n. 6. Fidei definitio.*

5 *P. Michael Baſſano Societ. Ieſu Authoris Magiſter laudatur.*

6 *Diſputantes excedunt metas loquendi, & multoties incidunt in hæreſim, & perfecti Theologi ſcientiam ſacrorum Canonum profitentur, ſed Canoniſta ſolus ex hac ſcientia Theologo præfertur, nec pro cura animarum eſt ſufficiens Theologia Scholaſtica.*

7 *Trinitatis nomen quid ſignificet? D. Raymũdus Pozzo Princeps Parei laudatur.*

8 *Adducitur tex. in l. 2. C. de ſumm. Trinit. & à quo fuit compilatus, & explicatur error Græcorum circa proceſſionem Spiritus ſancti.*

9 *Leges ciuiles permittunt vſuras, Concubinas, Repudia, & alia contra ius naturale, & Canonicum, & quomodo explicantur? & ſi poteſt quis ſuadere minus malum abſolutè.*

10 *Iuſtinianus Imperator fuit Catholicus, & an vero Sanctus.*

11 *Leges ſubmiſit Eccleſia, & reggebatur Conſilijs iuriſprudentum, ſicut alij Principes, & Theodora, quod vltimum peſſimum, & n. ſeq.*

13 *Iura ſacrorum Canonum leges ciuiles corrigunt cum de peccato agitur, & de rebus Fidei.*

14 *Concubinatus hodie eſt de iure ciuili prohibitus, & Iudices laycales procedunt contra concubinatos arcendo illos à cõmercio honorato, & etiam Eccleſiaſtici cum ſit mixti fori crimen.*

1 POſtquam de perſonis Eccleſiaſticis per librum primũ, tanquam dignioribus egi, *argum. l. iuſtiſſimè ff. de edil. edicto*, modo re rebus, quæ ſequuntur perſonas, *l. generalis 2. ff. de adoptionibus* §. 1. *inſtit. de rer. diuiſ.* §. *fin. inſtit. de iure n. g. & c.* tractare debebam, & quidem ſi de perſonis Eccleſiaſticis, ibi, modo de rebus Eccleſiaſticis verba facio, pro quibus.

2 Supponas primo quod omnes res Eccleſiaſticæ aut ſunt Spirituales, aut Temporales, vt ait *Lancellottus in ſuis inſtit. Canonicis lib.* 2. §. 1. ſpirituales ſunt, quæ ſpiritui, & Animæ deſeruiunt, vt Sacramenta, &c. Temporales non tàm animæ, & ad illius cõmodum, quàm corpori principaliter deſeruiunt, vt ſunt prædia, Domus Eccleſiæ, & ſimil. inſuper res ſpirituales, Sanctæ, & Religioſæ, aut ſenſu percipi poſſunt, vt Sacramenta, aut non cadunt ſub ſenſu, vt ſunt Fidei Myſteria, & Sanctiſſimæ Trinitatis, de quo Altiſſimo Myſterio loquuntur iura noſtra Canonica, & Ciuilia ſub titulo præſẽti.

3 Multaque Iuſtinianus decidit in Co-

dicis *tit. de ſumm. Trinitate, & fide Catholica*, & alia Summus Pontifex (occaſione ſumpta, ex varijs erroribus circa Trinitatis Myſterium) quæ omnino legenda, atque amplectenda à Fidelibus ſunt, & damnatur contrarium ſentientes, *c. 1. de Summa Trin. in 6.* nec in his, quæ Dei ſunt, & ad Fidei Myſteria pertinent alia deciſio ſequẽda eſt, niſi ea, quæ proponitur à Summis Pontificibus, & Eccleſia Romana, *d. c. 1.* alias Schiſmaticus erit, & hæreticus contrarium ſenſiens, *c. quis neſcias 11. q. 3.*

4 Ideò aduertas prohibitum eſſe diſputare de rebus fidei publicè, *l. nemo C. de ſumma Trin. c. maiores 24. q. 1.* & ſolummodo Theologis, & Magiſtris, vel Doctoribus ſacrorum Canonum, qui de facto illas materias pre manibus habent, vel operam illi dederunt, datum eſt docere de his rebus, alijs ſolummodo vt credant, iuxta illud *Matthei 13. vobis datum eſt noſſe Myſteria cæteris autem in parabolis*; & alibi *Lucæ cap. 8. non omnes capiunt verbum iſtud*; taceantque idiotæ perſonæ de his alloquentes, quia tractant fabrilia fabri, & dicebat Magiſter meus in Theologia *Doctiſſimus, & perſpicaciſſimus P. Michael Baſſano Societ. Ieſu*, quando de hoc Sanctiſs. myſterio tractauit, *art. vltima huius præſentis materiæ non parui pendenda; quia de Deo, & Trinitatis Myſterio non ſolum benè ſentire, ſed etiam benè loqui debemus: ne forte [illegible] formulæ indoctis ſint cauſa erroris*, & layci publicè, vel priuatim diſputantes de rebus fidei ſunt excomunicandi, *cap. 2. §. inhibemus de hæret. in 6.* alijſque pœnis arbitrarijs mulctandi, *Farinac. de hæreſi q. 178. §. 5 n. [illegible] & 113.* vbi idem dicit de Clericis, *ex arg. d. l. nemo*, & per tot. materiam examinat.

5 Definitio verò Fidei, *vt ſit ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium, ſecundùm Apoſtolum in Epiſt. ad Hebræos 11.* vel ſecundùm alios, *eſt virtus, qua ea, quæ ad fundamentum Religionis pertinent, rectè firmiterque creduntur, [illegible] Bernard. lib. de Conſiderat. eſt voluntaria quædam, & certa prælibatio [illegible] propalatæ veritatis: Magiſter in [illegible] Sent. art. Fidem eſſe cogitare cum aſſenſione ea, quæ ad Chriſtianam Religionem pertinent, & S. Th. 2. 2. quæſt. 8. art. 1. eſt habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis faciens intellectum aſſentire non apparentibus*, ſed prima perfectiſſima definitio eſt, ad quam aliæ reducũtur, & omnia, quæ ſunt ex fide, aut oriuntur ex ſcietia, quam à Deo habuimus, aut opinione demonſtrantur hominum ex argumentis, & ſyllogiſmis, & quia materia propria Theologorum eſt quæſtionare, illis circa quæſtiones dignoſcendas te remitto, tractantibus de fide, &c. & quæ ſunt ſtatuta, & iam deciſa demonſtrantur à Canoniſtis ex ſacris litteris, & Canonicis Decretis, ex quibus ius Canonicum conſtat, *vt lib. 1. deciſ. 1. [illegible]*, nec quæſtionare de rebus deciſis poſſumus, atque negare aliquam propoſitionem, ſine nota hæreticæ prauitatis, *cap. 1 & toto titulo de hæreticis, gl. in extrau. Ioan. 22. cum inter nonnullos de verb. ſignif. verb. dubiam, & verb. per conſequens*, cum certæ nobis res fidei eſſe debent, *Cardin. Bellarm. to. 1. cap. 2. de verb. Dei verſ. deinde cum ſeq.* tales [illegible] dũtur ex reuelationibus, & ſcripturis Canonicis, *idem Bellar. porro priuata ſpiritus reuelatio; vt in ſe certa ſit nobis tamen nota eſſe nullo modo poteſt niſi fortè diuinis teſtimonijs*; niſi offemus in quæſtionibus adductis à Theologis ſpeculatiuè, in quibus ſunt pro vna, & altera parte Opiniones, & firmantur iſtæ ſacris, & Canonicis Deciſionibus, quæ ſunt introductæ ex ſcripturis, & deciſionibus Sanctorum Patrum ab Eccleſia approbatis, quas res, vel deciſas ſupponunt Theologi, aut decidendas proponunt Canoniſtis, & Sũmo Pontifici, & Theologi, qui ſcientiã ſacrorum Canonũ profitentur ad Gubernationẽ Eccleſiæ, aptiores ſũt vt decidãt *Innoc. [illegible] ex multis Gallis [illegible], & addenti ſup. lib. 1. deciſ. [illegible] n. 24.* nã Theologia Scholaſtica ſola eſt ſufficiens pro cognitione rerum deciſarum à Summis Pontificibus, *vt ibi*, & pro cura animarum in Sacramento Pœnitentiæ, & pro exercendo munere Confeſſarij, *vt [illegible] docet*, & notãt *Zacharias Paſqualigus [illegible] in addit. ad [illegible] de [illegible] Cinder Epiſc. & re-*

*& regul.tit. de approbat.Confeſſar. nu.*1398. *in fine*, ibi, *quia Theologia Scholaſtica non ſufficit pro exercendo munere Confeſſarij, imò plures Theologos noui, qui neſciebant penitùs neceſſaria pro tali munere*; & hoc eſt vnum validum argumentum, quod in dignitatibus, & Prælaturis præferantur Canoniſtæ, non Theologi, *vt loc.ſup.citato docui*, atque vera Theologia ſolùm ſtare non poteſt in illis ſpeculationibus, ſed optimi, & perfecti erunt Theologi agnoſcentes illa principia, & practicantes ſcientiam ſacrorum Canonum, ideſt deciſa à ſacris Scripturis, Sanctis Patribus, & Summis Pontificibus in Concilijs, Decretis, Decretalibus, &c. vt faciunt, *S.Th. Cardinalis Caet. Bellarminus, de Lugo, P.Thom. del Bene, nouiter P. Paſqualicus, Lezana, Palaus, & alij*, qui in ſola ſpeculatione non ſiſtunt, ſed ad vtiliora, & practicabilia tranſcendunt deciſa, & nõ deciſa practicantes; ſicuti è contra perfecti erunt Canoniſtæ comprehendentes ea, quę tractantur à Theologis, & ex Principijs Fidei, eorumuè, quæ pertinent ad Sacramenta, &c. ex quibus determinationes pro rebus Fidei cognoſcunt, & ex ſcientia ſacrorũ Canonum Eccleſiam gubernant, & præferuntur habentibus tantum Theologiam ſpeculatiuam, *ex d.c. ex multa, Simanch.tit. 4.n.3. Vide Lancell.de comp. vtriuſq; iuris V. materiam, in fine, & Paganum in diſcurſu legis Canon.diſcur.5. & 21. & nouiter Dian.p. 4.tract.8.reſol.52.Coton.controu.lib.3.cap.6. n.*125. vbi docet, loquendo de eligẽdis inquiſitorib. quod magis pręſtat, vt Inquiſitores fidei ſint Iuriſtæ, & ſimul Theologi, quã ſolum Theologi; & Iuriſperiti potiùs, quã Theologi ſoli eligendi, quia plura præſtare debent Inquiſitores vt Iuriſtæ, quã vt Theologi, & quidam Modernior dicebat, quod vera Theologia eſt ſcientia ſacrorum Canonum, & cognitio rerum deciſarum, quæſtionumque, quæ tractantur, & exagitantur in ſcholis conſiſtentium in ſola ſpeculatione, & aliarum, quæ in moralitatibus morãtur, & ex his cognitionibus, quis erit perfectus Theologus, ſed Canonicã ſcientiam habens magis neceſſarius erit, & practicus in Eccleſia, ideò præferendus, modò ſupradicto, & Epiſcopi, aut Inquiſitores imperiti Conſultores eligant, & iuxta horum conſilium ſententias proferant, *Decian. tract. crimin.lib.5.cap.24.n.10.Farin. de hæres.q. 185.n.182. cum ſeq.*

6 Nolite ergo errare aduertit Papa, *in c.nolite 11.diſt.* nec diſcedere, aut dubitare, de rebus fidei, quia de his Eccleſia non dubitat, nec diſcedendum ab ea, & vnione fideliũ, *Sanctiuſque, & reuerentius eſt de actis Deorum credere, quam ſcire, dicebat etiã Tacitus*, & diſputantes excedunt metas loquẽdi, & multoties incidunt in hæreſim, vt aduertit *Alnaldus Albertinus de agnoſcendis propoſitionibus hæreticalibus, vel Catholicis quæſt.20.n.68.*

7 Trinitatis verò nomẽ non ſignificat triũ vnitatem, ſed ſimpliciter ternarium perſonarum, *docet idem Bellarm. lib. 2. de Chriſto c.1. cap.5. & 6.* vbi oſtendit perſonarum diſtinctionem ex Scripturis, & S. Patribus *vſque ad cap.*20. argumẽta reſoluens, & eod. *capite* de proceſſione Spiritus Sancti à Filio tractat, contra Errores *Græcorum Ruten. Arm.&c.* vſq; ad librũ tertium, cui te remitto, *& ad Trid. ſeſſ.3. & 4. de Canonicis ſcripturis, & ſeſſ.3. de Peccato Originali ſeſſ.6. de iuſtificatione ſeſſ.25. de Purgatorio, & ſeſſ.25. de Indulgentijs ſeſſ. 25. de ref. cap.2. ſeſſ.24. cap.12. de reform.* quib. in locis, multa pertinentia ad titulum de ſumm. Trinit. & Fide Catholica ſtatuuntur, & notitiam Concilij Lugdunenſis ſub Greg. X. in quo fuit deciſum Spiritũ sanctũ, à Patre Filioque procedere, tradit nouiter, *Doctiſſimus Don Raymundus Pozzo Meſſanenſis Princeps Parti vir ſanguine, & Doctrina conſpicuus, in Notitijs Conciliorum* 14. *Concilio*.

8 Quod ſi in *l.2.C.de ſumm. Trinit. in §. is autem*, legitur Spiritum ſanctum ex ſummo rerum Parente procedere, ibi, *is autem Nicænæ aſſertor Fidei, & Catholicæ Religionis verus cultor accipiendus, qui omnipotentem Deum, & Chriſtum Filium Dei vno nomine confitetur Deum de Deo lumen de lumine: qui Spiritum ſanctum (quem ex ſummo rerum parente, & ſperamus, & accipimus) negando*

*non violat*, dicas cum *Saluceto ibi, & gloſ. V. qui ſpiritum*, quod iſta lex fuit à quodam Græco confecta, & eſt antiquus error Græcorum, teſte *Bellarm. ſup. cit.* vel ſecundùm alios ſub expreſſione Parentis hic non excluditur filius, *vt Alphonſ. de Caſtro, & Alciat. reſpondent*, quæ Reſponſio huic textui aliena videtur, nec applicabilis; licet optima ſit pro Catholicis, quod Patris nomine venit filius, nec aliquid ſimbolo addiderunt Latini, ſed ſolùm declararunt, *gl. in c. 1. de ſum. Trinit. in 6.* ibi *nec ſumus excomunicati, vt dicebant Græci, addendo in ſimbolo, filioque quia illud potius eſt declarare quam addere, & ex Auguſt. Anſelmo, Baſilio, & alijs probat Bellarm. qui ſup. cap. 27.* textui verò huic non eſt applicabilis hæc Reſponſio, ſed potiùs illa *Salicesi*, quia iam expreſſerat Patrem, & Filium, & poſtea dicit, qui à ſummo rerum Parente, & Filium excludit, imò & Græci ſunt ſuſpecti, ergo ſaluari non poterit ex vera lectura hæreſis in hoc textu.

9 Ex cuius occaſione, ſicut ex alijs legibus contra iura naturalia, & Diuina, vt ſunt leges Vſuras permittentes, & Concubinas, repudia, homicidia furum, & adulterorum, &c. quæ vt patet, ſunt contra iura naturalia, & Canonica, *vt notat Ioan. Andreas in reg. poſſeſſor, & peccatum de reg. iuris in 6. & in c. quamquam de vſuris, Rodericus de annuis redditibus lib. 3. q. 4. n. 92. de Lugo, & alij quos refert nouiter Leotardus de vſuris, in tit. quid ius Iuſtinianeum de vſuris ſtatuerit p. 2. ſect. 1. 2. & 15. n. 23. cum ſeq. Innoc. in c. plerique de Imm. Eccleſiaſtica, & in c. in Ciuitate de vſuris, Abbas in c. quando eod.* nec permiſſiuè ſolùm ſe habet in concubinatu, adeò vt excludantur conficientes leges à peccato, *vt ait gloſ. in c. 1. 10. diſt. ex D. Hieron. in c. 1. 26. diſt.* & in Repudijs, *P. Th. Sanch. lib. x. de diuortio diſp. 1. nu. 12.* vſuriſue, *Couar. variar. reſol. lib. 3. c. 1. n. 6. Faber. in ration. ad l. 11. §. ſi tibi ff. de rebus credit. Vallens. de vſuris §. 3. n. 5. de Lugo diſp. 25. nu. 13.* vel vt loquitur *gl. marginalis in d. c. 1. & c. ſi quod verius 33. q. 2.* eſt comparatiua permiſſio, quæ non excuſat à peccato; quæ reſponſio eſt contra illud quod dicunt aliqui *Doctores*, diuinando reſpondentes, nec conſiderantes, quæ ſunt ſcripta in legibus ſupracitatis, & *in tit. de vſuris*, quod nimirum fecit Iuriſconſultus, vt vitarentur rapinæ, &c. neq; ſumus in caſibus, in quibus quis eſt deliberatus facere duo mala, quo caſu minus malum permitti poteſt, *dict. c. ſi quod verius, & c. quoad ait 14. diſt. gl. in c. inter opera de ſponſalibus*, vbi dicitur, quod Eccleſia tolerat meretrices publicas, vt maiora mala vitentur, non tamen habetur in aliq. can. vel capitulo, quod quis poteſt retinere concubinam *vt dicitur in l. 1. & fin. ff. de concub.* imò contrarium, *in c. Chriſtiano, & ſeq. 34. diſt. in cto. c. maritum*, & contra Clericos, *tot. tit. de cohab. Cleric. & mulier. tot. cauſ. 32. q. 7. Ant. Faber in C. tit. de his quib. vt indig. def. 3. in fin.* ſed per legem permittitur malum, & poſtea dicunt, quod fecit ad hoc euitandum: & vellem, *vt ad tex. in l. 2. C. de reſcindenda venditione*, etiam reſponderent, ibi quod vendi poteſt plus ius pretio vſq; ad medietatem, nec datur reſciſſio, & circa homicidium adulteræ, *ex l. Gracchus*, Latronis, *ex l. 1. C. quando liceat*, & de Repudio, *vt in tit. C. de Repudijs*, contra illud *Matth. 19.* & vſuris, *l. 11. 14. 17. C. de vſur. l. ſi pecun. ff. de pignorat. actione*, contra *tex. in c. 6. de pignor. c. 1. 2. & 8. de vſuris*, & circa emptionem contra *tex. in c. 2. c. cum dilecti, c. cauſa de empt. & vendit.* homicidia, *&c. c. quicumque 14. q. 4. c. 2. de homicidio c. diſplices 23. q. 4. & c. ſi non licet, & per tot. ibid. q. 5. Abbas, Innoc. & Ioan. And. ſup. cit. à Pagano in diſcurſ. de lege Moſaica cap. v. & de lege Canonica cap. 23.* & in terminis, quod minus malum abſolutè quiſque conſulere non poteſt, abſque peccato, docent *Diana part. 3. tract. 5. reſol. 37. & p. 5. tract. 7. reſol. 18. Vaſq. in opuſcul. de ſcandal. q. 43. art. 1. dub. 1. n. 9. Baldell. in Theol. moral. lib. 3. de vitijs, & peccatis capitalibus diſp. 30. num. 27. & 28. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 5. n. 16. Barbaſ. in axiom. verb. malum n. 9. & nouiter Marc. Vidal in Inquiſ. moralibus Inquiſ. 4. n. 10. & per totam*, vbi, ex communi cõcludit quod minus malum tunc licitum eſt ſuadere, cum quis eſt paratus ad faciendum maius malum, non

abſo-

Digitized by Google

abſolutè conſulere, vel permittere, dicendo quod fieri poteſt, &c. & iuxtà hunc intellectum loquutus eſt *D. Paulus ad Roman. 3.* dicens, *quod non ſunt facienda mala, vt eueniāt bona*, ideò tanquam hæretici reputandi aſſerentes fornicationem peccatum non eſſe, *Farin. de hæreſi q. 178. n. 83.* & vſuram *idem n. 85.* aliaue peccata cōſulentes, vel aſſerent. mala non eſſe, *Alual, Squill, Decian. & alij cum Farin. n. 82.* & legant quæſo hi DD. leges ciuiles hæc dicentes, & poſtea decidant ſi ſolùm permiſſiuè ſe habent, *citatus Leotard ſect. 1. n. 9.*

10 Quorū ergo occaſione aliqui de Religione Domini Iuſtiniani Imperatoris dubitant *ex Procopio, quem addacit Pagninus Gaudentius de Iuſtinianei ſaculi moribus part. 2. cap. 1.* qui ait *nullam certam tunc fuiſſe de diuinis ſententiam*, quod fortè protulit, quia Monothelitarum, Origeniſtarum, aliorumue vigebant in Orbe opiniones, inſuper ex legibus citatis multa erant permiſſa contra ſacros Canones, & iura naturalia, atque alia erant confecta à Theodora, vxore Iuſtiniani, quæ improbiſſima fœmina fuit, & Iuſtinianus vxorius, *vt idem Pagninus docet*, & adducit alia contra illius ſæculi mores, *ex Zonaras in vita Iuſtiniani.*

11 Sed omnino contrarium defendas, Imperatorem nimirum noſtrum Iuſtinianū fuiſſe Catholicum, & valdè Catholicum, *vt ais gloſ. in c. 1. x. diſt. verſ. lex humana* Chriſtianiſſimū, *vt ait Gloſator legum Longobard. in principio, & gloſ. in principio Inſtit.* & Chriſti amiciſſimum, *Rebuff. ſuper Auth. Sacramenta Puberum (ſi aduerſus venditionem verſ. ſeptimo probatur, & Bart. in proemio inſtit.* maximè probabile putat, *n. 9.* ſicut *in rubrica 1. C. nu. 7.* ibi, *audiui quod Dominus Iuſtinianus fuit poſitus in Catalogo Sanctorum*, & quod dies obitus ſit circa, *1. Kal. Auguſti vt adducit Bertazzol. conſ. 52. nu. 12. & 13. ex Authoritate Dantis Poetæ, & Redenaſchus lib. 1. conſ. 42.* quod vltimum negat, *gl. in principio C. verſ. ſacratiſſimi*, ibi, *quia inunctus, vel quia ſacras leges nobis tradidit ideò Sanctus vocatur.*

12 Ad illa quæ dicuntur, *ex l. 2. C. de ſumma Trin.* præter Reſponſionem *Saliceti*, dicas, quod Author illius non fuit Dominus *Iuſtinianus*, ſed *Grat. Valent. & Theodoſ.* qui idem aſſeruerunt, quod in ſimbolo Niceno, *ita Menoch. in addit. ad Bartol. in rubrica C. lit. E*, & excuſatur ille, quia non legit ea, quæ ſcripta erant in ſingulis legibus quando approbauit, ergo ob ignorantiam excuſandus, *gl. in d. c. 1. x. diſt. ex arg. c. Conſuetudo 8. diſt.* & peccauerunt qui leges cōdiderunt; tanto magis, quod ſe ſubmiſit Eccleſiæ, & leges cenſurari voluit à S. Pontifice, *in l. nos reddentes ibid. c. tibi domino 63. diſt.* nec poſſet Imperare ſi hæc non feciſſet, *§. 1. Auth. iuſiurandum quod præſtatur ab his qui adminiſtrationem ſuſcipiunt Clem. 1. de iureiurand. gl. in proemio inſtit.* nec erat vir ſapiēs Iuſtinianus, *vt alij teſtantur apud Mſingerium in proemio inſt. verſ. cumque hoc*, ſed vir ſtolidus, & Mulieroſus flexus à Mulieris arbitrio, ab illa Theodora ſuperba, &c. vt ipſe teſtatur *in §. hæc autem omnia Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant*, ibi, *hæc autem omnia apud nos cogitantes, & hic quoque participem conſilij ſumētes eo, quæ à Deo data eſt nobis Reuerendiſſimam Coniugem, & tuæ celſitudini cauſam communicantes. Petrus de Gregorio Toloſ. in Sintag. iur. lib. 47. cap. 11. nu. 2. & Zonaras in Vita Iuſtiniani*, hæc ſcripta reliquit Verba, *Iuſtiniano Principatum adepto non vnius; ſed duorū fuit poteſtas, cum vxor eius non minus ipſo, ac potius plus eſſet, vt refert Gaudentius cap. 9.* vel vt alij Principes à Conſilijs Prudentum, & iuriſconſult. *§. cumque in proemio inſtit. l. ex diui C. locati, l. ſecundum Reſponſum C. de contrahenda emptione*, Tacit. ann. 12. *quod Conſilijs Seneca vtebatur nero. Hiſt. 5. Cerialis conſilijs ſubitus, & paſſim, Ariſt. lib. 2. Ethic. Prudentis eſt benè Conſiliari, Cicer. lib. 1. Reth. melius accurantur quæ conſilio reguntur, quā quæ ſine conſilio adminiſtrantur, Caſſiod. lib. 6. Epiſt. 9. omnis prouidens conſilio quærit, Prou. c. 33. aſtutus omnia agit cum conſilio c. Excellentiſſimus xi. q. 3. c. peruenit 84. diſt. DD. ex §. 1. Auth. vt defuncti ſeu funera eorum non iniurientur à creditoribus, & vt conſiliarij non ſuſcipiant cognitiones abſque iudicibus,*

*& in*

Digitized by Google

*& in l. Conſiliarij C. de aſſeſſ. Egidius columna de Regimine Principis 2. part. lib. 3. cap. 16. vbi etiam de requiſitis conſilij, & Conſiliarij,* nõ tamen mulierũ; *vide Tacit. 15. Ann. etenim vxoris Conſilium aſſumpſerat, muliebre at deterius, Ariſt. lib. 1. Polit. Conſilium mulieris eſt inualidum, pueri autem imperfectum, & lib. 3. à mulieribus malè regitur ciuitas,* qui à publicis parlamentis etiã excludendæ; *Capuzas, de Regimine Reipubl. cap. 3. nu. 37.* ibi, *& inter alias rationes propter quas mulieres à parlamento excluduntur, potiſſima eſt, quia fœmina rem aliquam ſub ſecreto tenere non poſſunt, vnde Caio de tribus rebus pœnitentiã agebat, 1. ſi quid arcanum mulieri tradidiſſet, Secundò ſi per aquam tranſiiſſet, quo poterat per terram pertranſire, Tertiò ſi aliquam diem per iniuriam amiſiſſet.*

13 Ergo excuſandus Iuſtinianus; & Cõſiliarij, atque Iuriſconſulti fuerunt in culpa, qui leges compoſuerunt iuri Diuino, & naturali diſſonas; non enim erit damnandus, qui culpam non habet, *arg. c. ſine culpa de reg. iuris in 6.* omneſque leges peccatum continentes ſunt inter Chriſtianos abrogatæ, & ab eodem Iuſtiniano, vt volunt aliqui, *ex argum. §. 1. Auth. de Eccl. titulis, &c.* & iuri Canonico determinationibuſq; Pontificijs ſtandum in his caſibus, vt in materijs matrimonij, *cap. 1. de ordine cognit. Triden. ſeſſ. 24. de ref. matrim. cap. 1.* vſurarum, *c. conqueſtus, & tot. tit. de vſuris,* præſcript. *c. ſi diligenti, & c. fin. de præſcript.* Sacramentorum Fidei, &c. vt declarat, *idem Iuſtinian. d. l. nos reddentes, & gloſ. communiter recepta in c. 1. de noui oper. nunciatione,* nec ex alia parte colligitur eum talẽ non eſſe, & in culpa, igitur Catholicum fuiſſe dicendũ eſt, argumẽtis, & validiſſimis coniecturis ſupra citatis; licèt tanquam mulieroſus aliqua ad vxoris complacentiam faciebat, vt ex *Zonaras colligitur,* nec hoc noui ait *Gaudentius cit.* quia multũ indulgebant etiã ſapientes Principes vxoribus, ſed certè conſilium aliquo modo petere malum non eſt ab vxore, vnde *Cato* dicebat, à ſeruis conſilium exigas, ſed Imperium, & Regimen pœnes fœminas ponere peſſimum eſt, non enim res ſolummodo in mero conſilio verbali poſita erat.

14 Ex qua ſubiectione facta ab Imperatore, inferunt noſtrates, quod concubinatus hodiè de iure Canonico, & ciuili prohibitus eſt, *Rebuff. in comm. ad l. Maſſurius ff. de Verbor. ſignif. Alex. lib. 4. conſ. 59. n. 3. in fin. Cardin. Tuſch. pract. concl. iuris verb. concubinat. concl. 566.* nã ius ciuile vbi de peccato agitur ſubijcitur iuri Canonico, *§. 1. Auth. vt Clerici, &c. d. l. nos reddentes, & gl. ſup. cit. in d. c. 1.* ergo ſequitur ex generali interpretatione, vt cẽſeatur prohibitus, quia ius Canonicum prohibuit, *Abbas in c. cum veniſſent de inſt. Farin. de delictis carnis q. 137. nu. 30. & 31. Riccius in prax. fori Eccleſiaſt. tom. 3. reſol. 570. nu. 14. Baiard. ad Clar. in §. fornicatio n. 7. Menoch. conſ. 461. nu. 21. ex Cagnol. in l. ſi qua illuſtris n. 11. C. ad orfician. & Paleot. de nothis, & ſpurijs cap. 12. nu. 11. Gratian. diſcep. forens. lib. 1. cap. 31. nu. 3. & 4. Marz. Couar. Vrſill. Ripa, Hoſtien. & alij quos citat, & ſequitur Ciarlin. controu. forens. tom. 1. cap. 33. n. 71. Maſtrilli deciſ. 162. n. 23.* ideò dicitur infamis, & turpis perſona, etiã de hoc iure Cõcubina, *Menoch. de præſumpt. præſ. 51. n. 13. Beroius conſ. 54. num. 11. lib. 2. Ciarl. citat.* & puniri poterit concubinatus à Iudice ſæculari, *Amend. in addit. ad Frath. deciſ. 316. nu. 4.* & arceri à commercio honorato, *vt ibi Menoch. conſ. 798. n. 18. & de arbitrarijs caſu 382. n. 14. Nouar. ſuper prag. 3. de meretricib. Iſernia in Cõſt. Regn. de ſum. conuerſ. Afflictus lib. 3. in conſt. Regn. Neapol. rub. 43. Baron. de citat. add. ad q. 19. nu. 124. & 133. Paſchalis de viribus Patriæ Poteſt. p. 2. cap. 10. num. 36.* atque ab Eccleſiaſtico, *arg. Trid. ſeſſ. 24. de reform. m. c. 8.* quia crimen mixti fori eſt, *Belleet. in diſq. Clerical. p. 1. de fauor. Cleric. reali §. 4. nu. 52. Farin. in prax. crimin. q. 8. n. 131. Suar. de paz. in praxi tom. 2. præl. 2. n. 31. in fine, Azeued. lib. 4. n. 4. tit. 1. noue Recopil. Bouad. polit. q. 17. num. 53. Azor. Velaſ. Auend. & alij quos ſequitur Gallemart. in remiſſ. ad Concil. d. c. 8. & Barboſ. n. 5. Maſtrilli ſup. cit. & alij;* & quod dixi de concubinatu idem dicendum de alijs criminibus ſupradictis.

## DECISIO II.

### De Sacramentis Eccleſiæ.

### SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Sacramentum in genere, & quot ſint Sacram. Nouæ Legis.*

2 *Alia neceſſaria, & alia voluntaria, & quæ ſint? cum n. ſeq.*

3 *Deus ex abſoluta potentia poterit ſine Sacramentis iuſtificare homines.*

4 *Author Sacramentorũ eſt Chriſtus Dominus, & quodlibet Sacramentum conſtat ex materia, forma, & Miniſtro, qui conficit Sacramentum, etſi ſit in peccato, & an peccet?*

5 *Quid ſit Baptiſmus, & de eius materia, forma, & Miniſtro cum n. ſeq.*

7 *Quid ſit confirmatio, &c?*

8 *Quid Euchariſtia, & eius materia, forma, & Miniſter in ſeq. & de veneratione n. 9. recipientibus, num. 10. & precepto num. 13.*

14 *Pœnitentia Sacram. quid, & de materia, forma n. 15. & miniſtro cum ſuſcipientibus ibid.*

16 *Extrema Vnctio quid, & de inſtitutione, & Miniſtris n. 17.*

17 *De Ordine nu. 18. & materia, forma, & Miniſtro n. 19.*

20 *Epiſcopus ordinare non valet non ſubditos ſine litteris proprij Epiſcopi ordinandi, & de pœnis facientis contrarium, & ordinati hoc modo, vel cum litteris commendatitijs Capituli Sede Vacante intra annum à die obitus prælati.*

21 *Oriundi debent eſſe Ordinandi, vel Domiciliantes, aut familiares Epiſcopi, & quomodo acquiratur domicilium in hac materia?*

22 *Ætas requiſita in qualibet Ordine, & annus inceptus habetur pro cõpleto ibid. nec fœmina valet ordinari.*

23 *Patrimonium ſufficiens, vel beneficium aſſignari debent valoris 30. ducatorũ ad minus, & an titulo litteraturæ penſionis, aut alio modo ordinari valent num. 24.*

25 *Ordinati cum patrimonio ficto non ſunt irregulares.*

26 *Illegitimi, corpore vitiati, monoculi, debiles, claudi, eunuchi, energumeni, cathecumeni, neophiti, & alij impediti à iure an ordinari poſſint? cum n. ſeq.*

28 *Ordinati per ſaltum ſunt ſuſpenſi, nec per Epiſcopum diſpenſari valent ſi miniſtrauerint, & n. 30.*

29 *Quo tempore ordines conferendi?*

30 *Epiſcopus in interſtitijs diſpenſare valet.*

31 *Sacerdotes illitterati parui extimantur à laycis, & multitudo presbyterorum facit eos viles, nec illi ordinandi ab Epiſcopo n. 32. & de pœna n. ſeq.*

32 *Quæ litteratura requiratur.*

34 *Notoriè docti admittendi ſunt abſq; examine ad ordines, & confeſſiones, & Doctoratum, Superbia radix malorum.*

35 *Quot ſunt Ordines.*

36 *Imprimunt caracterem omnes, & validè conferuntur ab Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, irregulari, &c.*

37 *Matrimonium quando inſtitutum.*

38 *Dicitur à matre, & nuptiæ, connubium, & coniugium ſinonima ſunt.*

39 *Eius definitio, & materia, forma, & Miniſter n. 40.*

41 *Sponſalia quid, & de requiſitis vt contrahantur, ætate n. 42. & impedimentis n. 43.*

44 *Quibus ex cauſis diſſoluantur num. 44. & 45.*

46 *Impedimenta matrimonij, quæ ſint, & de erroris impedimento nu. 47. de conditione ſeruili nu. 48. & conditione, quæ redundat in errorem perſonæ 49. Voto ſimplici, & ſolemni, 50. cognatione carnali, & quid ſit, & quotuplex? & linea in hac materia n. 52.*

53 *Gradus quomodo computantur inter conſanguineos de iure Canonico, & ciuili 54. 55. & 56.*

57 *Matrimonium inter conſanguineos nullũ eſt de iure Canonico vſque ad 4. gradũ*

etiam

etiam inter aſcendentes, & deſcendẽtes, & de iure natura vſque ad primũ, & reprobantur dicentes extendi in infinitum.

58 De impedimento cognationis ſpiritualis, & n. 59.

60 De cognatione legali 60. & 61.

62 Crimen dirimit matrimonium, & quotuplex ſit hoc impedimentum n. 63. & de cultus diſparitate n. 64. vi, & metu. n. 65. ordine 66.

67 Clerici in minoribus ordinibus conſtituti validum efficiunt matrimonium, & de Clericis coniugatis n. 68. & in ſacris.

69 Plures vxores quis eodem tempore habere non poteſt, ſed vna mortua habita certitudine morali mortis, poteſt aliam ducere, & quid ſi redeat primus maritus, filij ex ſecundo ſuſcepti cui aſſignandi, & an ſint tanquam legitimi, & naturales circa ſucceſſiones, & alia?

70 Publicæ honeſtatis impedimentum cum num. ſeq.

72 De affinitate einſuè gradibus, & ſi ſuperuenerint an dirimat quoad thorum n. 73. & 74.

75 Impotentes matrimonium contrahere non valent.

76 Nec eunuchi, ſpadones, & caſtrati, licet nimium luxurioſi, & varia circa hos effœminatos ibid.

77 Caſtrare non poteſt pater filium, nec Dominus ſeruum; & de pœna contra caſtrantes pueros ſine Principis licentia.

78 Inter raptorem, & raptam quando non valeat matrimonium, & de pœnis raptorum, & celebrantium matrimonium clandeſtinum num. 79. & quis dicatur proprius Parochus, & Sacerdos aſſiſtens matrimonio. n. 80.

81 Denunciationes omittentes quas pœnas incurrant, & qui teneantur reuelare num. 82.

83 Pontifice, vel Eccleſia prohibente matrimonium ſub nullitatis pœna, hoc validè fieri non poteſt; & ratio aſſignatur.

84 Papa in impedimentis matrimonij diſpẽſare valet, & Epiſcopus in multis caſibus ibid. ſicut alij habentes poteſtatem num. 85.

86 Impedimenta impedientia, quæ ſint? & num. 88.

89 Gratia in Sacramento Matrimonij quando conferatur.

90 Matrimonium conſumatum abſque impedimentis ſeparari nõ poteſt, quoad vinculum; ratum vero cum diſpenſatione Papæ, vel per profeſſionem verã in Religione approbata.

91 Quid ſi ſuperuenerint impedimentum, & de ſeparatione quoad thorum n. 92.

93 Diuortium quid.

94 Matrimonium per procuratores, vel per litteras contrahi poteſt, & eſt verè Sacramentum.

95 De debito coniugali.

96 Quæſtiones circa Sacramentum Matrimonij coram Epiſcopo, & loci Ordinario examinanda, idem circa ſeparationes, & diuortia, & pendente lite vxori alimenta danda ſunt, ſiue lis pendeat ſuper præſtatione alimentorum, ſiuè ſuper validitate matrimonij, & n. 98.

97 Et etiam litis ſumptus, ſi vxor non habeat, inſpecta quantitate patrimonij ex arbitrio.

98 An requiratur plena probatio quod ſit vxor? & quomodo probetur?

99 Coram quo Iudice petenda ſunt alimenta, referũtur tres opiniones in ſeq. & cauſa prauenta ab vno Iudice, aliis ſe impedire non poteſt n. 100.

101 Ius Canonicum attendendum in his, quæ ad Sacramenta pertinent, & ad Sacramentũ Matrimonij, nec Principes ſeculares circa hoc aliquid ſtatuere valent.

102 Pœna teſtatorum retrahentes à nuptijs an valeant? & ſint ſublata pœna legales contra tranſeuntes ad ſecunda vota.

103 Quæ reſpiciunt fauorem filiorum non ſunt ſublata.

104 Mater tranſiens ad ſecunda vota amittit tutelam, & educationem filiorum, niſi adfuerit illorum conſenſus.

105 Statuta laycalia ne matrimonia contrahantur ſine conſenſu parentum, vel tutorum

*torum non valent, licèt filij nubentes contra voluntatem parentum peccent mortaliter.*

106 *An poſſint exheredari? diſtinguas num.* 107. *& 108. & parentes ſunt honorandi ibid.*

109 *Diſp. tex. in l. omnem C. ad Tertull. & in l. 1. C. de interdicto Matrim. inter tut. & Pupill. ſunt de iure Canonico correcta.*

1 SCripſere Theologi, mihi nō eſt ignotum de Sacramentis, ſed modo, & ſtylo Scholaſtico [forsàn haud tàm vtile in curijs, *vt dec. præced. n. 6. dicebā*] Canoniſtæ verò meliùs practicabiliora de Sacramentis pertractant in pluribus titulis, & cap. iuris Canonici; & de Sacramentis in genere, *ex c. ſacrificium 2. diſt.* agentes, definiunt Sacramentum, vt ſit *ſignum ſenſibile rei ſacræ*; quod confirmat *tex. in c. nulli* 1. *q.* 1. & ſeptem ſunt Sacramēta nouæ Legis, ſecundùm communē Fidelium ſenſum, vt nouiter decidit *Trid. ſeſſ. 7. can. 1. & 2.* ſilentium omnibus contrarijs imponens, ſub pœna hæreſis; & excommunicationis, *c. ad abolendam de hæreticis.*

2 Ex quibus alia ſunt Sacramenta neceſſaria ad ſalutem, alia voluntaria: neceſſaria, ſunt alia neceſſitate medij, [vt aliqui dicunt] ſeu ſimpliciter, ſine quibus non poſſet quis introire in Regnum Cœlorum, vt Baptiſmus, & Pœnitentia poſt lapſum; regulariter enim nemo poteſt in Regnum Dei introire niſi prius aqua, & Spiritu ſancto fuerit mundatus, & purgatus, *c. nulla* §. *porro de conſec. diſt. 4. c. 2. de pœnit. diſt. 3. Trident. ſeſſ. 6. de iuſtific. cap. 4. & 6. & ſup. cit. can. 4. & ſeſſ. 7. de Baptiſmo can. 2. Bellarm. hic cap. 22.*

3 Alia ſunt neceſſaria ad ſalutem, non ita tamen, vt ſunt, Cōfirmatio, Euchariſtia, & alia, prætèr Matrimonium, & Ordinem, quæ ſimpliciter voluntaria ſunt, *c. remiſſionem* §. *notandum* 1. *q.* 1. dixi, neceſſaria ad ſalutem, adeò vt poſſimus per hæc media ordinaria introire ad gloriam, ſed Deus poſſet nos ibi ſine Sacramentis apportare, cum ſit Omnipotens, *Bellarm. de Sacram. in genere lib. 1. cap. 22. lit. C.* ſed regulariter nullus introhibit ad Cœlum, niſi priùs aqua, & Spiritu ſancto fuerit mūdatus, *c. fin. de Baptiſm. c. non dubito, & c. filius de conſec. diſt. 2.* de Euchariſtia, quod ſolū ſit neceſſaria ex Precepto Diuino docet cōmunis ſchola Canoniſtarum, *ex Trid. ſeſſ. 21. can. 1. & c. omnis vtriuſque de pœnitentia, & remiſſione, Camerota de Sacramēto Euchariſtiæ. cap. 5. Doctiſſ. Bellarm. lit. D.* qui Ordinem eſſe neceſſarium Eccleſiæ in vniuerſum neceſſitate medij poſita diuina inſtitutione, decidit.

4 Author Sacramentorum fuit Chriſtus Dominus, qui Baptiſmum primo loco, & poſtea alia inſtituit Sacramenta; vt habetur, *Ioan. cap. 3. Triden. ſeſſ. 7. cap. 1. cum ſeq.* & quia cauſa Sacramentorum erat in materia ſenſibili, *vt ſupradixi*: ideò illa hoc modo inſtituit, & tria in quolibet Sacramento requiruntur, quæ ſub ſenſu ſunt, materia nimirum, forma, & miniſter, cum intentione conficiendi Sacramentum, *vt Concilium Florentinum in Bulla vnionis Armenorum decidit, & Triden. ſeſſ. 7. can.* 10. etiam ſi iſte fuerit in peccato mortali, nam ſi ſeruauerit omnia eſſentialia conficit Sacramentum, *vt idem Triden. can. xi. decidit*, & exornant *Doctores à Barboſa relati ſuper dicto Canone*, miniſtrans tamen peccat mortaliter, *idem Barboſ. in fine*, quod alij negant ſi abſit contemptus, & neceſſitas, *Marc. Vidal. in Theolog. moral. inquiſ. vnica an qualibet miniſtri improbitas, &c. nu. 79. Amod. de matrim. propoſ. 1. per tot.* etiam ſi ſit minori excommunicatione ligatus, *idem propoſ. 1. de cenſuris ex Filluc. & alijs*, pro his ergo.

5 Petes 1. quod ſit Baptiſmus, & quæ eius materia, forma, & miniſter? Eſt Baptiſmus, *ablutio externa denotans internam ablutionem cum inuocatione Trinitatis, c. multi de conſ. diſt.* 4. eius materia, eſt aqua elementaris; *Triden. ſeſſ. vij. can. 2. de Baptiſmo*, quæ eſt remota, nam proxima eſt ablutio: Forma eſt, *Ego te baptizo in Nomine Patris, &c. c. 1. de Baptiſmo*, & debet ab alijs proferri, non à ſe ipſo, *c. debitum ibid.*

6 Et quilibet poteſt eſſe Miniſter Bap-

tiſmi laycus, vel Eccleſiaſticus, maſculus, & fœmina, paganus, vel hæreticus, *c. à quodā de conſ. diſt. 4. Triden. citatum can. 4.* dummodo intentionem habeant conficiendi, quod Eccleſia facit, *vt ibi*, benè verũ, quod tam layci, quàm Clerici, vel fœminæ non debent baptizare, niſi cum aliqua neceſſitate aliàs peccarent, & Clerici irregulares fierent, *c. ſi quis, de Cler. non ordin. miniſtr.* & hic ordo ſeruandus erit, etiam in neceſſitate; laycus non baptizet præſente Clerico, ſicut nec fœmina, Clericus non baptizet præſente Subdiacono, & ſic ſucceſſiuè, Præsbyter non baptizet præſente Parocho, & in alia Eccleſia abſque illius licentia, ſicut & Parochus in alia Parochia, *c. interdicimus 16. q. 1.* nec præſente Epiſcopo iſte baptizare præſumat, *vt praxis demonſtrat*, effectus verò Baptiſmi, tradit *Trid. citatum per can. ſeq.*

7 Petes 2. quid ſit Confirmatio? & eius materia, forma, & Miniſter? Confirmationem fuiſſe inter ſeptem Sacramenta à Chriſto inſtituta non dubitatur *ex Trid. ſeſſ. 6. de Sacram. in genere Canone primo, & de Sacram. Cõfirm. Can. 1.* & in vltima Cœna, poſt pedum lotionem: quæ definiri poteſt, *vt ſit, Vnctio Criſmatis in fronte facta ab Epiſcopo ſub certa verborum forma*: eius materia eſt Criſma confectum ex Oleo, & balſamo, ſed balſamum non eſt neceſſarium neceſſitate præcepti, *vt communis ſchola docet in c. 1. de Sacram. non iterandis*, debet tamen ab Epiſcopo conſecrari dictum Oleum, qui eſt Ordinarius Miniſter talis Sacramenti, *Trid. citatum can. 3.* aliuſq; Sacerdos de Papæ diſpenſatione eſſe poterit Miniſter, *arg. c. pœnitet 95. diſt. Cotonius noster de Sacram. Cõfirm. in controu. lib. 2. controu. 3. cap. 2. nu. 32.* Forma eſt, *Confirmo te Criſmate ſalutis, &c. ex Florentino Concilio*, & ſuſcipientes debent eſſe baptizati, *arg. c. 1. de Presbyt. non baptiz. &c.*

8 Petes 3. quid ſit Sacramentum Euchariſtiæ? & de eius Materia Forma, & Miniſtro?

Nollem his breuibus vijs reſtringere tractatum de Excellentia Euchariſtiæ Sanctiſs. & difficiles quæſtiones, has ergo relinquẽs ſublimioribus pennis, & Doctoribus, qui hoc Sacramentam ob præſentiam corporalem, & ſpecialem Chriſti Domini, Sacramentum Sacramentorũ dixere; ſolùm quæ ad noſtrum inſtitutum pertinent adducam, & circa definitionem, dicas, quod Euchariſtia eſt [*Sacramentum, in quo ſub viſibilium accidentium ſpeciebus Sacroſanctum Corpus Chriſti, & ſanguis continetur*] *c. multi 1. q. 1. c. ego Berengarius de conſec. diſt. 2.* & Theologi definiunt, hoc modo, vt ſit [*Sacramentum Corporis, & ſanguinis Chriſti, ſub ſpeciebus, panis, & vini in alimoniam ſpiritus.*]

9 Hoc nomen græcum eſt, & latinè ſignificat, idem ac [gratiarum actio,] vel [bona gratia,] quia continuò Deo pro hoc magno Sacramento gratias reddere debemus; & in vltima Cœna fuit inſtitutum prima die Azimorum, qua nocte tradendus Saluator erat, *Luca cap. 22. Matth. 26. Marc. 14. Trident. ſeſſ. 13. de Sacram. Euchariſtiæ, cap. v.* ibi, *de Cultu, & Veneratione huius Sacramenti*, ad quod attendant Epiſcopi, quia aliquando aliqua in Eccleſijs efficiũtur, quę indignitatẽ, & irreuerentiã adducunt, haud dignam coràm Deo, atque curent, vt omnia ſcamna, & ſedes abſoluté remoueantur nullus enim coràm ſupremo Principe ſedẽ habere debet, vt omnes fideles docent, & Reges Magi procedentes adorauerunt, *vt loquitur Trident. citatum, quem Magi procedentes adorauerunt, quem denique in Galilea ab Apoſtolis adoratum fuiſſe, &c.*

10 Et multo magis deuotè, & cum puritate accedere quis debet ad Euchariſtiam ſumendam, *Trid. citatum cap. 7.* ibi, *magna reuerentia, & Sanctitate*, quod neceſſariò faciendum erit à Chriſtianis ex præcepto Diuino, *Ioan. 6. c. omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ. Trid. ſeſſ. 21. cap. 1.* & ſub ſpecie vnica, *idẽ can. 1.* vt liberentur à culpis quotidianis, & præſeruentur à peccatis mortalibus, *Trident. ſeſſ. 13. de Euchariſtia cap. 2.* quod optimè explicat, *ex de Lugo, Barboſa ibi num. 3.*

11 Eius materia eſt panis, & vinũ, *c. firmiter de ſum. Trin. c. cum Martha de celebr. miſſ. Trid. citatum can. 2.* ſiuè panis ſit fermẽ-

tatus,

ratus, vt conſecrant Græci, ſiuè azimus, vt Latini, & vinum ex vite, Forma eſt omnibus nota, ex quibus verbis ponitur Chriſti Domini Corpus, *Trid. ſeſſ.* 13. *citatum c.* 3.

12 Miniſter in Euchariſtia, qui nimirum conficiat illud Sacramẽtum, eſt quilibet Sacerdos legitimè conſecratus, *d. c. firmiter,* qui vbique poteſt validè hoc Sacramentum conficere, non verò licitè niſi in Miſſa, vt cõmunis docet ſchola Canoniſtarum, qui etiã adminiſtrare debet Euchariſtiam, *Trid. ſeſſ.* 21. *cap.* 1. niſi in neceſſitate, quo caſu etiam laycus in abſentia Sacerdotis, & neceſſitate extrema mortis Euchariſtiã adminiſtrare valet, *Barboſa ex Tridentini determinatione nuper citata.*

13 Præceptum ſumptionis Euchariſtiæ eſt ſingulis in annis in Paſchate, *Trident. ſeſſ.* 13. *can.* 9. omneſue vtriuſq; ſexus, *c. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ.* tenentur, exceptis paruulis, *Trident. citatum ſeſſ.* 21. *cap.* 4. in propria tamen Parochia, aut in Matrici Eccleſia, & à proprio Parocho etiã infirmis deferenda eſt Sanctiſſima Euchariſtia, *idem Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 6. cum decenti comitatu, *c. ſanè de celebr. Miſſarum,* luminibus præcedentibus, & cum omni reuerentia poſſibili in vaſe Argenteo, velo ſerico cooperto, vel cũ alio pallio honeſto, præcedente tintinnabulo, vt cuncti genuflectantur, Pſalmos, ſeu orationes inter eundum recitando, *d. c. ſanè, & Barboſa cit. ex Fuſco Cenedo, & alijs notat num.* 5.

14 Petes 4. quid ſit Sacramentum Pœnitentiæ? Sacramentum pœnitentiæ deſcribitur *à Papa in c.* 1. *de pœnitentia diſt.* 3. hoc hoc modo [eſt præterita mala plangere, & iterum noua non committere,] eius materia alia eſt proxima, & alia remota, proxima ſunt actus pœnitentis, contrictio, & confeſſio, ſubmiſſio, &c. remota, ſunt peccata facta deteſtanda, *Trident. ſeſſ.* 14. *cap.* 3. *de Sacram. pœnit.*

15 Forma, eſt in his duobus verbis, [te, abſoluo,] nam alia non ſunt de eſſentia, qua abſoluuntur peccata enarrata Sacerdoti habenti poteſtatem ab Ordinario locorum, *idem Trid. cap.* 6. qui ſub ſigillo peccata retinere debet, nec reuelare, *c. Sacerdos* 6. *diſt.* & qui confitetur ad ſatisfactionem ſalutarẽ, & pœnitẽtiam ſit paratus, *idem Triden. ſeſſ.* 14. *cap.* 8. *de pœnitentia*, cum attritione, & peccatorum dolore, vt docent Catholici, & ſemel ſaltem in anno, *d. c. omnis vtriuſq; & Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de Confeſſione cum ſequentibus capit.*

16 Petes quinto quid ſit Extrema Vnctio? & de eius materia, &c?

Decidit Papa, *in c. vnico de Sacramento Vnctionis*, quod extrema vnctio, eſt Sacramentum infirmorum, ſeu morientium datum infirmis ad ſalutem Animæ, & Corporis, & in *c. Presbyteros* 95. *diſt.* & à Chriſto Domino fuit inſtitutum, licèt poſtea à D. Iacobo Apoſtolo promulgatum, *Trid. ſeſſ.* 14. *de Inſtitutione Sacramẽti Extremæ Vnctionis.*

17 Eius materia eſt oleum oliuarum, ab Epiſcopo conſecratum, vel ab alio Sacerdote de licentia Papæ, vt aliqui volunt, Forma eſt *in Trid. citato, per iſtã Sanctã Vnctionem, &c.* Miniſter eſt quilibet Sacerdos de licentia Epiſcopi, vel Parochi, *c. Presbyteros* 95. *diſt.* ſuſcipiens debet eſſe infirmus, *Triden. citatum c.* 3. nam dicitur Sacramentum infirmorum datum infirmis, ad robur fidei aliarumque virtutum, & pluries poteſt iterari, etiam in eodem morbo; cum non imprimat caracterem, *Trid. citatum*, nec poteſt abſque cauſa omitti, *vt decidit Triden. qui ſupra.*

18 Petes 6. quid ſit Ordo, & eius Materia, Forma, & Miniſter, atque de Ordinum numero?

Definiunt DD. Ordinis Sacramentum hoc modo, [eſt ſignaculum quoddam per quod traditur Spiritualis poteſtas ordinato] à Chriſto Domino inſtitutum, *Cletus Papa in c. in nouo* 21. *diſt. & c.* 1. *tota* 77. *diſt. Triden. ſeſſ.* 23. *cap.* 3. *& Can.* 1. & ex nomine colligitur, quod in Eccleſia reperiuntur rerum, & perſonarum diſpoſitiones ſecundũ priùs, & poſteriùs, adeò vt aliqui in illa Maiores, alij Minores ſint, benè verùm, quod maior debet ſe tanquam minimus reputari ex Chriſti omniũ Domino, præcepto *Ioan. cap.* 8.

19 Ordinis materia eſt traditio Inſtrumentorum, & in Oſtiario, eſt traditio Clauium, Lectore, libri, Exorciſtæ idem etiam, in Accolito ſunt vaſa, in quibus imponitur vinum, & aqua, pro Sacrificio, in Subdiacono Liber Epiſtolarum, Diacono, Euangelij, Presbytero, traditio calicis, & patenæ, hæc eſſentialia, nam alia, quæ apponuntur in Ordinandis ſunt accidentalia, & ceremoniæ, vt impoſitio manus, &c. ex vera ſententia. Forma eſt varia, ſecundum varietatem Ordinis, *vt in Pontificali habetur*, Miniſter eſt proprius Epiſcopus, vel alius Sacerdos de licentia S. Pontificis rectam habens intentionem ordinandi, qui etiam ſi ſit Simoniacus, Suſpenſus, Interdictus, Excommunicatus, vel Irregularis, validè Ordines confert, *c. nō nocet 1. q. 1. c. baptizatus de conſec. diſt. 6.*

20 Dixi, proprius Epiſcopus, nam Epiſcopus ordinare non valet non ſubditos, & de alia diœceſi, ſine literis proprij Epiſcopi iſtius ordinandi; quod ſi contrarium fecerit licèt validè Ordines conferat tamen ſuſpenditur à collatione Ordinum, & Ordinatus ab illorum executione, *Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. 8 & ſeſſ. 14. cap. 2.* ſicuti etiam ſuſpenditur ordinatus cum literis commendatitijs Capituli Sede vacante intra annum à die obitus Prælati, ipſumque Capitulum conferens interdicitur, *Trid. citatum ſeſſ. 23. c. 10. de ref. & ſeſſ. 7. eodem capit.*

21 Ordinandi igitur, debent eſſe Oriundi, & Diœceſani, vel Domiciliātes cum animo perpetuò manendi, quod colligitur ſi per decem annos continuos habitauerint, *l. 2. C. de incolis*, aut familiares Epiſcopi cōmorātes cum eo per trienniū, quibus ſtatim beneficium conferre debent Epiſcopi ordinantes, *ex Triden. diſpoſit. ſeſſ. 23. de ref. c. 9.* & ita ordinari poſſunt familiares ad titulum patrimonij, vel beneficij, *vt exponit ibi Barboſa*, idem dicas de habentibus beneficia in diœceſi, qui *ex c. nullus de temp. ord. in 6.* ordinari poterunt, & habes requiſita ordinandorum, circa loci qualitatem.

22 Nam, alia requiruntur in iſtis circa ætatem, vt nimirum in prima Tonſura accipienda, & Oſtiarato ætas ad minus 7. annorum requiratur, in alijs minoribus ætas 12. annorum, *gl. in Clem. 1. de ætat. & qual. c. cū in ſingulis 76. diſt.* in Subdiaconatu 22. annus expoſcitur, in Diaconatu 23. & in Sacerdotio 25. *Trid. ſeſſ. 23. cap. 12. de reform.* qui omnes anni incepti ad minus eſſe debēt, *arg. l. qua ætate de teſtam.* vt perdoctè *ex Barboſa, Diana, Campanil. & alijs, docet Narbona de ætat. ad hum. actus requiſ. ann. 22. q. 1. num. 6. & Coton. nouiter in controu. de Ordine cap. 4. num. 56.*

Atque ſexus qualitas inſpicienda, vt ordinandus ſit maſculus non fœmina, quæ incapax eſt Ordinis, *c. mulier 25. diſt. c. mulierem. 23. q. 5.*

23 Patrimoniumque ſufficiens, vel beneficium etiam, aliàs non recipitur ab Epiſcopo, & ad valorem ad minus 30. ducatorum quolibet anno, adeò vt duodecim vnciæ ſint in patrimonio proprio Ordinādi, & cupientis ſuſcipere ſacros Ordines, vt ex praxi habes, & contrarium faciens Epiſcopus aſſignare tenetur aliquid de proprio pro congrua ſuſtentatione, *Barboſa alleg. 20. de off. & pot. Epiſcopi num. 1. & 23.* nec non punitur, *ex c. neminem, & c. Sanctorum 70. diſt.* quod dixi de beneficio, & patrimonio, intelligas de penſione, *ex communi ſententia*, & propriè arbitrio Epiſcopi relicta eſt quantitas, quæ tanta ſit, vt valeat Clericus ordinatus ſufficienter alimenta ſumere, ne cum ordinis dedecore mendicare coactus ſit, *vt ait Triden. ſeſſ. 21. cap. 2. de ref.* ſicut arbitrio relictum eſt ſi aliquem literatū ad titulum litteraturæ ille velit ordinare, vel ſucceſſionis paternæ, puto enim veram ſententiam illorum dicentium, poſſe ad titulum literaturæ, vel ſucceſſionis paternæ ordinari, cū fraudari ex hac nō poſſit Clericus, nec mendicare poterit, non ita in artibus, & ſcientijs, quæ deficere poſſunt, puta ſi Muſicus, Cantor, Pictor, &c.

24 Et ſolùm, qui in iure Ciuili, & Canonico experti ſunt, & in Theologia, vel Medicina, aut Grāmatica, qui faciliter victum quærere, & honoratè poſſunt admitto, non alios, ratione *Tridentini ſupra citati*, ibi, *cū ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem*

*quem quaſtum exercere, compertumque ſit cō- plures pleriſque in locis ad ſacros Ordines nullo ferè delectu admitti, qui varijs artibus, ac fallacijs confingunt, &c.* ergo qui non mendicant, aut ſordidum quæſtum exercent, vt ſunt ſupradicti, optimè his Ordines conferri poſſunt, & quod ad titulum litteraturæ poteſt quis ordinari, docent *Gonſales, Gratianus, Henriquez, Vega, & alij cum Barboſa ſuper d.c. Triden. num. 50. Garſia de beneficijs part. 1. cap. 5. num. 128. & 129.* qui declarationem *Congreg. adducit*, & alios ſequitur *Gallemart in remiſſionibus ad dictum Concilium*; ſed aduertas, quod literatura ſit talis, vt ex ea poſſit victum quærere, parum enim refert, quod quis ſit optimus Theologus, qui difficilitèr inuenit ſtudentes, ex quibus victum quærere poſſit, faciliuſque victum quærit, & cum abbundantia Grammaticus, quam Theologus, ideò ipſe hunc difficilitèr conſulerem Ordinari hoc titulo, item quod ordinari poſſit filius habens patrem diuitem, dixit *Surdus de alim. tit. 7. quæſt. 37. nu. 2.* & Doctores relati alios adducunt caſus, haud hoc loco tranſcribendos.

25 Quod ſi quis cum patrimonio ficto Ordinetur, non ideò ſuſpenſus, & irregularis erit, quia nō eſt in iure cautū hunc ligatum eſſe his cenſuris, ergo non erit illis notandus, *arg. c. is qui de ſent. excom. in 6.* nec attenditur ad *Conſt. Sixti V.* quæ ab alia *Clementis VIII.* fuit reuocata, & ad terminos *Cōcilij Triden.* redacta, *vt docet Barboſa ſuper dicto Concilio*, neque puniendus præcipuè ſi fuerit Ordinatus diues, aut literatus valēs ex his benè viuere, cum ceſſet finis Concilij requirentis patrimonium, ergo & ipſa lex ceſſare videtur, *c. cum ceſſante de appell.* & iſte attendatur in diſpoſitionibus, *Barboſa in axiom. Verb. finis.*

26 Inſuper ordinandi non debent eſſe impediti à iure, vt ſunt illegitimi, *c. cum in cunctis de electione, c. per venerabilem qui filij ſint legitimi*, corpore vitiati, *c. 1. de corpore vitiatis*, vt monoculi, debiles, claudi, & eunuchi, *c. ſi quis abſciderit 33. diſt.* dūmodo ſint ex arte, nō ex natura, *c. ſi quis per ægritudinem 55. diſt.* ſicuti ſi ſuperuenerit deformitas ex infirmitate, &c. nam hoc caſu ſi nō ſit impotens Sacerdos ad munus ſuum, & Sacrificium, non ſuſpenditur, ſecus è cōtra.

27 Energumeni etiam, *c. Energumeni 33. diſt.* & Cathecumeni, ideſt nondum baptizati, *c. quoniam 48. d.* vel Neophiti, ideſt de recenti baptizati, *d. c. quoniam*, Coniugati, *c. maritum 33. diſt. c. coniugatus de conuerſ. cōiug.* ſerui manentes in ſeruitute, *c. ſi ſeruus 54. diſt.* bigami, *c. acutius 26. diſt.* infames, *c. layci 33. diſt.* Hæretici, vel Infideles. *c. Arrianos 1. q. 1.* excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti, aut irregulares, *c. 1. & tot. diſt. 81. &c.* ſicut illitterati, *de quibus infra.*

28 Neque Ordines conferendi, aut dandi ſunt, niſi gradatim, & priùs Minores, poſtea Maiores, *c. ſi officia 59. d.* aliter promoti per ſaltum ſuſpenſi remanent, *c. 1. de ordinatis per ſaltum*, & ſi miniſtrauerint non poterit Epiſcopus cū eis diſpenſare, vt aſcēdant, ſecùs è contra, *Triden. ſeſſ. 23. de ref. c. 14. & Barboſa ibi num. 9. & alleg. 74. num. 6. cum Diana, & alijs.*

29 Et debitis temporibus, *c. 1. de temporibus ordinandorum*, Minoreſque ſaltèm die feſtiuo, Maiores verò conferuntur in Sabbatis quatuor temporum, *c. vnico 52. diſt.* & ter in Quadrageſima, *c. fin. 75. diſt.* putà in Sabbato 4. temporum, in Sabbato præcedente Dominicam de Paſſione, & Sabbato Sancto, exploſa contraria conſuetudine, *c. 2. de temp. ord.* & ſi non adſit priuilegium, vel diſpenſatio Papæ, ex qua quis valeat quolibet die feſtiuo ordinari, *Barboſa ſuper Trid. Concil. ſeſſ. 23. cap. 8. nu. 1. cum ſequentibus*, & contrauenientis Epiſcopus his conſtitutionibus eſt ſuſpenſus, *c. cum quidam de temp. Ordin.* ſicut, & Ordinatus, qui ſi celebrat eſt irregularis, *vt decidit Pius II. in Bulla edita anno 1401.*

30 An verò Epiſcopus facere poſſit, vt quis non ordinetur, in Subdiaconatu v.g. in 22. anno, & poſtea in 23. pro Diacon. &c. ſeu an poſſit diſpenſare quod quis legitimā habens ætatem valeat, in diebus quatuor temporum, vel alijs poſitis à iure abſque interpolatione ordinari? & respondeas Epiſcopum in his temporibus, & interſtitijs diſpen-

ſpenſare poſſe, *Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. 12. & 13.* etiam abſque cauſa, *Menoch. de arbitrarijs caſu 427. num. 30. Barboſa, Gallemart, & Bellarm. ibid. ex Decret. S. Congreg. Cotonius controu. tit. de Ordine cap. 5. num. 94. cum ſeq.* qui etiam diſpenſat cum promotis per ſaltum, qui non miniſtrarunt, *DD. citat. ex d. cap. 13.*

31 Nec eſt pœna contra Epiſcopum nõ ſeruantem interſtitia, ſed ad ſummum curare debet, vt ſit cauſa aliqua, & Ordinandi ſint bonæ famæ, & vitæ non pauperes, *vt ſupra dixi*, nec indocti, *Triden. ſeſſ. 23. cap. 7.* quod principale eſt, nam Sacerdotes ſunt hodiè lignei, & parui extimantur à laycis, quia ignorantes, ſtolidi, & illiterati sũt, noſcentes ſuam Dignitatem, & quia inhabiles ſunt ad victum quærẽdum multa ignominioſa committunt, laycis inſeruientes pro oeconomis mulierũ, eorumue famulis.

32 Aduertant ergo Oculati Paſtores, vt hos præmotos hæc efficiẽtes acritèr repræhendant, & puniant; cum ſint in dedecus Ordini Clericali: Ordinandos verò non admittant niſi idoneos, & literatos, præcipuè in Ciuitatibus, vbi copia Eccleſiaſticorum eſt, quid enim prodeſt Eccleſiæ ſi habeat mille Sacerdotes, & vix inter eos ſunt decem optimi, & literati, dignitas Clericatus vileſcit ob multitudinem Clericorum, dixit *Hier. in c. legimus 93. diſt.* ſicuti dignitas Doctoratus ob multitudinem Doctorũ, *vt Modernior dicebat*, qui idiotæ etiam Epiſcopum contemnere ſolent, *arg. c. Epiſcopi 80. diſt.* cum cæci ſint, nec appellatione hominum veniant, *c. poſt translationem §. item ſi quis de renunc. Bellettus diſcipl. Cleric. §. 4. num. 14.* ideò non ordinandi, *c. illiteratos, c. præcipimus 34. diſt.* & Eccleſia indiget viris literatis ad ſui regimen, *c. ex multa de voto, Auth. habita C. ne filius pro patre*, & hi etiam præſumuntur ſe abſtinere à vitijs, *c. cum in iuuentute §. quis præterea de præsũpt.*

33 Sed quæ literatura requiratur de iure? Dicas totum eſſe arbitrio Epiſcopi relictum inſpecto tempore, & neceſſitate ciuitatum, & diœceſis: & ad minus requiritur, vt prima tonſura initiandi ſcribere ſciant, & legere: in alijs minoribus Ordinibus linguam latinam intelligant, maioreſque poſcentes, de rebus etiam ad illos Ordines requiſitis ſint inſtructi, *Trident. ſeſſ. 23. de ref. cap. 4. & 5. & 7.* cõſtito etiam de vita, & moribus: at ſi illiteratos promoueat Epiſcopus, punitur pœna ſuſpenſionis ipſo iure à collatione Ordinis, *c. fin. de tẽp. ordin. in 6. vbi gl. & Sayrus de cenſuris lib. 4. cap. 6. num. 3. & 7. & cap. 12. num. 18.* & Ordinatus ſuſpẽdendus eſt, non verò irregularis efficitur, *idem Sayrus lib. 6. cap. 13. num. 5. & 8.*

34 E contra Doctores, vel notoriè Docti abſque examine admittendi ſunt ad Ordines, & beneficia, *gloſ. in c. de Petro verb. ignota 47. diſt. Barboſa de poteſtate Epiſcopi alleg. 70. nu. 65. & de clauſulis clauſula 151. num. 4.* multos adducens Doctores, ea forſitan ratione, quia approbatus ab vniuerſitate ad Doctoratum amplius approbari, & examinari non debet, *& ſup. lib. 1. deciſ. fin. n. 58.* dicebam, hos etiam abſque examine ad Confeſſiones audiendas admitti debere, argumento validiſſimo deducto ex fine legis, & Concilij in caſu noſtro; & multoties examinatores, neſciunt quid petunt, & ob ſuperbiam, & arrogãtiam Doctiſſimos examinare volunt, qui aliquando, quia ſubditi, ſe ſubijciunt, ſed caueant illi, nam ait *Auguſtin. ſuper Matth. ſerm. 57. audeo dicere ſuperbis continentibus, expedit cadere, & odibiles fiunt coràm Deo, & hominibus Eccl. x.* & Nabuchodonoſor in beſtiam mutatus eſt, *c. miror. 17. q. 4.* Diabolus cecidit, quia amauit propriam poteſtatem, *idem Auguſt. ſup. Ioan. ſerm. 5. Phocilides, ne ſis ſuperbus ſapientia, neque fortitudine, vnus Deus eſt Sapiẽs, Potens, & Beatus, Menãd. ſuperbus nullus euitat pœnam*, & in doctorandis etiam *docui d. lib. 1. deciſ. fin. n. 58.* quod ſi notoriè docti admittendi abſque examine, & teſtes deponere poſſe de curſu ſtudij, imò ſi ſolùm idonei ex ſpe ab futurum ſtudium, quod ſperari poteſt, doctorandi, dixi *eod. lib. deciſ. x. n. 90.* ſed dubiũ eſſet quia ætate idoneus quis ſit, vt ex hac ſpe doctorari poſſint? & aliquos dixiſſe ſcio ſi in 18. anno, vſque ad 25. in qua ætate, & minori etiam præſumitur addiſcere,

diſcere,

diſcere, ſtudijſque hominem incumbere, nō in maiori, & vulgo dicitur, ſtudens barbatus in alio ſeculo erit Aduocatus, vt refert *Parlad. quotid. quæſt.* 14. *nu.* 9. ſed circa hanc rem regulam certam dari non poſſe dicas, nam ſuppoſita vera ſententia, quam ſequitur, *Narbona de ætate ad hum. act. ann.* 17. *q.* 1. nullam determinatam ætatem ad doctoratus gradum eſſe iure præſcriptam, & in quacumque ætate quis doctorari poteſt, dummodo habeat requiſita ad hūc gradum, *vt ibi n.* 4. & ſi non adſint, & quis ſit optimi, & perſpicacis ingenij, certè ex futura ſpe doctorari poteſt, & Promotores illud admitti debent, quæ in quacumque ætate eſſe valet, & remittitur arbitrio prudentis, & promotoris, ſi proficiet in ſtudijs, & ſpes ſtudendi erit, licèt ordinariè eſſe non poſſit niſi in minoribus 25. ann. ætateſq; ſunt diminutæ, & expenſæ auctæ, adeò vt, vix in proprijs ciuitatibus quis viuere poteſt, non eſt ergo rigor in examinatoribus attendēdus, ſed ſufficit bona declaratio, & explicatio puncti, vulgo (licentiati) quod ſi poſtea doctoratus, præſertim in iure C. & Can. non ſtudet, ſibimet erit in damnum, quia non erit Iudex, nec officia habebit, rurſus exercitium Aduocati efficere non valet, nam examinari debet, & ætatem ad minus 18. ann. habere, *vt ipſe dixi lib.* 1. *deciſ.* 2. *n.* 32. *& notat Narbon. cit. q.* 2. & ſi aliquādo officialis erit, vel Iudex abſque ſtudio (forsàn ob pecuniam) hoc erit allegare inconueniens, quia peccant admittentes, non promotores, nec ex hoc inconuenienti, & mala electione ſunt iſti in culpa, & condemnandi, ſed electores, qui aſinos etiam eligere valent, & cauſa remotiſſima promotores horum malorum erunt, quia ſecundum ſuam conſcientiam iuuenem ex bona ſpe, qui punctum ſolummodo recitare ſcit admittere debent, ipſeq; peterem ab his promotoribus difficilibus, & aſperis, (qui forsàn interrogati reſpondere neſcirent) ex qua lege, aut regula habent, quod examen ſcrictum eſſe debet, ſi dicunt, quia iſti erunt in damnum Reipublicæ: ex futuro ergo damno incerto arguunt, ò certè ſtulti? ſi enim ex examinato rigoroſiſſimo modo damnum eueniet, rationem aſſignent quare non tenentur, & in illo quod ſic? & vbi legerūt, quod ex remotiſſimo damno quis tenetur in conſcientia? quæ concluſio ſi vera eſſet: ex omnibus ferè actibus teneremur in conſcientia; ſuas habent iniquitates, nobileſq; & beneuiſos non examinant, & pauperes habiles, & ex futura ſpe admittere nolunt, ſub friuolis ſpeculationibus, ſola igitur puncti recitatio, illiuſue explicatio ſufficiens eſt, & in minoribus 25. annorum ſola ſpes ſtudij, qui ſi delinquunt poſtea in officijs, puniendi: nec in hoc eſt occaſio promotor, niſi remota, haud obligās in conſcientia, *vt omnes DD. docent.*

35 Notabis tamen, quod Ordines Clericales ſeptem ſunt, nam prima Tonſura ordo non eſt, ſed præparatio ad Ordines, & impropriè Ordo appellatur, *arg. c. cum contingat de ætate, & qualitate*, primuſque Ordo eſt Oſtiaratus; ſecundus Lectoratus, tertiò Exorciſtatus, quart^o Acolitatus, qui minores, alij maiores ſunt, Diacon. Subdiac. & Presbyteratus, & ſacri appellantur, quia Ordinati his Ordinibus poteſtatem habent ad res ſacras miniſtrandas, quod non ita eſt in Minoribus Ordinibus, nec repugnat cum his matrimonium, ſicut cum ſacris, *c.* 2. *qui Clerici, vel vouētes, &c.* & ad recitandas horas Canonicas, iſti non tenentur, ſicut illi, *c. dolentes de celeb. Miſſ.* niſi habeant beneficium, *c. fin.* 42. *diſt. vt ſup. dixi lib.* 1. *deciſ. fin. num.* 48.

36 Licèt priuilegia habeant perſonarū Eccleſiaſticarum Ordinibus Minoribus inſigniti, & character imprimatur, id eſt ſignum indelebile in anima, adeò vt ſemel Ordinatus, ſēper talis remaneat, *c. accolitus* 23. *diſt.* ſemperque cuilibet imprimitur character in Ordinibus, dummodo ſit baptizatus, & virilis ſexus, & adſit materia apta, cum verborum prolatione, & poteſtate Ordinātis, etiā ſi iſte ſit Excommunicatus, Suſpenſus, Illitteratus, &c. ſed non euadet pœnam ſuſpēſionis, & ſi Ordinatus poſtea miniſtrauerit irregularis efficitur, *vt infra lib.* 4. *cum de irregularitate dicam, ex c. Diabert.* 1. *q.* 7. *& tot. cauſ. ibid. Coton. cit. cap.* 6.

37 Petes

37 Petes vltimo quid ſit Matrimonium, & eius Materia, Forma, & Miniſtro?

In meis inſtitutionibus ciuilibus, *lib. 1. deciſ. 9. de nuptijs*, multa de matrimonio à Summo Pontifice deciſa adduxi, hic alia addere curaui, & primo contra Lutherum, & alios Hæreticos, hoc eſſe verè Sacramentum, *ex verbis Apoſtoli ad Epheſ. cap.* 4. magnumque Sacramentum, *vt ibi, & Trid. ſeſſ. 24. can. 1. de Sacram. Matrimonij*, inſtitutũ à Deo primo loco tanquam naturæ Authore, vt ex verbis Geneſis colligitur, *creſcite, & multiplicamini*, & à Chriſto Domino, *vt Matthei cap. 19.* habetur, ibi, *non legiſtis, quia Deus a principio maſculum, & fœminam fecit, &c.* à quo eleuatum ad rationem Sacramenti, & quando interfuit nuptijs Canæ Galilææ, *ſecundum Aliquos*, ſed incertum tempus eſt, *Pontius de matrim. lib. 1. cap. 6.*

38 Nomina Matrimonium, Nuptiæ, Cõnubium, & Cõiugium, ſinonima ſunt, vt docet *Sanchez de matrimonio in principio*, dicitur que tale à matre, *arg. c. 2. de conuerſ. infid.* vel quia ipſa laborioſa in partũ, ante partum, & poſt, aut quia patre certior, *c. illud de præſumpt. Cotonius de Matrim. c. 1.*

39 Definitur, vt ſit *coniunctio maritalis viri, & mulieris inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem continens*, eiuſque materiæ ſunt verba, quæ etiam, & pro forma inſeruiunt, vt Moderniores docent, nam verba, ſeu ſigna quibus exprimitur cõſenſus, vel conſiderantur quatenus realiter exprimuntur à contrahentibus, v. g. volo ducere bertam, & ſimil. & ſunt forma, aut quatenus denotant mutuam cohabitationẽ, & ſunt pro materia, *Coton. cit. nu. 18. & 19. ex Dian. Sanchez, & alijs.*

40 Miniſter Matrimonij, ſeu Miniſtri, sũt ipſimet contrahentes, ea ratione euidenti, quia non eſt Sacerdos, ergo ipſimet contrahentes ſunt, quod probatur, quia *à Tridentino* fuit inuentum, vt in Matrimonio ſit Sacerdos aſſiſtens, & tamen antea non erat; ſed Matrimonium ante, & poſt *Trid.* eſt verè Sacramentum, ergo ante *Trid.* non habebat Miniſtrum, quod non eſt dicendum, nam mutari à iure poſitiuo non poſſunt, quę à iure Diuino ſunt inſtituta, *arg. Clem. ne Romani de elec. c. inferior de mai. & obed. l. formam C. de off. præfecti præt.* ſequitur igitur ſolummodo, quod Sacerdos, vel Parochus non ſit pars Sacramenti Matrimonij eſſentialis, *Coton. qui ſup. num. fin. Cæſar de Eccleſ. Hier. diſp. 8. §. 4. n. 20. & 21.* & ſolum declarat coniunctos, *Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. idem ex Sanchez*, eiuſque aſſiſtentia poſtulatur, etiam ſi inuitus ſit, *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 39. n. 9. Cæſar n. vltimo.*

41 Ante Matrimonium Sponſalia contrahuntur, quæ promiſſiones, & ſponſiones Matrimonij contrahendi ſunt, *l. ſponſalia ff. de ſponſalibus, c. noſtrates 30. q. 5.* ibi, *ſunt futurarum nuptiarum promiſſiones*, & triplicem debent habere conditionem, vt contrahantur validè; primò vt ſint per verba de futuro facta, nam aliàs erunt Matrimonium; II. vt ſint in perſonas iure habiles, abſque impedimentis nimirum, III. vt ſignis, aut verbis manifeſtentur, ſicuti cæteri contractus, *arg. l. nec ignorans ff. de donat.*

42 Perſonæ habiles ad contrahendum ſponſalia, ſunt illę habiles ad Matrimoniũ *c. præterea de ſponſalibus*, excepta ætate, quę in Matrimonio eſt xiv. annorum in maſculo, & xij. in fœmina, *c. continebatur c. ex literis de ſponſal. Impub.* & pro ſponſalibus eſt ſeptennium, *c. acceſſit ibid.* niſi malitia ſuppleret ætatem, & præſumatur antea vſus rationis in illis, *l. in ſponſalibus ff. de ſponſalibus, c. puberes, c. literis, c. de illis ibid. Narbona de ætat. ann. 7. q. 19. n. 1. Cotonius n. 38.*

43 Et etiam, vt non ſint aliquib. impedimentis ligati, *de quibus infra*, etiam ſi impediens fuerit impedimentum, nec Catholicus cum Hæretica poteſt ſponſalia licitè facere, licèt validum ſit matrimonium, & votum habens caſtitatis, &c. *vt ex ſequentibus notum erit.*

44 Quæ verò ſponſalia nõ ſunt hoc modo contracta diſſoluuntur, & menti teneas varias cauſas diſſolutionis ſponſalium, inter quas ſunt mutuus conſenſus partium, ſiuè puberum, ſiuè impuberum ſponſalia ſint, *c. de illis c. 2. de Sponſalibus*, ingreſſus Religionis alterius Sponſi, *c. veniens, qui Clerici,*

*vel*

Digitized by Google

*vel vouentes, &c.* Matrimonium de præſenti, *c. ſi inter de Sponſalibus*, Sacer Ordo, *c. vnico de voto in 6*, & etiam per poſteriora ſponſalia iurata, *c. veniēs de iureiurando*, per Papalem diſpenſationem, *Dian. p. 3. tract. 4. Coton. cit. n. 59.*

45 Aut ſi ſuperueniat Cognatio, vel affinitas, *c. veniens de eo qui cognouit, &c.* vel notabilis morbus, aut alia cauſa rationabilis diſſolutionis, *c. 2. c. requiſiſti de ſponſalibus*, quia re notabiliter mutata, promiſſio non obligat, *c. quemadmodum de iureiurando*, ſicuti per delictum alterius Sponſalia diſſoluuntur, vt per fornicationem, hæreſim, &c. etiam ſi iurata ſint, *Coton. num. 62. cum ſeq.* idem docens de omnibus impedimentis dirimentibus, quia his ſuperuenientibus res dicitur notabiliter mutata.

46 Petes ergo, quæ ſint impedimenta Matrimonij? Hæc Matrimonij impediméta, aut ſunt dirimentia, aut impedientia, prima Matrimonium nullũ reddunt, & dirimunt, non ita impediētia, vt nomé ipſum declarat, & Dirimentia his verſibus continentur.

*Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,*
*Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas,*
*Si ſis Affinis, ſi fortè coire nequibis.*
*Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,*
*Raptaue ſit Mulier, nec loco reddita tuto*
*Hæc ſocianda vetant, Connubia facta retractant.*

47 Dicitur 1. *Error*, circa quod impedimentum notabis, quod datur Error circa perſonam, vt cum dico, volo ducere Bertam in vxorem, & aliam puto eſſe, ſi cum illa contraho, Matrimonium hoc erit nullum, *arg. l. per errorem ff. de iuriſd. omn. iudicum*, ibi, *error tollit libertatem*, ſed matrimonia debent eſſe libera, *c. gemma, c. de illis de ſpōſalibus*, ergo nullum eſt Matrimonium cum errore contractum, *c. 1. 29. q. 1.*

48 Idem decidit Papa circa errorem cōditionis ſeruilis, *c. ſi quis ingenuus, c. ſi quis Ancilla 29. q. 2.* niſi fuerit manumiſſa, vel ſerua facta poſt matrimoniũ, quia ratificatio præſumitur, & etiã ſi eſſet factũ cum ſeruo, vel ſerua ſcienter, quo caſu etiam tenet Matrimonium, aut ſi Dominus ſeruã ſuam in Matrim. copulauit, *gl. in c. ſi quis 2. diſt. 34.* & cēſetur data libertas, *arg. c. licèt de cōiug. ſeruorũ*, cōtra *Sãchez lib. 7. diſp. 20. n. 11.* qa fauore libertatis ſentētiandũ, *l. generaliter §. ſi quis ſeruo ff. de fideicom. libertat.* præſertim in dubijs, *l. libertas ff. de reg. iur. c. licèt de coniugio ſeru. c. fin. de re iudic.* nec de rigore iuris proceditur, *gl. in d. c. licèt, & Nouar. de grauam. vaſſall. grau. 92. n. 2. 4. & 7. & grau. 95. nu. 5.* cum ergo in iure hoc non ſit deciſum, & ſunt pro vtraque parte opiniones, illam debemus ſequi, quæ eſt fauorabilis, & pro libertate.

49 Error etiã *conditionis*, qui nõ redundat in errorem perſonæ, v. g. ſi diues, vel pulchra fuerit Sponſa; hæ enim ſunt qualitates perſonæ, non dirimit Matrimonium, ſecus ſi redundaret in errorem perſonæ, vt ſi ex hac cognitione venirent agnita perſona, & in tantum quis perſonam cognoſceret in quãtum hanc ſcit eſſe diuitem, nobilē, &c. *c. 1. 29. q. 1.* vbi ratio aſſignatur, nã talis error circa qualitatem, non tollit conſenſum, & eſt circa accidentalia, ſecus verò ſi eſt circa perſonam, nam tunc quia in ſubſtantialibus annullat matrimonium.

50 Tertium impedimentum eſt *Votum*, puta ſi quis contrahat adſtrictus voto ſolēni caſtitatis, in Religione nimirum approbata emiſſo, nullũ facit Matrimonium, *c. cōſuluit qui Clerici, vel vouentes, &c. c. vnico de voto*, nec poteſt alter Coniugum ingredi Religionem Matrimonio conſumato inuito Coniuge, *vt ſup. lib. 1. deciſ. fin. n. 10. dicebam*, ſicuti nec alia vota facta in conſtantia Matrimonij tenent, *vt decidit Papa in c. ſi his de Conuerſ. Coniug. & ibi, communiter Doctores*, dummodò hæc ſit impeditiua copulæ, vel bonorum Matrimonij: dixi, de voto ſolemni, nam votum ſimplex impedit Matrimonium contrahendũ, non verò contractum dirimit, *prout inf.*

51 Cognatio carnalis etiam dirimit matrimonium cum ſit vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendētium, inter quas ratione ſanguinis, & reuerentiæ non debet Matrimonium conſiſtere, *c. non debet de*

*conſang.& affinitate*, & triplex eſt, prima oritur ex linea deſcendentium, vt Petrus ſtipes, filius Petri, Paulus, filius Pauli, Iacobus, &c. qui omnes ſunt deſcendentes omnes à Petro. Secunda eſt aſcendentium, & inter aſcendentes, vt eſt linea Iacobi, nam reſpectu huius, Petrus, & Paulus ſunt aſcendentes.

52 Quod ſi ex his oriantur plures filij, & fratres, hi dicuntur collaterales inter ſe reſpectu ſtipitis, & ſi ſunt æquales, vt duo fratres, vocantur collaterales æquales, & cõcurrunt æqualitèr, idem de ſororibus inter ſe concurrentibus, & alijs: quod ſi ex his ſint alij filij, & concurrant cum patruo dicuntur collaterales inæquales, *c.fin. de Cõſang.& Affin.* eodem modo de alijs perſonis diſcurras.

53 Quomodo verò colligenda ſit diuerſitas graduum in iure Canonico, de his perſonis coniunctis, & in quo gradu diſtet vna perſona ab alia? ſuppoſito, ꝙ gradus dictus eſt ad ſimilitudinẽ ſcalæ, & ponitur pro dignoſcenda perſonarũ coniunctarũ diuerſitate in lineis ſupradictis.

54 Ponas primam regulam obſeruatam à iure ciuili, & Canonico, vt in linea aſcendentium, & deſcendentium, tot ſint gradus, quot ſunt perſonæ dempta vna, ideſt ſtipite, pater ergo, & filius ſunt in vno gradu, quia duæ ſunt perſonæ, vna dempta.

55 In linea tranſuerſali æquali, eſt ſecũda regula Canoniſtarum, qui dicunt, quod quo gradu quis diſtat à communi ſtipite, eo gradu diſtant inter ſe, v.g. filij duorum fratrum, ſunt in ſecundo gradu, & fratres ſunt in vno gradu, quia frater, eſt in primo gradu cum ſtipite. In linea verò inæquali, quo gradu remotior diſtat à ſtipite, eo gradu diſtabũt inter ſe, vt frater meus habet duos filios, qui diſtant à communi ſtipite in ſecundo gradu, & reſpectu mei in tali gradu erunt, *c.fin.de conſang.& affin.*

56 De iure ciuili cui ſtandum in ſucceſſionibus, & tutelis, non in cauſis Matrimonialibus, non ita computantur gradus in linea tranſuerſali, nam vbi ſunt duo fratres in primo gradu de iure Canonum, ex ciuili ſunt in ſecundo gradu, quia numerantur perſonæ, nõ generationes, *arg.l.1.ff.de gradibus, c.ſedem 35.q.5.& melius dicam in inſtitutionibus cæſareis lib.3. deciſ.1. de ſucceſſionibus ab inteſtato*, his cognitis.

57 Decidendum eſt, nullum eſſe Matrimonium factum à conſanguineis vſque ad quartum gradum de iure Canonico, *c. non debet de conſang.& affin.* & iure naturæ, inter patrem, & filium, fratrem, & ſororem, *arg.c.gaudemus de diuortijs*, ideò cum Papa non poſſit ſupra hoc ius diſpenſare, neque poterit in Matrimonij impedimentis ortis ex perſonis ſupradictis, ſecundùm communem DD. ſentent. *ex Clemen.1.de conſang.& affinitate*, ſecùs in alijs dicendum eſt, *vt praxis demonſtrat*, ſed aduertas, quod in omnibus lineis, eſt regula *d.c. non debet* nunc in aſcendentibus, & deſcendentibus vſq; in infinitum extenditur prohibitio, vt melior docet ſententia attentis verbis, *textus*, ſed ſolùm vſque ad quartum gradum, *Sanchez de Matrimonio lib 7.diſp.53. num.13.& 19.* vbi perdoctè docet quod de iure naturæ, ſolùm vſq; ad primum gradum extenditur prohibitio, ſed de iure Eccleſiaſtico *ex d.c.* non debet ſolùm vſque ad 4. gradum tam inter aſcendentes, & deſcendentes, quàm in alijs collateralibus, ex lectura *dicti c.& Pontius etiam lib.7.cap.30. docet, Dian.p.4. tract.4.reſol.93.p.7. tract.12. reſol.36.p.8. tract.1.reſol.67.cũ ſeq. Coton.ſup.cit. de Matrim.n.309. ex Scoto, Alenſ.& alijs, Bonac. hoc tit. Camerot.& alij Moderniores*, & nota quod eſt concluſio, multis, etiam Doctoribus antiquis, & practicis Aduocatis ignota, qui ex vulgato idiom. quod in infinitum dirimit inter aſcendentes ducuntur.

58 Præter Cognationem carnalẽ adeſt, & Cognatio ſpiritualis, quæ ex Baptiſmo, vel Confirmatione oritur, *c.fin.de Cogn.ſpirituali, & nouo iure Trid.* exploſis antiquitatibus, contrahitur inter baptizantem, cum baptizato, & inter Patrinos cũ ipſomet baptizato, qui vocantur Patres ſpirituales, atq; Paternitas ex eis oritur, inſuper inter baptizantem cum patre, & matre baptizati, & inter hos parentes cum patrinis, quæ vocatur

tur Compaternitas, inter quos matrimonium ſtare non poteſt, *Triden. ſeſſ. 24. cap. 2. de ref. Matrim.* ſicut in Confirmatione, in qua eodem modo diſcurras, *ex Trid. citato, & c. 1. de Cogn. ſpirituali.*

59 Vbi etiam decidit Papa, nullum eſſe Matrimonium cum hoc impedimento contractum, quod ſi superuenit, impedit ſolummodo matrimonium, quoad torum, adeò vt nō poſſit coniux petere debitum, qui fuit cauſa impedimenti, *c. veniens ibid. in 6.* de Patrinis verò qui ſolùm ad Cathechiſmum aſſiſtunt, non eſt vt ſupra diſcurrendum cū non oriatur cognatio ex tali aſſiſtentia, *c. 2. de Cogn. ſpirituali.*

60 Tertiò adeſt, *Cognatio Legalis*, ex lege nimirum orta, quæ ex adoptione, vel arrogatione contrahitur, & ad ſimilitudinē carnalis cognationis dirimit Matrimoniū ſubſequens, *c. 1. de Cogn. Legali*, hoc modò tamen, vt in linea recta, ideſt inter adoptantem, & adoptatum cum filijs, & deſcendentibus iſtius, non poteſt eſſe Matrimonium vſque ad quartum gradum, ſicuti in linea tranſuerſali, ideſt inter adoptatum, cū filijs legitimis, & naturalibus adoptantis, q̄ ſint iſti quaſi fratres, & ſorores, per legis fictionē, *l. per adopt. de rit. nupt. c. per adop. 30. q. 3.* nō extēditur tamē prohibitio extra has perſonas enumeratas, nec eſt alter gradus, *d. c. per adoptionem.*

61 Inſuper eſt tertia ſpecies Cognationis Legalis, quæ dirimit Matrimonium cōtrahendum, & eſt inter vxorem adoptantis, cum adoptato, & è contra, *l. adoptiuus 14. ff. de ritu nuptiarum*, ad inſtar affinitatis, *de qua infra.*

62 Quintum impedimentum dirimens matrimonium eſt, *crimen*, & accidit quando ipſa cōiux cum alio machinata eſt mortem coniugis, vt ſuſcipiat illum, & mors reuera ſequuta fuit ex tali machinatione, inter hos de iure ſtare non poteſt matrimonium, *c. laudabilem de conuerſ. infid.* idem dicas de auxiliantibus, conſulentibus, &c. *c. ſi quis viuente 31. quæſt. 2.* atque hoc vocatur crimen homicidij.

63 Datur etiam crimen adulterij, & fit quando adulterio commiſſo, adulteri dant ad inuicem fidem de matrimonio contrahendo poſt mortem coniugis, ſi caſus acciderit, quo accidente non poteſt eſſe matrimonium inter hos, *vt decidit Papa in c. 1. & toto titulo de eo qui cogn. ux. &c.*

64 Sextum impedimentum eſt, *cultus diſparitas*, *c. cane, c. iudæi 28. quæſt. 1.* ex quo, non poteſt eſſe Matrimonium inter fidelem, & infidelem, quod ſi ſit cum Apoſtata, Hæretico, vel Sciſmatico illicitum erit, ſed validum, *c. decreuit de hæret. in 6.* ſed ſi Matrimonio conſumato inter Infideles alter veniat ad fidem; hic fidelis ſeparandus erit ab infideli, etiam quoad vinculum Matrimonij, ſi non poteſt fidelis habitare abſque fidei periculo, *c. quanto, c. gaudemus de diuortijs*, & arbitrio Epiſcopi, ex verbis Apoſtoli, *1. ad Corin. 6. nolite iugum trahere cum infideli, d. c. decreuit*, quod non ita eſt in Hæretico, *vt notant ibi Doctores, & Sanchez de impedim. diſp. 77. n. 6. Diana p. 3. tract. 4. reſol. 263. Coton. cit. controu. 1. cap. 5. de Matrim. n. 324.* qui *n.* præcedenti contrarium tenet circa infidelem, vt non poſſit fidelis conuerſus renubi, *ex Pontio lib. 7. cap. 48. nu. 24.* & diſpenſationem expoſcit Papalem, ſed loquūtur ambo cōtr. *tex. in c. ſi infidelis 28. q. 2. ibi, Greg. ait, ſi infidelis diſcedit odio Chriſtianæ fidei, diſcedat, non eſt enim frater, aut ſoror ſubiectus ſeruituti in huiuſmodi; non eſt enim dimiſſo peccatum propter Deum ſi alij ſe copulauerit contumelia quippe Creatoris ſoluit ius Matrimonij circa eum qui relinquitur*, ergò ex textu quoties adeſt cōtumelia Creatoris habitare non tenetur fidelis conuerſus, vel relictus, & aliam ducere poteſt, filioſuè ſecū ducere, *c. Iudæi 28. q. 1. & vulg. c. gaudemus.*

65 Septimo Matrimonium, *vi*, factum nullum eſt, & cum metu cadente in conſtantem virum, *c. conſultatione, c. veniens de ſponſalibus*, ſecùs de metu leui diſcurrendum eſt, qui non inducit neceſſitatem, nec lædit libertatem, arg. eorum qui proijciunt merces tempore naufragij, faciūt ex neceſſitate conditionali, *c. ſacris de his quæ vi metuſque cauſa*, & ſunt metus verborum, leueſque minæ, &c.

66 Octauo Clerici in ſacris conſtituti, quia annexam habent cum ordine continẽtiam, haud poſſunt Matrimonium cõtrahere validum, & licitum, *c. 1. & 2. qui Clerici, vel vouentes*, intellige abſque Papæ diſpenſatione: nam ſi adſit hæc validum, & licitũ erit, & quod de facto Papa diſpenſauit, tradit nouiter *Spatà conſ. 170. tom. 1. per totum, & ipſe ſuper tetigi lib. 1. deciſ. xi. nu. 51.* neque facto Matrimonio licitum erit coniugibus Ordines ſuſcipere ſine alterius licentia, qua exiſtente vxor Monaſterium ingredi debet, *arg. c. 1. de cohab. Cler. & Mulier.* marituſque ſacros ſuſcipiat Ordines illa profeſſa, aliàs ſi abſque licentia recipit auocatur ab illa, etiam ſi fuerit in dignitate conſtitutus, & puniendus, *arg. Clem. 1. de conſang. & affin. vbi Barboſa, & meliùs ipſe dixi lib. 1. d. c. fin. n. 10. & 11.* vbi *de his emittentibus profeſſionem abſque licentia.*

67 Clerici verò in Minoribus Ordinibus conſtituti Matrimonium contrahentes, ſolũ amittunt beneficia, & penſiones, *c. ſi quis Sacerdotum 81. diſt. c. eos qui 32. diſt.* ſed validũ efficiunt Matrimonium, *c. 1. de Clericis coniugatis, c. ſi quis eorum 32. diſt.* dantu que etiam Clerici coniugati, qui gaudent priuilegio *Canonis ſi quis ſuadente 17. q. 4.* & fori, nempe, vt trahi non poſſint ad forum Iudicis laycalis, in ciuilibus, & criminalibus iuxta probabilem opinionem, *arg. tex. in c. 1. de Cler. coniug. in 6. c. 2. de foro competenti, Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. 6. vbi Barboſ. n. 44. Cotonius in controu. tit. de priuilegio Cleric. fori n. 36.* & ipſe *ſup. lib. 1. tit. 11. num. 13. 44. & 51. adduxi.*

68 Sed debent contrahere cum vnica, & virgine, non cum coniugata, Secundò, debent deferre veſtes, & tonſuram, *d. c. vnico de Cler. coniug. in 6.* Tertiò aſcripti ſint Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio de mandato Epiſcopi, *Triden. ſeſſ. 23. cap. 6. de ref. & DD. cit.* atque his requiſitis, fori, & Canonis priuilegio gaudebunt, tàm in ciuilibus, quam in criminalibus, *vt docet dict. Barboſa in collectaneis ſuper dicto Capitulo Triden, & Sanchez de Matrimonio lib. 7. cap. 46. cum ſequentibus, qui alia circa hos Clericos cõiugatos refert, & examinat.*

69 Nonum Impedimentum eſt, vt ligati priori vinculo matrimonij, non poſſint alio vinculo aſtringi, *Triden. ſeſſ. 24. can. 3. de matrim. c. gaudemus de diuortijs*, nec ex Papæ diſpenſatione quis plures vxores habere poteſt, nam contra naturæ vtilitatem, & Chriſti Domini præceptum eſt, *vt ex communi ſententia docet Sanchez qui ſupra diſp. 80. n. 9.* debet igitur coniugatus ad ſecunda vota tranſiens certitudinem habere moralem mortis alterius coniugis, *c. dominus de ſecũdis nuptijs, c. in præſentia de ſponſalibus*, Iudicis arbitrio regulandam ex teſtibus fide dignis; quod ſi de facto mortuus non ſit, rediens illum accipere debet, remoto ſecundo viro, *d. c. dominus in fine, Cotonius de matrim. cap. 5. n. 330.* & filij abſque dubio huic erunt aſſignandi tanquam legitimi, & naturales, *arg. c. ex tenore, c. cum inter, c. peruenit, qui filij ſint legitimi, Sanchez lib. 8. diſp. 34. nu. 46.* & debetur pars ſucceſſionis matris etiam, quia bona fide fuerunt facti, & verè legitimi, & naturales ſunt, ideò in omnibus patri, & matri ſuccedere debent, *Cancerius variar. reſol. par. 3. cap. 11. nu. 61. cum ſeq. Giurba ad conſuet. Meſſan. cap. 1, gl. 1 nu. 28. Olea de iurium ceſſione tit. 4. q. 8. nu. 9. & 10.* ibi, quod ſuccedũt ad fidecom. & maioratus, & dignitates obtinere poſſunt Eccleſiaſticas, & laycales, *ex Giurb. d. gl. 1. & c. 7. gl. 13. n. 4. gl. 4. nu. 62. Faxiard. Trentacinq. Inriglial. Caſtill. & alijs, quib. addas Merlin. de legitima lib. 1. tit. 2. q. 1. nu. 7. 16. 17. & per tot. Vincent. de Franchis deciſ. 130. vbi Amẽdola, & Viſconti, & etiam in concluſionibus iuris Verb. Matrim. circa finem.*

70 Decimo nullum eſt Matrimonium contractum cum impedimento publicæ honeſtatis, puta cum conſanguineis eorum, qui ſe ſponſalibus, vel Matrimonio rato vniti erant (dixi ſponſalibus, & matrimonio rato) nam ſi fuerit conſumatum Matrimonium ex eo oritur affinitas, vt dicam: & hoc modo vocatur, quia non eſt honeſtati congruũ, quod Matrimonio, vel ſpõſalibus factis cum conſanguineis, poſtea his relictis alteri ex conſanguineis quis vniatur, vt

qui

qui contrahit matrimonium, nec conſumauit cum Berta, aut ſponſalia, & poſtea hac relicta, vel mortua velit ſororem ſuam, vel matrem accipere, *c. vnico de ſponſalibus in 6.*

71 Hoc impedimentum, ſi ex ſpõſalibus oriatur ſolùm extenditur ad primum gradum, ſi verò ex Matrimonio rato, vſque ad quartum ſe extendi non dubitauerunt *Doctores, ex Triden. ſeſſ. 24. cap. 3. de ref.* ex quo fuit reſtrictum publicè honeſtatis impedimentum ex ſponſalibus ortum, *vt docet ibi Barboſa, & Sanchez citatus diſp. 64. & 68. cum Cotonio n. 332.*

72 Vndecimo, *qui affines ſunt*, non poſſunt vniri in Matrimonium; eſt verò affinitas [propinquitas perſonarum ex copula carnali proueniens,] adeò vt parentes, & conſanguinei vxoris non poſſunt in matrimonium vniri cum viro mortua illa, & è cõtra, ratione propinquitatis contractæ ex copula carnali coniugum, & Matrimonio copulaue perfecta licita, *c. diſcretionem de eo qui duxit, &c.* & quo gradu quis eſt conſanguineus vni ex ſpõſis, eo gradu eſt alteri affinis, ſiuè ex aſcendẽtibus ſiuè, ex deſcendentibus, aut collateralibus proueniat, *c. nõ debet de conſanguin. & affinitate, Triden. ſeſſ. 24. de ref. matrim. cap. 4.*

73 Quod ſi hæc affinitas non fuerit ante Matrimonium, ſed ſuperuenerit cõiugibus, ex copula nimirum cum conſanguinea, cauſa ſeparationis tori erit, & iſta petere non poteſt debitum, ſed ſolùm reddere, *Doc. in dict. cap. non debet, Sanchez diſp. 64. 65. & ſeq. lib. 7. & Gutierez, c. 54. de Matrim. Diana p. 6. tract. 8. reſol. 25. Cotonius controu. tit. de laycis controu. 2. de viro, & vxore cap. 1. n. 6.* ibi, *quibus de cauſis priuetur coniux iure petendi debitum.*

74 Sed aduertendum, quod affinitas cõtrahitur ex copula licita, & ex illicita, puta cum quis habuit copulam cum meretrice, vel ex matrimonio legitimè contracto, primo caſu, non extenditur prohibitio vſque ad quartum gradũ, ſicuti ſi ex hac, & ex copula licita oriatur, *d. c. non debet*, ſed ſolùm vſque ad primum, & ſecundum gradum *Triden. ſeſſ. 24. cap. 4. de ref. matrim. & Pius V. declarauit in Bulla quæ incipit ad Romanũ edita de anno 1566. quam adducit Gallemart, in remiſſionibus ad dictum Concilium, & Barboſa num. 10. cum Doct. citatis ſup.*

75 Duodecimo decidit Papa, quod impotentes, qui nimirum coire non poſſunt, Matrimonia contrahere non valent, & impotentia antecedens Matrimonium ſubſequens dirimit, *c. 2. de frigidis, & maleficiatis*, dummodo perpetua, *c. fraternitati ibid.* & ſiuè veniat ex nimia frigiditate, aut ex nimio calore, vel à natura, aut à maleficio, ſiuè ex parte viri ſit, vel ex parte fœminæ, ſemper Matrimonium dirimitur, [dixi impotentia antecedẽs matrimonium dirimit] nam ſi ſuperuenerit nõ ita erit, *d. c. 2.* aut ſi temporalis impotentia fuerit, & ſperari poterit ſanitas, quibus caſibus Matrimonium ſubſequens non dirimitur, & triennalis impotentia perpetua iudicatur ab Eccleſia, *c. laudabilem de frigidis, Coton. n. 390. & 338. Pontius lib. 7. cap. 66.* quo iudicio ſecuto amplius admitti non debet vir, vel fœmina, ſi potentes tractu temporis facti ſint, *Pontius cit. c. 65.* & ſententia lata per errorem, aut alio modo reuocari non poteſt in hoc caſu, quando alter coniux ad ſecunda vota tranſiuit, *arg. c. fraternitatis ibidem, & c. fin. 33. q. 1.* non enim res eſt integra.

76 Inſuper eunuchi, ſpadones, caſtrati, & ſimil. & ſi copulari poſſint, & nimium luxurioſi ſint, *Diana p. 3. tract. 5. reſol. 38 p. 6. tract. 8. reſol. 45. Baſilius Magnus lib. de vera Virginitate* [de eunucho loquens] *quo circa, & ipſe ſe ad actum fœtiditatis ſimiliter formans amorem ſpirat, incredibilemque veſaniam, imò ad coitum feruens, & ſi ea parte non violet fœmina turbulentus incumbens, ipſi tamen, ac ſi corruperit ſatisfeceritque cupidini ita ſceleris imagine affectus eſt. Lucan. & Martialis apud Pontium lib. 7. cap. 67. Hi Cariſſimi fœminis optati valdè cũ eos nactæ ſint ad libidinem procliuiores, & ſatiandæ veneri ideò aptiores, quia cum ſemen non emittant ſemel armati, non ita cito deponunt arma, & diſſimulandæ illarum turpitudini conuenientiores, cum corripere ſe non poſſe certo ſciant*

Quin-

*Quintil. in declamat. libidinem inuet ipſum effœminati ſexus mendacium; nunquam tamen his contingeret malis moribus regnum*, & arcendi ab altari, quia tales, *c. ſi quis, c. hi qui. 55. diſtinct*; nec integri homines, *c. eunuchus ead. d.* Deoque diplicent, *r. tunc ſaluabitur* §. *qui ſi tit. 33. q. 5.* & paruifaciendi, *l. ſeruus 27.* §. *& ſi puerum ff. ad l. aquiliam ibi gl. minimi valoris*, quia morboſi, *l. ſin autem de ædil. edicto, gl. in l. ſi ſeruus 27.* §. *& ſi puerum V. ædilium ff. ad l. aquiliam*, & vitioſi, *l. ædiles aiunt* §. *ſed enim ſunt ff. de ædil. edicto*, ibi, *ſed enim ſunt quædam quæ in hominibus quidem morbum faciunt, in iumentis non adeò, vt puta ſi mulus caſtratus eſt, neque morbi, neque vitij quid habere videtur, & in d. l. ſin autem quis ita ſpado eſt vt tàm neceſſaria pars corporis, ei penitus abſit morboſus eſt*, ergo iumẽtis peiores, quæ ex hoc non redduntur vitioſi, ſed aliquando meliora, *arg. gloſ. in d. l. ſi ſeruus, & l. ædiles aiunt, V. neque vitij*, & tractandi, tanquam fœminæ per artem, & effœminatæ perſonæ, vt de Narſete eunucho (qui aliàs erat vir Illuſtris) *narrat Sabellic.* cui Imperator ſcribens, dixit, quod meliùs torqueret filum ad inſtar mulierũ; ideò adhibentur, à Regibus Turcarum pro cuſtodiendis, & ſeruandis cubilibus ſuis in infamibus conſeptis, *vt quidam Modernior ait*.

77 Rurſus puniuntur caſtrantes ſe, vel permittentes caſtrari, *ex l. Cornelia de ſic. l. 3.* §. *qui hominem, l. 4.* §. *idem diuus ff. ad l. Cornel. de ſic.* & tàm ſeruus (ſi fuerit ſeruus caſtratus) quam locus confiſcatur, vbi ſciente domino eunuchus efficitur, *Salicet. ex tex. in l. 1. C. de eunuchis*, ex quo colliges, quod patri non licet caſtrare filium etiam ad ſuauitatem vocis ſeruandam, vt quidam Theologi malè, & abſque ratione docent; quos improbat, *Dian. ſup. cit. & Caramuel in Theolog. fundam. 2. edit. n. 1613. cum Cotonio controu. lib. 5. controu. 3. de parentibus, & liberis cap. 3. n. 104.* ea ratione, quia nemo dominus eſt membrorum ſuorum, & aliorum; *d. l. 1. & l. liber homo ff. ad l. aquiliam vbi gl. verb. cum eo qui iuſſit*, nec pater habet ius vitæ, & necis in filium, *l. fin. C. de Patria poteſt. l. inauditum ff. ad l. Corneliam de ſicar. l. vnica C. de his qui parentes, vel liber. occid.* ſed ſolùm relicta eſt decens quædam emendatio, & poteſtas corrigendi, *l. vnic. C. de emend. propinq.* §. *aliud quoq; Auth. vt cum de appell. cognoſcitur l. 4. C. de patria poteſt.* quo ergò iure, vt poſſint parentes liberos caſtrare decidunt illi Theologi, ipſe non video? idem dicas de Dominis, qui nec poſſunt ſeruos inuitos, & volentes caſtrare, ſub pœna *d. l. 1. C. de eunuch. & ex de Lugo, & Diana docet Coton. cit. tit. de dominis, & ſeruis, controu. 5. cap. 2. n. 37.*

78 Et quod dicitur *in d. l. ſi ſeruus 27.* §. *& ſi puerum ff. ad l. aquiliam*, ibi, *& ſi puerum quis caſtrauerit, & pretioſiorem fecerit, Iulian. ſcribit ceſſare aquiliam, ſed iniuriarum erit agendum, aut ex edicto ædilium, vel in quadruplum ex l. 12. tabularum.* correctũ eſt; *ex d. l. 1. C. de eunuchis, & ex d. l. 3. ad l. Cornel. de ſicar.* vt ait *gloſ.* & dantur aliæ pœnæ hodiè ſtante hoc iure, nec pretioſiores reddebantur, niſi in aliquibus locis, quia tanquàm ſerui vendebantur, *gl. loc. cit. & in l. ſin autem ff. de ædil. edicto, verb. morboſus*, ibi, *illud in quibuſdam partibus, & licet pretioſior ſit alicui ſpadatus, non tamen ſequitur ergo non eſt vitioſus, nam fortè expedit vitioſum habere propter dominam, vt arg. inſt. de actionibus* §. *præterea*, ſed loqui videntur de caſtratis, ideſt orbatis omnibus rebus, qui ponebantur ad cuſtodiam, *vel vt ait Pontius de Matrimon. lib. 7. cap. 67. magna in exiſtimatione erant, carius vendebantur, quia cariſſimi principibus perpetuò enim flore illorum iuuente vtebantur, & habebant in delicijs*, & nota quòd hodiè de licentia Principum, qui diſpenſant *ad tex. in d. l. 1.* efficiuntur caſtrati pulchram habentes, & delectabilem vocem, *vt praxis docet*, tamẽ à Matrimonio repelluntur, quia verùm ſemen aptum ad generationem non emittunt, *vt decidit Sixtus V. in quodam motu proprio, & refert Sanchez, & Coton. cit.* idem docentes de ſenibus, alijſuè perſonis non emittentibus verum ſemen, nec valentibus erigere, &c.

97 His addit, *Tridentina Synodus ſeſſ. 24. cap. 6. de reſ. Matrimonij*, alia duo impedimen-

dimenta, vt nimirum inter raptorem, & raptam non poſſit conſiſtere Matrimonium, ſiuè rapta fuerit virgo, ſiuè vidua, quandiù in poteſtate raptoris fuerit, nam ſi loco tuto reddatur, & poſtea conſenſum præſtet, validum erit coniugium, *vt idem Trid. decidit*, & excommunicationis pœnam (nulli tamẽ reſeruatam) profert, contra raptores, auxilium illis præſtantes, locum, fauorem, &c. ſicuti etiam ſunt excommunicati, Matrimonium contrahentes ſcienter cum impedimentis cõſanguinitatis, & affinitatis, *Clem. 1. de conſang. & affin. vbi Barboſa*, caſus in quibus non incurritur adducit.

80 Ita nec poteſt conſiſtere Matrimonium Clãdeſtinum, factum ſcilicèt hodiè abſque Parocho proprio contrahentium, & teſtibus, adeò vt pars Matrimonij eſſentialis, ſit hæc ſolẽnitas, dixere aliqui, ſed alij, DD. quod ſit integralis defendunt, vocanturque clandeſtinæ deſponſationes, quia clàm non palàm factæ ſunt, *toto titulo de Clandeſtina deſponſatione*, propriuſq; Parochus eſt qui habet iuriſdictionem in vtrumque, vel alterutrum contrahentem, etiam ſi ab Epiſcopo ſit prohibitus ne aſſiſtat ſub pœna inualiditatis, quia habet à iure, *Cotonius ex Dian. cap. 4. nu. 207.* & validè aſſiſtit excommunicatus, irregularis, interdictus, vel ſuſpenſus ab Ordine, *idem n. 206.* & quod dixi de Parocho, idem à fortiori dicas de Archipresbytero, Epiſcopo, Vicario Generali, & Capitulari, Summo Pontifice, alijſque Prælatis curam animarum habentibus, & Epiſcopalem Poteſtatem, *ex argum. Trid. cit.* illius loci, in quo reperiuntur contrahẽtes Matrimonium, domiciliumuè habent, qui vel per ſe, vel per aliũ aſſiſtant, *vt Verba Trid. demõſtrant, qui alitèr quam præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, ſeu Ordinarij licentia*, inſuper de neceſſitate aſſiſtẽs nõ debet eſſe Sacerdos, *docet communis ſententia, ex Bellarm. ſup. d. Concil.* ſed de delegato, quod debeat eſſe talis decidere videtur, *tex.* & ſequitur *Coton. cit. n. 218. in fine*, qui alia circa teſtes etiam adducit.

81 Quod ſi adeſt præſentia Parochi, & teſtium, ſed non adſunt denunciationes, & benedictiones, non dicitur clandeſtinum Matrimonium, & ſolùm hoc modo contrahentes, quia præceptis Eccleſiæ non obediunt, puniri poterũt ab Epiſcopo, præter notam peccati mortalis, *Barboſa alleg. 32. num. 2. & 3. cũ ſeq.* ſicut & Parochus præter peccatum, pœnam ſuſpenſionis per triennium incurrit, *Trid. ſeſſ. 24. de ref. cap. 1.* vbi modum celebrandi Matrimonium dat in faciẽ Eccleſiæ, vel domi, dummodo fuerint factæ tres denũciationes à Parocho, vel pauciores cum licentia Ordinarij.

82 Ex quibus illi, qui noſcunt impedimenta veniant ad reuelandum, niſi in ſecreto cognouerint, aut magnum ſit ſcandalum ex denunciatione, vel incommodum, aut periculum vitæ, &c. quibus caſibus reuelare quis non tenetur, *Barboſa ſup. dicto Capitulo Triden. n. 34. Pontius de Matrimonio lib. 5. cap. 34. & inf. lib. 4. deciſ. fin. dicam*, vnuſque teſtis ſufficit ad impediendum Matrimonium, *c. ſuper eo, 2. de teſtibus, c. præterea de ſponſalib. Sanchez lib. 2. diſp. 13. n. 2.* ſiuè publicè, ſiuè occultè ſciat, ſed cũ iuramento dicat, *d. c. præterea, Cotonius de Matrimon. cap. 4. controu. 1. num. 259. & 260.* quæ opinio nimis arta eſt, vt ex dicto vnius poſſit ſeparari Matrimonium, ideò melius *cum Pontio cit.* dicas, ſolùm teſtem non ſufficere, nec ex iuribus cit. colligitur, quia ibi aliæ adhærant coniecturæ, & probationes, aut præſumptiones, quæ cum vno teſte in hac materia validæ erunt ad ſeparandum coniugium, vt idem doctiſſimè notat, ex regula vulgata, quod dictũ nullius eſt, vnius dictũ, atque punitur, qui falſa impedimenta denunciat, *c. cum inhibitio §. fin. de clandeſt. de ſponſ.* & poſt hæc, coràm Parocho, & teſtibus vniuntur coniuges, verbis priùs adhibitis, pro ſolemnitate, *vt in dicto Trident. citato*, quod lege.

83 Petes vltimo, quæ nam ſint Matrimonij impedimenta impedientia?

Pro petitionis reſolutione, ſupponas 1. quod ſupra dicta impedimenta dirimentia talia ſunt, vt ſi Matrimonium cum illis contrahatur nullum erit, quia fuit lege prohibente, & annullante Matrimonium, nam li-

cèt

cèt hoc ſit iure Naturæ, & Diuino inſtitutũ, tamen modum contrahendi Chriſtus Dominus reliquit Eccleſiæ, & Summo Pontifici, quo prohibente contractum Matrimonij, ſub nullitatis pœna, haud contrahi poteſt ſine ipſius diſpenſatione, qui diſpenſare valet in his impedimentis ante Matrimonium contractis, ſecùs in illis à iure naturæ prouenientibus, & poſt Matrimonium, iſto nimirum cõſumato, nam hoc caſu, cõmune dictum locum habet, *vt quod Deus coniunxit homo non ſeparet*, atque totus, & habitatio ſeparari poterit.

84 Supponas 2. quod præter Papã, qui diſpenſat in impedimẽtis, & à iure can. poſitis, *gl. in c. quia circa verſ. à ſede de cõſang. & affin.* Epiſcopus etiam diſpenſare poteſt in caſibus, & impedimentis occultis, aut ſi ſcãdalum ſit in ſeparatione, vel ſi propter paupertatem non poſſunt adire Romam contrahentes, aut longiſſimum eſſet iter, pro foro conſcientiæ ſolùm, & ad petendum debitum, *vt decidit Triden. ſeſſ. 24. de ref. cap. 6. & Sanchez lib. 8. de diſpenſationibus diſput. 2. cum ſequentibus*.

85 Quod dixi, de Epiſcopo intelligas de omnibus alijs habentibus poteſtatem diſpenſandi, pro foro conſcientiæ, vel alio modo, qui diſpenſare valent in his impedimentis occultis, vel ſuperuenictibus ad petendum debitum, vel in impedimentis impedientibus ſolùm, ſicuti valent Epiſcopi, *vt omnes DD. fatentur*, quæ verò ſint hæc impedientia impedimenta; ex vulgatis verſibus oſtendam.

*Tempora, Mandatum, Votum, Sponſalia, Crimen,*
*Impediunt fieri, permittunt facta teneri.*

86 Tempora, vt nimirum à die 4. cinerũ vſque ad Octauam Paſchatis, & ab Aduẽtu, vſq; ad diem Epiphaniæ nuptiæ fiant, *Trid. cit. cap. 10.* quod ſi aliàs celebrentur poſſunt ab Epiſcopo ſeparari ad tempus, *c. non oportet 33. q. 4.* niſi fuerint ſpõſalia celebrata, vel nuptiæ abſque ſolemnitate, *c. capellanus de, ferijs*.

87 Inſuper mandatum Epiſcopi, vel Parochi, eodem modo impedit Matrimonium; & Votũ ſimplex, ideò priùs petenda eſt diſpenſatio, vel commutatio, Sponſalia contracta, & abſque cauſa diſſoluta, variaque crimina, vt periurum, hæreſis, vxoricidium, & alia, de quibus *Sanchez citatus num. 83. cum ſequen.*

88 Et Patres, *Triden. ſeſſ. 24. cap. 1.* hortantur coniuges, vt priùs confeſſis peccatis, & recepta SS. Euchariſtia, Sacramentum Matrimonij cõficiant poſtea, vt gratiam huius tanti Sacramenti habeant, & conſequãtur, aliàs peccant mortaliter, *Barboſa ſuper dict. cap. num. 166.*

89 Colliges ex dictis 1. quod gratia cõfertur in Matrimonio rato contracto in facie Eccleſiæ, nam ſuppoſita Materia, Forma, & Miniſtro, habetur Sacramentum Matrimonij, nec de eſſentia eſt, vt cõſumetur, quia Matrimonium B. Virginis fuit verum Matrimonium, & tamen non fuit *conſumatio*, vt fides docet, atque communis Eccleſiæ intellectus ad Verba, *Matthei cap. 1. (antequã conenirent) vt S. Hier. lib. 1. comm. cum alijs docet, & Sanchez lib. 2. de Matrimonio diſp. 1. num. 3.*

90 Colliges 2. Matrimonium haud ſeparari poſſe quoad vinculum, ſi abſque impedimentis fuerit contractum, & ratum atque conſumatum, ſolumuè ratum Matrimonium Religionis ingreſſu ſeparari poterit, ideſt per ſolemnem profeſſionem, *Trid. ſeſſ. 24. de ref. Matrim. can. 6. vbi Barboſa nu. 9.* factam nimirum in Religione approbata, aut per profeſſionem in Religione S. Ioannis Hieroſolymitani, non aliorum Ordinũ, *Barboſa in appellatiuis verb. religioſus, nu. 9.* vel per Papæ diſpenſationem, vt vera docet ſententia *apud Sanchez lib. 2. diſp. 14.*

91 Sed ſi conſumatum, inter fideles diſſolui non poteſt quo vinculum, impedimẽto etiam ſuperueniente, ſecùs inter infideles dũ ambo nõ baptizãtur, *Sanchez citatus diſput. 17. & ſup. dixi in impedimento cultus diſparitatis*, quoad torum verò, & mutuam cohabitationem diſſoluitur ob alterius coniugis adulteriũ, *c. non ſolum. c. meretrices 34. q. 4.* non verò quoad Vinculum, *Trid. ſeſſ. 24. can. 7. de Matrim. Pontius de Matrim. imped.*

*ped.cap.21.Barboſa in dicto can.7. num.13.*

92 Poſſunt etiam ſeparari quoad torum coniuges propter hæreſim alterius, *Sanchez lib.10. diſp.15. de Matrim.* ſeuitiam mariti, inimicitiam capitalem, amentiam, furorem, vel ſi induceretur ad peccatum, *vt idem Sãchez in ſequentibus deciſionibus de diuortio tractans, exponit.*

93 Eſt verò diuortium mẽtis diſtractio, *arg.l.2.ff.de diuortijs,* & accipi poteſt, vt Matrimonium quoad vinculũ, & etiam quoad torum diſſoluatur; & differt à repudio, quia repudium, eſt hoc generalius, & tàm ſponſa, quàm coniux dicitur repudiari, *l. inter diuortium 191. ff. de verb. ſignif.* ſed diuortium fit inter coniuges, *Sanchez citatus de diuortio num.1.*

94 Colliges tertiò, quod Matrimonium contrahi poteſt per principales contrahentes, & etiam per procuratorem mandatum ſpeciale cum expreſſione perſonæ habentẽ, & hoc Matrimonium eſt verè Sacramentũ, *Sanchez, Perez, Molina, & alij quos citat, & ſequitur Barboſa in c.procurator 11. de procuratoribus in 6.* habita notitia principalium, &c. *Camill.Borrell.ſum. deciſ.tom.3.tit.1 de Matrim.n.237. cum ſeq.* idem dicendum de Matrimonio per epiſtolam contracto, *Marius Giurba ad conſuet.Meſſan.c.1.gl.7.n.19.*

95 Colliges quartò, quod coniuges tenentur ad inuicem reddere debitum coniugale, niſi aliquis habuerit aliquod impedimentum, vel fuerit cauſa impedimenti, quibus caſibus reddit debitum, non verò ius petẽdi habet, *Canoniſta in c.vir cum propria 33.q.4 Sanchez de Matrimonio lib.9. de debito coniugali, cui te remitto fusè tractanti, & Pontio ſub eodem titulo.*

96 Aduertas verò, quod iudicium nullitatis Matrimonij, & ſeparationis apud Iudicem Eccleſiaſticum loci cõficiendum eſt, *c. cauſam de officio delegati*, & ſecundum ius Canonicum, *c.fin.de de ſecundis nuptijs,* idẽ dicas de omnibus alijs quæſtionibus circa matrimonialem materiam, *DD. ex Trident.ſeſſ.24. c.1. & Viſcõti in ſuis cõcluſionibus verb. diuortium, & verbo, Matrimonium,* & lite incepta, & pendente coràm eodem Iudice interim alimenta danda ſunt vxori ſecundum dotes allatas, *Fontanella de pacto dotalibus clauſula 6.gl.2. part. 3.* ſiuè lis pendeat ſuper præſtatione alimentorum, ſiuè ſuper validitate Matrimonij, aut ſeparatione, & in dubijs, ſi aliundè non habeat sẽper alenda eſt, *Sanchez citatus lib.2. diſp. 41.num.51. Surdus de alimentis tit. 1. quaeſt. 118.per totam, Carena reſol.49.n.12. Baron. de cit.tom.2.addit.ad q.19.nu.56. Trentacinque lib.1. variar. reſol.tit. de alim.reſol.1.nu. 37. Afflictus deciſ.10. Milan.lib.1.deciſ.17.n. 44. Bellett. in diſquiſ. Clerical. de fauore Cleric.reali §.2. n.50. Marinus variar.reſol.lib. 1.cap.349. Galeot. controu. illuſtr.62. Duran. deciſ.399.n.9. Borrell. in ſumm. deciſ.tit.43. de foro compet.n.88. Riccius deciſ.275.p.3.& coll.deciſ.3691. Carlin. controu.c.45.nu.48.*

97 Et non ſolùm alimenta, ſed ſumptus litis, ſi illa non habeat vnde ſumere poſſit, *Sanchez, & Trentacinq. cit. Caren. reſol.21. Capycius Latro deciſ.119. & ibi Gizzius nu. 12.& 13. Afflictus deciſ.151.n.10.& Riccius coll.deciſ.99. Velaſcus conſult.1. n.5.* quæ debentur omnibus coniunctis, *Gizz. cit.* inter quas numerantur vir, & vxor, *Menochius conſ.430. nu.12.* & ſecundum arbitrium Iudicis, *idem Gizzius n.18. Maſtrilli deciſ.85. n.41.* inſpecta etiam quantitate Patrimonij, *Surdus de alim.tit.4.quaeſt.18. n.27.& q.20. n.3.Gratian. diſcep.forens. cap.857.n.31. Petra conſ.54.n.37. Mareſcott. variar. reſol.lib. 2.cap.83.n.68. Giurba deciſ.6. n.1.* nec integri dotis fructus, *Ciriac.controu.172. n.103. & 104.& controu.173.num.12. Pont.de Matrim.lib.9.cap.23.n.7. Paſcalis de viribus patriæ poteſt.c.2.n.71. Fontanella de pactis nuptial.clauſ.6.gl.2.p.3.nu.32. & p.4.n.66. Mareſcott.Caſtrop. & alij quos citat, & ſequitur Baron.relat.ſup.n.58.verſ.ſed an pendente.*

98 Debet tamẽ iſta probare ſe eſſe vxorem, ſicuti filius petens alimenta, filiationẽ, *Fontan.cit.p.4.gl.2. Gratian. cap.236.n.43. lib.2. Maceratenſis variar.reſol.cap.93. nu.9.* & ſaltem ſemiplenè per teſtem, *Paſcalis de viribus patriæ poteſtatis p.2.c.2.n.22.* vel ex coniecturis, *idem num.9. Maſcard.de probat. concl.785.n.5.* & præſumptionibus: puta ex

Oo habi-

habitatione, *Menoch.conſ.*199. *n.*48. & traductione in domum poſt ſponſalia de futuro, amplexus, & oſcula, *Maſcard. de probationibus concl.*1030. *Cala de modo articulandi num* 261.*fol.*95.*Viſconti in concluſionibus iuris verb. Matrimonium quomodo probetur,* quem vide, nam alios modos probationis adducit, & interim pendente iudicio vxor ſeparatur à viro, *Gratian.cit. c.*857. & manere debet pœnes ſuos conſanguineos, vel honeſtius perſonas, *Duran. deciſ.*313. *Gutier.quæſt.Canon.lib.*1.*c.*18.*n.*8. *Baron.ſup.cit. nu.*60. *ex Cenſalio, & alijs,* vbi, quod Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere poteſt ſuper hoc poſſeſſorio Matrimoniali, & cogit coniuges ad habitandum, *ex Barboſ.de off. Epiſcopi alleg.*65.*n.*34.*Prat.diſcep.*31. *n.*47.*Riccio coll. deciſ.*1767.*Bellett.cit.ſup. nu.*144.§.4. *&* §. 2.*n.*38. *Rubeo deciſ.*42. *nu.*16.*Suela.conſ.*10. *n.*6.*&* 7.*Viſconti ſupra cit.in fine.*

99 Sed an alimenta, litiſq; ſumptus coràm eodem Iudice Eccleſiaſtico petenda ſint, coràm quo cauſa diuortij tentatur, vel validitatis Matrimonij, qui compellere virum valeat ad hæc præſtanda? & quod coràm Iudice Eccleſiaſtico peti debeant dixerunt aliqui, *ex arg.l. vbi captum ff. de iudicijs, & l.nulli C.eod.tit.* vbi continentia cauſæ diuidenda non eſt, cum ergo cauſa diuortij pendeat coràm Eccleſiaſtico, & alimentorum ſit dependens ab illa, coràm eodem Iudice ſequitur vt examinari debeat; ita diſcurrit *Caſan.conſ.* 27. *num.* 1. *& Barboſa in l.*1.*ff.ſol.Matrim.n.*46. *&* 47. ſed alij contrarium dicunt poteſtatem Iudici laycali tribuentes, *vt Ceuall.de cognit.per viam violen.q.*155. *Riccius coll.deciſ.*99. *Afflictus deciſ.*152. *Fachin.conſ.*42.*nu.*24. *tom.*1. ea ratione, quia hoc eſt quid temporale, non ſpirituale neceſſariò cognoſcēdum ab Epiſcopo, ſicuti cauſa alimentorum dandorum filio pendente quæſtione, an iſte legitimus ſit, nec ne, & ſi natus non ſit, *Ant. Faber in C.tit.*7.*lib.*3.*def.*16.*de ordin.cognit.* ibi, *& ſi de fœdere Matrimonij cognoſcere Senat. non magis, quam alius quilibet Iudex laycus poteſt, c.lator ext.de ind.ad eum tamen pertinet, vt pendente iſta ſtatus quæſtione, an filius legitimus ſit nec ne, iubeat decerni alimenta partui ne fame pareat, &c.*

100 Tertia opinio eſt *Caſtelli Sotomaior tom.*8. *de alim. cap.*7. *num.* 20. qui docet quod data præuentione, ſi nimirum ab vno Iudice fuerunt cognita alimenta, alius decernere non poteſt, & ita ſi coràm Eccleſiaſtico petita fuere non poterit laycus inhibere, ne ſe impediat, & è contra, nam Iudex, qui de incidentibus cognoſcere poteſt, impedire nō valet, quin alius cognoſcat ſi iſte præuenerit, *Conar.pract.quæſt c.*18.*n.*8. *de Franch. deciſ.*320. & præuentioni locus eſt quando Iudices parem habent iuriſdictionem circa cauſam aliquam, *l.ſi quis poſtea* 7. *ff.de iudic. c.propoſuiſti de foro compet. c.cum omnes de off.deleg. in* 6.*Cancer.var.reſol.p.*2. *cap.*2.*n.*204.*Giurba conſ.*48. *n.*41. *Carleual. de iudic.tom.*1.*diſp.*2. *n.*872. qua adhibi a ab vno Iudice amplius alius ſe immiſcere non debet, *Cala de modo articul.*§.1.*gloſ.*9. *n.*63. *Giurba deciſ.*23.*nu.*1. *&* 3. *& conſ.*15. *n.*38.*conſ.*70.*n.*11.*conſ.*48.*nu.*41.*Graſſ. de effect.*1.*n.*1239. *Marta de iuriſdict. p.*2.*t.*2. *n.*14.*Ceuall.cit.q.*37.*n.*5. *Cancerius nu.*225. *Velaſc.conſult.*57.*poſt tex. in l.cum quidam ff.de iuriſd. omn. iud. & l.ſi quis poſtea, l.vbi acceptum ff. de iudicijs, c. propoſuiſti de foro compet.* & quod ambo habeant iuriſdictionem, patet ex dictis *n.præced.* vbi de Eccleſiaſtico ratione connexionis cauſæ, & incidentiæ, & de layco Iudice, quia nō eſt cauſa ſpiritualis, & reſeruata in iure Canonico.

101 Multæ etiam ſe ſe offerrent quæſtiones in hac tàm vaſta materia Matrimoniali, ſed locus non poſtulat in mea Praxi Pontificia, & Iuſtinianea, alia, Deo dante, dicam, vbi Matrimonium quatenus contractus eſt examinabo, & de dote dotiſue conſtitutione, & reſtitutione, tàm conſtante, quàm ſoluto Matrimonio, & pactis in ea contentis, conditionibus, & arrhis; atque aduertas, quod ius Canonicum hæc non conſiderauit, ſed multa in diſpoſitione iuris ciuilis reliquit, quæ nimirum non erant impeditiua libertatis Matrimonij, ideò ſtatuta hoc modo facta à Principe ſæculari, & impedimenta tantum inualida ſunt, *Triden.ſeſſ.*24. *de reform.*

*reform. Matrim. c. 1. Diana part. 5. de immun. Eccleſ. reſol. 16. & part. 1. tract. 2. reſol. 76. Pontius lib. 6. de Matrim. cap. 1. & 2. Sanchez lib. 7. diſp. 3. Pichard. inſt. de nuptijs in principio, Molina de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 176. Maſtrilli deciſ. 169. Narbona de ætat. ad hum. actus requiſ. ann. 30. q. 10. num. 6. Viſconti in concl. iuris V. Matrimonium, & 4.* vbi de conſuetudine, *idem dicit Camill. Borrell. ſum. deciſ. tom. 3. tit. 1. num. 290. cum ſeq. Cancerius variar. reſol. tom. 1. cap. 24. n. 4. Coroninus de impedim. Matrimonij in principio, Bellarm. & Barboſa ſuper dict. Concilio, & communis Cathol. ſchola,* maleq; faciunt aliqui, exiſtimantes Matrimonij impedimẽta ſecundũ ea, quę à Iuſtiniano *in tit. de nuptijs traditur, in inſtit. ciuilibus*, nam operam oleumue perdunt, nec ea, quæ ſuntin vſu ſtudentibus tradunt, legant *Decreta ſupra cit. Tridẽti & iuris Canonici*, & cognoſcent ſi rectè faciunt.

102 Et de diſpoſitione hominis retrahere aliquem à nuptijs, quod nõ valet, quando is, cui imponitur nunquam Matrimonium contraxit, aut contractum non conſummauit, ſecùs quando ſemel celebrauit, & conſummauit, *Sanchez lib. 1. diſp. 33. nu. 1. & 34. n. 30. Gutierez de Matrimonio tit. de impedimentis cap. 115. n. 1.* ideò pœnæ à teſtatoribus impoſitæ in ſuis teſtamentis contra tranſeuntes ad ſecundas nuptias, non ſunt à Iure Canonico correctæ, ſed pœnæ tantum legales, *c. fin. de ſecund. nuptijs*, vt infamia, *l. 1. & 2. C. de ſecundis nuptijs, Mainard. deciſ. 93. lib. 3. Riccius coll. deciſ. 431*, vbi, quod excepta infamia reliquæ pœnæ, quas ius in eorum odium introduxit ſublatæ non ſunt, *vt ex tex. colligitur, & ſequitur Gutierez cit. nu. 2.*

103 Et propriè illæ, quæ fauorem filiorum reſpiciunt, *ex l. fœmina, & l. hac Edictali C. de ſecundis nuptijs, Sanchez lib. 7. diſput. 87. n. 23. Theſaur. quæſt. forens. q. 24. per Fontanella de pactis dotalibus clauſ. 5. gloſ. 8. part. 11. n. 1. & 6. Riccius cit. Camill. Borrell. tom. 3. tit. de ſecundis n. 38.* vbi declarat *tex. in d. l. fœmina, & l. hac edictali poſt Abruz. ſup. prag. de proced. ſum. & de plan. ſol. facti, &c. p. 2. c. 2. n. 19.* vbi *n. 22.* de matre tranſeunte ad ſecunda vota non petito tutore filijs, quod ſucceſſione priuetur.

104 Et amittit ipſo facto tutelam, *Baldux. Tomaſ. de tutelis tract. 9. tit. 2. 1. cap. 6. n. 325. Viſconti in ſuis concluſ. iuris Verb. mater. Arias de Meſa var. reſol. cap. 25. lib. 2.* & educationem, *Baron. de citation. tom. 2. addit. ad q. 45. n. 91. & addit. ad q. 38. num. 41.* niſi adfuerit conſenſus filiorum, *Hodier. ad Surd. deciſ. 99. Tomaſ. cit. limit. 2. Ciriac. contron. 139. n. 25. & 27. tom. 3.* maiorum ætate, *Gabriel de ſecundis nuptijs concl. 4. nu. 48. Surd. deciſ. 100. n. 2. Borell. cit. n. 79. & Hodier.* vel Principis licentia, *Amat. reſol. 24. n. 13. Maſtrilli de Magiſtratibus lib. 3. cap. 4. n. 185.* aut mariti, *Fontanell. deciſ. 433. num. 5. Amat. qui ſup.*

105 Inſuper ſtatuitum, ne Matrimonia contrahantur à liberis ſine conſenſu parentum, tutorum, vel conſanguineorum correctum eſt, *vt in Regno noſtro Capit. Reg. Caroli 72. Abruz. in lectura cit. quibus atten. licet, vel non nu. 91.* & alia, quæ adducuntur, *à Borell. d. tom. 3. tit. de Matrim. n. 280. cum ſeq. Cancer. tom. 1. tit. 24. de filijs, qui ſine conſenſu parentum Matrimonium contraxerant, Merlin. de legit. lib. 4. tit. 1. q. 6. n. 3.* cum ſint impeditiua libertatis Matrimonij, in quo ſolus contrahentium conſenſus requiritur de rigore iuris Canonici, *Trid. dict. ſeſſ. 24. gl. in c. hoc ſanctum 32. q. 2. c. ſufficiat 27. q. 2. & cum apud de ſponſalibus, iuncto c. licum, & c. veniens, c. per tuas de cond. appoſit. c. cum cauſam de raptoribus, Aſcanius de Patria poteſt. cap. 5. effect. 6. num. 3. Gram. conſ. 167. & 168. Barzius deciſ. 29. n. 7. Paſchaliz de viribus Patria poteſtatis p. 5. c. 5. n. 20.* non ita de æquitate, & attenta honeſtate, *idem nu. 21. cum ſeq. gloſ. communiter recepta, in c. cum virum verb. paterna de Regularibus, & in c. ſufficiat verb. ſolus 27. q. 1. Machar. conſ. 2. in col. 2. Campegg. de dote priuil. 13. p. 1. num. 32.* ita vt filiæ contra parentum voluntatem nubentes peccent mortaliter, *Gutierez Canon. quæſt. c. 20. n. 3. Spin. de teſtam. gl. 14. num. 80. Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit. 18. nu. 17. Cancerius cit. n. 3. Bellarm. controu. tom. 2. lib. 1. cap. 19. verſ. tertia propoſitio. Paſchaliz*

 *qui*

*qui ſup. nu. 22. Narbona de ætat. ad huius act. requiſ. ann. 30. q. 10. nu. 6. Theſaur. quaſt. forens. lib. 1. q. 70. n. 7. Menochius conſ. 69. n. 25. Marc. Vidal. in inquiſ. moralibus tit. de Matrim. Sacram. inq. 4. num. 60. Prat. in annot. ad Paſcal. p. 1. c. 6. verſ. tertio loco, & pro cõcluſ. p. 1. cap. 1. V. ſed curioſa.*

106. Nec exhæredari poſſunt, pœnaſuè ſoluere ſtatuti, ſi dignis nubant in quacunque ætate, *Surdus de alim. tit. 1. q. 5. num. 17. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. q. 7. num. 12.* vbi quod cogunt parentes ad aſſignandas dotes, ſequitur *Fontanell. de pactis tom. 2. clauſ. 5. gl. 1. part. 1. num. 47. & 48. Maſtrill. deciſ. 163. & alij poſt eos*, nec iura diſponentia circa ætatem 25. annorum *in Auth. ſed ſi poſt C. de in off. teſtam. &c.* hodiè locum habent circa exhæredationẽ, *Surd. cit. Diana reſol. moral. de imm. Eccleſ. reſol. 74. Maia cõſult. 21. n. 10. Merlin. qui ſup. Gabreros de mete c. 19. n. 89. & alij apud Maſtrill. cit. n. 10.*

107. Quod ſi cum indignis, moribus, vita, & qualitatibus, *arg. l. ea l. de ſponſalibus, l. ſi adulterium ff. de adult. Bart. in l. cum ita la prima ff. de condit. & demonſtrat.* filij nuptias contrahant, ante ætatem 25. annor. pater non cogitur dotem dare, nec legitimam, niſi in morte, [cum non poſſint abſolutè exhæredari ex veriori ſententia,] *Merlin. cit. n. 15. & 16.* quod ſi maiores ſint 25. ann. & hoc modo nubant, pater tenetur aſſignare dotem, quia fuit in mora nubendi, *idem Merlin. n. 11. ex Bald. Menoch. & alijs.*

108. Benè verum, ait, quod hoc caſu ob indignitatem viri minorem dotem dare tenetur, ac ſi dediſſet, ſi pari, & digno nuberet filia, vt in primo caſu, *ita Merlinus, quem ſequitur Narbona de ætat. ann. 30. quaſt. 10. nu. 22. relatis contrarijs*, & quod non poſſit exhæredari etiam ſi indigno nubat poſt 25. annum, dixere, *Paul. & Iaſon. in d. Auth. ſed poſt C. de in off. teſtamento*, ibi, *ſed ſi poſt 25. annũ ſe differente filiam marito copulare ea in ſuum corpus peccauerit, vel ſine cõſenſu ſuo marito ſe libero tamen copulauerit eam exhæredare non poterit, & in §. aliud quoque Auth. vt cum de appell. cognoſcitur. Hoſtiens. & Abbas in c. 1. de deſponſ. impuber. Ripa in l. 1. ff. ſol. Matrim. Craſſ. in §. teſtam. q. 42. n. 5. Ezeca de non meliorandis cap. 18. Theſau. q. forens. lib. 1. q. 70. nu. 1. Riccius in prax. rer. quotid. reſol. 75. nu. 10. Acacius Ripol. reſol. cap. 8. nu. 195. & 205.* de iure ergo Canonico exhæredari non valent, ſi digno, aut indigno nubant in quacumque ætate, benè verum ſi indigno nubant ante 25. annum pater nõ cogitur legitimam dare in vita, dotemuè aſſignare, & hæc eſt verior opinio, non impeditiua libertatis Matrimonij, nec contra iura Canonica, aut ab eis correcta; indubitati enim iuris eſt, Patrem non teneri legitimã in vita filijs aſſignare, dotemuè congruam dare nubentibus abſque ſui conſenſu tanquam inobedientibus, *vt ex dictis liquet, & dicam etiam in mea Praxi lib. 1. tit. de nuptijs*, iuſtumuè vt puniantur filij inobedientes, propter ſpreta paterna precepta, & Dei, *c. iuſtum eſt 23. q. 3.* nec illis Pater dare cogatur aliquid vltra legalem obligationem, & ſi exhæredari non poſſint, *arg. d. §. aliud quoque, Pittac. Philoſoph. noli contendere cum parentibus, & ſi iuſta cauſa dicas, Cleobul. parentes patientia vince, Tacit. ann. lib. 14. ferendas parentum iracundias Iſocrat. ad Democrit. talis ſis circa parentes, qualis fueris circa te ipſum filioſuè tuos*, & ipſe peterem ab his inurbanis, inobedientibuſuè liberis; ſi benè ferrent matrimonia facta à liberis ſuis, & perferre credent æquo animo parentes ſuos illorum matrimonia hoc modo confecta, ſed decepti certè erunt, quia inquiete viuent, & Matrimonia hoc modo, dixi furtiuè, facta maximas rixas, odiaue afferre ſolent, *vt ait Paſchalis cit. ſup. n. 26. cum ſeq.* qui ſuſtinet abſolutam concluſionem, quod valẽt exhæredari hoc modo cõtrahentes, etiam ſi min. 25. ann. fuerint, quia per hanc pœnã non impeditur libertas matrimonij, imò perficitur, & regulatur, moduſq; inordinatus à lege ciuili punitur, &c. quæ pbabilis, & æqua opinio eſt, ſicut alia, *Capibl. de baron. c. 65. tom. 2. num. 9.* quod poſſint carcerari.

109. Item quod diſp. *l. omnem C. ad Tertull.* vbi mater tutrix filij priuatur eius hæreditate ſi tranſiuit ad ſecunda vota antequam

quam tutorem alium fecerit ordinarij, non ſit correcta à iure Canonico, docent, *Thor. vot. 14. n. 42. & alij apud Baron. de cit. tom. 2. add. ad q. 38. num. 41. circa finem*, non enim impedit libertatem Matrimonij; ſicuti prohibitio expreſſa, *ex tex. in l. 1. C. de interdicto Matrimonio inter pupillam, & tutorem ſeu curatorem filioſuè eorum*, quæ quod ſit correcta non dubitatur; adeò vt pupilla maior 12. annorum poſſit accipere tutorem ſuum, vel curatorem, vt decidũt, *Menochius Montan. Peregr. Angel. Ruin. & alij, quos ex more congerit Barrell. ſum. deciſ. tom. 3. tit. 6. n. 206. 207. & 208. ex vulg. c. gemma de ſpõſalibus*, & ſi minor ſit, habilis tamẽ ad copulã, *vt ſup. cũ de ætate ad Matrim.* nec requiritur alius conſenſus, puta tutoris, aut curatoris, *Narbona de ætate ad human. actus requiſ. ann. 9. num. 10.*

## DECISIO III.

### De Hæreticis, Iudæis, Sciſmaticis, Apoſtatis, & Infidelibus.

### SVMMARIVM.

1 *Infidelis quid? & infidelitas, & quotuplex num. 2.*

3 *Commercium cum Infidelibus haberi non licet, nec arma portare, & ſi à Turcis bona licitè capi poſſunt, & mortem Tyrannis optare, caſuè accidere Chriſtianus valeat.*

4 *Iudæi dicuntur à Iuda, & qui legem Moſaicam ad literam tenent, & cur tolerantur in aliquibus locis, & de eorum obligationibus, & pœnis ibid.*

5 *Hæretici, & Sciſmatici, quare ita vocati, & n. 6. de pœnis nu. 7. & 8. & ſeq. & à quib. valeãt abſoluere ibid. de confiſcatione bonorum nu. 9. & quæ bona non veniant in confiſcatione, de morte naturali, & priuatione Eccleſiaſtica ſepultura n. 10. Infamia, & amiſſione dignitatum nu. 11. atque de filijs, qui ſicut & alij an teneantur denunciare hæreſim Patris num. 12. & 13. & in crimine læſæ Maieſtatis ibid.*

14 *A quibus hæc pœna exequenda, & circa poteſtatem Inquiſitorum ſeruanda ſua priuilegia, & conſuetudines ibid.*

*Theologi an iuriſperitis præferendi, in electione Inquiſitorum ibid.*

15 *Iuriſperiti neceſſarij Eccleſiæ Dei, & fulgent in Regnis tanquam Stellæ, & Solis radij.*

16 *Neceſſarij ad vitam hominum, & valdè honorati ab Imperatoribus, ſi practicare leges ſciunt.*

17 *Explicatur dictũ Ioann. Imperialis Medicinæ (purus legiſta purus aſinus) & nõ nimia memoria, quam ingenium requiritur, in lectoribus iuris, & Aduocatis.*

*Magnam habens memoriam, ordinariè ingenium non habet.*

18 *Scientia legalis an comprahẽdi poſſit abſque Philoſophiæ, & Theologiæ quæ duæ requiruntur in lectoribus iuris ciuilis, & Canonici n. 19.*

20 *Sciſmatici quomodo puniendi.*

21 *Apoſtaſia quid, & quotuplex, & de pœnis n. 22. an procedant contra hos Inquiſitores ibid.*

23 *Religionis Apoſtata quis propriè dicatur? & quis fugitiuus, & vagus, & de pœnis ibid.*

24 *Pœna Apoſtatæ à Religione.*

25 *Contra eum procedunt Inquiſitores.*

26 *An gaudeant Familiares S. Officij priuilegio fori in ciuilibus, & criminalibus cauſis? & comprahendantur in ſtatutis pœnalibus laycorum Iudicum? ſed executio pœnæ facienda à ſuo Iudice, nec corporaliter puniendi, & circa hæc ſua priuilegia ſeruanda, quæ nec extendi valent etiam ex identitate rationis ibid.*

27 *Epiſcopi, & Inquiſitores procedunt contra deguaſtantes ſacras Imagines, nec iſtæ indecentè pingendæ, aut ponendæ in vijs, & non comeſtabilia vendi permittantur in cœmeterijs, & ante portas Eccleſiæ.*

Qui

QVi Dei verbis, Eccleſiæ, Fideique Miſterijs, atque Sacramentis nõ credunt, aut Infideles ſunt, aut Hæretici, vel Sciſmatici, &c. pro quibus.

1 Petes 1. quis nam ſit infidelis, & quid infidelitas?

*Gloſa in c.2. 33.quæſt.5.* ait quod infidelis dicitur, qui ſine fide eſt, ad differentiam Chriſtiani, qui fidem veram profitetur, *c. Chriſtiano 34.diſt.* & quia fides, & fidelitas, eſt aſſentire ad ea, quæ ad Chriſtianam Religionem pertinent, *vt loquitur S. Auguſt. in libro de prædeſtin. Sanctorum*, è contrà, qui non aſſentitur ad hæc Chriſtianus non eſt, ſed Infidelis, *arg. c. Epiſcopi 26.diſt. c. de illis 24.q.fin.c. vt euidenter 1. q.1. c. nolite 11.q. 3.c.quæro 6. q.1. c.nos, c. vbi 96. diſt. S.Th. 2.2.quæſt.10.art.1.*

2 Qui *in art.5.eadem quæſtione*, tres dicit eſſe ſpecies infidelitatis; nam ſi repugnat fidei non ſuſceptæ dicitur Infidelitas Paganorum, vel Gentiliũ, & hi Pagani, vel Gentiles vocãtur, *c.quam ſit laudabile de Iudæis, c.dolentes de celeb. Miſſ. c.gaudemus de diuort.* aut repugnat fidei ſuſceptæ in figura, & dicitur infidelitas Iudæorum, *c.ſicut de Iudæis, & per tot.tit.* aut repugnat fidei ſuſceptæ in manifeſtatione veritatis, & dicitur infidelitas Hæreticorum, *c. inter hæreſim 24. q.3. c. hæc eſt fides 24. q.1. c. ad abolendam de hæreticis, & gl. in c. firmiſſime ibid.* quæ vltima peior prima, & ſecunda, & ſecunda peior prima, ratione illius *D. Petri 1. Epiſt.cap.2.* ibi, *melius erat illis non cognoſcere viam Iuſtitiæ, quam poſt cognitionem retrorſum conuerti*, quod confirmat Papa *in c.nolite 11.q.3. & in c.quem 6.q.1.* vbi ait, quod fidelis malus, peior eſt infideli, grauioremque pœnam meretur fidelis pro peccato, quam infidelis, *c.nonne 1.q.2.*

3 Cum infidelibus, quia ſunt Chriſtianis contrarij, non licet commercium habere, nec arma deferre, *c. in quorundam de Iudæis*, niſi pro redemptione captiuorum, *arg.c. ſignificauit de Iudæis*, & quia Tyranni ſunt Turcæ, & etiam Infideles, bona ſua licitè à Chriſtianis capi poſſunt, & ipſimet in captiuitatẽ duci, vt Modern. docet ſententia, apud *Dianam p.5. tract.13. reſol.98. & p.6. tract. 4.reſol.14. p.7. tract.7. reſol.11.* nec peccatũ erit his mortem optare, ob bonum publicũ, *Marc. Vidal. inquiſ. Theol. de præcept. Char. inquiſ. 1. n.12. & 13.* ſicut de omnibus Tyrannis, idem docet, vſurpantibus nimirum iniuſtò imperia, quos etiam occidere licitũ eſt homini priuato, quando recurſus non patet Superioribus, & conſtito de Tyrannide, atq; de mala voluntate, ſaltem præſumptiua erga ſubditos, & maiora mala expectantur à ſucceſſoribus, *vt docet Bonacina de reſtit. in particulari diſp.2. q. vltim. ſect. 1. puncto 1. n.3. fol. mihi 548. tom.2.*

4 Petes 2. vnde dicatur, & quis propriè vocari poſſit Iudæus, & de pœnis Iudæorũ?

Cum communi reſoluas, quod Iudæus dicitur, qui legem Moſaycam ad literam tenet, & à nomine principalis tribus Iudæ taliter nuncupatur, nec ritus Iudæorum hic adducendus, haud enim vtilitatis eſt, *vide textum in c.ſicut, & toto titulo de Iudæis*, nec in noſtris Regnis tolerantur, ſicut Romæ, & alijs in locis, ob magnum forſàn lucrum, quod in terris ſuis conſequuntur Principes, *gl. in Clem. 1. de teſtibus*, & licitè faciunt, *Coronius controu. lib.5. controu.6. nu. 51. & 54.* puniũtur verò receptatores Chriſtianorum ad Iudaiſmum tranſeuntium, ſicuti puniuntur receptatores Hæreticorum, *ex contra Chriſtianos 13. de Hæreticis in 6. vbi Barboſa n.5.* quod ſi hi Chriſtiani efficiuntur, non ſunt moleſtandi in ſuis bonis, etiam ſi ex vſura ſint acquiſita, ex incertis tamen dominis, *vt ex Bulla Pauli tertij, notat idem Barboſa in extrau. 2. de Iudæis*, debent tamen ſeruare omnes leges loci in quo reperiuntur tàm ciuiles, quàm Canonicas, quæ ad illos concernunt, iuxta *Conſtit. Clem. VIII. quæ incipit cæca, & obdurata*; & incertis quibuſdam temporibus coguntur, vt claudant oſtia, & feneſtras, vt in die Paraſceue, *c. quia ſuper de Iudæis*; nec in publicum prodire poſſunt tempore Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, *c. in nonnullis ibid.* Habitum deferant diſtinctum à Chriſtianis, *c. in nonnullis ibid. &c.* & ſi delinquãt puniri valẽt à Iudice ſæculari *vt ibi*, vel ab Inquiſitoribus,

aut

aut Epiſcopis, ſi res Fidei noſtræ contemnunt, *Cotonius ſup.cit.num.*53. vel Clericos percutientes, *c.poſtulaſti de Iudais*, & ſunt priuati, & priuandi omnibus officijs tàm ciuilibus, quàm Eccleſiaſticis, *l.fin. C. de Iudais, c.cum ſis de Iudais*.

5 Petes 3. quid ſit Hæreſis, & Hæreticus, & in quo differat à Sciſmatico?

De Hæreticis, & contra Hæreticos, multa inuenies deciſa à ſacris Canonibus, & ab Imperialibus legibus *in C. de hareticis, & de ſumma Trinitate*; hoc nomen venit ab erro, & recto, quia à recto iſti errant, & fidei rectitudine, leuibuſque argumentis, à ritu Catholicæ Fidei recedunt, *l.2. in fine C.de Hæreticis*, alij verò dicunt, quod hæreſis venit ab electione, quaſi hæreticus ſit, qui ſibi eligit aliquam opinionem cõtra Fidem, & determinationem Eccleſiæ, *c. hareſis* 24. *quaſt*.4. vel ab hæreo, ſeu nitor, quia nituntur Hæretici, & pertinacitèr ſequuntur ſuã opinionem, & hæreſis definitur, vt ſit, voluntarius error intellectus cum pertinacia contra aliquam Fidei veritatem, *Bonacin.de cenſur.diſp*.2.*q*.5.*puncto* 1.

6 Propter quam pertinaciam iſti diuiſi ſunt à cætu Fidelium, & ſeparati ab Eccleſia, & etiã Sciſmatici appellari poſſunt, quia ſciſſi, & ſeparati, *c. inter ſciſma* 24. *q*.3. ſed propriè Sciſmaticus eſt ille, qui ab Eccleſia diuiſus, & ſciſſus: non tamen habet peruerſam doctrinam, *c.ſciſma* 24. *q*.1. *c. inter hareſim, & ſciſma* 24. *q*.3. vt qui nolit eſſe ſubiectus Summo Pontifici, & ſe communicare cum fidelibus, *gl. in Rubrica de Sciſmaticis*, omneſq; hæretici ſunt Sciſmatici, non è cõtra regulariter, vt patet.

7 Horum pœnæ (præter culpã grauiſſimã) quia grauiſſima sũt ſcelera inter omnia peccata, *c.quod in omnibus* 23.*q*.3.*c.primum* 22.*q*.1. *ibi primum peccatum*, & Sciſmatici ſunt peiores Paganis, *c. non offeramus* 24.*q*.1. quia igitur pœna ſequitur culpam, *c.ſine culpa, de reg.iuris in* 6. & vbi grauiùs eſt delictum grauior eſt irroganda pœna, *gl.in d. c.ſine culpa, & in c.ſicut dignum de homicidio*, ideò grauiores debent eſſe Hæreticorum pœnæ, à iure, & ab homine indictæ.

8 Et prima eſt excommunicatio, *c.excõmunicamus de Hæreticis*, quæ eſt reſeruata in Bulla Cœnæ, & contra Fautores etiam, receptatores, auxiliantes, legentes libros, &c. à qua excommunicatione Papa ſolus abſoluit, non alij etiam ſi Epiſcopali dignitate ſint inſigniti, aut Inquiſitores, neque in foro conſcientiæ pro hæreſi occulta tantũ, *Barboſa de off. Epiſcopi alleg*.40.*num*.23.*cum ſeq*. niſi ſpecialiter fuerit hoc illis conceſsũ, *vt idem docet*, & pro foro externo, *Bonacin. cit.punct*.2.*n*.11.*Farin.de hæreſ.q*.92.§.2.*n*.54. *Sanchez in operibus moralibus lib*.2.*cap*.12.*num*.1.

9 Secunda pœna eſt, amiſſio bonorum per confiſcationem, *c.vergentis de hæreticis*, poſt ſententiam, *l. Imperator ff. de iure Fiſci*, & condemnationem, *c.ad abolendam de Hæreticis*, quæ ad filios, & poſteros deſcendit; ſumus enim in atrociſſimis delictis, *vt poſt Maſſinum de confiſcatione quaſt*.4. *omnes docent*, & filijs fœmininis Fiſcus dotem congruã relinquere tenetur, *Merlinus de legitima lib*.3.*tit*.1. *quaſt*.31. *num*.30. relicta integra dote matris, ſeu vxoris Hæretici, que Catholica eſt, *c.decreuit de Hæreticis in* 6. & legitima, ſeu alimentis alijs filijs, quæ de iure naturæ ſunt, nec veniunt in confiſcatione, *vt ex Merlino, docent Moderniores, cum Maſſino citato, & Albertino in tit. de pœnis Hæreticarum c*.18.

10 Tertia pœna eſt mortis naturalis, *l. Manichæos, l. Arian. C. de Hæreticis*, & combuſtionis, *c.ad abolendam de Hæreticis*, ſi pertinax fuerit hæreticus, & de re graui agatur, aliàs pœna remigationis ad triremes, vel alia pœna erit irroganda, tàm Clericis, quã laycis his morbis laborantibus, vel credentibus, *Auth.credẽtes C. de hæreticis*, aut Fautoribus, receptatoribus, &c. *c. inquiſitionis de hæreticis in* 6. priuanturque Eccleſiaſtica ſepultura, *c.quicunque ibid. Farinacius de hæreticis quaſt*.189.*Carena de off.Sant.Inquiſitionis part*.2.*tit*.2.*Clarus in* §.*hæreſis*, omnimodè videndi in hac materia.

11 Quarta pœna eſt priuatio officij, ordinum ſuſpenſio, & dignitatis Eccleſiaſticæ, cum omnibus beneficijs, & inhabilitas ad ipſa,

ipſa, quod etiam dicendum de ciuilibus, & ſæcularibus officijs, *Diana p.4. tract.7.reſol.1.* nam infames ſunt de iure ciuili, & Canonico, *c.infames 6.q.1.c.aliena 2.q.7.l.1.C.de ſumm.Trin.* ideò doctorari non poſſunt, *ex Bull.Pij IV.* ex qua profeſſio fidei Doctorãdis præcipitur, *Cotonius in controu. lib.5. cap.7.n.46.47.& 48.* qui etiam docet non admittendos eſſe, etiam ſi ſe offerant ad faciendam fidei profeſſionem, atque pendente iudicio contra eos, *arg.l.reus ff. de mun.& honoribus, c.fin. de teſtam. idem Coton. n.60.*

12 Et eorum filij etiam nati ante hæreſim, nec ad talia officia, & beneficia admittendi, etſi parentes mortui ſint pœnitentes, & obtentis priuantur, *Dian.part.4. tract.1. reſol.73.74.& 75.& p.10.tract.11.reſol.23.* vbi, quod has pœnas euadent ſi parentum hæreſim reuelant, & mitius puniendi dixerunt *alij, apud Farin. cit. q.45.* ſed quod nec Pater, nec filius teneantur reuelare hæreſim, decidunt *Simanch.Cath.inſt. rub. de fil. & min.& latius in tract. de Patre hæretico nu.14. Alex.de Aleſ.p.3.q.23.memb.4. art.2.dub.vltim. Roias ſingul.12. nu.12. Riccius deciſ.278.n.8.& Valerius diff.iuris V.Hæreſ. diff.1.n.4. apud Dian.p.1. tract.4. reſol.4.* & opinio humana, & benignior eſt, quam non ſequitur, *Farin.cit. num.43. & Dian. cit.* ſed priùs monitione præcedẽte, *idem Simanch.* nam regulariter nemo tenetur denunciare non præcedente euangelica monitione, *Scaccia de iudicijs c.16.nu.16. Genuens.in praxi cap.18.n.9.*

13 Quæ regula varias habet limitationes, præcipuè circa crimen hæreſim, & hæreticos, atque maleficos, & lamias, ideò in his caſibus, vidẽdus *Martin. del Rio diſquiſ. mag.lib.5.ſect.4.& poſt Farinacium loco cit. P. Dianã p.1.tract.4.reſol.4.5.& 6.& per tot. ibi de denunciationibus faciẽdis à patre, filio, ab vxore, &c. & p.4. tract.3. reſol.61. tract.5.reſol.23.& 24. p.7. tract.12. reſol.21. & tract.3.reſol.63.p.9.tract.8.reſol.46.* qui opiniones omnes ex more refert, atq; in caſu ſimili de crim. leſæ Maeſtatis humanæ, quòd filij non tenentur coniurationem factam à Patre ſuo contra Principem manifeſtare, *decent multi DD.apud D. Franciſc.Cueua y Silua Hiſpanum in alleg.por el Duque de Vzeda fol.mihi 11.verb. ninguna in fine,* ibi Tambien refiere *Baldo conſ.34.lib.1.nu.2.fol.13. que vn Cauallero ſabiendo que ſu hermano ſe auia coniurado contra el Principe no quiſo deſcubrir la coniuracion, y auiendole condenado el iuez ordinario en cierto deſtierro por eſte delito, pretendio, el Fiſco que no ſe deuia tener atencion à eſta ſentencia, ſi no caſtigarle nueuamente con el rigor, que la ley introduze, y al fin reſponde Bald. non hauer lugar la pretenſion del Fiſco, quia pietas, & ſanguinis cõiunctio propter naturalẽ affectionem fratris, eos ad taciturnitatem conduxit ſimiliter M. T.Philip.5. contendit duos filios Rei Pompeij ſummi, & ſingularis viri eodem pietatis intuitu excuſari, quamuis contra Cæſarem paterna affectione indicti arma ſumpſiſſent, Tiraquel.Decian.Plac.Corrad. & alij apud eundem Silua, & Tacit.3. Ann. adoleſcentem crimine ciuilis belli purgauit: patris quippè iuſſa non potuiſſe filium detractare, & Hiſt.2. ſed incerta adhuc victoria, & præcedente in partes patre filium excuſatum,* & alibi, *pietate, & ignauia excuſatus.*

14 Quæ pœnæ exequendæ ſunt ab Epiſcopis pro ſuis ſubditis, & Inquiſitorib⁹ Delegatis à Sede Apoſtolica ex vulgat. *c.1.de Hæreticis, Clem.1.de Hæreticis, iũcta Extrau. Benedicti xi. eod.tit.* & hodiè extat, *Bulla Pauli V.* circa hoc, debent benè verùm procedere contra Chriſtianos non ſequentes fidelium cætum, non contra Iudæos, aut infideles, qui non ſunt cogendi ad fidem ſectandam, quæ liberè eſt amplectenda, *c.Iudæi 45.diſt.c.maiores §.ſunt autem de baptiſmo,* & quomodo contra hos hæreticos proceditur, *Vide Carenam citatum, & Dianam p.4.tract.4. reſol.1. & tract.8. per tot. Antonium Cotonium controu.lib.3.de Clericis controu.3.cap.6.& 7. Zachar. Paſqual. in addit. ad Lauret.de Franchis controu.inter Epiſcop. & regul.q.1.de prohibit.regul.proced.in cauſ. S.Officij fol.mihi 156.* ibi, etiam ſi diſcordãt *q.3.* & vt omnia fiãt gratis *q.5. cum alijs,* qui de poteſtate Inquiſitorum Fidei, requiſitis, modo procedendi, &c. diuerſuſque eſt ſecun-

tundum priuilegia, & conſuetudines particulares, vt in Hiſpania, idē Cotonius teſtatur *n.*138. in cauſa hæreſis cognoſcunt ſoli Inquiſitores, Epiſcopis aſſiſtentibus tantum per ſe, vel per Vicarios; ideò conſuetudini, & priuilegijs te remitto circa hanc materiã, & de priuilegijs familiarium, & numero, in cauſis ciuilibus, & criminalibus idem dicas, ſicut de requiſitis Inquiſitorũ, vt potiùs ſint eligēdi iuriſperiti, quia magis idonei ex ſcientia ſacrorum Canonum, *vt deciſ.2. lib.1. in fine,& hoc libro deciſ.*1.dicebam,& docet *Simãcha tit.4.nu.3. Diana p.4. tract.8. reſol. 52.Coton.cit.n.*125.ibi,*& certo plura præſtare debent, vt tales, quam vt Theologi, & obſeruat Diana vbi ſupra reſol.52.præſtaret vero eſſe ſimul Theologus,& Canonum peritus.*

15 Ex quo colliges, quam neceſſarij ſint Eccleſiæ Dei Iuriſperiti, qui Theologis præferuntur, etiam in rebus fidei diſcernendis, vt enim ait, *Simanch.* praxis, & experientia docet magis neceſſarios hos eſſe, *Ariſt.4.polit.cap.4. neceſſarij ſunt Conſultores, Tacit. de morib.german. conſultant de minoribus rebus Principes de maioribus omnes, ann.12.cõſilijs Seneca ad ſpē dominationis vtitur Nero.Hiſt. 4.Conſilijs ſubitus Certalis, & lib.2. Conſilio non ſolũ ſuo vtendum in his quæ ad Rempub. pertinent,* & paſſim; atque *ex Bulla Pauli V. edita anno 1606.* prohibentur Regulares cognoſcere cauſas pertinentes ad Inquiſitionem, quia non ſunt iuriſperiti, imò ſi tales, haud experti, ſicut Epiſcopus, & Inquiſitor eſſe debent, *Pegna direct. par. 3. comm.77. & nouiter Zachar. Paſqual. in addit.ad Laurẽt.de Franchis q.1.de prohibit.regul.proced.in cauſ.S.Inqu.num.*534.*fol.mihi* 165. non ita practici iuriſperiti; ideò gratioſi apud Principes iſti ſunt,& ipſius lateribus aſſiſtunt, & ad illorum ſecreta admittuntur, *vt dicunt Valent. Theod. & Arcad. Imp. in l.fin.C. de off.diuerſ.iudic.* quod vtique non omnibus concedendum, *Caſtald. de Imper. q.*83. fulgentque in Regnis tanquam radij Solis, & Stellæ, *vt ait Papa in c. ſuper ſpecul. de magiſtris*, ibi, *veluti ſtella in perpetuas æternitates manſuræ, dum plurimos ad Iuſtitiam inſtruunt, Daniel. cap.12. qui ad Iuſtitiam inſtruunt multos, fulgebunt veluti ſtella in Regno Dei.*

16 Et neceſſarij ad vitam hominum, *Imper. in l. laudabile C. de Aduoc. diuerſ. Iudic. laudabile officium, & vita hominum neceſſarium, & in l. Aduocati C. de poſtul. vbi non minus,* Aduocati dicuntur, *prouidere humano generi, quamſi prælijs atque vulneribus patriam, parenteſue ſaluarent: hi enim dirimũt ambigua facta cauſarum, ſueque defenſionis viribus in rebus ſæpè publicis, & priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, glorioſaque voce laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt,* meritò abſolutè Domini appellantur ab eod. Imperatore *in Auth. habita C. ne filius pro patre, gl. in l. cum quis verb. dominũ de leg.* 3. quod maximi honoris erat apud veteres, teſte *gloſa cit. & Martial. manè ſalutaui te nomine caſu, nec dixi Dominum Cecilianæ meum,* omnibuſque præferendi, *vt lib. 1. deciſ.2. probaui,* & in Gubern.Eccl.& Reipubl. aptiores, *arg. c. ex mult. §. illis de voto, & ſup. lib.1. deciſ. x. n.81. etiam notaui,* quibus addas, citatum *Paſqualicum nu. ſuo* 535. *ex arg. Bulla Pauli V. ibi, cum autem rerum vſu ſit compertum occaſione præuentionum huiuſmodi interdum nonnulla impedimenta orta eſſe, quo minus cauſa huiuſmodi, ea qua decet diligentia cognoſcantur,* dummodo leges ad praxim reducere ſciant,& experti in officio Aduocati, nam in politicis negotijs, & Gubernaculo Reipubl. iſti habiliores erũt, teſte, *Ioan. Imperiali in muſeo Phiſic. de qualit. ingeniorũ lib.3.cap.12.verſ. ex his etiam* vbi, *ſi quæras, quiſnam politicis negotijs ſiuè Reipublicæ gubernaculo ſit habilior, Legiſta Theoricus, an Aduocatus, reſpondeo Aduocatum, quia vegetiori eſt dotatus calore, qui ne dum interioribus phantaſiæ actibus, ſed exterioribus etiam ſufficit, quos ſæpius attendimus viuido exerceri calore phantaſiæ plurimum vtili eo vero ſinguli carent Theorici, vt qui in ſola iudicatione, vel rememoratione pro quibus remiſſior expoſcitur calor occupantur,* & infra, *ſed multi efficatis vigore iudicij inhabili phantaſia inſiti iuſtitiam executur, & ordinem in Republica tuentur abſque legum iuſtitia ſuggerentium, vel præceptorũ landa-*

*bile regimen edocentium notitia in quo doctiſſimos alioquin homines ſuperant, qui plerumque ad gubernationem incepti videntur talis extitit iuriſperitorum Princeps Bartolus teſte (Iouio in elogijs) qui rerum capitalium iudicijs præfectus, eam in torquendis ac necandis noxijs ſeueritatem exercuit, vt ſemel etiam inſontem ſupplicijs extorqueret ex quo ſe populi turpe facinus acriter increpatis vocibus, & conſpectui ſubducere coactus ſit, & in agreſti hoſpitio diutius deliteſcere*, idem, & de *Bodino Gallo* Politico refert, *ex Cuiaccio, & ipſe dicto lib.1.ſup.deciſ.9. n.97. cum ſeq.* latius explicaui, & ex multis probaui præferendos Lectores practicos (vt ita dicam) Lectoribus tantum in ſpeculationibus inuolutis, non expertis in his, quæ exagitantur in curijs, & foris.

17 De quibus ſolummodo aliquas leges, & regulas iuris ſcientibus theoricè, qui iſtas ad praxim cōducere neſciunt, nec aliquid, quod obſeruatur in ſuis ſcriptis ponunt, loquitur vulgatum axioma, (purus Legiſta, eſt purus aſinus,) quod recitat, *idem Ioann. Imperialis lib.1.cap.10. verſ. caterum dubitet*, nec quia magnam memoriam in his regulis proferendis habent, optimum habebunt ingenium in explicandis difficultatibus, & clareſcendis difficiliſſimis legum quæſtionibus; magna enim memoria ſignū negatiuum ingenij eſt, *vt in dicto lib.3. cap. x. verſ. an vero fol. 184. & paſſim, ex multis docet Imperialis citatus, & ex Huartes poſtea cap.12. probat*, maximè in lectoribus iuriſtis ingenium experi debere, ibi, *huiuſmodi legiſta ingenium prædictus author aſſerit lectoribus eſſe conuenientiſſimum, ac meritò, quia in exedra in frequenti ſcholarium conſeſſu plurimas afferre legum allegationes, variaſq; Doctorū opiniones, notabilem auditorum conciliat plauſum*, quod facit contra multos, qui ſtolidè dicunt; optimus eſt Aduocatus, & Lector, quia multas regulas citat, & leges in memoriam habet, & quod in iuriſtis memoria ſolùm requiritur, qui hoc modo loquentes, aut iuriſtæ non ſunt, aut ſomniantur, & ipſe cuidam hoc modo loquenti præſentem librum Decretal. habens, dedi *tex. in c. Rainutius, & Raynaldus de teſtamētis*, qui poſt longam lectionem faſſus eſt nō minus magnam memoriam, quam magnū ingenium requiri in Iuriſtis, nam in hac ſcientia ſunt varietates deciſionum, & legum, ac difficultates etiam, quæ haud dignoſcūtur ab habentibus ſolùm magnam memoriæ dotem.

18 Me nō fugit alios dixiſſe ad propoſitionem, (purus legiſta, &c.) quod intelligitur de Iuriſtis leges ſolùm ſcientibus, qui nec Philoſophiam, aut Theologiam, vel Rethoricam profeſſi ſunt, ideò benè in praxim ponere ea, quæ ſunt in lege ciuili, & Canonica neſciunt, quia multa, quæ traduntur in lege, ſupponunt principia Philoſophiæ, & Theologiæ ſpeculatiuè, vt in hac præſenti materia de hæreticis, in iure Canonico, & de Sacramentis, matrimonio nimirum, ordine, excommunicatione, cenſuris, poteſtate Papæ cum alijs; ſicut in iure ciuili, *ex tex. in l. decem de verbor. oblig.* ibi, *priuatio ſupponit habitum*, ſupponitur declarata iam propoſitio in Philoſophia, & alia, *in l. legato generaliter ff. de leg.1. §. ſi generaliter inſtit. de legatis*, generis philoſophici cognitionē deſiderat; cum ſimil.

19 Sed decipiuntur iudicio meo, nec de his loquitur axioma, ſed potiùs de illis, qui res experire neſciunt, qui, & ſi periti noſcētes aliqua neceſſaria alicuius ſcientiæ, tamen ea ad praxim reducere neſciunt, nec in actiuis ſeu phantaſiæ operibus conſpicimus eccellentiā, ita benè dicitur, purus Philoſoph. purus aſinus, & de Aſtrol. Medico, & alijs, (nam axioma generale eſt, & de omnibus ſcientijs verificari poterit: nec eſt maior ratio in vna quam in alia) vt loquitur *Ioann. Imperialis citatus*, & in lege experti, Aduocati, Lectoreſuè, qui ea quæ ad praxim cōducunt docent, maximè Reipublicæ neceſſarij ſunt; qui ſi Theologi, Philoſophi, & etiam Iuriſtæ, peritiores erunt, vt patet; non tamen negandum bonum Iuriſtam, & Canoniſtam eſſe poſſe, abſque Philoſophia, & Theologia, eſt enim lex ſcientia, *vt probaui lib.1. deciſ.1.* quæ ſola ſtare poteſt ſicut aliæ, & optimè compræhendi, à non Philoſo-

loſopho, & Theologo, licèt iudicio prudẽtium, & experientia, optimi, & peritiores erunt Aduocati, & Lectores Iuriſtæ, qui priùs has ſcientias profeſſi ſunt, nam iſti declarare, & explicare poſtea ſciunt tyronibus principia, & difficiles quæſtiones Legales dependentes à Theologia, & Philoſophia, quæ ignorantur ab alijs, & Aduocatus rectè cognoſcet ea, quæ pertinent ad Tribunal S. Officij, Epiſcop. & aliorũ Eccleſiaſtic. Iudic; ſicut quæ indigent principijs Philoſophiæ ad clariorem cognitionem, neque neceſſariam eſſe ſimpliciter Philoſophiam, & Theologiam in ſtudentibus rectè dicas, qui iuri operam erunt daturi, ſed potiùs ob facilitatem introduci poterunt, non ita in Lectoribus, vt ex ſupradictis manifeſtiſſimum eſt, quomodo enim ius Canonicum, & ciuile, benè & faciliter explicare poterũt abſque illis principijs, & ſtudentibus dare materias Canonicas, ex quibus conſulere Epiſcopis, Inquiſitoribus, & alijs poſſint; nec non ciuiles dependentes ex Philoſoph. *vt in d. l. decem, &c.* non video? atque hæc dicta ſatis notanda erunt, nam à nemine ex noſtratibus vidi hoc modo explicata, multique decipiuntur in his rebus, quæ prima facie magni momenti demonſtrantur, ſed tales non ſunt.

20 De Sciſmaticis etiam dicas, quod ſunt excommunicandi, & damnandi, *c. de liguribus* 23. *q.* 5. & tanquam hæretici, quia licèt Sciſmatici non aſſerant aliquod dogma, & opinionem teneat contra fidem, tamen negare, quod Eccleſia non ſit vna, hæreſis eſt, ergo contra hos, eorumuè fautores, &c. procedit Epiſcopus, & Inquiſitores, vt ſupra *arg. c. didicimus* 24. *q.* 1.

21 Itẽ Apoſtatæ in iure dantur, & rebellio, vel defectio, alio vocabulo nuncupatur Apoſtaſia, atque deſcribitur, vt ſit temerarius à ſtatu fidei, Obedientiæ Eccleſiaſticæ, vel Religionis receſſus, *Alexander ſecunda ſecundæ in tractatu de Apoſtaſia*, quod accidit generaliter quando voluntas retrocedit a præceptis, & mandatis Dei, ſecundum ſcripta, *Eccl. cap.* 10. *initium ſuperbiæ hominis eſt Apoſtatare à Deo*, & initiũ omnis peccati ſuperbia eſt, *c. beatus* 3. *q.* 4. *c. non obſeruetis* 26. *q. vltima*, vel à ſuper erogatione, vt à Clericatu, *c. præterea*, *c. fraternitatis*, *c. à nobis de apoſtatis*, vel Religionis profeſſione, *c. qualibet* 20. *q.* 2. *c. ſæpè de temp. ordin. in* 6. aut cum retroceditur omnino à fide ſuſcepta, *c. dic. non obſeruetis*, *c. non poteſt* 2. *quæſt.*

22 Quorum pœnæ variæ in iure, vt priuationis beneficij, *c. mandamus* 19. *q.* 3. excommunicationis, *c. ſi quis* 23. *diſt. c.* 3. *de apoſtatis*, *c. vt periculoſa ne Cler. vel Monach.* depoſitionis, *c. fraternitatis*, *c. præterea de apoſt.* & infamiæ, *c. alieni*, *c. ſi quis* 3. *q.* 4. ideò irregulares, nec admittendi ad teſtimoniũ, *d. c. alieni*, & ſi perſeuerent tanquam de hæreſi ſuſpecti, & inſordeſcentes, atque excommunicationis nodum paruifacientes, contra eos procedunt Inquiſitores, *Diana* 4. *part. tract.* 7. *reſol.* 3. *vide Doctores poſt Farinacium in fragmentis criminalibus part.* 1. *verb. Apoſtaſia.*

23 Aduertas tamen circa Religionis Apoſtaſiam, quod ratio eſſentialis iſtius conſiſtit in eo, quod quis recedat à Religione animo deſerendi illam, *Sanchez in decal. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 5. *Valent.* 2. 2. *diſp.* 1. *q.* 12. *puncto* 1. *Coton. controu. iuris cap.* 4. *controu.* 5. *n.* 158. *Bord. de regul. reſol.* 41. *num.* 9. *Lezan. de oblig. regul. cap.* 16. *n.* 7. & colligitur pro foro fori, ſi habitus dimittatur, *Donat. rer. reg. tit. de Apoſt. tract.* 6. *q.* 3. *n.* 4. *Paſqual. in add. ad Lauret. de Franchis hoc tit. quæſt.* 16. *num.* 1042. & Nouitius, qui aufugit, & habitum dimittit, hic deſerere præſumitur, nõ tamen erit Apoſtata, *idem num.* 1043. & purgatur Apoſtaſiæ præſumptio ſi non inuentus Profeſſus abſque habitu, poſt triduum reuertatur, *Ricc. de iure perſon. extra gram. Eccl. lib.* 8. *c.* 2. *n.* 31. *Donat. q.* 4. *n.* 3. quod eſt breue tempus, ideò vagus, & fugitiuus eſt, qui reuertitur, aut animo reuertendi recedit, *Arag.* 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. & contra hunc fugitiuũ extraordinariè procedendum, inuocato etiam brachio ſæculari à ſuo Superiore, *Peyr. tom.* 2. *priuil. in conſt.* 7. *Pij V. num.* 20. atque Epiſcopi carcerare poſſunt, & poſtea conſignare ad Superiores locales, *ſac. Congreg.*

*tit decret. de Apoſt.& eiectis data die 21. Septemb.* 1624. nec aufugere Religioſi poſſunt a Monaſterijs ſuis, & carcere, *Spata de modo corrig. regulares tract.9. cap.17.* ſub excommun. pœna ipſo facto incurrenda, *ſecundũ Peyr. cit. tit. de ſubdit. q.1. cap.26.* quod negat *Suarez tom.4. de Relig. tract.1. lib.3. cap.1. n.9. & 10.* qui ſubdit *n.6.* quod aufugere poteſt à conuentu, ſi certò, & euidenter conſtet illum iniuſtè vexari à ſuo Superiore, & petere ad Superiorem Prælatum, Papam, alioſuè Superiores, & iter ſtat loco appellationis, *Giurba conſ.69. n.19. poſt tex. in c. cum olim de dolo, & contum. c. cum cauſam de off. deleg. c. audita de reſtit.* etiam ſi dimittat habitum, *Laur. de Franch. cit. controu. inter Epiſcop. & regul. de Apoſt. q.18. & ibi addit. Paſqual. nu.1046. & 47. Portell. in dub. regul. verb. Apoſtaſia, n.3. Peyr. de Priuil. in conſt.13. Leon. x. §.1. n.3.* & nõ ſolùm in foro externo, ſed interno tutus eſt, *Rodriquez p.1. ſum. cap.43. n.1. Sanchez ſum. lib.6. c.8. n.17. Donat. rer. regul. p.2. tract.7. n.5.*

24 Et contra iſtum Apoſt. à Religione proceditur, per ordinarias pœnas excommunicationis, nam ipſo iure ipſoue facto eſt excommunicatus, ſiuè habitum dimittat, ſiuè non, *Peyr. cit. de ſubditis q.1. cap.26. concl.1. gl. in c. vt periculum ne Clerici, vel Monach. in 6. Henriquez lib.12. de excom. c.39. n.1. & cap.40. Azor. tom.1. lib.12. c.17. q.6.* ſed hoc negat *Bord.* præter. *Suar. cit. reſ.41.* quia non eſt hæc pœna poſita in iure, benè verùm aliæ, vt ſuſpẽſio ab executione ſacri ordinis ſuſcepti, *c. fin. de Apoſtatis*, infamia, *c. ane fraternitati ibid. &c.* quod eſt veriſſimum, *ex gl. in 2. ne Cler. vel Monach. in 6. & c. ſi quis de vit. & honeſt. Cleric.* actamen ratione priuilegiorum, quæ conceſſa ſunt in fauorẽ Religionum ipſo facto Apoſtata cenſetur excommunicatus, *vt in compend. priuil. Mendicantium V. Apoſtata, & priuil. Societ. Ieſu eodem verb. Lezan. tom.1. quæſt. regular. c.16. n.13. Sanchez ſumm. c.8. num.20. Paſqual. cit. n.1035.* nec gaudet priuilegijs Religionis, *Trid. ſeſſ.25. de reform. c.19.* eſt irregularis, *c. fin. de Apoſtatis*, & priuatus omnibus actibus legitimis, vtriuſque vocis, iure præcedentiæ, munere prædicationis, Confeſſionis, & adminiſtrationis Sacramẽtorum, *ex Bulla Paul. IV. quæ incipit, poſtqui*, quod nec admittit, *Bordon. cit. nu.28.* cum hæc Bulla fuerit ad terminos iuris communis redacta, ideò ad ea, quæ ſunt in iure deciſa contra hos attendas; non enim eſt pœna imponenda, niſi vbi lex dicit, *arg. c. ſicut de ſent. excom. in 6.* non negandum tamen, quod vbique apprehendi poſſunt à ſuis Superioribus, & carcerari ſi alia via reduci nõ poſſunt, ad reſumendum habitum, *c. à nobis de Apoſtatis*, imò ad id compellendi ſub pœna excommunicationis, *c. fin. de regul. gl. in c. tua de Apoſtatis verb. tolerandi, Lezan. cit. n.16.* & inuocato brachio ſæculari, ſi ad hoc opus fuerit, *Bellaſ. in prompt. V. Apoſtata nu.10. ex Nauarr. Rodriq. & alijs Paſqual. & Laur. de Franchis ſup. cit. Cochier. de iuriſd. ordin. p.1. q.18. 19. & 20.* & pœnis excommunic. &c. arbit. procedẽdũ contra detinẽtes, occultantes, fouentes, & inducentes Apoſtatas, *Peyr. ad conſtit.2. Iuly 2. §.13. nu.47. Lezana tom.1. q. regul. c.16. num.15. data* contumacia, *Paſqual. qui ſup. n.1056.*

25 Et quia ſunt de hæreſi ſuſpecti Apoſtatæ, *Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt. 6. n.34. Bellaſ. cit. n.12. Farin. quæſt.183. nu.12.* præcipuè ob inſordeſcentiam per annum in excommunicatione, *Henriquez lib.13. cap.4. n.5. Graff. lib.3. deciſ.5. n.83. can. in c. grauem de pœnis*, ideò contra eos poſſunt procedere Domini Inquiſitores, *Zanard. p.2. cap.5. §.19. Diana p.4. tract.7. reſol.3. Bellaſ. qui ſup. n.4. & 12.* vbi ſubdit, quod nec tenetur alere Monaſterium, ſed acquiſita pertinent ad eum, *& ex Greg. XIII.* ad Cameram Apoſtolicam, *Sanchez lib.7. in decalog. cap.33. n.9. idem nu.14. & 15. de Franch. cit. n.1029. & 1030. Paſqual. in add. nu.1032.* & de bonis acquiſitis ex beneficio *n.1096.*

26 An verò Pragmaticæ, ſtatuta, aliæq; leges laycorum Iudicum ligent familiares S. Officij? circa hoc decidas, *prout dixi lib.1. deciſ.11. de Presbyteris, & Clericis*, ibi, *quod gaudent fori priuilegijs Clerici tàm in ciuilibus rebus, quàm in criminalibus*, ita & iſti familiares forum ſuum ſequi debent, &

exemp-

exemptionem à ſtatutis habent, circa ea, quæ pertinent ad famulatum, ſicut familiares Epiſcopi non obſeruantes ſtatuta laycorum, & delinquentes ab eodem puniendi, *Bellett.in diſquis.Cleric.tit.de fauore Cleric.reali* §.1.*nu.*20.*Carleual. de Iudicijs tom.*1.*diſp.*2.*n.*509. nõ tamen abſolutè exempti, ſicut Clerici dici poſſunt.

Ideò dicas,quod non habent niſi exemptiones, & priuilegia conceſſa in ſuis inſtitutionibus, & in noſtris partibus, in concordijs nouiter factis, anno 1635. quas refert, *Giurba conſ.*69.*n.*11.*&* 27.*&. Baron. tom.*2. *addit.ad quaſt.*25.*n.*11.& in ciuilibus,& criminalibus puniendi iuxta hæc Decreta, *vt Carleual. & citati Patres docent*,nec dubium eſt, quod laycalia ſtatuta eos ligent, & in contrauentionibus gabellarum, & priuilegiorum ſubiaceãt pœnis ſtatutis à Regibus, & Proregibus, ſed hæ ſunt exequendæ à ſuis Iudicibus, nam habentes officia publica ſi delinquant pœna pecuniaria, & officio priuari poſſunt, à Iudice layco, ſed pœna corporali puniri non debent niſi à ſuo Iudice,& Inquiſitore, *vt probabiliter ait Baro n.cit.n.*8. *ex Giurba, Diana, Riccio, & alijs*, quod ſi ſint ſtatuta,& conſuetudines confirmatæ à Principibus, & Superioribus,vt alio modo conueniantur circa delicta, & contrauentiones, illa ſeruanda, de iure enim ſacr.Canonũ, & Diuino, Clerici ſunt exẽpti his ſtatutis laycalibus, quia ſunt de militia,& hæreditate Dei, *vt ſup.loco cit.* ſed iſti familiares ratione ſui miniſterij priuilegia habere debent regulata ex ſuis inſtitutis,ſicuti Milites, ſcholares, & ciues habentes priuilẽgia, vt Meſſanenſes, Neapolitani, & alij ſimiles, atque in caſibus in quibus priuilegia non loquuntur, iuxta iuris communis regulas decidendum erit, *arg.c.ſanè de priuil.c.*1.*&* 2. *de filijs Presbyterorum in* 6.*l. cum patronus ff.de leg.*2.*c.porro, c.ſanè de priuil.c.quædam lex* 35.*q.*3.*c. hinc eſt* 16.*q.*1.*c.petiſti* 7.*q.*1. *c. contra morem* 100.*diſt.* nam priuilegiũ non extenditur, nec ab eius tenore recedendum, *d.c.ſanè,& c.porro iuncto, c.quidam, & c.ex parte ibid.* etiam ex identitate rationis, *Giurba conſ.*67.*nu.*26. & ſolùm in eo, in quo fuit obſeruantia ſecuta, *c.ſi de terra, c. accedentibus de priuil.Giurba cit.conſ.*59.*n.*30. ibi, *cum ex ſubſecuta obſeruantia interpretationem recipiant*, aliàs per actum contrarium renunciatio præſumitur, *Menochius conſ.*913.*n.*34.*Franch.in c.ſignificante n.* 3. *de appell. Felin. in c. paſtoralis n.* 5.*de off.ordin.Afflictus deciſ.*378.*n.*2.*Surdus conſ.*127.*n.*21.*Seraph.deciſ.*1086. *nu.*1.*Buratt.deciſ.*106.*n.*9.*Paſqual.in addit. ad Lauret.de Franch.controu.inter Epiſcop.& regul. q.*4.*de conſeruat.n.*834.

27 Inſuper Epiſcopus, & Inquiſitores procedant contra deguaſtãtes res ſacras, & ſacras Imagines, tanquam ſuſpectos de hæreſi, qui puniendi pœna mortis naturalis, *Bocrius deciſ.* 301. & amputationis manus, *de Franchis deciſ.* 504. *Maſtrilli de indultu cap.*25.*num.*15.*Viſconti in ſuis concluſionibus iuris verb. Imago*; atq; aduertant etiam, ne in diſpendium Diuini cultus Imagines paruipendantur,& in locis indignis ponantur, vt in vijs in quibus pertranſeunt bruta, aut in terra, *c. ſi Canonici* §.*fin. de off. ord. in* 6.& picturas deformes cancellare faciant, nec in publico vendãtur tales Imagines deformes, ſicut & illæ Saluatoris noſtri Crucifixi; propter vilipendium cultus Diuini, ne ſcandalizentur Infideles, Iudæi, & Hæretici, cum ſint multi deformatores ſacrarũ Imaginum, non pictores, apti potiùs ad attingendum manibus vacerras, quam pennicilla, qui prohiberi debent ne ſacras Imagines pingant, *arg. extrau.* 1. *&* 2. *de Relig. & vener.*5.*d.c.ſi Canonici di off.ordin.in* 6.§. *cæterum Trident.ſeſſ.*25.*de Reliquijs Sanctorum, & ſacris Imaginibus*,ex illis verbis, *omnes turpis quæſtus elimінetur, omnis denique laſciuia vitetur,ita vt procaci venuſtate imagines non pingantur*, ad quod attendãt maximè Prælati, *vt de off.& pot. Epiſcopi ſup. dixi lib.*1.*deciſ.*7.*n.*100. ibi, quod nec permittenda conuiuia, & vt vendantur comeſtibilia ante Eccleſiam, & atrium, quod eſt maximus abuſus, & tendunt fideles multoties, & tempore Paſſionis, & Quadrageſimæ,ad Eccleſias [dicẽtes ob indulgentias,] ſed potiùs ad ebrietates, & conuiuia, mel-

leaſ-

Digitized by Google

leaſq; res, & alia edunt, in locis publicis, ad inſtar Animalium, & pro delectatione corporis, relictis ſalutaribus animæ nutrimentis, contra quos facit etiam illud, *Paul. 1. ad Cor. 11. nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? &c.*

## DECISIO IV.

### De Eccleſijs earumuè Immunitate.

### *SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia nomen quid, & quot modis accipiatur, & de vſu Eccleſiaſticarum antiquiſſimo etiam apud gentiles.*

2 *Prima Eccleſia poſt Chriſti Domini Aduentum, & de alijs Conſtantinopol: Alexand. &c. antiquitas in præced. Eccleſiarum ſpectantur, & Cathedralis Eccleſia præfertur Collegiata.*

3 *Eccleſia appell. quæ loca veniant.*

4 *Aedificari à quibus poſſint.*

5 *Dotare debent illas, qui ædificare deſiderant, ſed ædificata etiam abſque dote non valent in vſus prophanos denuo conuerti, & Eccleſia Regularium, & Cappella in illis poſita abſque dote erigi poſſunt cum ſola Epiſcopi licentia.*

6 *Cathedrales ſolus Papa conſtruit, & quid Cathedra?*

7 *De Collegiatis Eccleſijs, idem diſcurrendum, & quid ſit Collegiata, & quomodo, & quando conſtrui poſſit, & de præcedentijs inter eas ibid.*

*Collegium quomodo dici poſſit reſidere in vno? ibid.*

8 *Matrix Eccleſia quid? & à quo ædificari poſſit?*

9 *Aedificata iſta benedicitur, & conſecratur ab Epiſcopo, vel alio habente facultatem.*

10 *A quibus reſtaurari debet, & n. 11. & de profanatione Eccleſiarum ibid.*

12 *Eccleſia quæ ſponſa Deo dicata eſt, polluitur multis modis, & n. 13. 14. & 15.*

*Polluentes Eccleſiam quomodo puniendi ibid.*

16 *Habet varia priuilegia, & immunitatē.*

17 *Quid ſit Eccleſiaſtica immunitas, & nu. ſequ.*

19 *Bona iſtius ſunt à gabellis exempta, & an hæ in aliquibus caſibus exigi, & imponi poſſint.*

20 *In Eccleſia ſæcularia negotia, & ciuilia, & criminalia iudicia fieri non valent, niſi pro rebus ſpiritualibus.*

21 *Ludi, Comœdiæ, conclamationes, & ioca nec fieri in illa debent.*

22 *Sedem layci an habere poſſint?*

23 *Publici criminoſi, excommunicati, &c. arcendi, fœmina velata incedant, quia non ſunt ad Dei imaginem.*

24 *Circa Immunitatem Eccleſiæ, locisuè ſacris concedendis, ſtandum hodiè Bulla Greg. XIV.*

25 *Omnes Eccleſiæ, & oratoria publica authoritate Epiſcopi constructa gaudent immunitate, etiam ſi abſque dote ædificata, dummodo diuina in ea celebrentur Officia.*

26 *Et etiam diruta, vel quæ de facto reſarciuntur, aut ædificantur data licentia, vel iecto primo lapide, item polluta, & interdicta per parietes exteriores ſolùm, & nu. 29. cum porticis, ſchalis, clauſtris, &c.*

27 *Domus annexa Eccleſiæ, & tabernæ, manſiones Canonicales, ſacreſtia, Domus Seminarij, Parochi, Refectorium, Dormitorium, &c.*

28 *Societas aſſocians SS. Euchariſtiam, & confugientes ad cubiculum ægroti etiā cum birroarijs eos ſecum ferens, & nu. 57. & 70. non ita de confugientibus ad S. Oleum, vel S. Reliquias etiam B. Virginis, Palatium Epiſcop. & Cardinalium extra Vrbem, ſicut Abbatum habentium iuriſdiction. non verò Vicariorum ibid.*

29 *Monaſteria cum alijs locis eiuſdem, & parietes exteriores Eccleſiæ, & Epiſcopus determinare debet, quæ ſint loca ſacra, & gaudeant immunitate, & an Domus, Clericorum vnitim viuentiū, Monialium, Virginum reparat. etiam*

*abſque*

Digitized by Google

*abſque clauſura, Eremit. Tertiar. Conuerſ. &c. gaudeant immun.*

30 *Incendiarij, agrorumue depopulatores immunitate non gaudent, & publici latrones, atque explicantur tex. in c. veſtra, & c. fin. de cohab. Cler. & Mulier. quando nimirum quis dicatur publicus latro, in ſeq. num. 31. & viarum graſſator, & tex. l. capitalium §. graſſatores de pœnis n. 32. & 33.*

34 *Opinio aſſerens viarum graſſatores dici, qui pluries in ſtratis publicis derobauerint ſequēda ſi adeſt ſtylus decidēdi, ſed de iure contrarium aſſerit Author.*

35 *Proditores, nec gaudent immunitate, & qui nam propriè dicantur tales expenditur in ſeq. vſque ad num. 45. in hac materia verba prout ſonāt, & ſtrictè ſunt interpretanda num. 39. nec in odioſis fit extenſio; vulnerantes tantum proditoriè, nec excludēdi n. 46. an Argumentum ab authoritate DD. & Ariſtotelis ſit validiſſimum? explicatur.*

47 *Amicum reconciliatum occidens, & etiam ſub fideiuſſione de non offendendo, an proditorium committat?*

48 *Aſſaſſinij an gaudeant? & quibus modis contrahatur aſſaſſinium, & de homicidio, vulgo, appenſato.*

49 *De parricidis, & fratricidis nu. 50. vbi multa de amore, & coniunctione harū perſonarum, & ſi locum habeant hæc in patre, & matre ſpirituali, & in Magiſtro?*

51 *Deflorantes Moniales, adulteri, rei criminis peculatus, & frabicatores falſæ monetæ gaudent immunitate, quid de ſacrilegis, & furantibus vaſa ſacra, blaſphemis, ſortiarijs, & maleficis, excommunicatis, interdictis, & alijs? n. 52. & de ſuſpectis de hæreſi, & apoſtatis ibid. atque ſi pixidem cum Sanctiſſima Euchariſtia furans excludatur?*

53 *Damnati ad triremes, & vulgo, bonauoglia, damnati ad vltimum ſupplicium banniti, & carcerati frangentes carceres gaudēt immunitate Eccleſiaſtica.*

54 *Simoniaci, & Sodomitæ, Clerici, & Monachi, nec excludendi ibid.*

55 *Occidentes, vel vulnerantes cum mutilatione membrorū aliquē in Eccleſia immunitate non fruuntur, nec ſi fecerint propè Eccleſiā ſub ſpe confugiendi ibid. & hoc quomodo probari poſſit n. 56. ſicut occidens extra Eccleſiam inimicum cum ſit in illa, vel è contra n. 57.*

58 *Vi extrahentes aliquem, & occidentes etiam, aut ſi doloſe extrahi facerēt, & ſub prætextu amicitiæ, & brachij Regij, & num. 67.*

*Delinquens in porticu, atrio, campanile, & locis annexis, vel vicinis Eccleſiæ an gaudeat, & extenſio ſuperflua de caſu ad caſum eſt vitanda in hac materia, non ita ex ratione facta ibid.*

59 *Et in vna Eccleſia, qui delinquit, in alia, nec gaudet, & quid de cœmeterio?*

60 *Cœmeterium quomodo accipiēdum, & qui nam locus veniat huius appellatione.*

61 *Excluduntur etiam committentes crimen læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis, & de quo Principe hic loquitur, & quid de Monetarijs, & offendētib⁹ ſtatuas, & imagines illius, aliaſuè perſonas fictè repræſentantes Principē.*

62 *Hæretici, & omnes ſuſpecti de hæreſi extrahuntur à Miniſtris S. Officij, & quæ ſint hæ perſonæ enumerantur ibid.*

63 *Et Apoſtata à fide, & Religione, quod declaratur.*

64 *Iudæi, & Infideles.*

65 *Debitorum bona mobilia, an gaudeant? & quomodo extrahenda ab Eccleſia, ſicut & immobilia.*

66 *Cognitio huius materiæ ſpectat omnimodè ad Epiſcopum, & nu. 69. & 77. qui detinere debet reum in ſuis carceribus, vſque dum decidatur articulus, & layci extrahētes excommunicantur, alijſuè pœnis multantur, & n. 78.*

67 *Inuitus, quis extrahi non poteſt, & extractus doloſè reſtituendus, item ſi impeditus, vt aufugiat, captuſuè ſit in via, vel ſi ad exonerandum corpus exiuit, aut ſub fide Principis, vel Miniſtri, & ſup. n. 58.*

68 Im-

68 *Impediri non valent confugientes, ſed an alimentandi ab Eccleſia? & pœna contra confugientes teneant? Regulares tenentur ad Gregoriana Bulla obſeruãuantiam.*

69 *Carcerare ſemper nõ debet Epiſcopus reos confugientes ad Eccleſias, caſusque adadducuntur, in ſeq. & abſq; cauſis carcerans tenetur ad damna, & expenſas in conſcientia ibid. & n.70.*

71 *Et etiam in caſu notorio non extrahendi.*

72 *Inditia ad torturam, & alia ſemiplena probationes an ſufficiant ad extrahendum reum? expenditur cum n.ſeq.*

74 *Contrariam ſententiam, & negatiuam ſequitur Author, & rationes adducit num.75.*

76 *Epiſcopus non tenetur ſtare proceſſui facto à Iudice layco contra reum confugientem ad Eccleſiam.*

77 *Iſti omnimodè ſpectat cognitio, ſi gaudeat immunitate licèt in loco exempto fuerit captus reus, vel delictũ commiſerit.*

78 *Pœna contra violantes immunitatem, & 79. reprobatur opinio aſſerens Iudicem Eccleſiaſticũ contra laycos procedere nõ poſſe pœnis temporalibus n.81.*

82 *Epiſcopus in crimine ſacrilegij, & alijs mixti fori procedere poteſt contra laycos pœnis temporalibus, & praenentionẽ habet n.83. ſicut & ſub cenſuris n.84.*

85 *Renunciari an poſſit hoc beneficium?*

86 *Et non datur appellatio à ſententia Epiſcopi, benè verùm grauamen, & alia remedia, qua conceſſa cenſentur denegata appellatione.*

87 *Exulatus, ſeu bannitus ob delictum, vel contumaciam à territorio, an ſi fuerit captus, vel inuentus in Eccleſia dicatur incurrere in pœnam fracti exilij?*

*Eccleſia, & Eccleſiaſtici an ſint de territorio Principis layci, & ciues, atque diſtrictuales ibid.*

88 *Epiſcopus eiicere valet ab Eccleſia bannitos ob crimina excepta in Bulla, quia non gaudent immunitate circa hac, & ad inſtantiam Iudicis layci, dummodo non adſit dolus, vt nimirum ſint capti poſtea eiecti à Iudice layco, & conſuetudines laycales nõ ſunt ſeruandæ quãdo libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam minuunt, & n.89.*

90 *Franciſcus Baronius reprobatur, cum Capiblanco tom.2. cap.34. nu.5. de baronibus.*

91 *Pœnæ pecuniaria an exequi valeant contra confugientes?*

92 *Boni Principes Eccleſiam eiuſue immunitatẽ defendant, ſi regnare deſiderãt.*

1 PEtes 1. quid ſit Eccleſia, & quot genera Eccleſiarum.

Eccleſia generaliter ſumpta eſt fidelium congregatio, *gl. in extrau.2. de elect. V. Eccleſijs*, & dupliciter accipi poteſt, primò pro Eccleſia materiali in qua Diuina celebrantur Officia, ſecundò pro communione, & cõgregatione Fidelium, *c. Eccleſia de conſecr. diſt.*1. & nomen idẽ ſonat, ac euoco, & euocare, omnes enim qui ad Eccleſiam veniũt, vocati à Deo cẽſentur; licet aliquãdo accipiatur pro beneficio, *c. cõſuluit de iure patronatus*, & alijs modis, *c. 1. ne Prælatus vices ſuas, &c. gl. in d. extrauag.* ſed ordinariè pro templo, ſeu æde ſacra vulgò accipitur, & ratione antiquitatis, vel priuilegij nomen habet, Baſilicæ, Metropolitanæ, Protometropolitanæ, Collegiatæ, Parochialis, & simil. *c. plures* 10. *q.* 1. atque Eccleſiarum vſus antiquiſſimus, à tempore Enoch, *Geneſ.* 4. & Noè, & etiam apud Gentiles templa fuere, *Geneſ.20. Tacit. ann.4. de templo Aeſculapij, & Auguſti 1. ann.4. & 6. Claudij 14. Diana Lamentidis 4. Diui Neronis 15. Herculis 12. Iani 2. Fæcunditatis 15. Fortuna ibid. Veneris 2. Luna 15. Martis vltoris 4. Salutis 15. Veſta ibid. & alior;* & paſſim omnes teſtantur Hiſtoriæ, & in mea Antiquiſſima Vrbe videmus antiquorum veſtigia templorum à gẽtibus inſtructorũ, vt Caſtoris, Neptumni, Herculis, &c. & de Sacerdotibus Gentilium, Eccleſijs inſeruientibus, teſtatur *Bulla Iulij II. Pontif. Maximi data anno 1552. quam adducit Doctiſſimus Melchior Inchofer, in coniect. Epiſtola B.M.V. ad Meſſanenſes cap.54.*

2 Poſt

2 Poſt Chriſti Domini Aduentum apud Chriſtianos, prima Eccleſia Catholica fuit, cuius fundamẽtum erat Chriſtus, petra autem, & ædificium Petrus, c. 1. de imm. Eccleſ. c. in nouo 21. diſt. c. omnibus 24. q. 1. ſecunda autem Eccleſia fuit Conſtantinopolitana, c. Conſtantinopolitana, c. ſancta, c. quamuis, 22. diſt. Tertia Alexandrina, c. cum baptiſmus 24. q. 1. & poſtea aliæ Eccleſiæ cõſtructæ fuerunt, c. 1. de Relig. domibus, c. dilectus, & tot. tit. de Cappellis Monach. arg. c. decet de imm. Eccleſ. &c. & antiquitas ſpectatur in præcedentijs Eccleſiar. c. ridiculum 12. diſt. c. domino 50. diſt. c. de quibus 20. diſt. cæteris paribus, Menochius de arbitrarijs caſ. 158. in fine lib. 2. cent. 2. Ferrus de præced. q. 24. n. 3. ex Rota Rom. & alijs, nam maiora habens priuilegia prælationis, hæc præferenda, Staph. de liter. Grat. de prærog. expect. §. magis graduatus n. 20. vt Cathedralis reſpectu Collegiatæ, c. quamuis de præbend. in 6. Decian. reſponſ. 50. vol. 4. n. 30. Ferr. cit. num. 1. hæc reſpectu ſimplicis etiam antiquæ, Trident. ſeſſ. 25. de ref. cap. 16. ſeſſ. 24. c. 14. ibi in pluribus Eccleſijs, tàm Cathedralibus, quàm Collegiatis, & Parochialibus, & ſeſſ. 22. cap. 3. de reform. Riccius in praxi deciſ. omiſſ. deciſ. 6. n. 6. §. fin. Boteus de Synod. p. 3. num. 28. Gratian. diſcept. 574. num. 16. Seraph. deciſ. 1445. Barboſa ſuper Triden. ſeſſ. 24. de refor. c. 12. n. 52.

3 Eccleſiæ verò appellatione in fauorabilibus includitur omnis pius locus, c. requiſiſti de teſtamentis Barboſa in c. 1. de reſt. in integ. in 6. num. 4. & in appellatiuis verb. Eccleſia num. 16. vbi docet, quod in ſtricta ſignificatione non veniunt Parochiales Eccleſiæ, nec Collegiatæ, nec Cathedrales, ſed aduertẽdum eſt materiæ de qua agitur, atq; indefinitè relictum Eccleſiæ, ſi aliæ non adſunt coniecturæ Epiſcopi arbitrio Eccleſia eſt eligenda, vel locus pius, cui legatum detur, vt inf. dicam deciſ. 9. hoc libro.

4 Petes 2. à quo ædificari, & reſtaurari debent Eccleſiæ?

Prælati, & curam animarum habentes aduertant, vt Eccleſiæ ſint in ſua Diœceſi neceſſariæ ad animam, & pro miniſtrãdis Sacramentis commodè fidelibus, ideò funda regulam, quod vnuſquiſque pro ſua deuotione fundare poteſt Eccleſiam ſimplicem vbique locorum, c. fin. de Eccl. ædif. c. nemo de conſec. diſt. 1. cum licentia tamen Epiſcopi, c. placuit. ibid. c. ad audientiam de Eccl. ædificandis, & in locis exemptis, cum Papæ facultate, c. de locorum de conſec. diſt. 1. nam proſpicere debet Epiſcopus ne ſit præiudicium alterius Eccleſiæ, c. præcipimus 16. quæſt. 1.

5 Et etiam qui Eccleſiam ædificat dotare illam debet, vt valeat commodè retineri, & pro luminibus, alijſuè expẽſis neceſſarijs, c. 1. de cenſibus, quod ſi Epiſcopus in licentia danda dotem non petierit ab ædificante, ipſe aſſignare debet, c. cum ſicut de conſecr. Eccl. vel Altaris, ſicut etiam ſi quis in conſtructa Eccleſia Cappellam ædificare vellet Canoniſtæ in d. c. cum ſicut, ſed Aduertas, quod ædificata Eccleſia ſine hac dote, & licentia nõ ideò erit de patrimonio laycorũ, ſed Eccleſiæ, arg. c. ſemel de reg. iur. in 6. & deſtrui non poteſt, Lauret. de Franchis mox citand. q. 18. & ibi Paſqual. qui q. ſeq. 19. notat, quod mandans frabricari Eccleſiam in proprio fundo haud donare cẽſetur, niſi neceſſaria pro alimentis, & dote, nec totum fundum, &c. & ſolùm in Religioſorum Eccleſijs, vel Cappellis ædificandis dos peti non debet, arg. d. c. 1. Silueſter in ſumma verbor. Eccleſia n. 4. atq; ſufficit ſola licentia Epiſcopi etiam in coſtruendis nouis domibus, & Monaſterijs attentis priuilegijs, & communicatione, Lezana in ſum. V. Monaſterium n. 4. Ceſpedes de exempt. regul. c. 1. dub. 2. n. 2. Donat. in praxi regul. p. 2. tit. de ædif. Monaſt. q. 13. n. 4. Nouar. in pract. concluſ. concl. 1. nu. 4. Paſqualic. ad Laur. de Franchis tit. de conuentuum noua fundatione n. 500. & ſeq. quidquid ſit de iure communi, ex quo Papæ licentia requiritur, Campan. rub. 12. c. 13. nu. 80. in diuerſ. iur. ex c. 1. de exceſſ. Prælat. c. vni. de relig. dom. in 6. Barboſ. de off. Epiſcop. alleg. 26. n. 4. Tambur. de iure Abbat. diſp. 33. q. 1. num. 6. non ita poſt Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de regul. quo ſtante Summi Pontificis licentiam non requiri tenent Paſqual. poſt Donat.



Digitized by Google

Ceſp. & alios, & in cōcedēdis nouis Cappellis, nec illā Epiſc. ſed de hoc in ſeq. deciſ. n.46.

6 Dixi [Eccleſiam ſimplicem] nam Cathedralem Papa conſtruit, & de eius licentia erigitur, c. præcipimus 16. q.1. Garc. de benef. p.12. c.5. n.1. Barboſa de off. Epiſcopi p. 3. alleg. 68. n.5. Lotter. de re benef. lib.1. q.1. n.28. Gambar. de off. legat. tit. de varijs ordin. nominibus n.260. Gratian. diſcept. forens. c. 89. n.32. Mandos. ſup. reg. 26. q.3. nu.5. & 6. taliſque dicitur, quia cæteris dignior, & pones ipſam eſt Cathedra, in qua magna dignitas Magiſtrorum deſignatur, Barboſ. de vnin. iure Eccl. tom.2. tit. de Eccl. Cathed. nu. 4. & quia reſident Doctores talis dicitur, ex nomine græco compoſito à cathos, quod eſt ſedes, & edra, ideſt ſponda, quæ eſt pars lecti, gl. in ext. ſuper Cathedram de ſepul. & in Clem. dudum eod. tit. verb. Cathedram, vbi verſus adducit Rex ſolium Doctor Cathedram Iudexque Tribunal poſſidet, ac ſedē præſul, prætorq; curule, idē de Prælatis, c. qui Cathedram 93. diſt. c. multi 40. diſt. c. non quales. 1. q.1. c.1. 10. q.3.

7 Et etiam Collegiatam Eccleſiam Pontifex Summus erigere poteſt, Filluc. de benef. c.3. nu.112. Azor. inſtit. moral. p.2. lib.5. n.111. Fuſcus de viſit. lib.2. c.1. nu.6. Maſſobrius in praxi concurſ. præl.2. dub.1. Lotter. cit. Riccius deciſ. 66. p.3. vel Parochialem, in Collegiatam, c. quoniam vbi Abbas n.1. Ioan. Andreas n.3. Butr. n.2. Garc. cit. p.12. cap. 5. nu.4. Barboſ. ſup. Concil. Trid. ſeſſ.25. cap. 16. de reform. n.6. ſicut Parochialem in beneficium ſimplex; idem conuertit, Trid. d.5. 25. licèt ſimplex in curatū, Epiſcopus, Garc. cit. & Barboſ. n.5. diciturque Collegiata, ex vnione Canonicorum, gl. in c. ſtatutum de elect. in 6. à Collegio, quod dicitur à colligendo, c.1. de elect. in 6. c. dilecta de exceſſ. prælat. l.1. §. quibus ff. quod cuiuſque vniuerſ. gl. in c.1. de vſur. in 6. verſ. Collegiū, ſiuè duo ſint, vel plures, Abbas in c.1. de elect. in gl. 1. arg. l. Neratius ff. de verbor. ſignif. Innoc. in c. poſtulaſti nu.1. de iure patron. Felinus in c. accedentibus nu.1. verſ. & nota, de præſcript. Roman. conſ.436. n.6. numerus autem trium Canonicorum congruus eſt ad Collegiatā conſtituendam, Cauial. deciſ. 649. n.6. Coccin. deciſ. 296. n.4. Barboſa de Eccleſia Collegiata n.8. ibi, de ſignis, & coniecturis Collegiatæ Eccleſiæ, & inſignis, vt ſi fuerit Collegiata in oppido habente numerum quatuor mille habitatorum, hoc eſt, foculariā 800. quatuor Regularium Monaſteria, & vnum Sanctimonialium, cum copia peritorum, & nobilium, ex Maſſobrio de Synod. c.4. dub.14. n.9. Nauar. & alijs, nec augeri poteſt numerus iam aſſignatus c.4. de reſcriptis in 6. quo deficiente deſinit eſſe Collegium, arg. l. ſicut ff. ad municipal. c.1. de elect. c. vnio 10. q.3. l. Neratius ff. de verb. ſignif. & grex deſinit ſi vnum animal tantum remanſit, l. ſi grege ff. de leg.1. non ergo Collegium reſidere poteſt in vno quando defecit numerus, & ſunt ibi Canonici vti ſinguli, quod ſi vt Collegium non ita; nam ius Collegij reſidere poteſt in vno, gloſ. celeberrima in c. ſtatutum de electione in 6. verb. Collegiatas, & ſi receſſerint omnes, vel ſaltē de præſenti non extiterint Collegiata adhùc erit in habitu, & cenſetur talis niſi fuerit deſtructa Superiorū authoritate, gl. cit. in fin. & Felinus in c. accedentibus de præſcript. n.2. Archidiac. in c. licèt Canon. de elect. in 6. Maſcard. de probat. concl. 584. Rota Roman. in vna Cremonen. Præpoſituræ die 25. Februarij anno 1622. coràm Reboldo, ſed nota quod inſignis Collegiata præcedit alias Collegiatas quāuis antiquiores, Barboſ. cit. num.16. ex Congreg. Rit. & ſup. Trid. ſeſſ.24. cap.12. nu.52. & de Canon. cap.2. n.18. in c. fin. de verb. ſignif. & eſt bona regula pro præcedentijs harum Eccleſiarum præter ſuprad. n.2.

8 Matrix verò, idem eſt ac Cathedralis, quæ habet aliàs Eccleſias ſubiectas, c. venerabili de verbor. ſignif. ibi Matricem Eccleſiam Cathedralem intelligi volumus, & quaſi mater illarum dicitur, Azor. cit. ſup. & lib.9. c.3. q.14. verb. matrix. largoque ſumpto vocabulo Parochialis, & baptiſmalis, hoc nomine appellātur, gl. in Clem. vnic. de baptiſm. verb. Matricem & in Clem.1. de ſent. excom. quas Epiſcopum ædificare poſſe, non dubitatur, pluresuè erigere ſecundum neceſſitatem populi, & Diœceſis, vt ſup. lib.1. deciſ. 7. nu.82.

7.num.82. & deciſ.10. num.121.& 122.

9 Ædificata ergo Eccleſia,& dotata etiã ſi regularium ſit benedicitur ab Epiſcopo, vel ab alio loco ipſius, c.1.10.q.1.& aliquãdo conſecratur ab eodem, c. nemo de conſec. diſt.1. non ab alio, c.aqua de conſec. Eccleſiæ vel Altaris, Bellaſ. cit.n.10. quomodo verò fiunt conſecrationes Eccleſiarum non eſt hic meum enarrare, de iure verò Eccleſia conſecrata non eſt iterum conſecranda, gl. in c. ligneis ibid. Barboſa alleg. 27.num.12. de off.& pot.Epiſcopi, & S.Silueſter fuit, qui ritum conſecrandi, & benedicendi Eccleſias introduxit, idem de vniu.iure Eccl.tom.2. n.27.niſi parietes ſint diruti, & trabes combuſtæ, c.Eccleſijs 63. diſt. vel per partes tota quaſi Eccleſia refecta, d.c.ligneis, illa tamen ligna non ſunt in vſus prophanos conuertenda, neque alienanda, c. ligna de conſec.diſt.1. ſed in alios vſus pios, neque dirutas Eccleſias vendunt patroni ſine Epiſcopi licentia, ex cuius authoritate etiam Eccleſiæ dirutæ ædificantur, & ædificatæ diruuntur, & profanantur pro bono publico, &c. Barboſa dicta alleg.27.& de Vniuerſo iure Eccleſiaſtico cap.4. de deſtructione, & Viol. Eccleſiarum, & ſuper Triden. ſeſſ.21.c. 7.de ref. Riccius in praxi profan.Eccl.tom.5. reſol.2. & per tot.in poſtum.

10 Reſtaurare etiam Eccleſias tenetur Patronus, vel Epiſcopus, aut beneficialis, hoc modo tamen, vt hi qui percipiunt redditus, & fructus beneficij, & penſionis primo loco teneantur, c. decernimus vbi gloſa 14.q.1.c.1. de Eccl.ædificandis, & Patronus, Clem.1.de iure patronatus, c.filijs 16.q.7. qui monere debet beneficialem ad hoc faciendum, vt ibi, atque Epiſcopum, vt dicam libro 3. deciſ.1. de beneficijs, & iſte deficientibus beneficialibus, & redditibus, tenetur ad reſtaurationem Eccleſiæ ſibi ſubditæ cũ Capitulo, c.fin.de his quæ fiunt à prælatis, ſine conſenſu Capituli, & faciunt ea, quæ dixi lib.1.deciſ.fin.n.93. & ſuis expenſis, vt ibi.

11 Nam omnia neceſſaria prouideri debent ab Epiſcopo pro Eccleſia tàm circa Diuina, quàm circa tẽporalia, poſito quod iſta eſt neceſſaria pro fidelibus, & Dei cultu, c.decreuimus 10. quæſt.1. c. 1. de Eccleſijs ædificandis, ſicuti etiam Cathedralem gubernare debet de quarta ſua, c.quatuor 12. q.2. c.decernimus 10.q.1. vbi meus Andræas Barbatia, & ipſe loco ſup.cit. quod ſi ſit pauper, neque quarta, & reditus ſufficit, tunc Canonici ſunt compellendi de ſuperabbundantibus ſuorum reddituum, & in ſubſidiũ alij Clerici de fructibus reddituum, & beneficiorum deductis alimentis, Vide Barboſam ſupra citatum de deſtructione, Eccleſiarum nu.9. & 10. cum ſeq. & in omnibus hodiè tu obſerua conſuetudinem, idem Barboſ.n.9.ex Bero.Rot. & alijs, & concordias, ſi adſunt, DD.ex c.1.de Eccleſijs ædificandis.

12 Petes 3. quomodo polluatur Eccleſia conſecrata, vel benedicta?

Cum Eccleſia ſit tanquam Virgo, & ſimul Sponſa Deo dicata, quæ debet manere incorrupta, aliàs violata non poteſt amplius, vt talis inſeruire pro fidelibus, neq; in ea Diuina celebrari; ideò ſtatuit Papa, ꝙ hac polluta amplius fideles in ea Sacram. nõ recipiãt, in c.propoſuiſti de cõſec.Eccl.vel Alt. c.Eccleſijs, cum ſeq. de conſec.diſt.1. polluitur verò Eccleſia 1. notabili effuſione sãguinis humani, ex iniuria effuſi, d c.propoſuiſti de conſ.Eccl.vel Altaris, ſecundò ſi in ea occidatur aliquis,& ſi non effundatur sãguis, d.c.propoſuiſti iuncto, c.fin. ſiuè ab alio, ſiuè à ſe ipſo fuerit facta occiſio, dummodò non ſit quis inſanus, quia debet eſſe cum peccato, vel ſine peccato, ſi fuerit facta ab alio, vt à Iudice, vel ob defenſ. &c. Canoniſtæ in d.c.propoſuiſti, ex arg. c. ſine culpa de reg.iur. in 6.

13 Tertiò etiam polluitur Eccleſia ob ſeminis humani effuſionem notoriè factam, d.c.fin. fidelis, vel infidelis, c.ſi motum de cõſec.diſt.1. & ſi fuerint coniugati, c. Eccleſijs de conſec.diſt.1. ibi, cuiuſcumque ſemine pollutæ fuerint.

14 Quartò polluitur ob ſepulturam excommunicati, Hæretici, vel cuiuſcumque Infidelis, c.conſuluiſti de conſec.Eccl. vel Altaris, poſt ſententiam excommunicationis latam, vt ibi, idem dicas de publico Clerici percuſſore, vt Papa Martinus decidit in vna

*ſua Bulla, quam Barboſa cit. refert. n. 24.* quod ſi hi ſepeliantur exhumandi ſunt, vt Eccleſia benedicatur; quibus verò interdicatur ſepultura Eccl. *vide Modires de ſepult. q. xi.*

15 Vltimo polluitur Eccleſia adeò vt noua indigeat reconciliatione ſi fuerit ab excommunicato Epiſcopo cõſecrata, *Doct. in d. c. conſuluiſti, & Barboſ. n. 25.* has verò oẽs Epiſcopus non excommunicatus, aut alius de licentia ipſius, vel Superiores regulariũ ſi Epiſcopus diſtet vltra duas dietas reconciliare debent, *Barboſa alleg. 28. per totam, & loco cit. n. 28.* & polluẽtes ſunt ab eo puniendi iuxta delicti qualitatem, & ob offenſam Eccleſiam, cœremoniæ verò adhibendæ in tali reconciliatione facienda cũ aqua benedicta, vino, cinere, &c. non ſunt hoc loco à me adducendæ, & in Pontificali Romano curioſus, legere poterit.

16 Huic Eccleſiæ conceduntur varia priuilegia, etiam ſi ſit polluta, & interdicta, ex aliquo accidenti, (quid verò ſit interdictum, *dicam lib. 4. deciſ. 10.*) & præcipuè cõceditur immunitas, pro qua.

17 Petes 4. quid ſit Immunitas Eccleſiaſtica?

Ad ſecundam partem Deciſionis accedens, breuibus, & vtilioribus, quæſtionibus, te expediã, circa immunitatẽ, id eſt exemptionem, ſeu defenſionem confugientium ad Eccleſiam, ſuppoſitis his quæ ad vbertatem ſcripſere, *Marius Giurba in ſuis Conſilijs criminalibus, Pater Diana, Marius Itala, Thomas del bene, Ciarlinus in controuerſijs, Farinacius, Nouar. Peregrin. Danſa, Borell. de imm. Eccl. tom. 1. tit. 3. & Decian. eod. tit. Marant. to. 2. reſpon. 36. cum ſeq. Spirelli per plures deciſiones, Barboſa tom. 2. de vniuerſ. iure Eccleſ. tit. de Immunitate Eccleſiaſtica n. 50. cum ſeq. Ecochier de iuriſd. in exempt. p. 4. q. 65. Correa in repet. ad c. inter alia, Facundez, & Trullench. cum Bonac. in precept. decal. Peteira de man. Regia p. 2. c. 50. & alij poſt eos.*

18 Supponas tamen 1. ex generalitate tituli quod immunitas dicitur, quaſi vacatio muneris, *DD. in l. munus ff. de verb. ſignif.* & emmunitas, ab alijs vocatur, quaſi, extra munia, aut puritas, cũ quis eſt immunis à muneribus, & oneribus, prout de Clericis dictum fuit *lib. 1. deciſ. pen. n. 137. cum ſeq.* & à peccatis, *arg. c. fin. de purg. Canon.* quæ libertas, & immunitas aliquando conceditur, & dicitur Eccleſiæ conceſſa, quia libera eſt à collectis, & gabellis, impoſitis à laycis, vt in ſeq. a. q. in ea etiam aliquid impurũ fieri nõ debet, &c. & aliquãdo conceditur, quia ad eam tanquã ad atrium Principis confugientes non poſſunt extrahi, *§. ſed & ſi maior vbi gl. vers. ædes ſacras inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris,* & deſcribitur hoc modo, *vt ſit priuilegium, quo ipſa Eccleſia gaudet, ne malefactores ad ipſam cõfugientes extrahantur inuiti, Ambroſinus de immunitate, cap. 24. num. 6. cum alijs,* de qua *n. 24. inf.*

19 Supponas 2. quod etiam Eccleſiæ dicitur tribus immunitas, quatenus bona, & prædia ſunt exempta à gabellis, *vt dicebam,* à laycis impoſitis, *c. fin. de immun. Eccleſiaſtica,* etiam ſi pro vijs publicis, & bono publico eſſent impoſitæ, pro quibus non tenetur contribuere Eccleſia, *Cucheranus deciſ. 171. n. 9. Campan. in extrauag. de vita, & honeſtate Clericorum num. 200. multos referens ex communi pro hac opinione,* nec de bonis donatis, vel emptis à Clericis, vel Eccleſia, *Doctores relati à Viſconti in Concluſionibus iuris verbo Eccleſia,* niſi eſſet vrgentiſſimũ periculum, & longum iter ad Sedem Apoſtolicam, quo caſu cum conſenſu Epiſcopi, & totius Cleri, aut maioris partis poſſet aliquid exigi à Clericis, & Eccleſiaſticis pro contributione huius imminẽtis periculi nõ exiſtentibus laycis, qui contribuere pro hac vice poſſint, *vt ſatis d. deciſ. pen. lib. 1. dixi,* ſicuti etiam bona Eccleſiaſticorum, & perſonæ ſunt exemptæ, à talibus Collectis, *vt ibi,* ſed propriè in perſonis libertas Eccleſiaſtica in rebus, & Eccleſijs, immunitas appellatur.

20 Supponas 3. immunitatem eſſe in Eccleſijs, quia in eis contractus fieri non valent, & ſæcularia negotia, *c. 1. de Immun. Eccleſ.* nec Iudicia, & citationes, *c. cum Eccleſia ibid.* aut teſtes examinari valent, & cauſæ ciuiles, & criminales à miniſtris, & curialibus,

libus laycis, *d.c. cũ Eccl.* nec ſententiã dicere niſi pro re ſpirituali, & cenſuris ferendis, *c. decet §. fin. ibid. in 6.* & pro cauſa pia, & ſpirituali, *Barb. cit. de imm. Eccl. num. 11.* etiã ipſimet Iudices Eccl. poſſunt ſub pœna excommunicationis, atque facta nulla ſunt *Doctores in d.c. cum Eccleſia*, alijsque pœnis.

21 Inſuper in Eccleſia feſtiuitates, ludi, & conclamationes non ſunt faciendæ, *c. decet de immun. Eccl. in 6.* atque Comediæ, & Tragediæ, quia ſemper adeſt in his rebus clamoſitas, & in honor Dei, nec bene Epiſcopus licentiã concedit recitandi, præcipuè in Eccleſijs vbi Sanctiſſima Euchariſtia aſſeruatur, & Sacramentales Eccleſiæ ſunt; in his enim, & corâm Deo congruum ſilentium, & trãquillitas, in theatris tumultus, & pompæ adſint, peteremq; ab his Epiſcopis cur in domu ſua, ſuiſque in palatijs hæc non permittunt, & in domu Dei vtique, conſulant in his licentijs *Chryſoſtomum alloquentem ad Populum homil.* 38. *& legant tex. in c. decet de immun. Eccl. in 6.*

22 Nec in iſtis eſſe poſſunt loca particularia, *Marcus Vidal. in diſq. Theol. tit. de ſimonia n.*84. niſi pro Prælato, Canonicis, & Presbyteris, nam in Deo non eſt acceptio perſonarum, *c. nec quemquam 4. diſt. tit. de conſec. c. ſicut* 32. *q.* 4. & pro laycis requiritur expreſſa licentia ſacræ Congregationis, & Summi Pontificis, vt valeant ſedere, ita decidit *ſacra Cõgreg. in vna Granatenſi de anno* 1609. *die* 24. *Octobris*, ſed valet contraria conſuetudo longeua, etiam pro clericis, ſi nimirum per ſtatium longiſſimi temporis habuerunt locum in Eccleſia, *eadem ſacra Congregatio in vna Foroliuienſi ſub die* 4. *Aprilis* 1615. *arg. l. minimè ff. de legibus Riccius coll. deciſ.* 1446. *& noviter ex Gratiano, Giouagn. Bouadilla, & alijs, adducit Capycius latro deciſ.* 181. *num.* 10. *& per totum, Sãfelici deciſ.* 331. *Barboſa de vniuerſo iure Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 3. *de immunitate Eccleſiaſtica num.* 21. *&* 22. *& dixi lib.* 1. *deciſ.* 7. *nu.* 105. nec nobiles alios ignobiles in hac præcedere debent in priuatis locis, & relinquere ſigna pro ſpecialibus locis in ſcamnis, & ſedilibus perpetuis Eccleſiæ, *Marta vot.* 88. *& alij cum Paſchal. de patria poteſt. p.* 4. *cap.* 2. *num.* 92.

23 Ab ea peccatores, & publici criminoſi repelluntur, *c. vir cum propria* 33. *q.* 4. *c. in capite* 50. *diſt. c. qui iubente* 11. *q.* 3. & excommunicati interdicti, Heretici, Infideles, &c. *c. excõmunicamus de Hereticis*, fœminæ velatæ accedant, quia nõ ſunt ad imaginem Dei, *c. ptv.* 33. *q.* 5. *c. hac imago ibid.* & propter Sacerdotes ne ſcandalizentur, *vt ibi ait tex.* atque aduertant prælati, qui in alta ſede ſedentes, haud curant de factis ſubditorum, & de honore Dei, quod debẽt bonis exemplis, & monitionibus corrigere ſubditos, vt in Eccleſijs honeſtè ſegerant, aliàs illos eijciant ab Eccleſia, non enim Templum Dei, eſt proſtribulum, & latronum ſpelunca, his poſitis.

24 De Immunitate ideſt de exemptione, & protectione confugientium ad Eccleſiam alloquens adeo vt ab Eccleſia hi extrahi non poſſint, relictis antiquitatibus, decidas cum *Bulla Gregorij XIV.* (cui ſtandum in hac materia) atq; ex Doctrina Dôctiſſimi *Marij Giurba*, & aliorum, *cit. ſup.* exploſis quibuſdam Doctoribus nimis largè loquẽtibus, & contra formam, & deciſionem Gregorianam, de immunitate domibus Dei cõceſſa, quæ haud dixiſſent de palatijs, Principum ſæcularium.

25 Dico, quod omnes Eccleſiæ omneſque perſonæ gaudent hac immunitate niſi ſint exceptæ in Bulla cit. Gregoriana; concluſio quoad primam partem declaratur, vt omnes Eccleſiæ de authoritate nimirũ Epiſcopi conſtructæ, & oratoria publica, quæ veniunt appellatione Eccleſiarum, dummodo ſint conſecratæ, vel benedictæ, *Sanchez de matrim. lib.* 9. *diſp.* 5. *num.* 24. *Giurba conſ.* 10. *num.* 52. *& conſ.* 20. *nu.* 19. *Facundez in præcept. decal. præcept.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *nu.* 64. *idem Sanchez conſ. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 6. *Nouar. de imm. Eccl. num.* 8. *Ciarlin. controu. cap.* 10. *n.* 6. *Germ. & alij cum Barboſ. cit. nu.* 68. ideò cappella priuata in palatijs conceſſa immunitate non gaudet, *vt idem Lezan. docet, & Dian. p.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 18. ſed in Eccleſijs conſecratis, vel benedictis Diuina

cele-

celebrentur officia, *Ambroſ. cap. 10. nu. 2. & Dian. part. 6. tract. 1. reſol. 1. verſ. verum, Barboſ. qui ſup. num. 59.* licet ab Epiſcopo non fuiſſet data licētia, vel abſque dote fuiſſent hæ ædificatæ, nā ſi benedictæ, & in eis diuina celebrētur immunitate gaudere debent, quia illa licentia, & dos in conſtruenda Eccleſias, non facit quod iſtis non exiſtentibus locus prophanus remaneat, & alienari poſſit, ſed ſacer, & in alienabilis, *arg. c. ſemel Deo de reg. iuris in 6. c. 2. de præbēdis eod. tit. Laur. de Franch. controu. inter Epiſc. & regul. tit. de Conuentuum fundatione q. 18. & ibi Addit. Paſqual. n. 462. ex Ricc. Squill. & alijs*, ergo immunitate gaudere debet, ex verbis *Gregorianæ Bullæ (loci ſiuè ſacris.)*

26 Idem dicas ſi dirutæ ſint, dummodo ſit ſpes, quod valeant de facili reſarciri, *arg. c. quæ ſemel 19. q. 3.* niſi de authoritate Epiſcopi eſſent dirutæ, *gl. in c. priuilegium de reg. iuris in 6. Giurba d. conſ. 20. Facundez n. 49. Nouar. nu. 15. Borell. t. 1. ſum. deciſ. tit. 3. n. 39. Clar. in §. fin. q. 3. verſ. maius dubium Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 15. nu. 37. Decian. quæſt. crimin. lib. 6. cap. 24. n. 27. & cap. 25. n. 22.* & hoc modo iudicandum, *Correa in repet. in c. inter alia p. 2. num. 18. in fine de immun. Eccl.* vel ſub artifice adhuc ſint, nec completæ, cum ſat erit, quod Epiſcopus, (vel alius de iſtius licentia) eiecerit primum lapidem, vt dici poſſit locus Deo dicatus, *Barboſ. n. 62. Sanchez mox cit. n. 36. Farin. de imm. Eccl. nu. 261. & alij poſt eos*, & non ſolùm Eccleſiæ dirutæ, ſed pollutæ, & interdictæ, *vt Giurba citatus docet*, atque cœmeteria, *gl. in c. Eccleſia verſ. cæmeteria de immun. Eccleſ. & in c. conſuluiſti de conſec. Eccleſiæ*, & de iure antiquo; etiam per triginta paſſus extra illam, *c. ſicut cum ſeq. 17. q. 7.* ſed hodie obſeruatur, vt ſolum parietes, & ſi exteriores habeāt hanc immunitatem, porticus, ſchala, campanile, & ſepulturæ mortuorum cum cæmeterijs, *vt idem Giurba ait, & Decian. c. 24. n. 28. & 31. c. 25. n. 10. Velaſc. Villag. Trullenc. Ambroſ. Bonad. Menoch. Diana alijque, cum Barb. nu. 63. 64. 65. & 66. &* ſeq. vbi idem de cortile, clauſtro, & tecto Eccleſiæ, quod gaudent immunitate Eccleſiaſtica.

27 Addas, quod non excludēdæ domus annexæ Eccleſiæ, & apothecæ, quæ ad eam habēt aditum, non ad viam publicam, *Giurba conſ. 10. nu. 14. Thor. comprend. deciſ. verb. immun. Ponte deciſ. 35. Nouarius de immun. nu. 21.* manſioneſque Canonicales, quatenvs ſunt intra ſepta, vel ambitus Eccleſiæ, temploque adhærentes, *Farin. de immun. q. 28. n. 14. Spirell. deciſ. 63. nu. 1. Decian. dict. lib. 6. cap. 25. n. 15.* & ſacrariū intra Eccleſiā, & cæmeterium; ſecus ſi extra eam ſit, & nullum Altare habeat ad celebrandum, *Spirell. cit. deciſ. 61. & 62. nu. 19.* domus Seminarij, *Giurb. d. conſ. 10. num. 12. Ciarlin. cap. 116. n. 15. Pereg. de immun. cap. 4. nu. 67.* Parochi, Cappellani, & refectorium, dormitorium, & ſimilia loca annexa Eccleſiæ immunitate gaudere debent, *Nouar. cit. n. 24. Spirellus deciſ. 49. nu. 7. Giurb. dict. conſ. 10. Guazz. defenſ. reor. c. 37. n. 24. Barboſ. cit. nu. 71. ex Couar. Farin. & alijs*, ſocietas aſſocians SS. Euchariſtiam, *Giurba conſ. 10. nu. 7. cum ſequentibus, & alij Doctores citati, quibus addas Italam lib. 3. c. 4. Toloſ. Gregor. Sintag. iur. lib. 33. c. 21. Mart. de iuriſd. part. 2. c. 50. à Cochier. de iuriſd. ordin. p. 4. q. 65. nu. 1. Gambac. de imm. Eccl. lib. 4. c. 6. n. 4. Ceuall. com. controu. comun. q. 169. & de cognit. per viam violent. p. 2. q. 42. Riccius p. 3. deciſ. 88. n. 5. Ambroſ. de imm. cap. 10. num. 1. Cened. in pract. lib. 1. q. 42. nu. 16. Nigrus de re iudic. c. 14. §. 11. n. 14. Mauſon. de cauſis execut. ampl. 25. n. 5. & alij quos citat, & ſequitur Baron. de cit. tom. 2. q. 42. n. 29. & tom. 2. & 3. in addit.* & ſi cōfugiat reus ad cubiculū ægrotantis vbi Sacerdotem cum SS. Euchariſtia inueniſſet, *idem tom. 2. nu. 18. cum ſeq.* etiam à manibus birroar. ſecum eos portans in Eccleſia, vel in illa ſocietate, aut cubiculo, *Ciarl. Dian. Farin. & Ital. cum dict. Baron. nu. 20. verſ. contrarium, & tom. 3. num. 9. eadem quæſt. prout inf. n. 57. & 70.* ſed de confugiente ad ſacras Reliquias dubitatur, ſicut, & ad Sacerdotem deferentem ſacrum Oleum infirmis, *ſed Riccius ex Barboſ. cit. ſup. n. 69. circa finem*, cōtrarium dicit, ſicut *& Spirell. deciſ. 45. n. 5. Dian. p. 4. tract. 5. reſol. 48.* & probabiliſſima opinio eſt, quia aſſociantes

tes SS. Euchariſtiam ratione præſentiæ tāti Sacramenti rectè argui poteſt, quod ſint omnes [non ſolùm tangentes aſtam baldachini] tanquam vna Eccleſia, ob præſentiā Chriſti Domini, quæ ratio non militat in alijs ſociantib. S. Oleū, & etiā B. Virginē, idē dicas, ſi Sacerd. ęgrediatur cū vna particula, & poſtea fuerit reuers⁹ ſine illa, ration. dict. & q̄ a ſupponitur animus redeūdi ad Eccl.

28 Item Palatium Epiſcopale, domus Cardinalis, *ex arg. c. id conſtituimus 17. q. 4.* omniaque loca, Religioſa, & Monaſteria, *vt ex Gregoriana colligitur*, gaudent hac immunitate etiam, & de Palatio Epiſcopi licèt non ſit intra confinia ad quadraginta paſſus, ſed ab Eccleſia diſtet verior ſententia non dubitauit, *ex Giurba, Barboſa, Ciarl. & Sperell. cit.* & ſi Epiſcopus titularis ſit, *Dian. par. 6. tract. 1. reſol. 5.* idem, & de palatio Cardin. extra vrbem non adhærente tamen Eccleſiæ, & intra illam ſi Eccleſiæ adhæreat, *Barboſ. cit. nu. 71.* inſuper Abbatum exempt. domus Eccleſiæ annexæ, ſicut, & ſeparatæ nam hi ſunt, ſicut Epiſcopi, *vt lib. 1. tit. de Abbatibus probaui*, nec maiorem rationem adducere poſſunt contrarij loquentes de Epiſcopor. palatijs, quibus ſi tribuunt immun. etiam his iuriſdictionem habētibus tribuere debent, non tamen eorum Vicarijs, vt de illis Epiſcoporū, *cōmuniter deciditur*, quod nimirū nō gaudeat hac immunit.

29 Et quoad Monaſteria, locauè Religioſa, quæſtio eſt de ambitu? at breuiter decidas non ſolùm ambitum Eccleſiæ, ſed totius Monaſterij areæ, horti, cellulæ, &c. non tamen domus in villis, quæ habēt cauſa recreationis, niſi ſint cum Eccleſia, immunitate gaudere, ex verbis Bullæ, ibi *Monaſtery domibus locisuè religioſis*, cum ergo tota domus ſit Religioſorum, & Monaſterij, ſequitur, vt gaudeat immunitate, & ſolùm parietibus exterioribus Eccleſiæ conceditur, non exterioribus Monaſterij, quia illi ſacri; locisuè ſacris ex Bulla immunitas cōceditur, ibi, *locisq; ſacris, Marant. tom. 2. reſp. 36. Gambac. lib. 4. cap. 1. nu. 7.* quæ verò ſint loca Religioſa, & ſacra ab Epiſcopo lociuè ordinario decidendum erit, non à Iudice ſæculari. *Giurba deciſ. 100. n. 35. in fine*; qui propriè ea talia eſſe decidere debet, ſi conſtructa authoritate Ordinarij, & in eis diuinæ celebrentur, vel ſint Clerici, aut Religioſi; vel Religioſæ, & Moniales vnitim viuentes ſub clauſura, & abſque, *Gambac. cit. cap. 4. n. 15. Lezana tom. 3. de immun. Eccl. n. 3. Barboſa eod. tit. nu. 77.* vt ſunt domus Virginum reparatarum etiam abſque Eccleſia, & Clericorū, Eremitarū, Tertiar. Conuerſ. &c. & opinio cōformatur verbis, *Bullæ Greg.*

30 Ad ſecundam partem propoſitionis poſitæ *num. 25.* dicas, quod Bulla ſolùm excipit latrones publicos, viarumque graſſatores, agrorumuè depopulatores; vt ſunt incendiarij, ex magno incendio, & docet *Hoſtiens. Innoc. Ioan. And. Panorm. & alij Canoniſt. in c. inter alia de imm. Eccl. Pereia de manu regia p. 2. c. 50. n. 8. Gomes. tom. 3. variar. cap. 10. n. 12. Pereg. & alij apud Bonacin. de immun. Eccleſiaſtica, punct. 6. §. 1. num. 5.* & ſi ipſe contrarium dicat, ea ratione, quia depopulatoris appellatione incendiarius non venit, ſed ſolùm is qui dirūpit alienos agros, ſeu fructus ſurripit, & ſegetes, vineaſue guaſtat, *l. 1. C. quando liceat vnicuique, &c. vbi gloſ. verb. populator, id eſt deuaſtator fructuum, vel vinearum de nocte, & ſequitur Diana infra cītādus, & alij*, ſed ipſe peterem ab his Doctoribus, veram differentiam inter hos deuaſtatores, ſurripientes nimirum [ſiue de die, ſiue de nocte, cū hodie *ex Bulla Greg.* omnes compræhendantur, *Barboſa de imm. n. 86. & 87. ex Trullene.*] & incēdiarios; nonne deuaſtant incendiarij, & depopulantur agros, & peiori modo quam alij, igitur non gaudere decidas, ſiue agros, aut domus in ciuitate, & extra comburant, *vt cit. Doctores docent, & etiam Greg. Lopez l. 4. verb. ladrones manifeſtos, & verb. las mieſſes tit. 11. p. 1.* niſi combureret meſſes, aut domus abſque animo deliberato, licet culpa ſua, *Decian. ſup. cit. c. 28. n. 3. verb. depopulatores, Ambroſ. c. 4. n. 4. Farinac. de imm. num. 159. & n. 160. Peregrin. cit. Ital. de imm. lib. 1. c. 5. §. 3. n. 56.* & de latronibus publicis, qui nimirum in locis publicis furantur, & vti tales condemnantur; nec ſuſtineo ſententiā

dicen-

dicentium publicum latronē dici, qui nimirū, ſemel in iudicio furtū fuit confeſſus, vel Iudicis ſententia fuit condemnatus, is enim ſi poſtea in furto depræhendatur publicus latro appellatur, *iuxta Corream in repet. d. c. inter alia p. 3. num. 27. Gambac. de imm. lib. 5. cap. 15. Caſtro Palao to. 2. tract. 11. diſp. vnic. puncto 9. nu. 2.* nam publicus tunc accipitur pro notorio, & manifeſto iuxta *tex. in c. veſtra, & c. fin. de cohab. Cleric. & mulier*, quos tex. citat pro ſe *Correa*, ſed contra ipſum loquuntur; fit enim publicum crimen per ſententiam, aut confeſſionem in iudicio, nō ad effectum, vt actus ſequens publicus etiā ſit ante legitimas probationes, & ſententiā, *d. c. fin. ibi niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium, vel per ſententiam, ſeu per confeſſionem factam in iure, aut per rei euidentiam, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit*, & ita ex hoc erit vitandus, *vt in c. veſtra, & notat gl. in Clem. 2. de ſent. & re iudic. in c. ad noſtram de iureiur.*

31 Si ergo quis fuerit condemnatus prō furto, & denuo depræhenſus, & proſecutus ex alio furto, non dicitur hic publicus latro, nec excluditur in Bulla, niſi fuerit hoc ſecundum furtum publicum in campis nimirum factum, vel in alijs vijs publicis, aut in mari de quo loquitur Gregorius, *& communiter DD. cum Ciarlino cōtrou. forens. cap. 18. nu. 33. Lezana Verb. immunitas Eccleſiar. n. 8. Gutterez pract. 9. lib. 1. q. 1. nu. 21. Bonac. cit. ibi publicus verò latro dicitur is qui in vijs publicis deprædatur, & ob frequentata latrocinia pro latrone communiter habetur, ſeu qui publicè, & palam furatur, ſeu qui publicè in vijs tranſeuntes inuadit, & ſpoliat, vel in mari palam*; eodem modo diſcurrit de furtis factis in domibus publicis, & geminatis, quia tunc propriè fur publicus dicitur, *ex Diana par. 6. trac. 1. reſol. 15.* quod etiam intelligas quando probari non poteſt apertè furtum fuiſſe publicū, ſed adeſſet fama publica aliquem fuiſſe latronem in campis, & publicum, quia tunc ſi inuentus eſſet cū furto, & aliqua adeſſet ſemiplena probatio hoc fuiſſe factum in loco publico, tunc ratione publicitatis, hoc modo probatæ ex geminatis furtis hunc cenſeri furem publicū, nec immunitate gaudere, de quo loqui poſſet *Diana* idē, de trib. furtis, *ex Giurb. cit.*

32 Igitur ſi fur eſſet inuentus, aut captus, vel concludenter conuictus de furto primo in publico facto cur non eſſet immunitate priuandus, nō video? dicente *Gregorio, ſi fuerint publici latrones viarum graſſatores, vel publicas ſtratas obſidentes, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur*, & quo in tex. deciſum vident contrarij, publicum non dici, latronem illum, qui ſemel, aut bis in via publica, & cum violentia deprædatus eſt, mihi contrariū notū eſt, *ex c. veſtra ibi gl. verb. notorium de cohab. cler. & mulier. & c. fin. ibid. c. cum olim 24. ff. de verb. ſignif. ibi manifeſtum dicitur, quod per probationem legitimè notū fuerit aut euidētia rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari, DD. ciuiliſtæ ex l. ea quidem C. de accuſ. l. hæredes palam ff. qui teſtam. facer. poſſunt, Clarus in §. fin. pract. criminal. nu. 9. Specul. in tit. de notorio crimine, Gomes variar. reſol. tom. 3. cap. 1. idem Diana p. 2. tract. 16. reſol. 22. & p. 3. tract. 5. reſol. 14. p. 5. tract. 9. reſol. 61. p. 9. tract. 4. reſol. 18.* de publico percuſſore Clerici loquēs, *de quo ipſe ſupra lib. 1. deciſ. pen. nu. 38. cum ſeq.* ibi quando notorium, & publicum delictum dicatur, de quo hic non quæritur, ſed ſolùm veram concluſionem ex dicta Bulla defendo, publicum latronem, ideſt qui in loco publico etiam prima vice furatus eſt, ſiuè in agris, ſiuè in mari, aut in ciuitate ex verbis *Bullæ graſſatores viarum, &c.* immunitate Eccleſiaſtica non gaudere, *vt Bonacina cit. n. ſuo 1. aperte docet, & vera DD. ſententia*, & tria furta, *vt ait Diana, & Giurba conſ. 30. nu. 28. & conſ. 50. nu. 37.* ad minus conſideranda quando non bene probatur publicitas, & quod fuerit in loco publico factum furtum, nam ordinariè furtum publicum fuiſſe probari rectè non poteſt; & ita gaudent fures immunitate, ex furto non publico, ſed hoc probato, ſicuti delinquens punitur, vt publicus latro viarumue graſſator, & prædo maritimus à Iudice ſæculari, *Giurba cit. conſ. nu. 39. ibi licèt Iudex ſæcularis morte eum puniat, qui ſemel graſſatus eſt*



Digitized by Google

*ex Pragmat. 1. tit. 47. p. 1.* ita priuari debet immunitate, ſi enim eſt viarum graſſator, vt puniri poſſit pœna mortis à Iudice ſæculari, & Bulla de publicis latronibus loquitur, quare gaudere debet immunitate? aut dicere debent contrarij abſolutè, quod publicus latro, & viarum graſſator eſt qui bis, & pluries in locis publicis furatus eſt, nec puniendus vt talis, qui ſemel derobauit, (quod non eſt dicendum) aut ſi publicus latro punitur, vt talis à Iudice ſæculari ob publicitatem delicti, ergo gaudere non debet immunitate, quæ haud conceditur publicis latronibus ex Bulla cit. in verbis, *ſi fuerint publici latrones*.

33 Eodē ergo modo diſcurras de graſſatoribus viarum, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas in ciuitatibus, vel in villis, &c. obſident, *vt in d. Bulla, ex arg. l. capitalium* §. *graſſatores de pœnis* ibi, *graſſatores, qui prædæ cauſa id faciunt proximi latronibus habentur*, & poſtea de pœna loquens, *ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerunt capite puniuntur vtique ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt, cæteri in metallum damnantur, vel in inſulas relegantur*, & alij, graſſatores appellant, [& melius,] qui vrbis vicos obſidētes obuios, aut veſtibus, aut pecunia ſpoliant, quales ſunt, qui prima facie in maioribus vrbib⁹ miniſtris veſtes detrahunt, aut cœnas quas dominis ferunt vi eripiunt, metu verberum, aut mortis intentato, *Iuuen. interdum, & ferro ſubitus graſſator agit rem, Suet. igitur graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit, Cic. viator à graſſatore ſpoliaretur, Nenius ſæpè per eadem graſſatur via*, qui ergo in vrbibus hæc furta committunt immunitate non gaudent, & conſtito apertè de his criminib. præſertim magnis; ſecus è contra, aut ſi eſſet tentata, ſed non completa, *Barb. inſ. citand.* quibus caſibus plura expoſcuntur, *Decian. lib. 6 pract. crimin. c. 28. nu. 2. Farin. Trullenc. Nouar. & alij quos ſequitur Barboſa de immun. n. 48. Giurba conſ. 50. nu. 27. & 28. & 37. & conſ. 90. n. 12. Bonacin. cit. n. 3.* nec benè *ex tex. in d. l. capitalium* §. *graſſatores ff. de pœnis*, abſolutè inducitur, quod graſſator dicitur, qui ſæpius tanti ſceleris fuerit reus, ſed ibi pœnam grauiorem ponit ſi ſæpiùs fuerit factum delictum, & verbum ſæpiùs ad pœnam non ad delictum refertur, vt legenti manifeſtum eſt.

34 Nec ipſe reprobo Doctores contrarium aſſerentes, [nimirum] non eſſe reum huius criminis, qui ſemel, aut bis commiſit, ideò non priuandum immunitate, ſicuti alia de publico latrone, qui dicitur poſt tria furta, nam opinio pia eſt, & ſequenda ex æquitate, in caſibus occurrētibus ſtante ſtylo curiarum acceptato ex longo tempore, tamen contra eos ſum locutus, qui de iure ex verbis Bullæ concluſiones ſupradictas defendere conantur, nam fateri debēt, quod Bulla non dicit, benè verum opinio æqua eſt, & ſequenda, & ipſe hoc modo indubitanter deciderem, ſtāte, vt dicebam, ſtylo decidēdi, & obſeruantia, tamen qui contrarium dicit non improbabiliter loquitur, & ſecundam verba Bullæ Gregorianæ odio furum, qui temerariæ, vias publicas obſident, & graſſantur, qui tanquam peſtes à ciuitatibus expellendi, & ſecluſo ſtylo decidendi, optime facit Iudex hos priuans Eccleſiaſtica immunitate.

35 Inſuper excluduntur proditores, qui ſub ſpe amicitiæ, vel parētelæ, aut ſociet. ſimil. occidunt aliquem, *c. 1. de homicid. Giurba conſ. 10. n. 17. conſ. 60. n. 2. cum ſeq. Bonac. Barboſ. Peregr. Nouar. & alij ſup cit. Ciarlin. c. 12. n. 4. Marta de iuriſd. p. 2. c. 52. nu 4. Gaball. de omni gener homicidij nu. 338. Borell. ſum. deciſ. tom. 1. tit. 3. n. 76. Pheb. deciſ. 81. n. 5. Marant. tom. 2. reſp. 46. Piguera deciſ. 54. n. 8. Gutierez lib. 1. pract. q. 2. n. 9. Decian. de crimin. prodit. tom. 2. cap. 19.* & verba Bullæ apertæ demonſtrant, etiam ſi infidelem, vel hæreticum, aut Iudæum hoc modo quis occidat, *Caſtro Palao, tom. 2. diſp. vnic. de immun. puncto 9. nu. 31. Peregrin. c. 7. nu. 15. Farin. n. 120.* & homicidium ſub ſpe amicitiæ ſolum excipitur, factum in illo actu ſimulationis, ſecus ſi ex poſt facto, nec ex ſpe amicitiæ aliquis occideret alium, licèt à principio fuerit vocatus ab amico; puta ad prandium, cænam, & ſimil. & poſtea reuerſus

ad domum ſuam hoc dimiſſo, qui ſtetit in platea ob ſua negotia, fueritque occiſus ab illo poſtea reuerſo, nam Bulla tantum excipit caſum proditorium factum nimirũ ob ſimulationem amicitiæ, & dictio, tãtum, in hac materia omnia excludit, quæ expreſſa non ſunt, *Giurba conſ. 61. num. 10. idem Dian. reſolus. 33.* nec fit extenſio in odioſis, *Ciarlin. controu. 85. n. 11. vulg. c. odia de reg. iur. in 6. Giurba conſ. 6. n. 17. conſ. 41. n. 1. 20. & 22.*

36 Sed vt melius ſupradicta concluſio comprœhendatur, ſupponendum erit ex veriori ſenſu, quiſnam dicatur proditor, in hac materia immunitatis, ad verum Gregorianum intellectum verb. *aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint*, illum verè dici talem, qui ſub ſpe amicitiæ, & ſimulatæ ſocietatis, vel parentelæ aliquem occidit, iuxta communem interpretationem, *tex. in c. 1. de homicidio*, ibi, *ſi quis per induſtriam occideris proximum ſuum, & per inſidias, Alex. infra citand. & Felin.* ſicut, & *Bartolus in l. reſpiciendum §. delinquunt de pœnis*, qui definiens proditionem, ait, *eſt autem prodere vnum actibus oſtendere, aliud in mente gerere, vt not. ſup. de priu. delict. leg. 1. & l. 4. ff. ad l. Iuliam Maieſt. & ideo ſi veniens tecum tanquam ſocius itineris nulla interueniente rixa te percutiam non poſſum dici contra te feciſſe inſultum. ſed dicor hoc feciſſe proditoriè, quia aliud gerebam in animo, quam illud quod gerebam in actu, pro quo facit C. de del. lib. 10. l. fin. &c. & Felinus in d. c. 1. n. 1. idem de continuantibus, qui ſe occultè offendunt ſecundum Baldum in c. 1. col. v. quibus modis feudum amitt. allegat illud, qui mecum attingit manum in catino, vtraque proditio fuit iſta Iudæ, ex verbis etiam nefandis, aue rabbi, &c.* quod confirmant *Alexander conſ. 145. n. 5. Vulp. conſ. 59. in princip. Farin. conſ. 76. n. 15. Ceph. conſ. 57. nu. 13. Ambroſ. de imm. cap. 6. n. 3. Barboſ. eod. tit. n. 91. Carrer. in §. homicidij n. 99. & in l. obſeruare n. 98. Afflictus deciſ. 205. n. 63. Giurba loc. ſup. cit. Bonac. de imman. §. 3. n. 3. Spirell. d. 23. nu. 6. Oter. diuerſ. iuris 99. p. 3. q. 26. num. 1. Taſſon. Ball. & alij quos citat. & ſequitur Baron. de effect. immunitia effect. 14. n. 4. Iacob. de S. Giorg. de feudis verb. dictique vaſſal. nu. 17. fol. mihi 261. col. 2. & Ciarl. cum alijs cit. ſup.*

37 Nec dubium, eſt circa hanc partem nimirum aliquem occidentem amicum, vel ſocium, aut conſanguineum, ſub ſpe amicitiæ non gaudere immunitate Eccleſiaſtica; at accidere ſolet homicidium factũ ab amico non ſub ſpe amicitiæ, & ſub hoc prætextu, quia nimirum te vocaui, vt mecum venias, ſocius ſum, & poſtea occidi, vel tecum deambulans occidi, & ſimil. ſed cum eſſem amicus alij mala mihi retulerunt contra te, & ipſe ira accenſus percuſſi de retro abſq; vlla rixa, &c. an gaudere debeam immunitate? ratio dubitandi eſt, quia non dicitur homicidium proditorium niſi illud factum ſub ſpe amicitiæ, ſocietatis, itineris, parentelæ, & ſimil. non ergo hoc dicitur factum ſub ſpe, & fine amicitiæ, & ita non erit proditorium excludens reum ab immunitate, nec concluſiones ſupradictæ de proditorio huic applicari poſſunt.

38 In hac concluſione, vt verum fatear varias confuſiones inueni, nam Doctores nimis cõfusè de hac materia loquuntur ſupponentes, quodlibet homicidium ab amico factum proditorij qualitatem habere; & ita reum ab immunitate excludunt, ſed reuera *Bartolus, Felin. & Alex. ſup. cit. cum Bald. Ioan. And. in c. 1. de feudis, & Luc. de penn. in l. ſeruum in fin. verſ. item nota mores prodit.* qui ſunt anteſignani huius materiæ, omnes ſupponunt homicidium factum ſub ſpe, & fiducia amicitiæ, & quando aliud gerebat in animo, aliud de facto, & in actu occidens, vt in caſu Iudæ, & in venenante aliquem, quem vt amicum vocauit ad prandium, vel cœnam, aut dedit venenum ſub hoc prætextu, &c. ceſſante ergo hac proditione, & non facto hòmicidio ſub hac fiducia proditorium non erit, rigorosè loquendo, nec de illo loquitur Bulla.

39 Nam verba interpretanda ſunt in hac materia vt ſonant, *Giurba conſ. 100. nu. 14. Ambroſ. de imm. c. 1. n. 14. Farin. num. 98. Germ. de ſacror. imm. lib. 3. c. 16. Barboſ. de immun. n. 117. & 120.* quia ſumus in odio-

ſis in

ſis in quibus non fit extenſio, *Farinac. conſ. 76. num. 14. Dian. p. 6. tract. 1. reſol. 7. Giurb. conſ. 6. n. 17. & conſ. 41. n. 1. Ciarl. contron. 85. nu. 12. Menochius conſ. 484. num. 9. & 10. & 1192. nu. 25.* nec cum verba ad literam intelligi debent, *idem conſ. 36. nu. 41. & 362. n. 36. & 1110. n. 30. Seraph. deciſ. 237. nu. 2. Farin. deciſ. 740. n. 4. & 600. nu. 7. p. 2. recent. de Franch. deciſ. 123. n. 4. Caput. deciſ. 47. nu. 4. & 148. n. 6.* & iuxta vocabuli ſignificationem veram, *l. non aliter ff. de leg. 3. Surd. cõſ. 140. n. 63. Decian. conſ. 17. n. 45. Phebus deciſ. 77. n. 14. Giurba ad conſuet. Meſſan. c. 5. gl. 6. n. 4. & c. 1. gl. 5. n. 2. Pacif. de Saluian. inſp. 3. c. 1. n. 3.* & quatenus propria ſignificatio patitur, *l. cum lege ff. de teſt. l. 1. §. quod autem ff. de aleat. c. ad audientiam de decimis, Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 18. n. 35. Rot. Roman. deciſ. 352. apud Farin. part. 1. recent. n. 1.* quæ verificãtur ſolũ in homicidio facto ſub fiducia amicitiæ, cognationis, aut ſocietatis, *Ouid. 8. Met. nam pereant ſperata cubilia quam ſint proditione potens, Tacit. Hiſt. lib. 4. Tungrorum cohorſ. ſigna ad ciuilem tranſtulit percuſſique milites improuiſa proditione à ſocijs hoſtibuſque cædebantur, & lib. 2. attonitas ſubito terrore mentes falſum gaudium in languorem vertit repertis, qui deſciuiſſe à Vitellio exercitum ementirentur is rumor ab exploratoribus diſperſus ab ipſa Othonis parte ſeu dolo, ſeu forte ſurrexit parum compertum, omiſſo pugnæ ardore Othoniani vltro ſalutauere, & hoſtili murmure excepti pleriſque ſuorum ignaris, qua cauſa ſalutandi metum proditionis fecere, & lib. 13. Annal. hac in publicum Anſibarijs reſpondit ipſi Boiocalo ob memoriam amicitiæ daturos agros, quod ille vt proditionis pretium aſpernatus,* & paſſim *Hiſt. 2. Ann. 1. & 6.* hoc modo accipitur nomen proditor, licet aliquando pro adulatore, infidele aduerſus patriam, &c. *gl. in c. cleric. 45. diſt.* ſed in hac materia homicidij modo nuper dicto intelligi debet, ſi rectè loqui velimus.

40 Nec ex *c. 1. de homicidio*, aliquid deciditur circa hoc, nam loquitur de homicidio appoſtato, facto nimirum per inſidias, & per induſtriam in quo reus deponendus, & Curiæ ſæculari tradendus, & ita de Clerico homicida, nec de hac immunitate aliquid dicit; atq; iura etiam ciuilia nihil determinãt, *vt eſt textus in l. 1. de prauaricat. l. fin. C. de delat. lib. 10. cum alijs*, ſed ſolum proditorem dicunt eſſe, qui ſimulat vnum facere, cum aliud habeat in corde, *l. omne delictum §. exploratores ff. de re milit.* & ſupponunt delinquentem intuitu huius ſimulationis delinquiſſe ad effectum, vt rectè proditor dici poſſit, igitur hic ſolus excludendus ab immunitate ex verbis in Bulla, *qui proditoriè, &c.* vbi enim lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. de pretio ff. de public. l. diſſentientis C. de repudijs, c. ita ne ſede vacante, &c.* nec vbi non diſtinguit, *l. præſes ff. de off. præſid. l. non diſtinguemus de arbitris l. 2. §. conuenire ff. de iudic. l. illam C. de collat. c. Roman. 9. diſt. c. conſuluiſti 2. q. 5.* nam ſi voluiſſet expreſſiſſet, *l. vnic. §. ſin autem C. de caduc. tollen. l. ſi ſeruus §. prætor verſ. non dixit ff. de aeq. hæred. c. 2. de tranſact. c. ad audientiã 2. de decim.* & dato, quod largo ſũpto vocabulo amicum ſimpliciter nõ ſub ſpe amicitiæ occidens dicatur proditor, non tamen in hac materia de illo Gregorium loqui decidendum eſt, cum ex communi ſententia propriè verba ſunt intelligẽda, *vt dicebam*, & de appoſtato vera ſententia *de qua inf. num. 48.* docet, gaudere immun. & tamẽ iſte proditor aliquo modo dici poſſet.

41 Itẽ nec obſtat vulg. dictum, quod non poteram de amico præcauere ſicut de inimico, & ita quando amicus alium occidit, ſub ſpe amicitiæ facit, quia iſte præcauere non potuit, nam cum quis habet inimicum facit ſuas diligentias in itinere, in domu, vinea, &c. quæ non adhibentur ab illo non habẽte inimicitias, & ita etiam ſub ſpe amicitiæ amicus ſemper occiſus dicitur, dum præcauere non potuit.

42 Sed hoc, vt patet, eſt ſpeculatiuũ argumẽtum, quod ſi in praxi ponatur nullius roboris eſſe demõſtratur; & primò hoc quod ille non potuit præcauere; non facit quod homicidium ſit proditorium, factum nimirum ſimulatione amicitiæ, cum iſta ſimulatio de facto non interceſſerit, quæ eſt baſis,

& fundamentum proditorij *ex DD. citatis*, quo corruente hoc amplius non habemus, *arg. l. nam origo ff. quod vi aut clam, l. egi tecũ ff. de except. rei iudic. c. cum paulus 1. q. 1. Rota Lucens. deciſ. 13. n. 14. Florent. deciſ. 48. n. 43. Bonon. deciſ. 18. n. 45. Valenſ. conſ. 105. nu. 105. & conſ. 123. n. 42. & ibi n. 3.*

43 Secundò, quia homicidium vulgo appenſatum, ſeu appoſtatum, ex hac formalitate, quia non potuit præcauere occiſus, erit proditorium ſemper, & talis homicida non gaudere debet immunitate, quod negant ipſimet contrarij, & ad argumentum à paritate rationis deductum reſpondere deberent, cum validiſſimum ſit, *c. qui ſe ſcit 11. q. 6. & c. multi 2. q. 1. l. non poſſunt cum ſeq. ff. de leg. §. rectè inſt. mandati*, nec maior ratio in vno caſu eſt, ac in alio, *Maſcard. de prob. c. 1253. nu. 5. Menoch. de arbit. caſ. 84. n. 8.* ergo, &c.

44 Tertiò, quis reuelauit proditorium dici homicidium factum à ſimplici amico abſque vlla fictione amicitiæ, & contra regulas veri termini, proditorium? non eſt lex canonica, aut ciuilis, ergo ex aſſertione aliquorum Doctorum non excludendus erit reus ab immunitate Eccleſiaſtica, aut ex aliquo ſtylo abſque ratione introducto, & explicanda ſunt verba ſtrictè, & prout reuera ſonant, licet aliquo modo, & largo ſumpto vocabulo proditorium dici poſſit homicidium factum ab amico abſque vllo prætextu amicitiæ, ſicuti illud appenſatum.

45 Quartò, dato quod verum eſſet argumentum, ad minus in inimicitia capitali locum habere debet, vbi enim viderunt contrarij, quod quis cauet ſe ab omnibus hominibus, cum quibus leuia verba iniurioſa habuit, & hoc eſſet, quod deberent homines quotidiè incedere cum cuſtodibus, & defenſoribus perſonarum ſuarum, & ſolùm hæc faciunt, quando inimicitias capitales habẽt, vt praxis docet, ergo quomodo abſolutè concludunt homicidium proditoriũ eſſe, & geſtum ſub ſpe amicitiæ, quando nõ eſt factum ab vno quod poteram, & debebam præcauere, & fingo amicum cum quo leuia verba iniurioſa habui, debebam forſàn ab hoc præcauere, certè nõ? igitur falſam eſſe regulam, & argumentum decidas, & ſolùm proditorium reuera eſſe concludas, illud homicidium factũ ſub ſpe aliqua, & ſimulatione amicitiæ, conſanguinitatis, ſocietatis, prandij, cænæ, &c. aliud verò factum ab amico ſimpliciter abſque iſta fictione, nec ſe vtens homicida nullo modo amicitia tanquam medio ad homicidium proditorium non eſſe, ſed tantum homicidium appenſatum, haud excludens ab immunitate ex hoc capite. Hæc mihi occurrunt circa hanc materiam, videant poſtea Iudices extrahentes reos aliquos, & excludentes ab immunitate, ſi rectè, & de iure decidunt quando hæc faciunt; & argumentum ab Authoritate DD. validiſſimum eſſe ſcio *ex tex. in l. antiqui ff. ſi pars hæred. c. cũ haberet de eo, qui duxit, c. omnes de maior. & obed. c. ſignificaſti il. 2. de homicidio, Gammar. in dialect. legali lib. 2. loco ab Auth. Euerard. top. loc. 48. Menoch. conſ. 9. nu. 8. c. 18. nu. 13. c. 33. n. 27. Valens. conſ. 102. num. 141. tom. 2.* & Ariſtot. aut alter. magni viri, *Tuſchus pract. concl. lit. A. concl. 590. nu. 1.* imo neceſſariò illis ſtandum, *Bart. in l. 1. n. 23. ff. ſi cert. petatur Barboſ. loc. 12. in argum. iuris*, ſed quando non loquuntur contra legem, *Tuſchus cit.* nec contra rationem, *prout dixi lib. 1. deciſ. xi. n. 103.* nec exempla, & ſtylus attendendus, vbi ratio contrarium ſuadet, *l. nemo C. de ſent. & interl. iudic. l. ſed licet ff. de off. præſid. idem Barboſ. v. exempla.*

46 Inſuper, qui vulnerauit, aut fuſtigauit inimicum etiam animo occidendi proditoriè priuandus immunitate nõ erit, vt docet ex veriori ſententia *Dian. p. 4. tract. 1. reſol. 83. & p. 3. tract. 1. reſol. 4. p. 6. tract. 1. reſol. 12. Bonac. de legibus diſp. 3. q. 7. §. 5. n. 16. Nouar. n. 75. hoc tit. Barboſ. num. 90. reprobato Mario Cutelli, Dominus meus Giurba conſ. 10. n. 18. & 19. & Baron. mox citand. effect. 14. n. 18.*

47 Ad quæſtionem ſi amicum reconciliatum occidens ſit proditor, & gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, ſatisfacit dictus *Giurba conſ. 60. n. 16. cum ſeq.* negatiuè reſpondens, quem ſequitur *Barboſ. de immun. in ſuo 93. poſt Ricc. Nouar. & alios*, præcipuè ſi

non

ſit de recenti, *Baron. de effect. inimicitia eff. 14. n. 13. & 14.* ſecus è contra, quod nimirũ ſi reconciliatio ſit de recenti non dicatur proditor occidens, *idem Baron. nu. 13.* diciturque recens ſecundum aliquos poſt triduum, vel poſt triennium, quod non approbo, *prout infra*, & ſi ſub promiſſione de nõ offendendo pacem inijt, *idem Giurba n. 17.* quod etiam negat *Dian. p. 1. tract. 1. reſolut. 35. & p. 4. tract. 1. reſol. 34.* qui ait, quod reconciliatus inimico cum fideiuſſione de nõ offendendo ſi poſtea occidat, non dicitur proditoriè occidiſſe, vt careat immunitate, quia vt ſupponimus aliqua amicitia ſimul comedendo, alloquendo, &c. arctior non interceſſit, vnde poterit præſumi non obſtãte fideiuſſione adhuc odium durare, *vt ille docet ex Ricci, & Marin;* quin imò ipſe addã pendente hac fideiuſſione, non rectè dici hos verè, & propriè amicos, cum ideò data hæc ſit ob talem dubietatem amicitiæ, nec pax eſt, vbi belli ſit mentio, *Senec. lib. 1. de moribus, Cicer. in Philipp. pax eſt tranquilla libertas,* non ergo eſt tranquilla libertas in his amicis reconciliatis cum hac fideiuſſione, & de veris amicis malum fingi non poteſt, *idem Tull. de amicit, in amicitia vera, nil fictum, nil ſimulatum,* & propriè concluſiones ſupradictas intelligerem hoc modo, vt pace facta; poſt aliquod tempus puta mẽſem quis occidẽs, proditorium committat, nec ob ſimplicem ſalutationem, hæc dicatur verè facta: non enim eſt tranquilla libertas, nec vera amicitia niſi firma, & perpetua, *Craſ. de effect. amicis. n. 25. & 26. Sen. lib. de benef. amicus tarde acquiritur, & multo tempore probatus iniuſtum non fecit, ait Ariſt. lib. 8. Ethic. Claud. in Stiliconis laud. 2. & alij,* & ratio eſt, quia non poteſt eſſe proditorium niſi in homicidio ſub ſpe amicitiæ, &c, igitur hæc debet eſſe firma; adeò vt de ea dubitari non poſſit, & proditorium non facit inimicus reconciliatus de recenti, *Baron. de eff. inimic. effect. 14. n. 13.* qui ad arbitrium remittit quando reconciliatio recens dicatur, *effect. 113. n. 82.*

48 Nec gaudent aſſaſſinij, qui nimirum pecunia mediante occidunt aliquem ex crimine deteſtando, *c. 1. de homicidio in 6.* mãdantes, & mandatarij, *Giurba conſ. 48. n. 26. conſ. 50. n. 44.* & quibus modis contrahatur, docet *conſ. 70. per totum,* idem dicunt aliqui de homicidio vulgo vocato, (appoſtato,) quod non approbat *Diana pars. 6. tract. 1. reſol. 13. & p. 1. tract. 1. reſolut. 31. 32. & 35. Nouar. de immun. n. 74. Ricc. coll. 172.* & ſequitur *Giurba conſ. 20. n. 13. Barboſa de imm. Eccl. n. 92. ex Csarlino, Suar. de Pac. Burg. & alijs,* nam proditorium non eſt inimicum occidere, vel amicum ex caſu, rixaque præcedente, ſiuè cum occidente, aut cum patre, fratre, conſanguineo, vel amico occiſi, *ex Barboſ. cit. n. 93.* ſocium, *idem n. 96.* patrem, filium, vel alios conſanguineos, *idem n. 95.* etiam ex veneno, aut alio modo, *Dian. dict. p. 6. reſol. 12. Spirelli deciſ. 23. Riccius p. 3. deciſ. 262.* ſecus data opera, nam hoc caſu, & ex ſpe amicitiæ occidere dicitur venenum dans, ideò gaudere non debet, *Decian. cit. d. c. 28. n. 19. Bouadill. in polit. lib. 2. c. 14. nu. 74. Ital. de immun. lib. 1. c. 5. §. 4. n. 3. Caball. de omni genere homicidij nu. 583. Homob. de examin. Eccl. tom. 2. tract. 11. c. 5. reſol. 4. q. 5. Nouar. n. 42. Dian. tract. 1. reſol. 36.*

49 Sed in parricidio, quod non detur caſus occiſionis excuſabilis ex iracundia, dixit *Decian. de parric. lib. 9. c. 15. n. 26. ex tex. in c. 1. de his qui filios occid. Farin. de homic. q. 120. n. 133. & alij,* nec filius occidens patrem præſumitur eius filius, *Decian. cit. cap. 6. num. 2.* & è contra, *vt ibi*, & potiùs mortẽ obire debet quis, quam tanto ſcelere fœdare manus, *idẽ c. 15. n. 4. ex Ariſt.* parricidas ergo non gaudere, quidã rectè dixit, quia proditoriè occidunt. & data opera ſemper contra amicos, quod ſolùm veriſſimum puto, inter patrem, matrẽ, & filios, inter quos eſſe non poteſt vera inimicitia ex rixa, quia dicũtur vna caro, *Ariſt. lib. 7. Aethic. Menãd. Phocylides, Pittac. Cleobol. Plaut. in duob. captiu. & alij Philoſophi, Terent. comad. 3. nam matris ferre iniurias pietas iubet, Virgil. Aen. ergo age carè pater, &c. vna ſalus ambobus erit, vicit iter durum pietas, Propert. lib. 3. elegia 21. nam quantum ferro tantum pietate potentes ſtamus;* nec dubitauerunt iura, *vt*

ex

*ex l. quidam ff. de hæredibus inſtit. colligitur, vbi gl. V. amicum credebat habere meliorem amicum, quam Patrem, & non fuit ita, & in l. qui teſtamento ff. qui teſtamenta facere poſſunt, ibi plus filium diligit, &c. l. pen. C. de adopt. l. ſi mater C. de in off. teſtam. l. fin. §. 1. ff. de cur. furioſ. vbi nullus amor paternum vincit*; & veriſimile nõ eſt, quod paterna pietas contra illos mota fuiſſet, *ait gl. in c. tranſmiſſa, qui filij ſunt legitimi verb. mota, & Canon. in extrau. Ioan. 22. de furtis, in principio, matris eiuſdem pietatem, Tacit. ann. lib. 1. non obſcuris. vt antea matris artibus. Hiſt. lib. 1. Comitata profugos liberos matres*, ſicut, & filiorum amor erga parentes, *Senec. de benef. lib. 3. vitere ſiculi iuuenes cum Aetna maiore vi peragitata in vrbes in agros, in magnam inſulæ partem effundiſſet ingenium vexerũt parentes ſuos, & lib. 6. quiſpiam dicet Aeneam ſi Patriam capi voluerit, vt captiuitate patrē eripiat? quis ſiculorum iuuenes, vt bona liberis exempla monſtrarent, ſi optauerũt, vt Aetna immenſa ignium vi ſupra ſolitum ardens daret ipſis occaſionem exhibendæ pietatis ex medio parentibus incendio raptis*, & in ſpecie quod nõ gaudeat immunitate filius occidẽs patrem, & è contra, dixere *Pariſ. conſ. 96. lib. 1. Suarez de Pac. & alij apud Trullench. in præcept. decal. lib. 1. c. 11. dub. 3. num. 20. Sanchez in conſil. moral. p. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. nu. 16. Villalob. in ſum. p. 2. tract. 37. difficult. 7. n. 14. Bonacina de immun. §. 3. n. 2. verb. ſecundo ſequitur*, & ſi aliquos inuenies dicentes rixam præcedere debere, & excludatur proditorium; reſpondeas quod hæc conſiderãtur in proditorio extranei, non in illo inter has perſonas natura coniunctas, quod abſque dubio de matre dicas, ratione naturalis amoris, & affectionis inter has perſonas; adeò vt illam occidens filius, & è contra immunitate non gaudeat, *Farin. de immun. c. 9. n. 139.* præcipuè in abortu, *ex Barboſa de immun. c. 9. nu. 124.* & ſolùm in vno caſu proditoriũ nõ dicerẽ homicidiũ inter hos omnes, quando ex cauſa honoris, puta quia pater habuit rem cum vxore filij ſui, & ſimil. vrgẽtibus caſibus, in quibus oritur neceſſarius rancor, & odium, vel defenſio neceſſaria pro tuenda vita cum moderamine, &c. *arg. l. vt vim ff. de iuſtitia, & iure*, ſi oriatur ex his homicidium haud proditorium erit reputandum, iuſta enim eſt inimicitia in his vrgentiſſimis caſibus, quæ apertè probari debet cum omnibus his cauſis inter patrem, filium, aut matrem, Doctoreſue requirentes rixas, & inimicitias ad effectum, vt excuſari poſſit reus à proditorio de his inimicitijs grauibus, & in his caſibus loqui videntur, cæterum leuis rixa, vel inimicitia in his perſonis, à proditorio non excuſat, nam præualet naturalis affectus, & parricidium dicitur etiam proditorium, quia inter has perſonas ordinariè inimicitiæ graues eſſe non poſſunt, ſemperque iura ſanguinis vrgent. Sed aduertas hæc ſupradicta locum non habere in patre ſpirituali, & matre, magiſtroue, eadem ratione, & ſi validiſſimum ſit à patre naturali ad ſpiritualem argumentum, *arg. c. 1. de cogn. ſpir. in 6. c. veniens cum ſeq. eod. tit. in decretal.* & à patre ad magiſtrum, iuxta illud *Ariſt. Deo parentibus, & Magiſtro parem gratiam referre non poſſumus.*

50 De fratribus, & ſororibus idem ex ratione parricidij dicendum videtur, *arg. l. 1. ff. ad l. Pompeiam de parricidijs*; ſed propriè hic non conſideratur caſus appenſatus ſolummodo, & accidentalis, qui in hoc crimine locum non habet, vt dicebam ſupra, ſed etiam amicitia, & naturalis affectus ſemper præſumptus in patre, matre, & filijs, vt ex illis inducatur proditorium, qui non habẽtur in fratribus, & ſororibus, dicente *Tacit. ann. 3. & fratribus ſolita odia*; ideò fratres, & ſorores probata inimicitia immunitate gaudere debent, ſi vnus alium occidat, quæ probatio debet eſſe clarior, præſũptio enim eſt contra iſtos, vt non ſint verè inimici, *Sall. in Iugurta, quis eſt amicior quam frater fratri, Horat. Epiſtol. lib. 1. eleg. 3. at vos ſeu calidus ſanguis ſeu rerum inſcitia vexat indomita ceruice ferox vbicumque locorum viuitis indigni fraternum rumpere fœdus, Aul. Gel. lib. 12. dicitur frater ferè alter*, grauiuſque ferunt fratres ab alijs ſpoliari, quam à fratribus, *l. 6. C. de bonis quæ liberis, Senec. lib. 5.*

*lib.5. de benef.* *odit fratrem ſuum,quem illi expedit habere, hunc ego occidi non eſt beneficium, quamuis ille dicat eſſe, & gaudeat, & M.Sen.lib.9.controu.3.ſecundum lecturam Iulij Gallion. fratres hoſtilis aſta non diuidit*, & etiã maximus amor fraternus eſt, cũ ſint fratres dulciſſimi, & cariſſimi, *l.cum pater §. dulciſſimis ff.de leg.2.l.Thais §.ſorore ff.de fideco. libert. Rota dec.463.Tiber. Decian.reſp. 34.n.40.vol.4.* ſed apertè quod fratrem occidẽs immunitate gaudeat decidit, *ex Ronito, Giurba conſ.20.n.14.* ibi, *quoties enim inter aliquos inimicitia cauſa intercedit licèt fratres ſint carnales,ſi ab altero occidatur proditorium non eſt homicidium*, & quod dico de fratribus, ſororibuſuè, intelligas de conſanguineis, vterinis, & omnibus alijs coniunctis exceptis parentibus filijsue, *vt ſup.*

51 Rurſus excipiunt alij deflorãtes Moniales, *Correa in repet. ad c.inter alia de immun.Eccleſ.p.3.n.14.* & raptores virginum, *Pereyr de manu regia p.2.cap.50. n.11.* quos caſus non admitto, quia non ſunt in Bulla excepti, *Dian.p.4. tract.1. reſol.43.* & abſolutè concludo, quod adulteri, *Spirelli deciſ.59.n.32.Dian.cit.p.6. tract.1. reſol.26.q.7.* rei criminis peculatus, *Farin.cit.num.97. Barboſ.nu.122.* frabicatores falſæ monetæ, *Giurba conſ.20.n.1.& conſ.30.n.6. Bonac.§.6.nu.4.Dian.p.6.tract.1. reſol.19. Ital. lib.1. cap.5.§.1.n.15. Barboſ.cit. n.122.* ſacrilegi, ideſt furantes rem ex ipſa Eccleſia, *Farin. n.217.* imm.gaudẽt,nõ ita hæretici,ob crim. hæreſis, *idem Farin.n.167.& 170. Ambroſin. cap.8.nu.1.* & ſuſpecti omnes de hæreſi, vt occidens aliquem in Sacramento Confeſſionis, & ſe confitentem peccata ſua, *Barboſa cit.n.98.* & fortiùs qui occidit aliquẽ petentem Sacramentum Confeſſionis, & Euchar.& deferre nolẽs, vt accidit in dies quãdo occiditur aliquis,qui in hoc articulo cõfeſſionẽ petit,ſed occidẽs dicit, vulgo (mori cani ſenza confeſſioni, chi confiſſuri,) & ſimil. hic abſque dubio immunitate non gaudet tanquã ſuſpectus de hæreſi, & procedũt contra eũ,& alios ſuſpectos de his criminib. Inquiſitores, & Epiſcopi, qui ꝓbata hæreſi non gaudere decidant, vt dicitur *in Bulla Gregoriana*.

52 Qua ratione blaſphemi excludendi ſi hæreticales propoſitiones dixerint,modo ſupradicto, *Baiard. ad Clarum. §.fin. q.30. n.15.* dummodo voluntarie, & deliberatæ dixerint,non ita ex ire motu, *Bonacin.de immun.punct.5.n.13.fol.mihi 238. Farin.num. 173.Barboſ.nu.124. Decian.lib.6. cap.16.nu. 6.Nouar. de immun. n.43.* vbi de alijs ſuſpectis de hæreſi, qui ſi ad Eccleſiam confugiant à miniſtris S.Officij indifferenter extrahuntur, & ſortiarij, vel malefici, *Gambac. lib. 5.c.4.nu.19.& ſeq.Delrio Magic. diſquiſ.lib. 5.ſect.7.verb. capi ſortiarios ſeu maleficos fol. mihi 91.& 92.à Cochier.Nauarr.& alij apud Barb.n.125.* ſicut excõmunicati, *ex Borrell. ſum.deciſ.tom.1.tit.3. n.98. & loco*, ſed contrarium veriùs docent *Antonius Cauch.inf. citand.fol.mihi 16. Iulius Clarus q.30. n.10. Bocrius deciſ.110.n.4.Couar.var.reſol.lib.2. cap.20.n.51. Remigius de gonny in tract. de imm.Eccl.Farin.n.44. Dian. p.6. tract.1.reſol.26.q.3.Trullench.lib.1.cap.11.dub.2.nu. 6.Ambroſ.de immun.cap.8.num.13.* quos ſequor,niſi iſti inſordeſcentes ſint, & paruifacientes cenſuras Eccleſiæ,quia tunc tanquã ſuſpecti de hæreſi priuandi erunt immunitate, ſicut ipſimet hæretici, & Apoſtatæ,eorumuè fautores,& receptatores, *Anton.Cauchius mox citand.fol.mihi 14.* idem de interdictis, degradatis, & ſuſpenſis, *Barboſ. cit. ex Trullench. num. ſuo 131.* cum ſacrilegis *Ioan. Antonius Cauchius Iuriſc. & Canonicus Meleuit.* (vir certè ægregius in legali ſcientia) in diſcurſu noniter ædito ſuper furto pixidis cum Sanctiſſima Euchariſtia facto in illa Inſula, vbi docet hunc furẽ non gaudere immunitate tanquam reum, læſæ Maeſtatis Diuinæ, exceptum in Bulla Gregoriana, & contrarijs reſpondet, dicentibus gaudere, vt ſunt *Diana, & alij*, quod loquuntur de ſimplici furto pixidis, non de SS.Euchariſtia, aut de Pixide cum dicta SS. Euchariſtia, *vt ibi fol.18. & 19.* quam opinionẽ piam, & certè ſequẽdam ob immanitatem ſceleris eſſe in decidendo ſolum putarem, quando conſtat furem in dedecus, & vilipendium, crimen feciſſe, & declarata hæreſi, non vero abſolutè priuandus

ab

ab Epiſcopo; nam Bulla de hæreſi loquitur, & crimine læſæ Maieſtatis, quæ delicta committere non dicitur furans SS. Euchariſtiam, niſi conſtito de dolo aliquo modo, ex indicijs, &c. poſſet tamen contra eum Inquiſitores procedere modo dicto de omnibus ſacrilegis ſuſpectis, & ſortiarijs, ſed vera non eſt abſoluta concluſio, quod non gaudent immunitate,& quis reuelauit ſi fecerunt ob deuotionem, inſaniam, aut ſimil. & ita nec eſſet dolus, & culpa.

53 Damnati ad triremes in perpetuum, vel ad tempus, etiam gaudere debent ſi aufugiant, *Dian.p.1.tract.1.reſol.*40. & vulgo, bonauoglia, *Giurba conſ.*30 *n.*17. *Nouar.de imm.Eccl.n.*27.*Pereira de manu Regia p.*2.*c.*50 *nu.*17.*Marin.quotid.reſol.cap.*177. *nu.*2. *Dian.p.*4.*tract.*1.*reſol.*47. *& p.*6. *tract.*1.*reſol.* 22. licèt contrarium dicat *Donat. Laynenſ.tom.*1.*rer.regul.tract.*9. *de Galeotis, ex Sanfelici deciſ.*271. *lib.*2. nam illa eſt praxis Curiæ Neapolitanæ, vt cum licentia Nuncij redeant illi fugitiui, de iure contrariũ rectè veriùs eſt, hos dãnatos pro criminibus non exceptis gaudere in caſu fugæ, nec ſufficit deciſiones allegare, quando caſus occurrunt, *vt dicam infra*; eodem modo de damnato ad vltimum ſupplicium diſcurrit doctiſſimus *Giurba cit.n.*21.*& Diana p.*1.*tract.*1.*reſol.*30. *ex Facundez,& alijs*, & de bannitis, *Farin.de imm.n.*42. *Diana p.*6. *tit.*1. *reſol.* 21.*Clarus in* §.*fin. q.*30. *Barboſ. cit.n.*130.*Bonac.*§.5.*nu.*15.*Dectan. dict.cap.*28.*n.*69.*Ambroſ.de imm.cap.x.n.*10. vbi idẽ de carcerato effrangente carceres, *Boer.deciſ.*110.*Pheb.deciſ.*81.*n.*21. *Dian.p.*6.*tract.*1.*reſol.*26. *Pereira d.cap.*50. *nu.*17. *Ciarlin.cap.*14.*n.*8. *in controu.forens.Gambacurta, Germon.Suar.& alij poſt Barb.n.*129. *Farin.n.*200.*Giurba d.conſ.*30.*n.*32.*&* 33. qui extendit ad relegatum.

54 Simoniaci, nec eſt cur ab Eccleſiaſtica immunitate excludãtur, *Dian.d.p.*6.*tract.*1.*reſol.*26.*q.*9.*Farin.n.*177. *Bonac.d.*§.5.*nu.*12.*Barboſ.n.*126. & Sodomitæ, *Giurba conſ.*100.*nu.*15. *Danſa de immun. c.*4.*p.tot.Sanſa in Aphor.inquiſ.lib.*2.*cap.*26. *nu.*30. *Riccius coll.*1792.*Nouar.cit.n.*4. *Carol. Marant.p.*2.*reſp.*36.*num.*22.*Diana p.*4.*tract.*1.*reſol.*45. *Barboſ.n.*127. qui contrarios improbat, & quidem multi ſunt DD. ad inſtar auium, qui contrariam tuentur ſententiam, nulla releuanti ratione munitam, nec attenditur delicti ſpecies in immunitate ſi cum deciſione Gregoriana loqui velimus, ſemperq; mihi improbabiliſſima viſa fuit opinio;ſicuti alia de Clericis, & Eccleſiaſticis, etiam in minoribus ordinibus conſtitutis eximens hos ab immunitate, nam fruſtra dicitur, quando non ſunt in hac materia excepti in Bulla, nec maior ratio aſſignatur, quare layci capi non poſſunt, & habent immunitatem, & Clerici, Religioſi, alijque Eccleſiaſtici extrahendi, ita diſcurrit *Salgadus de Regia protectione, tom.*2.*p.*2. *cap.*4. *nu.*115. & ſunt pro hac ſententia, ex Modernioribus relictis antiquis in magno numero DD.

*Marius Giurba conſ.*40.*per tot.*
*Germon.de ſacror.immun.lib.*3.*cap.*16. *n.*92.
*Gutierez pract.lib.*3.*q.*3.*n.*1.
*Farin.de Carcer. & Carcer.q.*28.*nu.*7. *& de imm.cap.*2.*n.*34.
*Gennenſ.in prax.Curiæ Archiep.c.*22.*nu.*11.
*Ceuall.com.contra comun.q.*689.
*Zerola in praxi Epiſcop.Verb.immun.*
*Ambroſ.de immun.c.*12.*n.*3.
*Molin. de immun.n.*122.
*Itala eod.tit.lib.*1.*cap.*3.§.1.*n.*2.
*Cened.pract.Canon.q.*42.*lib.*1. *q.*41.
*Dian.p.*1.*tract.*1.*de imm. reſol.*24.
*Ciarl.controu.forens.c.*10.*n.*17.
*Lezan.in ſumm.regul.verb.immun.n.*6.
*Correa in repet.ad c.inter alia p.*3. *n.*25.
*Carol.Marant.tom.*2.*reſp.*50. *vbi decl.S.Cõgreg.adducit.*
*Barboſa de vniu. iure Eccleſiaſtico tom.*2. *cap.*3.*n.*138.*contrarios improbans.*
*Spirelli deciſ.*59.*n.*35.
*Nouar.ſumm.Bull.tit.de immun.Eccl. n.*2.*& alij apud eos*, . Declarationes S.Congregat. adducentes, ex quibus hodiè indubitata fit concluſio circa Clericos Monachoſue etiã, *& de Apoſtatis dicam inf.n.*63.

55 Sunt etiam excepti duellantes, qui excommunicantur *in Trid.ſeſſ.*25. *de ref. cap.*19. & qui in Eccleſia occidunt, vel grauiter

uiter vulnerant aliquem ex propoſito, nam non debent illius immunitate gaudere, qui illam ſpernunt, *c. fin. de imm. Eccl Cauchius ſup. cit. fol. mihi* 17. *Giurba conſ.* 40. *& conſ.* 90. vbi docet, quod qui ex propoſito delinquit propè Eccleſiam etiam immunitate nō gaudet, ſicut qui intra Eccleſiam hoc facit, *ex eadem Bulla*, etiam ex caſu accidentali, & rixa, non enim admitto opinionem dicentium ſolum immunitate priuari, qui ex propoſito aliquem occidit in Eccleſia, quia Bulla non dicit, nec nos dicere debemus, *arg. l. illam C. de collat. l. præſes ff. de off. præſid. l. ſi ſeruus §. prætor ait ff. de acquir. hæred. verſ. non dixit, l. quamuis ff. de in ius vocando, c. 2. de tranſact. Clem. fin. de reſcriptis, ibi, literas noſtras ſtatuimus non extendi, c. quia circa* 22. *de priuileg.* & qui rixas facit in Eccleſia, etiam Dei domum ſpernit, *c. 2. de immun. Eccl. in 6. ibi, in illis nemo excitet ſeditionem, & conclamationē*, debet enim in Templo Dei ferre omnes iniurias, & rixanti reſpondere, ſumus in Eccleſia, læditurque Princeps ſæcularis etiam ob rixam factam in domo ſua, *ita docent Suarez de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. nu. 6. Azeued. Nauar. Suarez de Paz, Caſtropal. Trullench. Farin. & alij, quos ſequitur Barboſa de immun. Eccleſiar. c. 3. n.* 104. qui ſolum, & benè excipit caſum defenſionis cū moderamine inculpatæ tutelæ, in quo nulla poteſt eſſe culpa, & pœna, *arg. c. 2. vbi gloſ. de homicid.* caſumue occidentis prope Eccleſiam, vel grauiter vulnerantis, fatentur citati Doctores communiter, ſed diſtinguunt delictū appenſatum ab occidentali, quæ diſtinctio locum habere poterit in delicto propè Eccleſiam facto, & in locis vicinis, non in eo in Eccleſia, quia nō eſt talis in honor Dei, ideò gaudere decidas *cum Giurba d. conſ. 90. nu. 6. & 7.* occidens accidentaliter propè Eccleſiam, ſecus data opera.

56 Dubium etiam reſtat de coniecturis ex quibus induci poſſit, quod delinquens fecerit ſub ſpe confugiendi, & ex propoſito ſe abducendi ad Eccleſiam, & idem *Giurba*, varios caſus decidit, quem vide, & aduertas, quod hæc materia arbitraria eſt, inſpectis qualitatibus facti, ex quibus facilè colligitur delinquiſſe aliquem ſub ſpe confugiendi ad Eccleſiam, præcipuè cum ſint tantæ in Ciuitatibus Eccleſiæ, & etiam in villis, vt vix accidere poſſit in appenſato homicidio, quod quis non delinquerit ſub ſpe fugiendi ad Eccleſiam; vicinitatem ergo attendant Epiſcopi, & homicidium appenſatum, locumuè delicti, ex quo ſi facilis eſt via, non publica, in qua ſolent eſſe ſatellites, & birroarij, coniecturari poterit animus delinquendi ſub ſpe immunitatis, non ita ſi delictum fuiſſet non prope Eccleſiam, vel cœmeterium, & in via publica, vel iuxta domum occiſi, vel occidentis, quia ſi occiſus ſteterit prope Eccleſiam, & inimicus occiderit, nec præſumitur delictum ſub ſpe immunitatis, nam alio loco inueniri nō poterat, &c. & in dubijs de hoc animo ſemper fauore rei, & confugientis decidendum, *arg. c. odia de reg. iur. in 6. c. qua ſcripſi 35. q. 1. c. duobus de ſent. & re iudic. c. ad noſtram 3. de iureiurando.*

57 De qualitate delicti nō dubito, cum ſatis verba *Greg.* clara ſint, ibi, *quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs earumuè cœmeterijs committere non verentur*, & membri appellatione, quid veniat, ſicut, & homicidij nomine, ſatis *Barboſa in appellatiuis verb. membrum, & verb. homicidium*, quomodocumque facta ſint, *arg. c. 2. & 5. de homicidio*, ex peccato tamen, *c. ſine culpa de reg. iur. in 6.* & verbum in Eccleſijs denotat, quod hæc delicta in ipſis fieri debent, & compleri, ſiuè ab exiſtentibus intra, ſiuè extra Eccleſiam, ita quis exiſtēs in Eccleſia ſi occidatur ab alio exiſtente extra Eccleſiam, iſte immunitate non gaudet, *Riccius coll. dec. 1792. Nouar. cit. n. 51. Farin. n. 224. Decian. lib. 6. cap. 26. n. 6. Ambroſ. c. 5. n. 8. Barboſ. n. 113. Marta de iuriſd. p. 2. c. 51. n. 26.* & è contra ſi exiſtens in Eccleſia occidat exiſtentem extra, *Pereg. Ciarlin. & alij apud Barboſ. cit. n. 111.* ea ratione, quia eodem modo offenditur Eccleſia.

58 Nec qui vi extraxit aufugientem, & occidit extra Eccleſiam, *Ecochier de iuriſd. in exempt. p. 4. q. 65. nu. 8.* aut dolo facit, vt

extrahatur, puta ſi amicum mitteret, vt doloſe extraheret, vel vi portaret exiſtentem intra Eccleſiam foris, *Suarez Trullench. & alij cum Barboſ. de imm. n. 155. & inf. dicam n. 67.* qualiſcumque perſona ſit, ſiuè in dignitate conſtituta, ſiuè non, etiam iuriſdictionem obtinens, & nota, quod aliquando Iudices, vel alia perſonæ brachium iuſtitiæ obtinentes hoc committunt abſque vllo timore cenſuræ Gregorianæ, ibi in fine, *quod ſi quis quacumque dignitate, &c.* ſed aduertant maximè ad hæc Ordinarij, vt reſtituere faciant extractos modo prædicto proditorio, indigno certè, etiam ſecundum terminos morum, & peiores animalibus ſunt hæc facientes, de quibus hæc nefanda ſcelera nõ leguntur, nam homines debent omnẽ perferre cruciatum, quam fidem prodere *dicebat Cic. 4. Acad.* & iuſiurandum datum paruifacere, *Tacit. Hiſt. lib. 4.* omnibuſue infeſti, & inuiſi poſt proditionem, *idẽ Ann. 1. Proditores etiam his quos anteponunt inuiſi ſunt*, ita vt nunquam in eis ſit fides certa, *idem Ann. lib. 6.* & nulla pœna equalis tali facinori, *Iuuen. Satyr. 13. nulla ne periuri capitis fraudiſue nephandæ pœna erit*, & circa occidentes, addas, quod non ſolum principales occidentes in Eccleſia, &c. ſed mandans, & mandatarius, *Ecothier cit. n. 18. Ital. lib. 1. c. 5. §. 3. n. 48. Farin. nu. 230. Decian. lib. 6. cap. 28. n. 6.* niſi mandauerit occidi extra Eccleſiam, & fuerit mandatum in iſta executum, *Decian. n. 7. & cap. 24. Bonac. de legib. diſp. 3. q. 7. §. 4. n. 11. Farin. num. 231. Barboſ. nu. 116. ex Palao, & alijs*, nec verba Bullæ Gregorianæ hos excludere videntur, ſicut nec delinquentes in porticu, ibi, *in Eccleſijs eorumue cœmeterijs, ita multi ex cit. DD.* ſed ipſe approbarem, ſi porticus eſſet per aliquod ſpatium diſtans ab Eccleſia, non ita ſi contigua, puta per duos, aut tres paſſus, quia tunc exiſtimatur Eccleſia; ſcio, quod adſunt aliæ maioris longitudinis, & latitudinis deſeruientes pro maiori commoditate Eccleſiæ, vt in illis non in Eccleſia fideles aliqua licita negotia gererent, quæ gaudent immunitate ex veriori ſententia, *vt docet Farin. n. 268. & ſup. dictũ*, atq; delinquentes in illis immunitate non priuandi, *ex Barboſa cit. num. 118.* qui abſque vlla diſtinctione loquitur, ea ratione, quia ſumus in odioſis, nec extenſio faciẽda de caſu ad caſum vulg. *c. odia de reg. iur. in 6.* ſi ergo Bulla non dicit, nec ratio conuincens eſt, ideò extendi non debent verba ad caſum non explicatum, *arg. l. cum lex ff. de legib. l. cum prætor ff. de iudicijs*, præcipuè in hac materia, *Giurb. conſ. 30. n. 5. & conſ. 100. num. 14. Germ. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 16. Farin. de immun. n. 98. Ambroſ. c. 1. nu. 14.* quæ omnem extraneam interpretationem, & extenſionem excludit, *Decius conſ. 61. nu. 2. lib. 1. Aym. conſ. 201. n. 43. Puteus deciſ. 50. n. 5. lib. 1. Farin. conſ. nu. 14.* idem docens de homicidio commiſſo extra Eccleſiam, ſed prope illam, vt reus immunitate gaudeat; ſed tu de porticu, atrio vicino, ſacrario, tecto, campanile, domu Parochi, cœmeterio, parietibus exterioribus, alijſuè locis vicinis, melius dicas *cum Giurba conſ. 90. num. 61. cum ſeqq.* quod ſi ex improuiſo quis occiderit in iſtis locis, & gaudet immunitate, vel appenſatè aut ex propoſito, & non gaudet, quia ſub ſpe immunitatis deliquiſſe præſumitur, inhonoraturque Deus, & offenditur etiam in homicidio hoc modo commiſſo, licèt non tã grauiter, ſicut offenditur in homicidio facto in Eccleſia etiam accidentali, *prout docui ſupra n. 55.* caſuſque accidentalis conſideratur in his caſibus, non in homicidio facto in Eccleſiã, nam ibi debet omnis fidelis reuerentiam maximam habere, & ibi magis priores ſunt contrarium facientes, cum de his etiam contrarium legatur, ideò acriter puniendi, & arcendi ab Ordinario locorum, alijſue ad quos ſpectat, modo ſuperius enarrato.

59 Item ratione vnitatis conſideratæ in Eccleſia generaliter, *arg. extrau. vnam ſanctam de maior. & Obed.* ibi, *vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam, & ipſam Apoſtolicam vrgente Fide cogimur credere, & tenere*, & infra, *ſponſo in Canticis proclamante vna eſt columba mea perfecta mea, vna eſt matri ſuæ electa genetrici ſuæ, quæ vnum corpus myſticum repræſentat, cuius caput Chriſtus, Chriſti ve-*

*ſti vero Deus, in qua vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma*, qui in vna delinquit, in alia capi poteſt, nec quia captus in hac gaudet immunitate, *Decian. d.c.28. nu.8. Anaſt. Germ.d.c.16.nu.8. Azor. inſtit. mor.p.2.lib.9. c.9.q.9. Anton. Cauchius in ſupra cit. alleg. pro immun. fol. mihi 17. Giurba d. conſ.90. nu.2. Ambroſ.c.5.n.3. Ital. lib.1.c.5. §.3. nu.20. & 21. Tuſcus verb. Eccleſia concl.11. nu.11. Farin. de imm. n.219. Barboſa nu.110. Gambac. lib.5.c.26.n.1. & alij*, non ita de cœmeterio diſcurrendum, ſed modo dicto n. præcedēti de locis Eccleſiæ contiguis.

60 Cœmiterium vero in hoc caſu erit accipiendum pro loco deſignato ab Epiſcopo ante Eccleſiam, vel alibi pro ſepulturis Chriſtianorum, *Clem. 1. de ſepult.* à quo benedicendus, *Medices de ſepult. p.1. q.3.n.5. & q.10.n.3. & 4.q.18.n.2.* quod ſi defacto fideles in hoc non ſepeliantur, non ideò tale non erit, & immunitatibus omnibus gaudere debet, *arg. c. cum inter de imm. Eccl Clem. dudum de ſepult.* nam benedictio, & erectio authoritate Epiſcopi facta etiam dicitur, & ſi pollutum ſit, &c. *Giurba conſ. 10. num.10. Dian. p.6. tract.1. reſol.6.* nec in hoc obſtant verb. *Bulla*, quæ vltimo loco excipit Hæreticos, & committentes crimen læſæ Maieſtatis in perſonam Principis.

61 Sed nota lij verbum, in perſonam, vt venire non valeant aliæ perſonæ fictè repræſentātes Principem, puta quia eius Miniſtri, & Officiales, vt docent *Barboſa de vniu. iure Eccleſiaſtico tom.1. lib.3. tit.49. nu. 10. Peregrin. de imm. c.9. nu.8. Ital. lib.1. cap. 6. §.7.n.29. & 36. Diana p.1. tract.1. reſol.6. Farin. de imm c.13.n.187.* quia dato, quod crimen læſæ Maieſtatis committerent illos offendendo, tamen gaudere debent, quia præſens *Bulla Gregoriana* loquitur de offendentibus perſonam ſupremi Principis, cum verſemur in materia pœnali, & nomē Princeps in Bulla ſtrictè eſt accipiendū, nec amplè intelligendum, vt benè diſcurrit *Dian. cit.* loquens de Principibus noſtræ Siciliæ, Comit. Baron. Marchion. & alijs agnoſcentibus ſuperiores, *& p.6. tract.1. reſolut. 18.* neque Principum edicta extendenda, etiam ex identitate rationis, *Anton. Faber in C. tit. de legibus, & conſt. Princip. deſin.1. ibi, Edicta Principum cum ſint, vt noſtri loquuntur ſtricti iuris nunquam ſunt extendenda ne quidem ex identitate adeoque vt aiunt maioritate rationis*, non ita de alijs, & ſi eorum ſtatuæ ex odio perſonarum offendantur, licèt crimen læſæ Maieſtatis committant, *Latro, & alij apud Cauchium cit. fol. 11.* & de Monetarijs, *Giurba c.30.n.6* & offendentibus filios, vxoreſuè Principum, *Bonac. de imm. p.6. n.3.* conſpirantibus contra ſtatum, offendētibus oratores, & miniſtros, *vt ibi nu.5. & 7.* vel contra Epiſcopum, aut Nuncium *n.3.* vel Cardinalem *n.9.* nam ſuperiorē hi omnes dicuntur agnoſcere; ideò Principis nomine hic non veniunt, *idem n. 2.* non enim cōſiderandum erit crimen læſæ Maieſtatis, ſed vt ſit factum in perſonam veram Principis loci ſuperiorem nō agnoſcentis, non in fictam puta imaginem, aut cōtra alias perſonas, vti tales ræpræſentantes Principem.

62 De Hæreticis, nec dubitandum, & præbentibus auxilium, vel fauorem, *Nouar. de imm. n.43. Anton. Cauch. ſup. cit.* & ſuſpectis de hæreſi, qui à Miniſtris S. Officij extrahi ab Eccleſia valent, & interrogari, &c. & ſi tales reperiantur puniri valent ſecundū ſtylum Curiæ illius, *Dian. d. tract.1. reſolut. 29. & reſol.38. cum Farin. c.13. nu.175.* qui de omnibus ſuſpectis loquitur, vt à Miniſtris S. Officij indifferenter valeant extrahi; qui verò ſint hi, ſatis *Farin. cit. in tract. de hæreſi q.178.180.182. cum ſeq.* & qui Sacramenta Dei ſpernunt, & paruifaciunt Fidei articulos, *vt ibi*, ſicuti impedientes Offic. S. Inquiſ. &c. ex quibus reſoluas ſuſpectum etiam eſſe aliquem actu occidentem Chriſtianum, cui petenti Sacramenta Confeſſionis, & SS. Euchariſtiæ denegat, dicens vulgo, (mori cani chi Confeſſioni, chi Cōmunioni) non ſolum ob iniuriam factam Chriſto quando Chriſtianus appellatur canis, ſed etiā ob denegata Sacramēta eorūuè vilipendium, *vt cit. Farin. docet*, & caſus eſt apertus in dies practicatus, vt contra hos procedant Domini Inquiſitores, & huius

hæreſis plena, cognitio ad forum Eccleſiaſticum pertinet, vt dicitur in Bulla, ibi, *de crimine vero hæreſis cognitio ad forum Eccleſiaſticum tantum pertineat, nec in ea Curia ſecularis aliquo modo ſe intromittat.*

63 Eodem modo diſcurras de apoſtatis à fide, *Ponta derect. inquiſ. p. 2. q. 46. commẽt. 74. Decian. lib. 6. c. 26. in fine Farin. de immunit. n. 169. Bonad. in polit. lib. 2. c. 14. nu. 56. Cauchius ſup. cit. num. 14. Ital. lib. 5. cap. 3. §. 1. num. 17.* & etiam à Religione, *Peregr. & immunit. cap. 12. num. 16.* ſed intelligas in Eccleſijs ſui Ordinis, eiuſdemuè Religionis, à qua apoſtatarunt non autem in alijs, *Bonad. cit. nu. 57. Duard. in Bull. Cœnæ lib. 2. can. 15. Dian. tract. 1. reſol. 23. Trullench. & alij cum Barboſa de immun. n. 45. Lezana V. immun. n. 17. Peyr. de Prælat. q. 3. c. 4. num. 8. Bellaſ. in prompt. regul. verb. immun. nu. 3.*

64 Et infideles, vel Iudæi confugientes, extrahendi ab Eccleſia, niſi Baptiſmum petant in ipſa perſecutione Domini, vel Iudicis, *ita multi DD. diſcurrunt,* quod mihi nõ placet; nam poſſunt petere, vt ſe eximant à perſecutione Domini, vel Iudicis, melius ergo non gaudere decidas, ex veriori ſententia *tex. in l. 1. C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, quem ſequitur Decian. lib. 6. c. 28. n. 8. & alij poſt Ambroſ. de immun. Eccleſiaſtica 8. num. 8. ibi verſ. non enim debemus erga Iudæos, & alios infideles perfidiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes vti aliqua humanitate, nec iuri conſonum eſt, vt is ab Eccleſia defendatur cuius tutela, & fidei gremio ſe ipſum committere recuſauit,* & ſi hæretici excluduntur multo magis hi, eadem enim militat ratio, *ex arg. tex. in l. auxilium de minoribus,* & extendenda edicta de caſu ad caſum vbi eadem, & maior ratio ſubeſt, *vt loquitur Antonius Faber in C. de legibus, & conſt. Princip. defin. 1. nu. 3.* etiam in pœnalibus, *Oſaſcus deciſ. 94. n. 20. Hondad. conſ. 75. n. 25. lib. 1. Villag. de extens. leg. correct. & pœnal. n. 64. Eugen. conſ. 49. n. 38. Decian. conſ. 11. n. 153. lib. 1. Tuſch. concl. 308. n. 15. lit. E. Ciarl. controu. tom. 1. controu. 48. n. 25. & alij.*

65 Reliquæ omnes perſonæ laycæ, & Eccleſiaſticæ, regulares, & Sæculares gaudent immunitate Eccleſiaſtica, ipſæ earumque bona, adeò vt, expoliari non valent à Iudice layco cõfugientes ad Eccleſiam, *c. definiuit 17. q. 4.* etiam ſi bona alterius apportent, nam hoc caſu Epiſcopus bona ab Eccleſia ſumit, & reſtituit creditoribus, *Sac. Congreg. in vna Neritonenſi iuriſdictionis edita anno 1628. die 17. Ianuarij,* & in Curia Epiſcopi examinãdæ ſunt quæſtiones circa reſtitutionem bonorum faciendam creditoribus; indignum enim eſt, vt res à manu Epiſcopi in manib⁹ alterius reuertantur, maiorque fides, & charitas in Prælato, quam in Iudice layco præſumitur, *Marta conſ. 87. nu. 30. & 31. Cappicius latro conſult. 35. n. 106. & ipſe ſup. dicta lib. 1. deciſ. xi. num. 188.* & in terminis concluſionis pro immunitate, *Peregrinus, c. 12. nu. 7. Sperellus deciſ. 49. n. 26. Facund. in præcept. decalogi lib. 4. cap. 4. n. 53. Farin. de immun. n. 57. & 58. & alij innumeri relati ab Auguſtin. Barboſ. in d. tract. de immun. nu. 46 & 47.* ibi de decoctis, & fallitis, *Giurba conſ. 100. nu. 17.* hæc Doctor quidam dicebat, defendendo reſtitutionem faciendam ab Epiſcopo, negando tamen bonis immunitatem ex cõmuni DD. ſed ſpeculatiuè, & impropriè locutum dixi, nam Epiſcopi ſolum licentia requiritur, vt extrahantur bona, quæ apportãtur in Archiu. laycorũ, vel alio loco, & fit cõcurſus à Iudice layco, qui iuriſdictionem habet in bonis laycorum, cum Epiſcopo de iure hoc non competat, ita in terminis *Auguſt. Barboſa ſuper Concil. Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap. 20. n. 9.* poſſet tamen Epiſcopus ſi ipſi euidenter conſtet de calumnia, defendere confugientem, cum bonis apportatis, vt non extrahantur, quæ ſua ſunt, confugientis nimirum, ſicut, & reſtituere bona ſpoliata, vel furata veris dominis authoritate propria, ſed in quæſtionibus, & concurſu remittat omnia Iudici layco, conſtito etiã ipſi de veritate negotij, *Barb. cit. de immun. num. ſuo 47. tom. 2. de vniu. iure Eccleſiaſt.* quod intellige de bonis mobilibus, quia immobilia iura, & actiones ſequeſtranda ex Officio Iudicis layci ad inſtantiam creditorum erunt indifferenter, nam

immu-

immunitas perſonis principaliter, & de facto conceditur; bonis verò non ita, ſed ex æquitate, & ob reuerentiam loci, & Iudicis Eccleſiaſtici extrahenda de ipſius licentia, & expoliandus confugiens ad effectum, vt veris dominis reddantur, & concurſus faciendus modo prædicto, cognito ab Epiſcopo de veritate crediti, &c. prout dicebā.

66 Tandem aduertant Iudices, & Fiſcus layci, ne violent immunitatem Eccleſiaſticam abſtrahendo confugientes, ad illam, nam incurrunt in excomm. Papæ reſeruatā, vt in Bulla Greg. *ibi declaramus*, *&c.* præter alias pœnas, *vt in d.c. definiuit, & l. præſenti C. de his qui ad Eccl. confug. de quib. inf. n.*78. quæ exiguntur ab Epiſcopo regulariter, *c. Epiſcop. ibid.* cui ſpectat omnimodè cognitio huius materiæ; & curare debet, quod non extrahantur à Laycis rei confugientes, ante ſuam cognitionem, ſi nimirum iſti commiſerint crimina excepta in Bulla, & ſaltem ſummariam, potiuſuè in ſuis carceribus, quam in illis laycorum detineantur, vſque dum deciditur articulus, *Giurba conſ.*20.*n.*23. ſi nimirum gaudeant, vel nō, poterunt benè verum cōſignari carceribus laycorum ſub nomine Epiſcopi, quod nullo modo permittat bonus Prælatus, nā multoties, ſub hoc prætextu layci reos in ſuis carceribus offendunt, & occidunt, ideò hoc inſtante ad ſuos carceres aſportandus eſt extractus ab Eccleſia, *vt idem Giurba docet, & vera opinio eſt ſtante dubietate offenſionis*; ſed ſi ratione ſacrilegij layci etiam valeant procedere, *dicam infra num.*78.

67 Notandū etiam quod licèt inuitus nō poſſit extrahi aufugiēs ad Eccleſiā ab eodē Epiſcopo, & Iudice layco, *c. inter alia de immun. Eccl. vt Bulla* loquitur, & inuitè extractus reſtituendus, *Giurba conſ.*104.*num.*23. *Ital. Farin. Correa, Barboſ. Ambroſ. & alij ſup. cit.* cum omnibus bonis ſuis, *Farin. cit. num.*55. *&* 300. & armis captis à birroarijs, *Barboſa de immunit. n.*55. *ex arg. c. definiuit* 17.*q.*4. *Farin. de carc. & carcer. q.*28. *nu.*66. aut ſi impeditus ab iſtis, vel alijs, vt aufugiat, captuſuè ſit in via, vel ſe exemerit ab eorum manibus, *Farin. de carceribus, & carceratis q.*28.*nu.*44. vel ſi exiuit ad exhonerandum corpus, *Decian. lib.*6.*c.*27.*n.*6. *Riccius collec. deciſ.*1747. *Ital. & DD. qui ſup.* verbiſuè doloſis, & ſub fide Principis, aut blanditijs, vel quia vocatus petijt ad illum, exiens ab Eccleſia, vel ad alium miniſtrum captus extra illam, *Maſtrelli deciſ.*169. *nu.*12. *lib.*2. *Baiard. ad Clar.* § *fin. q.*30. *n.*27. *Bobadill. polit. lib.*2. *c.*14. *n.*79. *Cened. can. quæſt. lib.*1. *q.*9. *n.*9. *Facundez lib.*4. *tract.*2. *n.*56. *Dian. tract.*1. *de immun. reſol.*26. *p.*1. *Duard. in Bull. Cœn. Domini lib.*2. *can.*15. *q.*16. *Nouar. de imm. num.*41. *Palaus tom.*2. *tract.*11. *diſp. unic. punct.*11. *n.*12. *ego ipſe ſup. n.*58.

68 Nec eneruandi eius vires per impedimenta, ne valeat exire, *Farin. de carceribus, & carceratis q.*28. *n.*9. vel ne deferantur alimenta, *Palaus cit. n.*7. *Farin. Sanchez conſ. moral. l.*6. *dub.*19. *nu.*4. *Bonac. de legibus diſp.*3. *q.*7. § 5. *n.*1. ſed poterit Iudex laycus illum obſidere extra locum ſacrum in vijs publicis, & priuatis, vt capiat, *Barboſ. cit. n.*55. *in fine Montan. de regal. fol.*95. *colum.*2. *n.*6. *Ciarlin. tom.*2. *controu. forenſ. c.*154. *nu.*22. *tom.*2. *Bellett. in diſquiſ. Cleric. de fauor. Cler. reali* §.4. *n.*45. ſcio alios dixiſſe Eccleſiam teneri ad præſtationem alimentorum, *Farin. de carceribus, & carceratus q.*28. *n.*9. quod de iure non approbo, cum non ſit expreſſum, ſed de æquitate; id eſt iſti non debent expelli, etiam à Regularibus, qui ad obſeruandam Bullam Gregorij tenentur, *Bellaſ. in prompt. regul. verb. immunit. & Lezan. cum communi DD. ſententia*, pœnæuè impoſitæ corporales contra hos confugientes non tenent, *gl. in c. reum* 17. *q.*4. *Farin. de immun. n.*330. *cum ſeq. Barboſ. nu.*56. *Dian. p.*2. *tract.*1. *de immun. reſol.*12. ob crimina nimirum commiſſa, vel ſi ex ſtatuto laycali puniantur confugientes, ipſi aut eorum cōſanguinei, quacūque pœna, circa hoc pertinente non tenet ſtatutum: non ita de pecuniarijs, ob partis ſatisfactionem nimirū impoſitis contra committentes talia delicta v.g. furti, rapinæ, &c. dicendum, *Ital. de immun. lib.*3. *c.*3. §.3. *n.*1. *Farin. cit. nu.*335. quæ exequenda, & ab eodem Iudice Eccleſiaſtico, vt ibi *per tot. caput.*21. *idem Farinac. diſcur-*

*aiſcurrit, & melius inf. nu.91. de hac quaſt. dicam:*

69 Tamen carcerandus ſemper non eſt ab Epiſcopo, ( qui erit Iudex Ordinarius, circa hanc immunitatẽ dignoſcendam, ſiuè in loco ſibi ſubiecto, ſiuè in exempto capiatur reus, *prout infra n.77.*) & cuſtodiæ ponendus ad inſtantiam Fiſci laycalis, niſi in caſibus notorijs exceptis in Bulla, vel ſtantibus præſumptionibus, & coniecturis, & in ſuis carceribus, *pro vt dixi n.66.* & etiã Iudicis layci, &c. *vt ibi*, en verba Bullæ, *occurrẽte autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hac cognitio, & non ad alios capere, qui extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi in caſu quo ipſe Epiſcopus, & dicta perſona Eccleſiaſtica requiſita illos in delictis ſuperiùs expreſſis tradere, aut captura, & incarcerationi interuenire, & aſſiſtere recuſauerint, tuncque reuerentia Eccleſia, & locis ſacris debita memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit cum ſcandalo, & tumultu extrahere curent, Quodque delinquentes layci prædicti poſtquam, vt præfertur ab Eccleſijs locisuè ſacris extracti, & capti fuerint ad carceres Curia Eccleſiaſtica reponi, & ſub tuto, & firmo carcere, ac opportuna cuſtodia data illis ſi opus fuerit per Curiam Sacularem detineri debeant, nec inde extrahi Curiaque Sæculari prædicta conſignari, nec tradi poſſunt niſi cognito priùs per Epiſcopum, an verè crimina ſuperiùs expreſſa commiſerint, tuncque demum de mandato Epiſcopi Curia ſaculari quacumque appellatione poſtpoſita conſignentur, & extra caſũ ſuſpicionis indiſtinctè.*

70 Quando ergo Epiſcopus videt calũnias Iudicis layci volentis carcerare reum confugientem, extra caſus exceptos in Bulla, denegare poterit carcerationem, non ita ſi adſint aliquæ præſumptiones, & coniecturæ, ex quibus deducatur aliqua probatio, vel violenta ſuſpicio reum commiſiſſe aliquod ex criminibus exceptis, quia tunc abſolutè detineri in carceribus poterit confugiens, & factis legitimis probationibus poſtea an prædicta commiſerit, ſi pro illo deciſum fuerit, denuo Eccleſiæ conſignandus, ſi verò contra eum, Curiæ ſæculari tradatur, vt loquitur Bulla, quæ omnia conſcientiæ Epiſcopi remittuntur, nam ſi abſque vlla ſuſpicione reum carcerauerit, erit obligatus ad expenſas carceris, & ad omne dãnum paſſum, *arg. l. iniuriarum §. qua iure ff. de iniurijs, l. quod Reipublica ff. ibid. Bartolus in d. l. iniuriarum, Puteus de Sindic. in verb. capt. cap. 2. incipit quia plerumque officiales nu. 5. verſ. ſed pone, Farin. de carcer. & carcer. q. 27. n. 137. cum ſeq.* nec de mandato Iudicis layci, Principis, aut alterius iuriſdictionem, & poteſtatem etiam abſolutam retinentis, carcerare debet reos, qui ſunt in Eccleſijs, niſi in vrgentiſſimis caſibus, puta ſi ipſi cõſtaret, quod iſti exeunt, & maximas cædes, & derobationes faciunt de die, aut de nocte, & Eccleſia eſſet illis tanquam receptaculum malorum, vel ſi ſuſpiciones eſſent violentæ de delictis faciendis, & ſimil. quibus caſibus ipſos carcerare in ſuis carceribus debet Epiſcopus, nõ verò ad ſimplices ordinationes laycorum, qui circa hoc iuriſdictionem aliquam non habent,

71 Sicuti in caſu omnimodè notorio haud Curiæ laycali cõſignãd. cõfugiens, niſi captis informationib[9], & data ſentẽtia, *Tib. Decian. lib. 6. c. 28. nu. 2. verſ. at inſurgit, ibi, quia multa dicuntur eſſe notoria, quæ nõ ſunt, c. conſuluit il p. de appellat, ideò cautela eſt, vt Iudex citata parte priùs declaret factum de quo agitur notorium eſſe, ita Decian.* & erit idẽ per idem quærere, nam declarato facto notorio, puta aliquem eſſe publicum latronẽ; iam habemus probatum caſum, & abſque formalitatibus procedere poteſt Epiſcopus ad ſententiam, iſtum non gaudere immunitate, quomodo ergo dicit, quod declarato facto notorio poteſt extrahi, & ipſe peterẽ à *Derian.* à quo nam declarari debet hoc factum notorium, non à Iudice layco, ergo ab Epiſcopo, qui declarato facto notorio, dare debet ſententiam, non gaudere nimirum, &c. ex verbis Bullæ citatæ, *niſi cognito prius per Epiſcopum, &c.* ita *Zachar. Paſqual. in addit. ad Lauret. de Franch. controu. inter Epiſc. & regul. p. 2. quæſt. var. 19. nu. 3. ex Gomes, & Pariſ.* de communi teſtãtibus.

72 Ex

72 Ex quibus colliges quam ſcrupuloſa, & abſq; ratione ſit opinio aſſerentiũ quod in probandis his caſibus, ex quibus cõfugiens ad Eccleſiam venit extrahendus ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ, ſatiſque delicti qualitas excludẽs Eccleſiæ immunitatem ex proceſſu informatiuo cõſtare poterit per inditia indubitata, quibus torturæ locus ſit, ita ex noſtris *Caſtill. deciſ. 156. nu. 9. & Maſtrilli de Magiſtrat. c. 28. n. 22. Gãm. deciſ. 179. & 281. & alij, quos refert Giurba conſ. 50. nu. 19. in fine, Merlin. controu. 40. & 64. num. 10. & 11. Sanfelici deciſ. 137. nu. 3. Hieron. Portol. in ſchol. ad Molin. repert. V. immun. n. 9.* ná eſt expreſsè contra *Bullam Gregor.* ibi, *cognita prius per Epiſcopũ*, quæ verba non important ſemiplenam probationẽ, nec per inditia, *arg. l. hæreditatem verſ. filiũ eſſe vbi gloſ. C. quorum bonorum, & l. Lutius Titius 82. ff. de condit. & demõſtrat.* ibi, *ſi poſtulatur probatio rei difficilis, & plene probari non poteſt, vt eſt filiatio vitiator cauſa, & relictum; quia filiatio difficilis probationis, & ſolum per coniecturas inditia, & præſumptiones probari poteſt, l. filium ff. de his, qui ſunt ſui, &c. gl. in c. per tuas de probationibus, & Michael de filijs presbyt.* ergo quando in iure, ſtatuto, vel determinatione expoſcitur, vt fiat aliquod, cognito negotio, vel conſtito de aliqua re, plena probatio fieri debet, ex vi horum verborum; rurſus ex natura negotij, quod de per ſe non eſt difficilis, & impoſſibilis probationis, *ita gl. in d. l. 1. cõmuniter recepta, & in c. 1. verſ. conſtiterit de in integr. reſtit. Abbas in c. ſollicito de reſtitut. ſpoliat. Decius in c. conſulis. in 3. notab. de off. deleg. Bartol. d. l. lucius, & in l. in bona fidei n. 28. verſ. vnum reſtat, & ibi Salic. C. de reb. creditis; Rota Rom. in vna Roman. grani. veneris die 11. Aprilis 1614. apud Farin. in nouiſſim. part. 1. deciſ. 573. Ludouic. deciſ. 53.* & multo magis ex verbis ſubſequentibus in Bulla, *an verè crimina ſuperius commiſſa commiſerint, &c.* nec ſolum hic Papa probationem ſimplicem, & cognitionem deſiderat, ſed perfectam, & veram, *Innoc. in c. cum cauſam col. 2. verſ. illud autem de iuram. calum.* vbi ait, *quod vera ſunt, quæ vel proprijs oculis inſpeximus, aut alias indubitanter cognouimus*, & ſi probationem ſolam exquireres iſta plena, & vera non ex argumentis eſſe debet, *arg. l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit. c. pro humani de homic. in 6.* & qualitas tribuens iuriſdictionem non præſumptiuè, ſed concludenter probari debet, *l. 2. §. ſed & ſi dubitetur ff. de iudic. Benintendi deciſ. 18. n. 3. Andreas Gail. de pac. public. c. 13. num. 12. lib. 5. Puteus de ſyndic. in Iudex c. 2. (n. 13.* nec priuata cognitio ſufficit, *vt nit. Marant. cit.* quia plus quam veriſſima eſt hodiè opinio, etiam in foro interno Iudicem decidere debere ſecundum allegata, & probata, *D. Th. 2. 2. q. 67. art. 2. & q. 64. art. 3. ad tertium, Sot. de iuſtitia, & iure lib. 5. q. 4. art. 2. Nauar. lib. 2. c. 3. n. 15. & conſ. 1. de off. Iudic. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 2. c. 2. quæſt. 11. Couar. lib. 1. var. cap. 2. Marc. Vidal. in diſquiſ. Theol. 11. de opin. probabili n. 65. & 67.*

73 Si ergo verba Bullæ (*cognita prius per Epiſcopum an verè delicta commiſerint,*) hoc non exprimunt ex ſui ſignificatione, & ex verbo, cognito, vt dicebã, claram probationem deberi demonſtratur; nam conſtare nõ dicitur aliquod, niſi per inſtrumenta demonſtretur, vel per teſtes, aut per euidentiam, vel per claram probationem, *vt DD. citati docent, & Peden. de Scin. conſ. 157. Petr. Enriquez opuſc. 2. c. 4. Maſcard. de probat. concl. 75. nu. 2 b. Tuſchus lit. C. concl. 782. n. 1. & 2. poſt Bald. & alios,* nec ex dictione, verè, quæ omnes fictiones excludit, *Conſal. Reg. Cancell. gl. 15. n. 15. & alij apud Barboſ. de dictionibus v. verè.* quomodo decidunt contrarij, quod per inditia ad torturam, aut per alias ſemiprobationes de his criminibus exceptum extrahi poſſit reus, & cõfugiens ad Eccleſiam, ipſe nõ video, & ꝙ contrà praxis eſt hæc contra Bullam, nullam in ſe veritatis vmbram habens, & nullo modo à veridico Iudice ſequenda; ſolum enim authoritates Doctorum habet, quæ nullam vim habent, quando eis ratio reſiſtit, *vt dicebam ſup. n. 46.* & erronio loquuntur, *vt ab Card. inf. citand.* potiusq; innixi rei iudicatæ, & praxi, quam rationi, contra text. *in l. nemo C. de ſent. & interl. iudic. c. n. de poſtulando Ru-*

*de Rudolp. cons. laſ.* 10. *pag.* 153. & nulla ſunt eorum dicta quando legi aduerſantur, *Tuſchus pract. concl. tom.* 1. *lit. A. concl.* 590. *n.* 1. *& Barboſa in locis com. arg. iuris loc.* 12. *n.* 2. conſuetudineſque introductæ à laycis minuentes immunitatem haud ſeruandæ, *Surdus de alim. tit.* 9 *q.* 17. *n.* 9. *&* 10.

74 Ideò veriſſimam eſſe opinionē (quod debet in hac immun. probatio eſſe concludens) ait *Auendanus de exeq. mandatis p.* 1. *c.* 22 *n.* 4. & magis coherentem verbis Bullæ, *Caſtill. deciſ.* 156. *n.* 9. & praxis contraria ſi adeſt, eſt abolenda, *Barboſa de immunit. Eccleſiaſtica n.* 168. *Gabriel. conſ.* 170. *nu.* 26. *lib.* 1. *Decius conſ.* 13. *nu.* 2. *Merend. conſ. crimin.* 88. *n.* 7. *vol.* 2. *Riminal. conſ.* 685. *lib.* 6. *Farin. conſ.* 76. *n.* 61. *Riccius coll. deciſ.* 1792. *Palaus cit. ſup. punct.* 13. *n.* 8. *Sanchez in conſil. moralib. lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 11. *Nauar. de immun. n.* 88 *Dian. p.* 6. *tract.* 3. *reſol.* 31. *Bonac. cit.* §. 7. *in fine Ambroſ. c.* 31. *n.* 4. *additio Paſqual. ad Laur. de Franch. contrmedian. inter Epiſc. & regul. p.* 2. *q.* 29. *n.* 5. *controu.* 10. *n.* 102. *cum ſeq.* tanquam erronea, *vt iſte docet.*

75 Rationes huius veræ ſententiæ ſūt, quia Papa ſolum extrahi, & non gaudere decidit reos committentes delicta in Bulla expreſſa, ſi ergo de delictis non conſtat, nō erunt immunitate priuandi, & ipſe peterem à contrarijs, ſi puniunt delinquentes, & declarant commiſiſſe delictum, ex præſumptionibus, & coniecturis, adeò vt ordinaria pœna multari poſſint, & certè erit nouus modus procedendi contra iuris ordinem, & verba *Bulla ſup. citata*, minuens libertatem Eccleſiaſticam, haud ſequendus, etiam in dubijs, *Marant. reſp.* 36. *p.* 6. *n.* 11. *& reſp.* 51. *n.* 12. aliam rationem adducit *Paſqual. cit.* quia confugiens ad Eccleſiam habet ius certum ad fruendum beneficio immunitatis, *ex c. fin. & c. interdicti de imm. Eccl.* & iſta habet ius certum ad iſtos protegendum, nō poteſt autem ius certum vinci per probationes præſumptiuas, & incertas, ſed ad elidendum illud ius certæ probationes requiruntur. Tertio dicas, quod qui habet regulam pro ſe, dicitur habere præſumptionem, *l. ab ea ff. de præſumpt. gl. in rub. de reg. iur. in* 6. ergo, qui dicit caſum non cōprehenſum in regula immunitatis Eccleſiaſt. cum faciat aſſertionem contra præſumptionem iuris, eam debet euidentiſſimæ probare, *arg. l. fin. ff. de eo, quod met. cauſ. Abbas in c. quia veriſimile de probat. Aimon. de antiqu. tem. p.* 2. *n.* 46. *& ſequent.*

76 Inſuper communis eſt opinio, (verbiſue Bullæ adhærens) dicentium, non teneri Epiſcopum ſtare proceſſui Iudicis layci facti contra reum, *Dian. cit. & Barboſ. ex Trullench. Ambroſ. de immun. c.* 11. *n.* 12. *Ital. lib.* 1. *c.* 6. §. 1. *n.* 69. *Riccius collect. dec.* 1792. *Peregrin. c.* 3. *n.* 2. *Guaz. tom.* 1. *reſponſ. recor. c.* 30. *n.* 7. *Vulpes in prax. c.* 3. *nu.* 22. *Bonacin. diſp.* 3. *de legibus q.* 7. §. 7. *num.* 3. *Bellett. p.* 1. *diſq. Cleric. de fau. Cler. reali* §. 4. *nu.* 50. *Palaus cit. n.* 9. *Dian. p.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 9. *& p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 30. *Spirelli deciſ.* 60. *nu.* 13. *Bellett. in diſquiſ. Cleric. p.* 1. *de fau. Cleric. reali* §. 4. *n* 51. *Baronius de citat. tom.* 2. *addit. ad queſt.* 42. *nu.* 25. *verb. & aduerſe in fine, Marant. p.* 6. *reſp.* 36. *n.* 11. *& reſp.* 41. *nu.* 12. & cōtra *Giurbam conſ.* 50. *n.* 2. *Additio Paſqualici ad Laur. de Franchis controu. inter Epiſc. & regul. q.* 29. *num.* 4. & teſtes examinati in proceſſu informatiuo ſunt poſtea repetendi citato Fiſco Eccleſiaſtico, & reo, *Ciarl. controu. c.* 10 *Dian. Barboſ. Spirelli, & Marāt. cit.* quibus dilationes concedendæ, *vt iſti, & bene docent*, & ſolum ad effectum ſe informādi, vt carcerare poſſit reum proceſſui ſtare poteſt Epiſcopus, non ad decidendū, *idem Paſqual. cit.*

77 Superfluumq; erit adducere authoritates, quod ad Epiſcopum ſolum hæc cognitio pertineat cum verba Gregorianæ Bullæ ſatis aperta ſint, & ſi in loco exempto ſæculari, & regulari caſus occurrerit ad viciniorem cauſam deuolui, in quo Epiſcopus, nec tenetur ſtare proceſſui, &c. *vt nuper dicebam, Laur. de Franchis cit. in principio, & addit. Paſqual. n.* 2. idem dicas de Vicario Epiſcopo generali, quia habet omnia ea, quæ competunt Epiſcopo iure Ordinario, *c. vnico de maior. & obed. in* 6. & de Capitulari vacante Sede, *Peregr. de immun. c.* 3. *n.* 33. *Dian. p.* 6. *tract.* 6. *reſol.* 30. *Paſqual. cit.*

*cit.n.2.* & Epiſcopo nondum confirmato, vel conſecrato, *Dian. cit. & Barboſ. de immun. n.157.* qui *nu. ſeq.* ſubdit quod potiùs quæuis quæſtio ſuperueniens, & acceſſoria ad immunitatem hanc, decidenda ſecundũ iura canonica, quam ex legibus Imperialibus, ratione reuerentiæ ſacrarum immunitatum, cum non teneatur Iudex Eccleſiaſticus abſolutè loquendo iura ciuilia ſequi, *Tambur. Vaſquez, Salas, & alij quos ſequitur Marcus Vidal. in inquiſ. mor. inquiſ. 3. de Iudice nu. 44.* nec quæuis laycalis conſuetudo minuere valet immunitatem Eccleſiaſticam, *Surd. de alim. tit. 9. quaſt. 17. n. 9.*

78 Pœnè contra violantes immunitatẽ hanc variæ ſunt, vt mortis, propter crimen læſæ Maieſtatis, *l. fideli l. præſenti C. de his qui ad Eccl. confugiunt, c. definiuit 17. q. 4.* quæ non eſt in vſu, *Lezana ſum. regul. verb. immun. n. 21.* & alia pecuniaria, *c. ſi cõtumax ibid. vbi gl. verb. componat iuncto c. ſi quis in atrio*, item immunitate careant ſi ipſi confugiant, *c. ad Epiſcopos, c. frater ibid.* nec ſuæ oblationes recipiantur, *c. miror ead. cauſa*, & tanquã ſacrilegi puniantur. *c. decet de imm. in 6.* quæ pœnæ contra omnes perſonas delinquentes exercentur, & violantes immunitatem, & carcerari, vel puniri poſſunt modis ſupradictis, à Iudice Sæculari, & Eccleſiaſt. DD. *apud Bellett. in diſquiſ. Cleric. tit. de fauor. Cleric. reali §. 4. n. 9.* quia ſacrilegium eſt mixti fori crimen, vt omnes fatentur, ideò contra hos etiam Iudices tẽporales, & ſæculares, valent procedere data præuentione, &c. *Baiard. ad Clar. §. fin. q. 38. n. 31. Menoch. de arbitr. caſu 389. n. 33. & 36 Couar. variar. lib. 2. c. 20. n. 18. Caualc. de brach. regio p. 1. n. 75. Gaball. reſol. 194. n. 7. & 8. Peregr. de immun. c. 6. nu. 28. Decian. c. 26. num. 1.*

79 Et contra ipſos Iudices, Fiſcum laycalem alioſue tanquam ſacrilegos, & violantes ſacras immunitates, Iudex Eccleſiaſticus procedere valet pœnis ſupradictis, ſed citra ſanguinem, *arg. c. 4. de raptoribus Ciarlin. c. 15. n. 32. & 39. Spirell. deciſ. 4. n. 3. Grat. deciſ. 111. num. 17. Bellett. de fau. Cler. reali §. 5. n. 103. Gaball. cit. Genuens. in prax. Curia Archiep. Neapol. c. 8. nu. 8. Oſaſc. deciſ. 103. nu. 6. Marta de iuriſd. p. 2. c. 29. num. 1. Guaz. defenſ. reor. def. 3. c. 12. nu. 20. & alij*; quod ſi erit irroganda mortis pœna Curiæ Sæculari tradatur delinquens *Ciarl. cit.*

89 Niſi contrariæ ſint cõſuetudines procedendi, *Scacc. de iudic. p. 1. c. 12. nu. 8. Menoch. de ſucceſſ. lib. 3. §. 22. n. 17.* vt in Regno noſtro pœne temporales exequuntur à Iudicibus laycis, ſpirituales ab Eccleſiaſticis, *Giurba conſ. 70. n. 16. Maſtrilli deciſ. 68. nu. 7. de Graff. effec. 1. n. 620.* quæ ſeruandæ, *arg. c. fin. de conſuet.* & ſi inducat iuriſdictionem, *c. cum contingat de foro compet. c. duo ſimul de off. iudic. ordin.* & abrogent Leges Canonicas, *Marc. Vidal. in Theol. moral. tit. de electione Canonica n. 66. & de paupert. religioſa, inq. vnic. nu. 46.* præcipuè ſi adſit conſenſus tacitus, vel expreſſus ſuperioris, aut probabiliter præſumptus, *Salas de leg. diſp. 19. ſect. 7. n. 70. Bonac. de legibus diſp. 1. q. 1. pũct. vltimo §. 3. n. 36. Azor. t. 1. lib. 5. cap. 17. quaſt. 10. Suarez de legibus lib. 7. c. 19. n. 21. Vidal. cit. & tit. de ieiun. inq. 2. n. 47.*

90 Sed hæc opinio contrariatur, 1. *tex. in c. quod Clericis 9. de foro compet.* vbi habetur, quod non ſunt conſuetudines laycorum attendendæ in cauſis Eccleſiaſticis, 2. *in c. nouerit de ſent. excom.* vbi excommunicantur ſeruantes ſtatuta, & conſuetudines, quę introductæ ſũt cõtra libertatẽ Eccleſiaſticã, 3. *quia conſuetudines laycorum non valent derogare*, niſi legem ciuilem, non vero ius Canonicum, & Pontificium, *arg. Auth. caſſa C. de ſacroſ. Eccleſ. c. Clerici de iudicijs vbi gl. verb. conſuetudo, c. cum inter, c. ad noſtrum de conſuet.* cum hoc nec ipſiſmet legibus ſit conceſſum, *c. qualiter de iudicijs, c. placuit 11. q. 1.* ex ratione *tex. in c. ſolita de maior. & Obed. c. cum Eccl. de conſtit.*

82 Idcirco Epiſcopis non obſtante conſuetudine viam non eſſe ſecluſam ad procedendum in his criminibus mixti fori, & cõtra hos laycos ſacrilegos extrahentes reos ab Eccleſia pœnis temporalibus, ſed citra ſanguinem, data præuent. &c. bene decidas, *cum Ciarl. cit. Spirello, Gratian. Belletto, & alijs quos ſequitur Barboſa de vniuerſ. iure*

*Eccl. tom. 2. tit. de immun. Eccl. n. 164. in fine* rationibus ſupradictis, *& ex Triden. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3.* vbi deciditur, & diſponitur, quod Iudices Eccleſiaſtici non procedant ad cenſuras, niſi quando realem, aut perſonalem executionem facere non poſſunt contra laycos, & quod Epiſcopus propria authoritate, & iuriſdictione cognoſcit cauſas contra laycas perſonas per bonorũ apprehenſionem, & perſonarum diſtrictionem, ibi, *perſonarum diſtrictionem per ſuos proprios, &c.* vbi *Barboſa, ex innumeris Doctoribus*, quos ex more congerit, *& Ciurbã loco cit.* cum DD. allatis ab ipſo, reprobat *Ciarlin. tom. 1. controu. 10. n. 39.*

83 Atque datur præuentio, *Carleual. de iudicijs diſp. 2. tom. 1. num. 771.* ibi, *ſi vero ab vtroque iure tàm ciuili, quàm Canonico prohibentur ſunt mixti fori, & ambo iudices tã Eccleſiaſticus, quàm ſecularis cognoſcunt laycos ſeruata præuentionis prærogatiua, vt de blaſphemia, de crimine ſacrilegij, de vſura, de concubinatu, &c.* Iudexque laycus brachiũ ſuum præſtare debet, *idem nu. 775. ex Saluado, Farin. Cancer. & alijs*, & poſtea, *n. 845.*

84 Procedere etiam poſſunt contra hos Epiſcopi per cenſuras declarando eos in excommunicationem incidiſſe, *c. quiſquis, c. ſicut antiquitus 17. q. 4.* Papæ reſeruatam, *vt ibi*, & in Bulla Gregor. *declaramus eos ipſo facto in cenſuras incurrere, &c. Ciarlin. controu. cap. 10. n. 38. & 39. Lezan. ſum. regul. verb. immun. c. 19. nu. 15. Trullench. in præcept. decalog. lib. 1. c. 11. dub. 5. nu. 4. Maranta tom. 2. reſp. 35. Barboſ. de immun. nu. 167. Peregrin. c. 15. n. 9. & 10. Ital. lib. 1. c. 6. §. 2. nu. 32. Farin. n. 135. Duard. in Bull. Cænæ can. 15. q. 16. n. 19.* nec aliquis virtute cuiuſcumque priuilegij abſoluere poterit, *Barboſ. cit. in fine*, cũ ſit S. Apoſtolicæ reſeruata, quæ facta reſtitutione dat abſolut. *vt cit. DD. docent.*

85 An verò renunciare valeat huic priuilegio ipſemet confugiens? & reſpondeas cum hac diſtinctione, quod ſi eſt in poſſe Curiæ, & velit per actum poſitiuum renunciare, & non valet, ea ratione, quia immunitatis iura Eccleſiæ fauore introducta ſunt, non perſonarum, ideò ab homine, & confugiente præiudicari non poteſt, *Decian. de immun. c. 80. n. 28. Gutierez pract. lib. 3. q. 5. nu. 4. Maſtrilli deciſ. 169. p. 2. Ciurba conſ. 100. n. 36. Nouar. de immun. n. 36.* poſſet tamen iſte exiſtens in Eccleſia voluntariè exire, & extra illam capi à birroarijs curiæ laycalis, & ita de facto renunciare dicitur priuilegio immunitatis, quod datur exiſtẽtibus in Eccleſijs, *arg. c. inter alia de immun. iuncto c. reum cum ſeq. c. vxor 17. q. 4. c. ſcienti de regul. iur. in 6. Palaus to. 2. tract. 11. diſp. vnic. punct. 11. n. 1. Spirelli deciſ. 59. n. 1. & 2.* confugiens enim etiam cum ipſiſmet birroarijs, eos trahens intra Eccleſiam gaudet immunitate, *Palaus cit. punct. 7. nu. 11. Dian. p. 4. tract. 1. reſol. 106. & ſup. nu. 28. & 57. dixi*, & inuitus denuo extrahi non poteſt, vt iſti bene docent, *ex Bulla Gregor.* nõ tamen voluntariè exiens gaudere debet, quia non eſt Eccleſiæ præiudicium, nec iniuria, niſi ſolummodo in caſu in quo eſſet in poſſe Curiæ delinquens, prout dicebam ſup. de hoc contrarij loquuntur.

86 Ab hac verò ſententia prolata, ab Ordinario loci contra reum, vel pro illo non poterit dari appellatio, vt Gregoriana decidit, ibi, *appellatione prohibita*, ſed dantur alia remedia à iure introducta, vt grauamẽ, appellatio quoad effectum deuolutiuum, & ſimil. quæ conceduntur prohibita appellatione, à lege vel ſtatuto, *vt dixi ſupra lib. 1. deciſ. 7. n. 88. & lib. 2. deciſ. ſin. n. 126.* quibus addas, *Zachar. Paſqualicum in addit. ad Laur. de Franch. controu. inter Epiſcop. & regul. p. 1. de Monetarijs n. 1360.* & docent circa immunitatem, *Dian. p. 6. tract. 1. reſol. 30. & p. 3. tract. 1. reſol. 33. Pereg. de immunit. c. 16. n. 33. Ital. cap. 6. §. 1. n. 33. Farin. nu. 372. Guazz. defenſ. reor. defenſ. 1. c. 31. nu. 6. Ciarlin. controu. cap. 10. nu. 154. & 155. Spirelli deciſ. 65. per tot.* & alij loquentes de appellatione prohibita reo, & Fiſco.

87 Solet in dies etiam accidere, quod quis exulatur, ſeu bannitur ob delictum, vel contumaciam ab aliquo territorio; dubium verò eſt, an ſi iſte acceſſerit ad Eccleſiam in illo ſitam, & captus de Epiſcopi licentia puniri poſſit pro criminibus, & pro fra-

fractura exilij? Et circa hanc quæſtionem in puncto, *Don. Ant. de Marin. lib. 1. quotid. quæſt. cap. 16.* abſolutè reſpondet, quod puniri non poteſt exulatus pro exilij fractione ſi reperiatur in Eccleſia, ea veriſſima ratione, quia Eccleſia, & Eccleſiaſtici ſunt in iuriſdictione, & territorio Iudicis layci, & Principis, non verò de iuriſdictione, & diſtrictu; adeò vt ligari poſſint ſtatutis, & legibus iſtorum in pœnalibus, non ita in fauorabilibus, vt iſte, & benè docet ex multis DD. quibus addas *Bellett. in diſquiſ. Clericalibus p. 1. tit. diſcipl. Cleric.* § 2. *nu.* 12. *Barbat. conſ. 1. n. 65. Maſtrilli 48. nu. 3. & 4. Baldum 241. vol. 3. Oſaſcum deciſ. 180. n. 4. Surd. deciſ. 301. nu. 7. Oldrad. conſ. 32. Martã de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſ. 1. Bellarm. Suarez, Anchar. & alios quos ſequitur Barb. in appellat. verb. diſtrictus n. 2. & verb. ciuitas in fine, Carneual. de iudic. tom. 1. diſp. 2. num. 83. ego ipſe ſup. lib. 1. deciſ. 11. nu. 7. & 86. & deciſ. 10. n. 107. ibi idem de Monachis, & deciſ. vltima n. 33.*

88 Suppoſita ergo hac certiſſima concluſione ſoluitur apertè quæſtio, quod banniti ob delictum, vel ob contumaciam haud puniendi ob fractionem exilij ſi capiantur in Eccleſijs, & ita gaudent immunitate, & ſolum quoad delicta, quæ non excipiuntur in Bulla, ſed pro alijs exceptis, puta ob proditorium ſi banniantur, non gaudent immunitate, & ita eos eicere poteſt Epiſcopus ab Eccleſia, vt loqui videntur, *Bonac. de immunit. n. 25. fol. mihi* 238. *Farin. nu. 47. Barboſa n. 130. Dedian. & alij apud eos*, quod non faciat niſi ad inſtantiam Fiſci, vt Iudicis laycalis, nam regulariter nemo inuitus ab Eccleſia extrahi poteſt, *cum inter alia de immunit. Eccleſ. l. 2. C. de his, qui ad Eccl. confugiunt*, itẽ non ſit hæc eiectio in fraudem confugientis adeò vt doloſe eiciatur, & in vijs ſint milites, & birroarij obſidentes, qui capiant illum, quia hoc eſt infringere immunitatem, *Surdus de alim. tit. 9. quæſt. 17. n. 4. & ſup. dixi nu. 68.* remota contraria conſuetudine, quæ tanquam contraria immunitati haud ſeruanda, *idem Surd. n. 9.*

89 Sed ſi fuerit pro crimine excepto in Bulla, & in exilio appoſita pœna, puta corporalis, vel pecuniaria an exigi poſſit ſi capiatur in Eccleſia reus, quia fregit exilium, & reſoluas cum *Marin. cit.* abſolutè circa has pœnas, quod non poſſunt exigi à bannitis captis in Eccleſijs ratione ſupradicta, nam non fregit exilium, qui eſt in Eccleſia captus, imo impleuit, & eſt extra territoriũ Iudicis præcipientis, quando manet in Eccleſia, & ſolùm putarem Epiſcopum poſſe eicere in caſu banni facti ob crimen exceptum in Bulla, & ob aſſaſſinium, proditoriũ, &c. & ratio eſt, quia iam extrahi poſſunt ab Eccleſia ob hæc crimina, ergo ſi in pœnam illorum banniuntur, & exulantur à territorio, nec poſſunt manere in Eccleſia, quæ hos ſceleſtos hæc committentes defendere nolit, *ita Barboſa, & Bonac. cit.*

90 Scio nouiter *Franciſcum Baron. de effectibus inimicitiæ effect. 45. n. 23.* contrarium dicere, nimirum, quod non poteſt cõmorari in Eccleſijs ſitis in locis prohibitis exulatus aliter dicitur effractor exilij, & adducit *Marin. loc. cit.* qui in meo Codice cõtrarium dicit; imò in fine reprobat quamdã deciſionem M. C. & Collat. Conſil. contrariam ſuæ reſolutioni, ibi, *quidquid in contrarium iudicaſſet*, ductus forſan ex vulgat. regula; quod exemplis nõ eſt iudicandum, ſed ipſum *Baronium, & Capiblancum* ab eo etiã adductum *tom. cap. 24. n. 5.* benè loqui poſſe dicas de exulatis pro criminib⁹ exceptis in Bulla, quod nõ debent cõmorari amplius in Eccleſijs; ſed Epiſcopus poteſt ad inſtantiam Iudicis layci eos eijcere, licèt in alijs caſibus nõ poſſit expellere, ſed aliquãdo alere, vt ex dictis liquet, cæterum abſolutè concluſio reijcienda; nec *Baronius* rationes adducit, ſed ſolùm dictas authoritates *Marini, & Capiblanc.* at *Marinus*, vt demonſtraui, pro vera potiùs ſtat opinione *Capiblancus* verò, non ita, ibi, *verſ. in contrarium*; & mouetur friuolis argumentis, & primo quod Eccleſiæ ſtant in territorio Iudicis, & Principis ſæcularis, quod ipſe non nego, nec aliquis negare hoc poterit, at dubiũ eſt ſi ſunt de iuriſdictione, verùm enim eſt quod ſunt in territorio materiali, & in

urisdictione, non tamen de iuriſdictione, quia ipſæ earumuè bona ſunt exempta iure Diuino, *vt omnes Catholici fatentur*, à iuriſdictione, & poteſtate Iudicis layci, *& idẽ Capiblan.tom.1.prag.8.n.2.in prima impreſſ. & n.15.* quod manent ſolùm ſub protectione Principis, ſi ergo exulatus manet in loco exempto à iuriſdictione Iudicis layci, quomodo dici poteſt effractor exilij; locuſuè ſolùm dicitur materialiter in territorio, non quoad iuriſdictionem, nec ſubditus ſtatutis laycalibus, *vt ſup. dixi n.87.* & probare deberent contrarij, quod manentes in loco ſolũ materialiter ſubdito iuriſdictioni Principis, vel Iudicis bannientis, nõ verò de iuriſdictione, ſint de facto in loco exilij, & ſub iuriſdictione iſtius, vt bona ſit ſua opinio, aliàs penitus improbabilis, & contra immunitatẽ Eccleſiaſticã erit; cum rei in Eccleſia exiſtentes nullo modo ſubiaceãt pœnis laycalibus, & ſolùm contra eos procedendũ ſecundũ formam Bullæ Gregor. ſub pœnis, vt ibi. Nec refragatur alia concluſio eiuſdem Authoris dicentis, quod Epiſcopus non habet territorium, quæ communiter eſt hodie reprobata, *vt ait Maſſinus de confiſcatione q.2.n.15. & 16.* qui *ex Spirello, Barboſa, & alijs,* concludit Epiſcopum iuriſdictionem, & territorium habere, *c. vt animarum de conſt. in 6. c. omnes baſilicæ 16. q.7.* & de delictis factis intra Eccleſiam ipſe inquirit, & caſtigat ex ſua iuriſdictione, *c. ſicut antiquitus cum ſeq. 17. q.4. c. decet de imm. Eccl. in 6. Canon. & idem Barboſ. ego ipſe ſupra num. 12. cum ſeq.* ſicut, & in toto territorio, & diœceſi, *c. cum Epiſcop. de off. ordin. vbi Barboſ. & alleg. 80. n.3. & in addit. n.3. Maſſin. & Spirell. cit.* cum ſua familia armata, & in ſuis carceribus delinquentes ducit, pœnas imponendo, *ex vera ſuprad. Patrum ſententia;* exilij, *idem Capiblanc. prag. 7. n. 12. in prim. impreſſ.* relegationis extra diœceſim, &c. *Abruz. in lectur. l. 2. de off. eius, & c. nu. 802. & 960. & 565.* & aggrauãdo, *idem Abruz. in lectura n. 103. & 105. ex Giurba, Maſtrilli, Gutierez, & alijs,* non ergo Iudex laycus ſolùs de delictis in Eccleſijs factis inquirit, *vt ait Capiblanc.* ſed etiam Epiſcopus cum ſacrilegium ſit crimen mixti fori, & præuentioni locus eſt, *Marius Giurba conſ. 70. n. 10. Carnev. de iudicijs tom. 1. diſp. 2. nu. 771. Belletus in diſq. Cleric. tit. de fam. Cler. reali §. 4. n. 9.* item delicta in Monaſterijs, lociſuè Religioſorum facta, aut ab ipſis religioſis, cognoſcuntur a ſuo Prælato, & Superiore, & aliquando ab Epiſcopo iuxta ea, quæ ſup. adduxi *deciſ. fin. lib. 1. nu. 52.* ſi à Clericis, ab eodem, layci vero ab Epiſcopo, & à Iudice layco caſtigari poterunt, cum ſit locus præuentioni. Inſuper ea, quæ adducuntur *à Paſcali de viribus patriæ poteſtatis part. 4. c. 3. n. 25.* citato à dicto *Capiblanc.* ſunt contra opinionem eiuſdem, & *Baronij*, caſuſq; ſuus diuerſus eſt, ſicuti illus adductus à *Piguera*; reſtat ergo ſola opinio vnius Doctoris, & abſque ratione, quæ nullius momenti eſt, *Baldelli de opinione probabili lib. 4. diſput. 11. n. 5. 16. cum ſeq. Vidal. in diſquiſ. moral. inquiſ. 1. tit. quæ num dicatur opinio probabilis, Coron. lib. 1. controu. 5. de conſcientia cap. 3. n. 40. Menoch. conſ. 18. n. 20.* ratio enim ſemper attendenda in opinionum cõflictu, *arg. l. cum hi ff. de tranſact. l. item 14. ff. de eo, quod metus cauſa, c. ſana 9 diſt. c. conſuetudo 1. diſt. idem Menoch. conſ. 393. nu. 44. Cicer. in Paradox. irrideat ſi quis vult plus apud me vera ratio valebit, quam vulgi opinio, Senec. Epiſt. 68. ſola ratio incommutabilis, & iudicij tenax eſt, Q. Curt. nil poteſt eſſe diuturnum niſi cui ſubſit ratio.*

91 Nec pœnæ pecuniariæ exequi valẽt contra eos, niſi illæ poſitæ pro delictis; puta ſi quis delinquat pro furto, & pro hoc ſit pœna ex ſtatuto 50. ſolidorum, ſi reus confugiat ad Eccleſiam eius bona exequi pro hac pœna poſſunt, *vt ſup. n. 68. dixi ex multis DD.*

92 Aduertant ergo Principes, Iudiceſuè ſæculares Chriſtiani ne cum Eccleſiaſticis, & Eccleſijs, earumuè immunitate ſe immiſceant, & tollant priuilegia conceſſa ab Imperatoribus ipſis, non dicam à Summis Pontificibus, Vicarijs Chriſti Domini, adeò vt potiùs nomen pijſſimum habeant, (Chriſtianorum proprium Principibuſuè conueniens,) *vt ait Petra, & Barſatus cum*

*Giur-*

*Giurba conſ.20. n.23.* quod facere debent ſi regnare cupiunt, *Trid. ſeſſ.24. de reform. cap. 20.* cum Deus glorificantes ſe glorificat; ſẽperque ſapientes Principes, & viri Doctiſſimi Eccleſiam, & Eccleſiaſticas res amarunt, & amant *Barboſa de off. Epiſcopi alleg.40. nu. 2.* & indocti ſtolidique mala illis inferunt, & ideò puniti remanent etiam in hoc ſæculo, *vt Borrell. in ſumma deciſ. tit. 3. tom. 1. nu. 24. & 30.* adducit, & hiſtoriæ plenæ ſunt, Quidãuè Doctor de Monarch. ſcribẽs, *cap. 9. de Rege*, ait, *Quare Rex ſecutus exemplum Papæ, & Epiſcoporum ſuorum ſimilẽ ſe exhibere debet, nihil abſque illis faciens, ſed regnum ſuum cum illorum Eccleſia coniungens unum corpus reſp. efficiat, quemadmodum iam dixi, legeſue probè conſtituens ſe venerabilem efficiat.*

## DECISIO V.

### De Eccleſiaſticis locis Sæcularium, Religioſiſuè domibus.

***SVMMARIVM.***

1 *Continuatio ad ſupradicta.*
2 *Oratorium quid, & quotuplex? à quibus ædificandum, & de priuilegijs n.3.*
4 *Cappellæ à quo ædificandæ, & quomodo, quibuſue ſint ſubiectæ? & de dote ibid.*
5 *An dicantur beneficium Eccleſiaſticum? & ex eis iuspatronatus acquiratur, ibidem.*
6 *Alienari poterit pro debito neceſſariò, & à creditoribus Capella, & Oratorium adiudicari, quod declar. n. ſeq.*
7 *An in vſus prophanos conuerti poſſint cũ num.8.*
9 *Quid de ceſſione, & venditione? & an ſint hypotecata iocalia, pactumuè obſtet factum inter Regulares, & Rectorẽ de non alienando? ibid. & de concurſu creditorum, circa hoc.*
10 *Eccleſia ipſa an valeat alienari, & in ſolo alieno ædificata illi cedat? & de ſepulturis ibid. quæ tenentur ad debita, & cenſus impoſiti ſuper loco, in quo eſt ædificata.*
11 *Sepulturæ ius, & à quibus ædificari valent? quo in loco, & de benedictione, & immunitate.*
12 *Aſſenſu Epiſcopi, vel alior. habentium poteſtatem, etiam Regularium ibid. & libera eſt cuique electio ſepulturæ, exceptis regularibus nu. 13. ſed Nouitij non ita nu. 14. ſicut Superiores etiam minores nu. 15. quid ſi layci non elegerunt ſepulturam, & Peregrini quo in loco ſepeliendi ibid. & pauperes.*
16 *Voluntas hæc quomodo probanda.*
17 *Modus ſepeliendi fidelium corpora in Eccleſijs, & laudatur conſuetudo ſepeliendi in illis, vbi adſunt Sanctorum Reliquiæ, quæ nõ in paruo numero Meſſanæ etiam ex ijſdem ciuibus habentur n. 18.*
19 *Qui prohibentur ſepeliri cum nu. ſeq.*
21 *Pœna contra Parochos, & Epiſcopos aliaſue perſonas iſtos ſepeliens.*
22 *Exhumandum non eſt corpus mortuum etiam pro cognoſcendo delicto, ſed trãſferri poteſt de vno loco ad alium cum licẽtia Epiſcopi, ſi ſteterit loco depoſiti.*
23 *Parochi, vel Religioſi an pro iure ſepulturæ aliquid accipere valeant?*
24 *Cappellæ an vendi poſſint, locuſuè dignior in eis?*
25 *Et ius ſepulturæ hæreditaria? & an adiudicari poſſit? ibid.*
26 *Præcedentia circa funera regulanda ex conſuetudine.*
27 *Capitulũ Cathedralis Eccleſiæ omnes præcedat, idem de Collegiata, & ſtatuta, facere poſſunt, vt non accedant non ſolum iſti, verùm etiam confraternitates, & alij regulares.*
28 *Collegium, Confraternitates, & Societates quid?*
29 *Quando à iure ſunt approbata?*
30 *Licentia Ordinarij in erectione requiritur, præſertim ſi ſint cum vſu ſacchorum, & de Bull. Clem. VIII. circa has.*
31 *In quibus rebus Epiſcopo ſubdantur, & n. 32. & 33.*
32 *SS. Euchariſtiam regulares, & Confraternitates omnes exponere non valent*

in

*in ſuis Eccleſijs ſine licentia Epiſcopi ſaltē tacita, nec miniſtrare in Paſchate.*

33 *An viſitari valeant? & pia loca dicantur? gaudeantq; immunitate, & bona alienari poſſint.*

34 *Alia circa præcedentias, priuilegia, & ſua ſtatuta cum n.ſeq.*

36 *Hoſpitalia, & diuerſoria quare ita vocentur?*

37 *Abſque Epiſcopi authoritate erecta priuilegium cauſę pię non habent.*

38 *Quomodo prębentur talia eſſe, & in dubio an potiùs laycalia preſumantur.*

39 *An ſint beneficia Eccleſiaſtica?*

40 *Et Epiſcopus quam poteſtatem habeat circa viſitationem, & computorum redditionem?*

41 *Adminiſtratores Hoſpitalis, vel executores teſtamentarij an ad computa teneantur? & quomodo? an requirantur monitiones, & declaratoria, vt remoueantur n.42. quid ſi fuerit relaxata computorum redditio, & data facultas ampla à teſtatore faciendi ad libitum? ibid.*

43 *Subiecta viſitationi regię his non ſubdūtur; non ita Ducum, ſed diſtinguit Author.*

44 *Computa reddere neceſſariò non debent in ſcriptis executores, & quolibet anno, ſicuti tutores.*

45 *Religioſorum domus ſubduntur poteſtati Summi Pontificis, neque Monaſteria ędificari, & religiones erigi abſque Papę licentia, & Epiſcopi, aut Ordinarij locorum poteſtatem iuriſdictionis habentis, & n.48.*

46 *Conuocandi alij Regulares, & examinandi redditus volentium erigere Monaſteria, quid ſi alij nolint acquieſcere, & appellent?*

47 *Nec regulares hodie poteſtatem habent.*

48 *Epiſcoporum nomine, qui veniant in hac materia.*

49 *Monialium domus, & Monaſteria quo in loco ędificanda?*

50 *Quibus ſint ſubiecta, & de immunitatibus, & exemptionibus remiſſiue.*

51 *Non valent erigi de nouo, niſi ex licentia S. Congregationis, & quando poſſunt fratres ſuſtentari, qui ſi non ſint duodecim, Viſitationi Epiſcopali ſubdūtur.*

1 SVnt inter loca pia Deo dicata Oratoria, Cappellæ, Confraternitates, Hoſpitalia, Cœmeteria, & ſepulturæ non ſolum in Eccleſijs ſæcularium perſonarum ſitæ, verùm etiam, & regularium, pro quibus aliqua ſpecialia notanda erant, præter ea, quæ dicta ſunt de Eccleſijs generaliter ſumptis, in præcedenti deciſione.

2 Et pro Oratorijs ſupponas, *ex c. oratorium 42. diſt. c. vnicuique de conſec. diſt. 1.* quod oratorium eſt locus aptus ad orandū, vt ex ipſo nomine liquet, neminique licere propria authoritate in loco publico oratoria conſtruere, abſque Epiſcopi licentia, *c. quidam 18. q. 2. §. 1. Auth. vt nullus fabricet oratorij domus preter voluntatem Epiſcopi Trid. ſeſſ. 22. de obſeru. & euitand. in celebr. Miſſę*, præſertim vbi Miſſæ celebrantur, *c. fin. 42. diſt. Trid. cit.* & ad inſtar Eccleſiæ, cū dote, & alijs neceſſarijs conſtruenda, *Trullench. in Bulla Cruciatę l. 1. § 3. dub. 4. n. 6. & 7.* nam veniunt illius appellatione, *Decius conſ. 148. n. 1. Carat. de iuribus Parochial. tit. 2. cap. 14.* gaudentque immunitate Eccleſiaſtica, *prout ſupra deciſ. preced. nu. 25 notaui*, atque ſolemnitate requiſita circa alienationem rerum Eccleſiæ, *ex Extr. 1. de rebus Eccleſ. non alien. Barboſa tom. 2. de vniu. iure Eccl. cap. 8. n. 14. ex Rebuffo, & alijs.*

3 Non ita diſcurrendū de priuatis, quæ ad libitum in domibus, & locis particularibus conſtrui valent, ſed in eis diuina celebrari non poſſunt abſque S. Pontificis licētia, *Nouar. in ſumm. Bullar. tit. de Miſſar. celebr. prohibita in oratorijs priuatis Barb. ſup. tit. n. 16. & Dian. p. 9. tract. 1. reſ. 23. & 24.* ibi, quod per Bullam Cruciatæ, nec conceditur facultas habendi oratoria priuata, neq; Commiſſarius Bullæ prædictæ poteſt eam licentiam concedere, ſed ſolus Papa, & qui poſſint in his Miſſas audire, &c. nec gaudent immunitate, & ſi hoc modo conſtructa, aut priuilegijs Eccleſiarum, *Nouar. de immun.*

*immun. n. 84. Facundez in pręcept. decal. lib. 4. cap. 4. n. 36. Mantu. decis. 38. Silueſter verb. immun. 1. q. 2. in fin. Dian. cit. reſol. 18.*

4 Sicuti Cappellæ, *S. Congreg. in vna Marſicen. data die 17. Nouembris anno 1617.* quæ accipiuntur pro locis priuatis in Eccleſijs, vel extra poſitis, aut ſacratis, *Fuſcus de viſit. lib. 2. c. 11. n. 6. Alph. de leon. de off. Cappell. p. 1. q. 3. ſect. 1. nu. 1.* & pro priuatis Eccleſijs, *c. 1. & c. à nobis de Cappellis Monach.* ſiuè ſæcularium, aut regularium, *d. tit. de Cappellis Monach.* ſeu magis propriè, pro locis in Eccleſijs poſitis cum Altari, ab aliquo erectis, vel dotatis, in quibus iuspatronatus obtineant conſtruentes, *Barboſ. cit. ſup. nu. 18.* eorumuè ethymologia eſt, quaſi capientes laycos, vel populum adunantes ad Dei laudem, *Toloſan. Gregor. Sintag. iur. p. 2. lib. 13. c. 29. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 8. q. 2. & alij*, parumuè, aut nihil differunt ab oratorijs; ſunt enim, & iſta, & illæ publicæ, & priuatæ, & ædificari non valent abſque Epiſcopi licentia, & dote congrua pro manutentione; vt omnes communiter docent, niſi ſint priuatæ, in domibus nimirum, vel intra clauſtra regularium, vt ipſe notaui *ſup. deciſ. praeced. num. 5.* nam ab iſtis gubernantur quando in ſuis Eccleſijs ſunt poſitæ, nec viſitantur ab Epiſcopo, etſi à ſæcularibus fuerint erectæ, *Barboſ. qui ſup. nu. 16.* qui etiam oratoria facere valent in ſuis Infirmarijs, in quibus Miſſa celebratur, & cum Altari portatili; ſicut in ſuis Grangijs, & prædijs recreationis cauſa ab ipſis retentis, *Lezana tom. 5. in mari magn. §. 7. Bellaſ. in prompt. regul. v. oratorium, Peyr. in Conſt. Pirrh. n. 30. & 31.*

5 Dotata verò Cappella, vel Oratorio cũ Epiſcopi authoritate, dicitur beneficium Eccleſiaſticum, *Spin. in ſpecul. teſtam. gl. 4. n. 37. Gonſal. ad reg. 8. Cancell. gl. 5. n. 68. Siluan. conſ. 52. nu. 6. Barboſ. tom. 2. de vniu. iur. Eccl. cap. 8. nu. 12.* & iuspatronatus acquiritur, *Aph. de leon. de off. Cappell. p. 1. q. 3. n. 93.* quod vendi non poteſt, nec cedi, aut adiudicari, *arg. c. à nobis, & c. de iure de iure patron. vt lib. 3. tit. 1. de benef. dicam.*

6 Inſuper, *vt nu. 2.* notaui, nec alienari poteſt oratorium publicum authoritate Epiſcopi conſtructum, ita, & publica Cappella cum iure patronatus, quod declarat, & benè, *idem Alphonſ. de Leone, poſt Barboſ. cit. n. 21. Gutierez de gabellis q. 9. nu. 22. idem Barboſ. de off. Parochi. c. 26. n. 18. Niquerol. alleg. 36. n. 21. Acoſta de priuil. credit. regul. 3. ampl. 53. n. 18. Alphonſ. de olea iurium ceſſione tit. 3. q. 8. nu. 23.* vt à creditoribus Domini Oratorij, vel Cappellæ certè alienari poterit pro debitis afficientibus, & contra Dominum, licèt iſta in Eccleſijs regularium ſit, & interceſſiſſet pactũ inter Rectorẽ, & regulares de non alienando, quia creditoribus præiudicari non poteſt; & Cappella de per ſe alienabilis eſt, *vt idem docet ſect. 1. nu. 12. in fine*, ius verò patronatus, vendi non poteſt, nec adiudicari, ſed ſolùm tranſit cum vniuerſitate bonorum, *d. c. de iure, vbi Canoniſtæ.*

7 Dices an iſti creditores vàleant adeò Cappellam iſtam alienare, vt in vſum prophanum conuerti poſſit? ſed (quidquid alij dixerint) veram ſuſtineo ſententiam, quod alienari, & adiudicari ab alijs dominis, vel illis vendi valet, non tamen in vſus prophanos conuerti, quia ſemel Deo, & ſuæ Eccleſiæ dicata, *arg. c. ſemel 19. q. 3.* ibi, *perpetuò ſint in Monaſterijs, quæ ſemel illis ſunt dicata, nec poſſe ea vltra fieri ſæcularia habitacula, & gl. verſ. maneant*; in Hoſpitali, *ex c. ad hæc de relig. domibus*; mancipijs Eccleſiæ, quæ permutari non valent, *c. mancipia de rerum permut.* & alijs, exemplificat, & extendit a

8 Ideò remanere debet in eadem Eccleſia, licèt ab alijs dominis adiudicata, vel vẽdita, ſed iuspatronatus non adiudicatur, cum nullam recipiat extimationem, neque de per ſe debitor illud cedere creditoribus poteſt, aut in ſolutum dare, niſi cum vniuerſitate bonorũ, *d. c. de iure de iure patronatus.*

9 Et quod dixi de adiudicatione facienda à creditoribus, idem dicas de ceſſione, & venditione facta ab hærede, aut ab alio, vt idem *Olea docet, reprobato Parlad. & Rodriquez*, niſi extaret pactum inter Rectores, vel Religioſos cum Domino de non vendendo, aut alienando alijs, quo caſu non

poteſt

poteſt hæres, aut Dominus illam vendere, vel obligare, benè verum adiudicari valet à creditoribus, quibus non ſit præiudicium hoc pactum, vt loquuntur *de Leone, & Barb.*

10 Dummodo iſti ſint anteriores, nam alijs contrahẽtibus poſt pactum ius à rectoribus, & regularibus tolli non poteſt; non ſolum ſi eſſet ſuper ipſa re, & alienatione, quia eſſemus in claris non poſſe alijs fieri alienationes, ſed ſi poſtea debitum contraxiſſet Hæres, vel Dominus Cappellæ, iſti creditores non valent adiudicare Cappellã in præiudicium regularium, vel Rectorum, in quorum fauorem fuit pactum de nõ alienando, quia poſteriores pacto, & præiudicari poterunt, *argum. c. qui prior de reg. iuris in 6. &c.* & non ſolùm in ipſa Cappella, & parietibus, verùm etiam in alijs iocalibus, & ornamentis aureis, & argenteis, aut ſericis ipſi dicatis, & ibi appoſitis eodem modo dicendũ eſt; atq; de ſepulturis, vt locus datus in Eccleſijs cum pacto de non alienãdo, quod expenſæ in eis factæ adiudicari poſſunt, ſicut de Cappellis dicebam, *& Alphonſ. de Olea cum alijs docẽt*, à creditoribus tamẽ anterioribus, modo nuper dicto; idẽ, & de ipſiſmet Eccleſijs factis in locis, vbi adeſt cenſus, vel emphiteuſis, aut quælibet obligatio, quod Eccleſia teneatur creditoribus ſatisfacere, & ad prætium eſt obligata, *Ballus ſuper prag. Regn. noſtri lib. 5. q. 7. n. 18. ex notabili doctrina Ripa in l. priuil. ff. de priuil. cred. n. 50.* an verò in alieno ſolo ædificata, ipſi cedat? dicas, quod non, *Marc. deciſ. 636. n. 4.* licèt prætium ſoli ſoluere teneatur, ſecundum iuſtam extimationem, *Giurba deciſ. 86. n. 12. Guzman. de euict. q. 52. num. 58.*

11 Item ſepulturæ annumerantur inter res pias, & religioſas, *§. religioſum inſt. de rerum diuiſ.* & ſunt loca deſtinata, in quibus cadauera defunctorum humantur, *c. pen. de ſepult.* quæ pro aliquo tẽpore fuerunt extra Ciuitates, & habitationes hominum, poſtea cœmeterea ſunt inſtituta, ideſt dormitoria mortuorum, quæ benedicuntur, & hodie etiam deſignantur ab Epiſcopis locorumuè Ordinarijs, *c. vnico de conſec. Eccl. vel Altaris*, & polluũtur ad inſtar Eccleſiarum, *de quib. ſup.* indigentque benedictione, ſicut illæ, *Fuſcus de Viſit. lib. 1. c. 12. n. 7. Pinſec. in praxi Epiſc. p. 1. c. 5. n. 6. Barboſ. cit. ſup. cap. 9. nu. 13. & ſeq.* & confugientes gaudent immunitate, *prout in præced.* dixi, *& DD. mox cit. notant, cum Correa in c. inter alia de immun. Eccl. p. 2. n. 12. in fin. & Dian. p. 6. tract. 1. reſol. 6.* dummodo ſint authoritate Epiſcopi constructa, & benedicta.

12 Et ſuprad. de Oratorijs conſiderantũr etiam in ſepulturis, *c. nullus 13. q. 2. c. Eccleſiam de conſec. diſt. 1. c. ex parte, & c. cum liberum de ſepult.* adeò vt Epiſcopo ſpectet ſepulturæ ius concedere, *Selua de benef. p. 1. q. 5. n. 102. Caualer. deciſ. 15. n. 1. Villalob. in ſumm. p. 2. tract. 2. tract. 31. diff. 1. nu. 3. & 4. & alij in c. penul. de ſepult.* Legato, & alijs, habentibus ius in Eccleſijs, & etiam Patronis in ſuis Cappellis, &c. idem dicas de regularibus, qui ſepulcra noua in ſuis Monaſterijs cõcedere valẽt, vt ædificẽtur, & quẽlibet fidelem in ſuis Eccleſijs ſepelire, & conducere cum Cruce tamen proprij Parochi defuncti, *Barboſ. ſup. cit. c. 10. n. 62. cum ſeq.* nec iſte cogere poteſt ſubditos, vt in ſua ſepeliantur Parochia, cum electio ſepulturæ ſit actus voluntarius, & liber, *c. cum liberum de ſepult. Clem. dudum §. huiuſmodi quoque ſtatuto de ſepult. Riccius in praxi fori Eccleſ. p. 4. reſol. 193. n. 32. Parlad. diff. 66. nu. 1. Belleit. diſq. Cleric. p. 1. tit. de Cler. debit. §. 3. n. 13. Zech. de republ. Eccl. c. 28. n. 17. Vgol. de off. Epiſcopi c. 17. num. 2.* ſicut nec Epiſcopus prohibere, vt non ſepeliantur in regul. Eccleſijs, *Bellaſ. in prompt. regul. v. ſepultura n. 3.* imò iſti regulares alios ad vouendum, vel promittendum inducere non valent, vt ſepulturas apud eorum Eccleſias eligãt, vel iam electas mutent ſub pœna excom. Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ, *Clem. cupientes de pœnis*, at moribundi electio ſeruanda, *Dian. p. 5. tract. 6. reſol. 106. Laur. de Franch. inter Epiſcop. & regul. p. 2. q. 63. nu. 1. & ibi addit. Paſq. n. 3. & 4.* vel hæred. vniuerſ. in defectũ.

13 Sed excipiuntur Religioſi, quibus nõ eſt relicta libera ſepulturæ electio, *c. fin. de ſepult. in 6.* niſi ſint adeò remoti, quod non

poſſint

poſſint commodè cum moriuntur ad Monaſteria deferri, *Barboſa de off. Parochi c.26. n.30. Bellaſius cit. nu.8. Laurent. de Franch. & Paſqual. cit. q.60.* quo caſu eligant ſepulturam, vel in illa Parochi ſepeliantur, *gl. in d.c. fin. Diana cit. reſol.116. Lezana v. ſepultura nu.10. Barboſ. ſup. dict. cap. nu.4.* licèt ſi moriantur extra clauſtra ſua, vel Monaſterium, deferri poſſint abſque Parochi licentia in illo, *idem Barboſ. Lezana, Paſqual. Diana, & alij DD. cit.*

14 Et nouitius, quia ſuum velle, & nolle habet non includitur in his prohibitionibus Religioſorum, *de Franchis q.56. gloſ. in d.c. fin. Dian. reſol.109. Gratian. diſcep.35. n.14. Peirin. de Prælat. Relig. q.6. c.1. Sanchez lib.6. ſum. c.14. nu.10. Lezan. verb. Nouitij n.41. & alij apud eos,* niſi decedat ſine electione ſepulturæ, quo caſu in Monaſterio ſepeliendus, *Bellaſ. cit. n.7. de Franchis q.57. Samuel, Lauor. & alij cum Paſqual. in addit. ad dict. q.57.* & expenſis Monaſterij ſi pauper ſit, *idem q.58.*

15 De Superioribus Religionum etiam minoribus, eodem modo diſcurras, ſicut de Nouitijs, vt poſſint eligere ſepulturam durante officio, quia non militat ratio *tex. in d.c. fin. Palaus p.3. oper. moral. diſp.4. §.8. pun. 13. n.1. Sanchez cit. cap.14. nu.7. Lezan. p.1. q. regul. c.9. num.10. Paſqual. & de Franch. q.61.* & ad expenſas Monaſterium tenetur, *Bellaſ. in prompt. v. ſepult. n.8.* Cæterum layci, & alij ſi non eligerunt ſepulturam in Eccleſia in qua Sacramenta recipiebant ſepeliendi, quæ propria Parochia eſt, *Spirelli deciſ.87. nu.8. Gratian. diſcep.94. nu.74. Sanchez de matrim. lib.3. diſp.23. nu.17.* in qua Peregrini ſepeliendi, *Seraphin. deciſ.1135. Grat. cit. & alij,* paupereſue omnes gratis recipiēdi, *Barb. de vniu. iure Eccl. c.10. tom.2. n. fin. vbi ſac. Congreg. deciſiones adducit, & Vrbani VIII. Conſtit. nouiſſ.*

16 Probaturue voluntas defunctorum circa hanc electionem ex dicto ſolùm Confeſſarij, *Dian. cit. reſol.106. Paſqual. & Laurent. de Franch. q.64.* vel alterius ſingularis teſtimonij, *Barboſ. in c. cum ſuper. nu.2. de ſepult. Lezana verb. ſepultura n.10. Samuel. de ſepult. tract. controu.11. diſp.5. nu.3.* nam non adeſt tertij præiudicium, & agitur de probando quid in genere, *Riccius prax. fori Eccl. tit. de ſepult. deciſ.664. & de Franch. cit.* ſed hos non ſequor cum non ſit vera ratio: nam adeſt tertij præiudicium, idest Parochi, ideò ſi eſt iſta Parochi electa certè vnus teſtis ſufficit, ſed hac relicta plena debet eſſe probatio, *Medices de ſepult. q.8.* & ad minus cum dicto Confeſſarij, ſi concurrunt coniecturæ aliquæ, probatio valida erit, puta ſi ſolitus erat frequentare Eccleſiam electam defunctus, vel dare eleemoſynas; aut volūtas hæredis vniuerſ. &c.

17 Modum ſepeliendi mortuorum cadauera in Eccleſijs tradit *S. Congreg. in vna Meſſanen. ſub die 2. May 1601.* vbi, decidit neminem prope Altare, ſeu ſub bradellis ſepeliendum, & corpora ſuper terram exiſtētia in tumbis profundis infra terram collocentur, *Pius V. in Conſtit. quæ incipit cum primum de anno 1589. quam refert Barboſa de ſepulturis nu.10.* ſicuti in poſterum ſepulturæ, depoſita, ſeu alia cadauerum conditoria ſupra terram ædificari non poſſint, *vt in d. Conſt. Piana §. & vt in Eccleſijs, Belletus in diſquiſit. Clericalibus tit. de Cleric. defunctore §.3. n.33. Seraph. deciſ.813.*

18 Nec abſque ratione introductum eſt, vt in Eccleſijs ſepeliantur fidelium corpora; in quibus ſacræ Reliquiæ Sanctorum Martyrum, & aliorum aſſeruantur, vt illorum interceſſione releuētur à pœnis S. Purgat. átque ab immundis ſpiritibus, & latronibus ſacrilegis nō vexentur, & cū ipſis Sacroſanctis Reliquijs quotidie morentur in præſentia SS. Euchariſtiæ, S. Crucis, &c. laudandaue eſt maximè pietas, & deuotio multorum, qui in ſuis Cappellis Reliquias Sanctorum apponi iubent, quæ non in parua quantitate in mea Ciuitate ſunt, ſed in magno numero, & ferè innumera S. Martyrum, & Confeſſorum corpora ſunt, non ſolum exterorum, ſed ciuium, omnibusuè notæ ſunt inſignes Reliquiæ S. Placidi, & Sociorum Martyrum, ex prima, & altera inuentione poſitæ non ſolùm in Eccleſia S. Ioann. Baptiſtæ propè portum, ſed etiam in

omnibus alijs Eccleſijs huius Ciuitatis, & Diœceſis. Item Corpora S. Nicandri, Gregorij, Petri, Demetrij, & Elizaberæ, in Eccleſia SS. Saluatoris Monaſterij S. Baſilij cum alijs Inſignibus Reliquijs, quæ ibi coluntur, & alijs in locis, & deuotè aſſeruantur, dieſque Feſtiuitatis celebrat. 19. Menſis Sept. vt notat Doctus Octauius Gaetan. Syracuſ. in ſua Idea de vitis Sanctorum Siculorum, & Ferrarius in nou. Topographia in Martyrologium Roman. verb. Meſſana *fol. mihi* 77. haud paruifacienda etiam Corpora S. Ampeli, & Caij Meſſanenſium, quæ venerātur hodie in deuoto Conu. S. Dominici, & dies Feſt⁹ eſt 20. Nouēb. & Reliquiæ S. Victorij in Venerabili Conuentu PP. SS. Trinit. in quo fit Feſtū die 14. Maij, S. Alberti Canonizati in Protometropolitana Eccleſia corā Friderico R; Feſtūue fit die 7. Mēſis Aug. & crines, cū alijs memor. & Epiſt. B. M. V. cuius Feſtū celebratur etiā die 3. Iunij, vt ipſe adduxi *lib. 1. deciſ. 7. n. 94.* & dedicatio Sacelli die 8. Septemb. *vt ibidē Gaetanus adducit*, qui alia Sanctorum Siculorum memorāda in ſua veridica Idea ab eodem impreſſa Panormi anno 1617. tàm circa hæc, quàm circa Pauli Aduentum in Siciliam, & Meſſanam, Ordinationem Bachyli primi Epiſc. Meſſan. *fol. mihi* 104. & alib. refert, quæ in Mamertinis Eccleſijs, ob celebritatem Sanctorum, & Venerab. Reliquiarum ob maximam populorū pietatem, ſingulis annis celebrantur; nec hic adducere curaui deuotiſſimas Imagines Beatiſſimæ Virginis, & alias SS. Reliq. quæ in Eccleſijs, & Monaſterijs Ciuitatis reperiūtur, nota enim eſt pietas Meſſanenſium, maximaque fides à SS. Dei Matre decantata, in dulciſſima Epiſtola, *vos omnes fide magna*, cui ſuperuacanei ſunt alij hortatores, nam illi fideles, & deuotione pleni tanquā filij dilecti SS. Virginis, erga Eccleſias, & pia loca, deuotionem maximam habent.

19 Arceri verò debent ab Eccleſijs ne in iſtis ſepeliantur excommunicati, *c. ſacris de ſent. excom.* notorij tamen, & denunciati, *c. is qui eod. in 6. c. ſacris de ſent. excom.* ſed ſi in mortis articulo pœnitentiæ ſignū non dederint, *Barboſa de ſepult. n. 40.* interdicti etiam, *Clem. 1. de ſepult. c. cum & plantare, §. quod ſi de priuil.* ſuſpenſi ab ingreſſu Eccleſiæ, *c. is cui §. talis quoque de ſent. excom. in 6.* manifeſti, & publici vſurarij, *c. quia de vſuris*, niſi cautionem præſtiterint de reſtituendo, *c. quamquam ibid. in 6.* Infideles, Iudæi, Hæretici, & Apoſtatæ à fide, etiam ſi poſt mortem appareant tales, *c. excommunicamus §. credentes de hæreticis*, manifeſti raptores, non facta reſtitutione, nec data cautione, *c. ſuper eo de raptoribus*, decedentes in torneamentis, *c. 1. & 2. de torneamentis*, vel in duello, *Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap. 19.* licèt pœnitentes, vt probabilis docet opinio, *apud Dian. p. 2. Miſcell. tract. 2. reſol. 54.*

20 Rurſus, qui in Paſchate Euchariſtiā non ſuſcepit, niſi de cōſilio Sacerdotis prorogaſſet, *c. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ.* Religioſi proprietarij inpœnitentes, *c. Monach. de ſtatu Monach.* omneſque alij notorij peccatores, *gl. in c. ex parte 11. de ſepult.* & ſe ipſos induſtriosè occidētes, *c. placuit 23. q. 4.* dixi induſtriosè, ſecùs enim eſſet ſi caſu, vel ſi ſubuixerit egeritque pœnitentiam, aut ex furore, vel abſque culpa fecerit, *arg. c. ſine culpa de reg. iuris in 6.* & in dubio priuari non debet ſepultura Eccleſiaſtica, *Vgol. de off. Epiſcopi c. 17. nu. 4. Barb. cit. n. 49.* Itē decimas nō ſoluens, *c. prohibemus de decimis*, Deum publicè blaſphemās inpœnitens, *c. fin. de maled.* Concubinatus, & ipſemet concubinæ, alijque peccatores mortui in peccato mortali, omnes priuandi Eccleſiaſtica ſepultura, *c. pro obeuntibus 13. q. 2. c. ex parte 2. verb. communicabatur de ſepulturis.*

21 Hos verò ſepeliens Parochus, vel Epiſcopus ſepeliri mandans, aut quælibet alia perſona præter peccatum inobedientiæ, tenetur ad reſtitutionem expenſarum, *gl. in c. cum liberum de ſepult. Suar. de cenſur. diſp. 23. ſect. 5. n. 2. Barb. citatus n. 53.* & puniri debent à Superioribus, imò exhumanda corpora hæreticorum, & aliorum ſi diſcerni ab alijs poſſunt, *Medices de ſepult, q. 11. n. 26. ex tex. in c. ſacris de ſepult.* idem de

huma-

humato in loco ſacro tempore interdicti, *ait Sayrus de cenſur. lib. 5. c. 8. n. 22.* ſed tex. propriè de excommunicatis loquitur, non de alijs, nec eſt danda pœna quando non eſt in iure ſcripta, *c. is cui de ſent. excom. in 6. iuncto c. cum medicinalis.*

22 Sed exhumari abſolutè nullo modo debent, nec transferri de loco ad locum ſine licentia Epiſcopi, *decidit tex. in l. humanum C. de relig. & ſumpt. funer.* niſi fuiſſent repoſita in aliquo loco per modum depoſiti, tunc enim poſſent transportari, *l. ſi nec dũ C. de Relig. & ſumpt. funerum, Laur. de Frãch. q. inter Epiſc. & regul. p. 2. q. 66. n. 1.* ibi, *ſiue in Eccleſia ſæculari, ſiuè regulari ſint*, nec ſufficiens cauſa eſt, vt cadauer recognoſcatur à Curia ſæculari, pro probando delicto, *c. corpora de conſ. diſt. 1.* & Epiſcopi arbitrio relinquitur translatio etiam, qui licentiam nullo modo exhumandi in caſu prædicto pro recognitione concedat, *Lezana verb. ſepult. in ſumm. nu. 21. Samuel de ſepult. tract. 1. diſp. 4. contron. 13. n. 23. Theſau. in prax. p. 2. verb. ſepulcrum c. 2. in fine*, in qualibet Eccleſia etiã regul. ſit cadauer, *Dian. p. 3. tract. 2. reſol. 120. Paſqual. ad Franch. cit. nu. 2.* at circa translationem, quod poſſunt regulares propria authoritate transferre, ait *Dian.* ſed hoc negat *idem Paſqual.* & benè; nam oſtendere debent iſti priuilegium, alias inaniter faciunt, & in exhumatione requiritur ſemper Epiſcopi licentia, vt decidit *ſac. Congreg. apud eundem de anno 1643. die 11. Septembris, & DD cit.*

23 Et pro mortuis ſepeliendis accipi nõ poſſunt aliquid Parochi de iure, *ex tex. in c. abolendæ de ſepult.* vbi abuſum contrarium tollit; adeò vt ex conſuetudine aliquid Parochi pro iure ſepeliendi accipi non poſsũt, ita *Mantua conſ. 293. Barboſ. cit. nu. 18. verſ. vtrum valeat conſuetudo, & ſup. dict. c. abolendæ, Trentacinque conſ. 57. vol. 2. & alij*, ſed inter alias diſtinctiones mihi illa vera magis videtur, quod ex conſuetudine Parochi aliquid pro hoc iure ſepeliendi accipere poſſunt, quando congruam ab Epiſcopo aſſignatam pro ſui ſuſtentatione non habent, ſecus è contra, *Rota Roman. apud Martam in ff. nouiſſimis V. Paroch. cap. 1.* idem de Religioſis, & alijs recipientibus titulo eleemoſynæ, & pro ſuſtentatione aliquod ſtipendium, qui nec ſimoniam committunt, *Marcus Vidal. in diſquiſ. Theolog. tit. de Simonia inquiſ. 1. n. 85.*

24 Idem dicas de vſu vendendi Cappellas pro ſepulturis defunctorum, vt non ſit Simoniacus, quia accipitur per modum eleemoſynæ ad reparationem Eccleſiæ, vel ad ſuſtentationem miniſtrorum illius, non pro prætio, ſicuti dantur ſtipendia pro Miſſis celebrandis, *Suarez tom. 1. tract. 3. c. 14. n. 22. Rodoric. reſol. 128. n. 2. Villalob. in ſum. p. 2. tract. 37. diff. 12. nu. 3. & 9. Portell. in dubijs regul. verb. ſepult. n. 8.* atque ratione ſitus, vel dignioris loci maior prætium licitè petitur, *Belleit. cit. nu. 27. Spin. ſpecul. teſtam. gl. 2. n. 44. Menoch. de arbitrar. caſ. 277. Zecch. de republ. Eccl. lib. 1. cap. 28. n. 19. de Parocho, Garcias de benef. p. 5. cap. 9. nu. 137. in addit. Zerol. in prax. Epiſcop. p. 1. verb. ſepult. §. 2. Gratian. deciſ. 26. & diſcept. 110. Carol. Maranta tom. 1. reſp. 16. Pheb. deciſ. 8. n. 8.*

25 Et vſus ſepulturæ hæreditariæ eſt prætio extimabilis, vendique poteſt, *vt idem docet*, atque adiudicari, *Barboſa cit. ſup. nu. 16.* circa finem, *& ipſe dixi ſup. num. 14.* & de Cappella, *ſupra num. 7.* vt pro ſepultura, & funere facto cum maiori pompa etiam maius pretium peti poteſt, *Vidal. cit. ſup. n. 83. ex Sanchez, & alijs*, de quarta vero funerali, & Parochiali, *dicam infra tit. de decimis.*

26 Demum præcedentiæ circa Cruces, & Confraternitates cum Clericis, & regularibus, in conducendis, & ſepeliendis mortuis regulandæ erunt ex conſuetudine: dũmodo Parochus non excludatur; etiam ſi cadauer ad Eccleſias regularium conducatur, *Lezana in ſumm. quæſt. regul. c. 12. n. 41.* nec expectent iſti per vias, aut ad domum defuncti, *ſac. Congreg. apud Barboſ. cit. n. 63.* ſed potiùs in Parochiali Eccleſia, *vt ibi*, & defunctum non leuare debent, niſi iubente Parocho, & poſt aſperſionem aquæ benedictæ; *Gratian. diſcept. 298. n. 12. & 78. Peyrin. de priuil. regular. tom. 3. in fine*, cui debentur

candelæ, quæ reperiuntur iuxta corpus defuncti ſtante conſuetudine ſaltem 10. ann. præcipuè ſi in ſua Eccleſia ſit cadauer, ſicut & via ab eodem dirigenda, qui vſque ad ianuam Eccleſiæ vbi defertur cadauer ducere, & perſequi debet, *Barboſ. cit. nu. 74. Nouar. Lucern. regul. verb. defunct. nu. 4. & Lezana eod. verb. n. 5.*

27 Niſi accedat Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, nam hoc caſu ſub ſua Cruce omnes poſtea Confraternitates, & regulares ſecundum antiquitatē incedere debent, *idem Barboſ. nu. 78.* qui alia adducit circa hanc materiam, ſed optima regula mihi videtur conſuetudo; multa enim ibi deciſa à *Barboſa, Nouario, & alijs*, non obſeruantur, ſi ergo hæc adſit non tollens ius proprium Parochis, nec contra bonos mores omnimodè ſeruanda, *vt ſupra dicebam*, & aduertit *Ferrus de praced. q. 32. n. 6. Salgad. de Regia protect. p. 2. cap. 9. n. 46. & 79.* nec innouandum aliquid in his funeribus, præſertim nulla vrgente ratione, quæ ſola eſſe poterit quādo tolluntur à Parochis debita iura deſeruientia pro propria ſuſtentatione, & in his percipiēdis ſunt in quaſi poſſeſſione: idem dicas de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ, qui incedere debent cum ſua Cruce, & ad locum viciniorem propè cadauer, aut vbi incedere ſolebant, quem mutare in diſpendium dignitatis Canonicalis nullo modo debent, nam his incedentibus melior locus in omnibus functionibus dari debet, non exiſtentibus Abbatibus, aut alijs Superioribus Prælatis, *vt ex dictis lib. 1.* patet, nec deſignari debent layci aliqui arrogantes, ignari, & aſini, forsàn diuitijs onerati, vel Nobiles pauperes, & degeneres, locum in proceſſionibus, & funeribus his dare, & benè noſtrates qui tanquam Eccleſiæ Senatores, Locumque tenentes Cardinalium reſpectu Epiſcoporum, *vt lib. 1. deciſ. 1. dicebam*, maiores quolibet Rectore ſunt, *Ferrus de præced. q. 10. n. 1. & q. 24.* & præferuntur in his funeribus Parochis etiam, quod negant alij apud *Ferrum citat.* quòd omnia ad conſuetudines reducit, non eſt igitur diſcrepandum de laycis, & Confraternitatibus; cum de his nunquam quiſpiam rectè loquens dubitauit, nec iſtæ de iure Crucem erigere poſſunt ſi vocati ad funeralia defunctorum ſunt, *ſac. Congreg. in vna Anartens. ſub die 22. Nouembris anno 1631. apud Barboſam de ſepulturis tom. 2. de vniu. iure Eccl. cap. 10. n. 61. & de off. Parochi c. 25. & 26. Paſqual. in addit. ad Laur. de Franch. quæſt. inter Epiſc. & regul. p. 1. n. 228. fol. mihi* 88. ſemperque has præcedere debēt Clerici, *ſacr. Congr. in vna Meſſan. ſub die 7. Auguſti 1621.* explosis contrarijs conſuetudinibus, quæ omnimodè reuocandæ, *ead. ſac. Congreg. in vna Elben. ſub die 10. Ianuarij anno 1604. apud Barboſam cit. cap. 11. nu. 105.* & aduertas, quod Canonici, & regulares, atque Confraternitates ſtatuta, ſeu Capitula ſua facere poſſunt circa modum accedendi ad funera, vel etiam vt non accedant, & per ſe abſque vlla licentia Epiſcopi, nam circa hæc ſunt Domini, & ſua particularia ſtatuta facere valēt, vt ex dictis *lib. 1. tit. de conſtit. nu. 48.* patet, nec video rationem in cōtrarium circa hæc, vt poſſint Canonici, Confraternitates, & regulares ſtatuta facere circa modum accedendi, & etiam vt non accedant, quia hæc non ſunt alijs præiudicialia, nec contra ius commune, ergo ab his fieri valent, *vt ex d. tit. de conſt.* ſatis liquet.

28 Vt verò aliquid de his ſocietatibus, & Confraternitatibus dicam (ſunt enim inter loca pia, & religioſa) ſuppoſita Ethymologia, quæ ſatis clara eſt, vt ſint hominū conuentus ad aliquod pium agendum, *argum. c. ad menſam 11. q. 3.* & vna fraternitas ad vnum cultum, Confraternitas rectè appellantur, *Faſcus de viſit. lib. 1. c. 14. nu. 4. &* dicitur ſocietas, *l. verum ff. pro ſocio*; & Collegiū, eſt Cōgregatio eſt pluriū hominum ex vnincelſitate, *DD. in rubrica de Collegijs, & corporibus, gloſ. in rub. ff. de iur. & facti ignor. Toloſ. Greg. in Sintag. iur. lib. 15. cap. 32. n. 1. Decian. tract. crimin. lib. 7. c. 20. n. 31.*

29 Quæ omnia ſi ad pium vſum aliquod agendum approbantur ab Eccleſia, & à iure etiam ciuili, *vt in d. rub. de colleg. & multi vt cit. d. d.* non ita ſi ad malum, atque ad ebrie-

ebrietates, æpulaſue, Petrus de Greg. de Republ. lib. 13. c. 3. Decian. cit. & Menoch. de arbitrar. cent. 6. caſ. 597. ſunt enim aliqui, qui ſub prætextu Religionis, & Cultus Diuini ad æpulas potiùs, more gentilium conueniunt, qui damnandi, Duar. tit. de hered. inſtit. c. 2. verſ. alia quæſtio, ſicut, & conuenticula fouentes, d. c. multis l. conuenticula C. de Epiſcop. & Clericis cap. 1. §. conuenticula, vbi Bald. de pace iuram. firmand. in vſib. feud. Marta de iuriſd. p. 2. cap. 23. n. 1. aut Monopolia, l. 1. C. de monopolijs Menoch. cit. caſ. 569. Decian. cap. 21. Capycius latro tom. 2. deciſ. 179. n. 7. & per totam.

30 Has igitur Fratrias, & Confraternitates, vel Congregationes in quouis loco etiam exemptorum, inſtitui nō poſſunt abſque Ordinarij licentia, ideſt, Epiſcopi loci, Clemens Papa VIII. in Bulla edita Romæ anno 1604. die 24. Decemb. quam refert Piaſec. in prax. Epiſcop. p. 2. c. 3. n. 33. & Barboſ. tom. 2. de vniu. iure Eccl. cap. 11. nu. 76. Cherub. to. 3. Bull. Conſtit. 115. Bellaſ. in prompt. regul. verb. Confratern. Paſqual. ſup. cit. n. ſuo 206. fol. 85. Ceſp. de exempt. regul. c. 14. dub. 376. n. 4. Cauant in manual. v. Confratern. num. 3. Lezan. tom. 2. q. regul. c. 15. n. 19. aut alterius curam habentis, etiam Principis, Capycius latro cit. num. ſuo 4. & ſub vno nomine, nam plures eiuſdem nominis à Clemen. prohibitæ fuerunt, vt in Bulla legitur, ſed de creandis, non de erectis loquitur fac. Congregat. apud Barboſ. verb. Confratern. in collec. Bull. de Franchis cit. & Capycius n. 45. vel ſi contraria non habeant regulares priuilegia, Bordon. in conſil. regul. reſol. 72. n. 39. Laur. de Franch. p. 2. q. 37. nu. 1. & ibi addit. Paſqual. num. 2. ſed ſemper Ordinarij licentia requiritur quando extra ſuos Conuentus, Domus, & Grangias erigere cupiunt, vt ibi, aut ſi cum vſu ſacchorum inſtituantur, fac. Congreg. Epiſc. & regul. ſub die 6. Decemb. 1616. apud eundem Paſqual. & Bellaſ. cit. nu. 2. Gauant. n. 3. Barboſ. n. 76.

31 Sicut ſubduntur Epiſcopo etiam circa ſua ſtatuta, quæ ab eo approbanda, Lezanà cit. nu. 12. Barboſa, & Paſqual. nu. 209. & publicationes indulgentiarum, & priuilegiorum, idem nu. 210. & in qu æſtuando, Ceſped. cap. 24. dub. 376. n. 19. Leo part. 4. theſau. c. 2. de Confratern. n. 147. licèt regulares non ita, Paſq. nu. 211. Barboſ. in coll. Bull. V. quæſtuarij, Bell. verb. eleemoſyna idem Barb. de off. Epiſc. alleg. 105. n. 51. Coton. in controu. de regul. lib. 4. controu. 8. cap. 6. atq; hæ eleemoſynæ in quibus expenduntur eidē oſtendendæ, Paſqual. qui ſup. n. 212. & coguntur ad proceſſiones, modo explicato ſup. lib. 1. deciſ. fin. n. 43. & vt contribuāt pro Seminario, Laur. de Franch. 9. inter Epiſcop. & regul. p. 1. n. 229. Barboſ. alleg. 77. nu. 10. Bellaſ. in prompt. regul. verb. Confratern. n. 6.

32 Idem circa Confeſſarios eligendos, qui de his approbatis ab Ordinario eſſe debent, Paſq. n. 214. Coton. cit. c. 5. n. 158. nec exponere Confraternitates valent SS. Eucharistiam, ſine iſtius licentia, Gauant. cit. n. 21. & 23. vt non poſſint iſtam conſeruare, Barboſ. in collect. Bull. Verb. Confraternitas, & regulares ipſi, niſi legitima extaret conſuetudo, aut expreſſum priuilegium, nec Euch. publicè adorādam exponere debent, ſine cauſa ab Ordinario approbanda, Gauan. Verb. Euchar. n. 53. & 54. & Verb. regul. iur. ſub Epiſcop. n. 19. & 20. Bellaſ. in prompt. regul. V. Euchariſt. n. 9. Lezan. tom. 2. cap. 1. n. 26. eodem modo dicas circa proceſſiones huius faciendas, idem Bellaſius verb. proceſſio. & miniſtrationē ſolùm in Paſchate, Cotonius qui ſup. c. 3. de relig. nu. 113. exceptis famulis ſuis, & domeſticis, & aduenis, aut peregrinis, vt idem docet, confirmans concluſionem ſupradictā de expoſit. SS. Euchariſt. ex Dian. p. 11. tract. 2. reſol. 5. qui ad minus tacitam licentiam exigit.

33 De viſitatione decidas, quod eidem ſubijciuntur, Ceſped. cit. dub. 235. Ciarl. cap. 65. tom. 2. controu. niſi ſint ſub Regia protectione, Trid. ſeſſ. 22. c. 8. de reform. idem de Franchis, & Paſqual. nu. 230. alijſque negotijs pertinentibus ad bonum Regimen Eccleſiæ Epiſcopalis, vel Diœceſis Ordinarij cui ſubijciuntur, Maront. reſp. 12. nu. 11. Caualcan. deciſ. 17. n. 19. Menoch. de cauſ. poſſ. rem. 17. nu. 24. Belletus in diſquiſ. Cleric. tit. de fauor. Cler. real. § 5. nu. 86. nam pia loca

dicun-

dicuntur, *Riccius in praxi fori Eccl. tom.3. reſolut.92. idem* Bellett.*cit. Maia Obſeru.10. n.42. Marin.reſol.117.n.8. Coſta conſ.70.nu. 6. Nouar.de elect.fori ſect.2.n.56. Bellaſ.cit. verb.Confratern. n.9.* & Eccleſiaſtica, *Barb. tom.2. de vniu.iure Eccl.cap.11.n.81.* ideò in hoc foro cauſæ earum examinandæ, *Garcias de benef.p.5.c.1.n.605. Decian. tract.crimin. lib.4.c.9.nu.41. Conar.pract.c.34. nu.1.* & bona nec alienanda abſque aſſenſu Apoſtolico, *Barboſ.cit. num.82. de Graſſis de eff. Cleric.effec.1.n.12. Muta deciſ.58.n.19. Ricciull.lib.4.c.12.n.21. Marc.Anton.variar.reſol.lib.1.reſol.66.n.2.& reſol.203.n.1.* quidquid ſit de perſonis ipſis quatenus tales non ſunt, haud pro re conuenti, *Muta cit.& de Graſſ. cum Ricciull. Alphonſ. de Leone de offic. Cappell.p.1.q.4.n.10. Velaſc.conſ.105.nu.32.* vel cauſa ſpiritualis non ſit, *arg. c.quanto de iudicijs, Marta de iuriſdict.p.4. caſu 113.n. 20. Moroni ſup.cit. Tiraquel.de priuileg.cauſ. piæ in præfat.verſ.item relictum, Nauar.cõſ. 3.de foro compet. Sayrus deciſ.v. de off.ordin. & alij, quos remiſſiuè, ex more, refert Baron. de cit. tom.2.addit. ad q.23.nu.47.& tom.3. eod.loco* Doctores pro his quæſt.eod. modo adducit, nec Confraternitates erectæ abſq; authoritate Epiſcopi, vel Pontificis Summi; *Maſtrilli deciſ.110.nu.16.* de quibus loqui videntur *Capycius latro deciſ.95.nu.6. & 7. Menochius conſ.365.nu.5.lib.7. Gratian. diſcept.forens.c.400.n.2. & alij poſt Oternum in eluenb.varijs,c.1.p.totum,* dicentes aſſenſum Apoſtolicum non requiri, & perſonæ in his etiam ratione bonorum corã layco Iudice conueniendæ, *Bellet.ſup.cit.nu.ſuo 86. Caſtr.Bal. & alios.*

34 ideò illis reſtitutiones concedi non dubitandum, quæ conceduntur alijs pijs locis, *Odd.reſtit.p.1.q.1.n.37. de Franch. deciſ. 282. Marta vot.169. Ricciul.citat. lib.4.c.11. num.14. Maſtrilli ſup.cit. Ricc.coll.deciſ.648. Maſcard.de probat.concl.869.n.10. Cabed.deciſ.51.n.8. Nouar.de elect. & var.fori ſect.2. q.56. Gizz. in Obſeruat.ad Capyc.latro deciſ. 95.num.15.* omniaque priuilegia, *de quibus inf.deciſ.9.* & pro exemptione à ſtatutis, & gabellis ſicut de bonis Clericorum, & Monachorũ fuit dictum *lib.1. deciſ. pen. & fin.* & circa præcedentias proceſſiones, & appellationem de factis à Gubernatoribus, & Rectoribus ad Epiſcopi poteſtatem recurrendum, *Gutier.9. Canon.lib.1. c.35. nu.24. Ricciull.cit.nu.4. Lotter. de re benef. lib.2.q. 10.num.52.* & de delictis commiſſis in ipſis Cõfraternitatibus, *Gratian. diſcep.for.517. Lott.cit. & Barboſ.cap.11. n.85.* etiam ſi in Eccleſijs regularium eſſent, *ratione ſupradicta*, vel circa creationem Officialium, Obſeruantiam Capitulorum, & Statutorum, loco in proceſſionibus, funeribus, &c. in quibus iſte interponere partes ſuas debet, tanquam Iudex Eccleſiaſticus, eoſque confratres, & conſocios obligare, ligare, & diſſoluere ſecundum determinationes ſacrorum Canonum, & ſuorum ſtatutorum hæc interpretando, &c. quia intentionem fundatam habet in omnib⁹ his de iure, *Clem. quia contingit de relig. domibus §. ſi quis ædificat Auth. de Eccl. titulis, c. de Kenodichijs de relig.domibus, iuncto c. conſtitutus, & c. omnes baſilicæ 16.q.7. Bellett. in diſquiſ. Cleric.tit. de fauor.Cler.reali §.5. n.88.* & in præcedẽtijs inter eas, Barboſ.*cit.& Marta quibus addas Ferrum de præced.q.16.* dũmodo ad bonum ſint directæ non ad æpulas, & diſſentiones, & ſi neceſſarium erit has tollãt, quia cõfratres rixoſi in his Collegijs potiùs epulones, ſeu cœpulones, & Luciferi officium exercentes, quam fratres, & conſocij ad opus pium dici poſſunt, *vt Toloſan.& Capycius latro deciſ.179. loquuntur.*

35 Quæ dico de Confraternitatibus intelligas, de omnibus Collegijs ad pios *vſus*, Congregationibus, Deuotionibus, & ſimil. in quibus iura ſupradicta, & deciſiones locum habere debent, prout ſunt in mea Ciuitate Deuotiones ſub titulo Ieſus, & Mariæ, ab illo probo viro P.Antonio lo Fermo erectæ, cuius vitam, & aliqua pia geſta enarrat *Antoninus Mirellus Meſſanenſis.*

36 His accedunt Hoſpitalia, quæ multa communia cum præcedentibus habent; nomenque Hoſpitale idem, ac hoſpitium, ſeu diuerſorium in quo mendici hoſpitãtur, vel alij ex eleemoſyna, dixi, ex eleemoſyna,

na, nam ſi merces ſoluatur hoſpitium ſimpliciter, vulgo, appellatur, *DD. in c. Xenodochijs, de relig. domibus, & in Clem. quia contingit eod. titulo, gl. V. Xenones, in c. qualibet §. Sancimus 23. q. 8. Toloſ. Gregor. Sintag. iur. p. 2. lib. 15. c. 28.* vbi, alia circa Noſocomios, Parabolanos, Brephotrophia, Orphanotroph. Grophon. &c. quæ ad præſens inſtitutum non pertinent, ideò relinquo.

37 Nec loquor hic de Hoſpitalibus non religioſis factis nimirum ad pios vſus etiã, ſed abſque Epiſcopi authoritate, *Clem. II. de relig. domibus*, quæ non habent cauſæ piæ priuilegia, nõn ita illa erecta iſtius authoritate, & licentia, *c. ad hac ibidem, Tiraq. de priuil. cauſa pia in præfact. verſ. item religiosum Hoſpitalibus, Mareſcott. variar. lib. 2. c. 3. n. 12. Flor. de mena lib. 2. q. 21. n. 179. Caeſar de Eccl. Hierarch. q. 2. præmial. §. 5. nu. 31. & diſp. 14. §. 4. Genuens. in prax. Curia Archiep. c. 17. Pariſ. de reſign. benef. lib. 11. q. 3. n. 43. Solis de cenſibus lib. 2. c. 3. n. 11.* & gaudent immunit. Eccleſ. *Cæſar. cit. Valaſ. conſ. 105. n. 43. Borrell. ſum. decif. tom. 1. tit. 3. nu. 64. Ital. de immun. lib. 1. c. 4. §. 8. Decian. lib. 6. c. 34. nu. 31. ego ipſe ſupra in præced. decif. num. 25.* alijſque priuil. ſupradict. de Cappellis, & Eccl.

38 Sed quod talia ſint ex præſumptionibus colligere poteris, (ſi non adſunt probationes apertæ) puta ſi in eis diuina celebrẽtur, & ad modum Eccleſiæ fuerint ædificata, *Marcus decif. 1017. nu. 2. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 6. nu. 28. Marta voto 169. nu. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 76. n. 3. & 132. n. 50.* aut haberent nomina Sanctorum, *Mart. cit. & Maſcard. de probat. concl. 869. nu. 6.* & in eis eſſent ſepulturæ, vel cœmeteria, *Magon. decif. 19. nu. 16. Ricciull. lib. 4. Eccl. lucubrat. c. 4. n. 4.* aut Sacramenta adminiſtrentur, &c. *Barboſ. collect. ſup. d. Clem. quia contingit n. 17. & alleg. 75. n. 5. & de vniu. iure Eccl. tom. 2. cap. 11. nu. 16.* ſed in dubio his non exiſtentibus, potiũs laycale, & prophanum quam Eccleſiaſticum iudicandum erit Hoſpitale, *idem Barboſ. & Riccius collect. decif. 1886. in principio, Gonſal. ad regul. Cancellariæ in gloſ. 5. §. 4. n. 4. Rota Roman. decif. 268. n. 5. apud Farin. p. 1. in poſtum.* nec Paulina in alienatione bonorũ erit neceſſaria, *Gratian. diſcept. forenſ. c. 168. n. 8.*

39 Et aliqui dixere, quod eſt beneficiũ Eccleſiaſticum illud Epiſcopi authoritate erectum, *ex verb. tex. in d. Clem. quia contingit, vbi gloſ. verſ. per electionem, & Barb. n. 16. & in Clem. vn. de rer. permut. Garc. p. 1. 1. cap. 3. per tot. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. c. 6. n. 18. Cæſar. dict. §. 4. nu. 4. Riccius collect. decif. 540. & coll. 1655. Maſcard. de prob. concluſ. 85. n. 24. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 6. nu. 5.* quæ opinio mihi maximè liquet, quando apertè conſtaret de fundatione, vel daretur in titulum beneficij, de quo loquitur, *gl. in d. Clem. vnica de rerum permutatione verſ. beneficia, & in d. Clem. quia contingit.*

40 In quo Epiſcopus poteſtatem habet, *d. c. de Xenodochijs*, & ius viſitandi, *Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 28.* & ſi non fuerit ſua authoritate fundatum, ſecũdum aliquos, quos nõ ſequor, ſi diligẽtes ſint illius executores in adimplẽda volũtate defuncti, vel ipſimet fundatores eſſent, qui ſecundum ſuam voluntatem in domo ſua hæc pia opera facere valent, *Velaſcus conſ. 105. nu. 45. Barboſa de vniu. iure Eccl. tom. 2. cap. 11. num. 50.* aut ſi adeſſet prohibitio in fundatione, quod Ordinarius non poſſit ſe intromittere, *Armendar. de viſitat. in addit. ad recopit. legum Nauarra lib. 1. art. 6. nu. 66. Rota decif. 33. nu. 1. p. 1. recent. Diana p. 1. tract. 2. reſolut. 84. Barboſ. qui ſup. n. 48. & 50. ex declar. Congreg. & de off. Epiſcop. alleg. 82.* vel, vt hæredes aut nominati, vel ſucceſſores ad libitum faciat, *idem Barboſ. de off. Epiſcopi n. 28. Carpius de executoribus lib. 4. c. 2. n. 9. Diana de executoribus tom. 7. reſol. 35. & verba Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 9.* clara ſunt, ibi, *niſi ſecus fuerit in inſtitutione, & ordinatione expreſſè cautum.*

41 Et ſolũm data negligentia in non adimplenda voluntate teſtatoris tenerentur executores, aut hoſpitalis adminiſtratores, *Giurba ad conſuet. Meſſana gl. 10. c. 2. n. 13. & per tot. Carpius cit. lib. 1. c. 22. nu. 69. & 71. Barboſa ſup. Triden. ſeſſ. 25. de reform. c. 2. & c. 9. Daniel de Nobilibus diſp. 49. n. 11. & 12.*

& 12. *Tuſchus lit. E. concl. 546. n. 59. Caſtrens. conſ. 421. nu. 5. lib. 2.* & propriè in dolo hoc probato in hærede, vel executore, cui fuit data poteſtas abſoluta faciendi ad ſui libitũ, vel omninodè remiſſa computorum redditio, *Daniel, Barboſa, Carp. & Dian. citati*; atque poſt annum, *idem Daniel. n. 9. Coſta conſ. 4. n. 21. & 22. Virgilius de legitim. perſonæ. c. 31. nu. 2. in fine*, & de ipſis computis à quatuor ann. infra, *Escobar. de ratiocinijs c. 3. n. 18. & 19.*

42 Sed reuera probata negligentia, ſi de facto non fecit hæc opera, aut dolo, ſeu geſſerit, quod demonſtrari poſſit apertè per teſtes, aut alio modo, tũc Epiſc. illũ monere poterit, vt exequatur, & adimpleat volũtatẽ teſtatoris, & reddat computa, quæ ſi de facto non oſtendat, vel nolit in poſterum oſtendere, Epiſcopo redditur executio, iuxta diſpoſitionem *Trident. cit.* poſt monitiones, &c. & data ſententia declaratoria negligẽtiæ, vel doli; *Coſta, & Virgil. citati*; ſi verò demonſtret, tunc ei credendum circa hæc, quando facultatem habuit expendendi ad ſui libitum, non enim ſcrupuloſam rationẽ reddere tenetur, cum ſolùm de dolo teneatur, *vt DD. citati fatentur, & Bald. Tomaſini de execut. tit. 12. c. 1. nu. 20. & 21.* & ipſe obtinui in noſtra M. C. Archiep. de anno 1659. die 3. Iulij pro Placido Moleti Liparenſi executore hoc modo relicto, in cauſa appellationis ab iſta Curia, q ſi nõ ſit clauſula in contractu, arbitrio tuo expendas, aut ſimil. tunc iſti executores iuxta diſpoſitionem Concilij conuenie ndi, & iuſtum atque legale computum reddere tenẽtur, nec creditur circa expenſionem.

43 Habes ergo caſus in quibus Epiſcopus in adminiſtratione Hoſpitalium ſe immiſceri non debet, & circa computorum redditionem, quando fuit relaxata in fundatione horum redditio, aut ipſi fundatores vixerit; addas tertium in Hoſpitalibus ſubiectis Viſitationi Regiæ, prout de Cappellis, & Confraternitatibus, *dixi ſupra nu. 33.* vt decidit expreſsè *Triden. d. ſeſſ. 22. c. 8. & Pereira de man. Regia p. 1. c. 17. nu. 11. Ciarlin. contrau. forenſ. c. 65. n. 1. Valenſ. conſ. 58. nu. 12. Barboſa, qui ſupr. de vniu. iur. Eccl. n. 96. Marta de iuriſdict. p. 4. c. 18. n. 25. Gratian. de Præeminen. Reg. coron. c. 3. nu. 30. & c. 42. nu. 5. Piaſec. de viſit. lib. 2. c. 3. nu. 3. & alij poſt eos*, & ſubdit, *Solorçan.* non ſatis eſſe ſupradictioni Ducum ſint, *de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. n. 59.* ſed de illis agnoſcentibus Superiores ad minorem hanc cõcluſionem, ſecus de alijs Principibus abſolutis, qui etiã ſunt Eccleſiæ, & Concilij Trident. Protectores; *Salgado de Regia protectione p. 1. cap. 1. prael. 2. nu. 73. & Barboſa mox. cit. & ſuper Concil.*

44 Dices an ſupradicta computorumq; redditio debeat dari in ſcriptis, & præſentari in Curia Archiepiſcopali, vel Epiſcopali, &c. ſingulis annis, prout de tutore habemus ex pragmatica Ducis Monti Alti §. 6. *tom. 2. pragm.* & conſultus temporibus elapſis, Reſpondi, quod poſt monitionem ab Epiſcopo factam præſentari debet non antea, ea ratione; quia non adeſt de iure talis obligatio executoribus, nec extatuto, quod ſolùm loquitur de tutore, nec de rebus pijs, & Epiſcopus inſpecta qualitate perſonarum, & poteſtate, nec non obligatione executorum, poſtea hæc petat computa modo ſupradicto, imò credendum eis verbaliter quando amplam habent poteſtatem, & bonæ vitæ perſonæ ſunt, quid enim prodeſt ſi poſtea ſcribere faciant, & præſentent in Archiuio cum eis credẽdum niſi ſint in dolo; poſſet tamen, non dubitarẽ Ordinarius præcipere, vt reddant ſingulis annis pro ſatisfactione ſuæ conſcientiæ, ſed ſi non præſentarunt, non ideò erunt in dolo, & poterunt ad libitum facere, & iuxta præceptũ illius, nec illud adhibeatur perſonis bonæ cõditionis, habentibus amplam facultatem, atq; etiam data contumacia, & ſententia declaratoria præcedente, *vt ſup. dixi*, priuandi erunt, non alio modo.

45 Tandem in mentem habeas domus Religioſorum nõ regulari à poteſtate Epiſcopi, vt enim ſupra *lib. 1. deciſ. fin. de regul. & Monachis dicebam*, Religioſi ſunt hodiè à poteſtate huius exempti, quidquid ſit de iure antiquo, ex quo etiã Monaſteria erant

ſub

ſub cura Epiſcopi, *c. ſi quis Epiſcoporum 16. q. 5. c. Monaſteria* 18. *q.* 2. ideò ſolus Papa illas erigere valet, *vt omnes DD. docent poſt Bullã Vrbani VIII. adit. die* 28. *Auguſti* 1624. *apud Bellaſium in prompt. regul. v. Monaſterium, Ecochier de iuriſd. ordin. in exempt. p.* 1. *q.* 17. *& p.* 2. *q.* 45. *Donat. in praxi rer. regul. p.* 2. *tract. de Monaſt. ædificandis q.* 41. *Ceſped. de exempt. regul. cap.* 1. *dub.* 17. religioneſq; approbare, *Coton. controu. lib.* 4. *de Religioſis controu.* 1. *cap.* 1. *&* 2. *Barboſ. tom.* 1. *de vniu. iur. Eccl. c.* 41. *& ſuper Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. & Mon. c.* 3. *nu.* 34. *ibi verſ. nec de cætero vbi Gallemart. & communiſſima fidelium ſchola, ex Bullis Vrbani VIII. Clement. Greg. & alior. & c.* 1. *de exceſſib. prælat. in* 6. *c.* 1. *de relig. domib. eod. lib.*

46 Et etiam licentia Epiſcopi requiritur, vt nimirum iſti in locis ſuæ iuriſdictioni ſubiectis erigere valeant domus ſuas, *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 3. *de regul. c. Paſtoralis de priuil.* ſuppoſita approbatione S. Pontificis, *Barboſa tom.* 2. *de Relig. domibus cap.* 12. *n.* 11. *Ceſped. cit. c.* 1. *dub.* 8. *n.* 1. *Donat. q.* 25. *Paſqual. in addit. ad Franch. par.* 1. *de Conuentuum fundatione n.* 507. *& ſup. dixi hoc lib. deciſ.* 4. *nu.* 5. idem circa erectionem Cappellæ, in his Eccleſijs, nam aliquando ille reſcribere ſolet non eſſe hæc Monaſteria neceſſaria, nec ſufficienter viuere poſſe, *Donat. q.* 27. *Ceſped. d. dub.* 8. *Nouar. in lucern. iuris Pontif. concluſ.* 11. *n.* 4. & quod detrimẽtum alijs Religioſis ſit, & præiudicium, *Noal. conſ.* 20. *n.* 2. *Paſq. n* 482. ideo conuocãdi cęteri regulares erũt, atq; examinandum ſi rectè ſubſtentari valent, aut eſt in detrimentum Ciuitati noua ædificatio, &c. neq; his credendum, ſed diligẽter Ordinarius de omnibus inquirat, & de neceſſitate ciuitatis, & poſtea licentiam præſtet ædificandi, etiam renuentibus alijs, & in caſu appellationis ſacra Congreg. prouideat; nec interim aliquid fiat de nouo, *Ceſped. cit. dub.* 23. *Nouar. & alij, apud Paſqual. num.* 519. ſed illa licentia conceſſa ab Ordinario, faciliter ſacra Congregatio diſpenſare poſtea ſolet, vt docet praxis.

47 Idem voluit etiam nouiter *Innoc. X. in Bulla quæ incipit, inſtauranda de anno* 1652. *quam refert d. Paſqual. n.* 502. ex qua ſicut ex Bulla Vrbani, & Clement. VIII. sũt abrogatæ facultates regularibus conceſſæ erigendi Monaſteria, *Bellaſ. qui ſup. num.* 1. aliàs cõtrafacientes puniendi iuxta ibi deciſa, à S. Pontificibus, *Vener. de exam. Epiſcop. lib.* 10. *c.* 10. atque eis interdici erectio valet ſub pœna excomm. &c. *c. authoritate de priuil. in* 6. & de Bulla Inn. *ipſe inf. in fine.*

48 Quæ dixi de Epiſcopo, idem dicas de omnibus alijs Ordinarijs locorum, qui licẽtiam ſupradictam concedere valent, *Ceſpedes dub.* 21. *n.* 1. *Donat. rer. regul. p.* 1. *tract.* 1. *q.* 17. quia hic veniũt ſub nomine Epiſcopi, *arg. gloſ. in c. ordin. de off. ordin. in* 6. *& c. animarum verſ. ordinariorum, de conſtit. in* 6. & etiam Vicarius Generalis eiuſdẽ, *Ceſped. cit. n.* 4. quidquid alij dicant, nam ipſe ordinariam habet poteſtatem, *gl. in c. romano verſ. generaliter de appell. in* 6. *Sbroz. de off. Vicarij, lib.* 5. *q.* 43. *& q.* 51. ſicut Capitularis, *vt docet idem Ceſpedes*, alijque ſub illius appellatione venientes, vt Abbates exempti, & ſimil. de quibus, *Barboſa in appell. verb. Ordinarius, & in d. c. Ordinarij, nam Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 3. & Bullæ ſuprad. concedentes Epiſcopo facultatem non conſiderant hunc tanquam Diœceſanum, & ſecundum characterem, ſed tamquam Ordinarium habentem iuriſdictionem, quæ etiam in his prælatis cõſideratur in iſtis alijſue caſibus, quæ ad poteſtatem iuriſdictionis pertinent, *Flores variar. lib.* 2. *q.* 23. *nu.* 22. *Matienzo in l.* 14. *gl.* 1. *n.* 46. *in* 6. *lib.* 5. *non. recopil. Riccius in praxi variar. reſol. c.* 303. *Sanchez de matrim. lib.* 8. *diſp.* 2. *n.* 10. *Gallemart. in remiſſ. ad concl. Triden. ſeſſ.* 22. *de reform. c.* 8. *verſ. Epiſcopi.*

49 Monialium verò Monaſteria, nec in quocumque loco ædificanda, ſed in locis intra Ciuitatem bene munitis, *Triden. ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 5. *Barboſa de vniu. iure Eccl. tom.* 2. *cap.* 12. *n.* 62. *Vener. cit. c.* 21. *Vgolin. de poteſt. Epiſc. cap.* 21. *n.* 1. atq; Epiſc. ædificata curet transferre, & impedictes cenſuris Eccleſiaſticis compellere, *vt Trid. ait, & DD. cit.* ſed putarem locum habere ſi in locis nõ benè munitis exiſtant, periculiſque expoſi-

tis, aliàs non ita diſcurrendum, ſed ædificata relinqui debent, bene verùm noua haud ædificanda, cõtra Concilij prohibitionem.

48 Et quibus hæc ſint ſubiecta, ſicut & domus Monachorum, *iam explicaui lib. 1. deciſ. fin. de regul. & Monach.* vbi etiam, de immunitatibus perſonalibus, & exemptionibus omnium bonorum, ſicut & de bonis Clericorum, &c. nec vllum dubium adeſſe debet in donatis Eccleſiæ, quæ non ſunt ſtatutis laycalibus ſubiectæ, *prout latè ſcripſi lib. 1. deciſ. xi. n. 148. & ſeq.*

50 De dote etiam, quod in iſtis non ſit neceſſaria, ſicut, & in erectione ſuarum Cappellarum ſup. dicebam, *hac deciſ. n. 5. & in præced. eod. num.* & reparatio harum Eccleſiarum pertinet ad ipſos regulares, & de Monaſterijs Monialium ad Epiſcopos, de regula, vel ad Prælatos regulares quibus ſubijciuntur, ſicut ipſimet Conuentus omnes, & domus regularium, redditus retinere valent, bonaue immobilia pro ſui ſuſtentatione, & reparatione Eccleſiarum, *Triden. ſeſſ. 25. de regul. cap. 3. vbi Barboſa nu. 16. & 26.* Decreta S. Congreg. & Summ. Pontificum adducit, circa has nouas erectiones, & quod non poſſint recipi de nouo Nouitij, & fratres in domibus, in quibus non poſſunt commodè retineri.

51 Inſuper ſi non valent in his locis duodecim Fratres, & Religioſi ſuſtentari, tunc Ordinarij loci viſitationi, & correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſunt ſubijciendæ, *vt decidit ſac. Congreg. in decret. de celebr. Miſſ. apud Peyr. to. 1. priuil. in Conſt. Pirri §. 9. & tom. 2. in Conſtit. 6. Greg. 15. & refert Barboſ. cit. n. 22. & 23. Bellaſ. in promptuario v. viſitatio Epiſcopi num. 1. & Lezana tom. 1. cap. 9. num. 35.* quæ quidem Epiſcopi iuriſdictio, eſt ſolùm quoad diſciplinam Eccleſiaſticã, non quoad obſeruantias regulares, vt ibi *in deciſ. Cong. & Bellaſ. cit. notat, in prompt. regul. v. Monaſterium n. 2.*

52 Et aduertas hodie ad ſupracit. Bull. *Inn. ſuper extinctione, & ſuppreſſione paruorum Conuentuum eorumuè reductione ad ſtatum ſecularem, & bonorum applicatione, ac prohibitione erigendi noua loca regularia, in Italia, & Inſulis adiacentibus,* ibi, circa med. *itaq; de voto Congreg. aliquorum venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. Eccl. Cardinalium, & dilectorum filiorum R. E. Prælatum ſuper ſtatu regularium à nobis deputatæ, cui hoc negotium ſedulo, ac maturè examinandum comiſimus motu proprio, certa ſcientia, &c. omnes, & ſingulos Conuentus quorumcumque Monachorum, ac regularium virorum bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium cuiuſcumque Ordinis Mendicantium, vel non mendicantium, Congregationis, Societatis, & cuiuſuis alterius inſtituti, etiam Societatis Ieſu, & illius cui animarum cura etiam perſonarũ ſæcularium incumbit, ſintue hoſpitia, vel granciæ, ſeu alterius Monaſterij membra exiſtentia intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium in literis, ac eadem Congregatione expediendis nominatim exprimendos, in quibus ob paruum numerum Religioſorum regularis diſciplina iuxta peculiaria cuiuſuis ordinis inſtituta ſeruari non poteſt authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò, extinguimus, ſupprimimus, & abolemus vna cum omnibus eorum dignitatibus, officijs, ac miniſterijs illosuè ab omni proprietate, dominio, ſuperioritate iuriſdictione, ac alio quocumque iure regularium, eximimus, & abolemus, vna cum omnibus eorum dignitatibus, officijs, & miniſterijs, illoſue ab omni proprietate dominio, ſuperioritate, & iuriſdictione, ac alio quocumque iure regularium eximimus, ac liberamus, omneque titulum, eſſentiam, ac denominationem regularium in eis penitus extinguentes illos ad ſtatum ſæcularium reducimus, &c.* & hoc infra terminum ſex menſium, vt ibi, *infra terminum ſex menſium à die præſentationis literarum ſub pœnis, &c.*

## DECISIO VI.

### De rebus Eccleſiæ non alienandis.

*SVMMARIVM.*

1 *Alienationis nomine quid veniat? & n. 2.*

3 *Neceſſarij contractus non veniunt appellatione alienationis, nec neceſſariò alienatio-*

*nationes in prohibitione de non alienando veniunt n.4. & quomodo hæ dignoſcantur? atque in dubio quomodo præſumendum.*

5 *Res Eccleſiæ an, & in quibus caſibus valeant alienari? nu.6.7. & 8. cum ſeq. adducitur.*

9 *Triennium in locatione quomodo computandum, & ſi valeat quoad partem locatio facta vltra illud tempus.*

10 *Quomodo concedi poſſint in emphiteuſim, & n.11.*

12 *In omnibus alienationibus hodiè aſſenſus Apoſtolicus requiritur, & nulla eſt alienatio, Eccleſia, vel Prælato opponente.*

13 *Niſi fuerint res minimi valoris, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & annullata alienatione an debeantur fructus, & expenſa? & in caſu extremæ neceſſitatis, an alienatio teneat abſque diſpenſatione facta?*

14 *Ex lapſu temporis an præſumatur aſſenſum Apoſtolicum interueniſſe? & ſi Eccleſia eſt in quaſi poſſeſſione, & perceptione fructuum an teneatur conceſſionem, & Paulinam oſtendere?*

15 *Pecunia Eccleſiæ donata, vel depoſitata ad nomen illius, an valeant alienari, & num.ſeq. 16.17.*

18 *Eccleſia an cogere poſſit vicinos, vt vēdant pro ſui ampliatione? & an ipſa cogi poſſit cum multis ampliationibus n.19. 20.21. & ſeq.*

22 *An cogit aliam Eccleſiam, Ciuitatem, vel Fiſcum?*

23 *Quid ſi pro mera vtilitate ampliationem quæreret?*

24 *Et partem domus, an totam capere debet?*

25 *Et de ſeruitutibus.*

26 *Pretium quomodo taxandum, & regulandum? nec Eccleſia ſecundum formam pragmaticæ emere cogitur, & n.40.*

27 *An Dominus teneatur habere fidem de pretio, & coram quo Iudice faciendum hoc iudicium?*

28 *Domus vicinę ædificijs, & viæ Philibertę, quæ Meſſanæ proſpicitur, & mundi miraculum vocatur à D. Mario Cutelli, vendi poſſunt pro ſtructura eiuſdem?*

29 *Domus Eccleſię an comprehendantur ſub legibus, & ſtatutis factis pro cogendis vicinis ad ampliandas domus, & magna palatia.*

30 *Et quo pretio emi debent? diſtinguit Author. cum n.31.32. & 33.*

34 *Eccleſia præfertur in locatione ad longum, & breue tempus quando pro ſui ſeruitio vult conducere, & an cogi ipſa poſſit ad locandum alijs, prout ſunt inſequentes Curiam in Regno noſtro, qui an eicere poſſint Clericos, & alios conductores domorum Eccleſię?*

35 *Retractus an competat Clericis, & Eccleſijs? latè expenditur num.36.37.38. & 39.*

40 *Pretium debet eſſe iuſtum in caſu iſtarum emptionum, & ſi ſolui poſſit quid plus ſecundum formam ſtatuti?*

41 *An partem, vel totam domum vicinam emere debeat Eccleſia? & ſi deformaretur domus?*

42 *Quid ſi Eccleſiæ ex immemoriali tempore, & ad præſens iure retractus non vtantur?*

43 *Statuta prohibentia ius congrui an actiuè, & paſſiuè intelligantur? cum alijs quæſtionibus ad materiam.*

1 PEtes 1. quid ſit alienatio, & quid veniat nomine alienationis? Omnia hæc loca Deo dicata, & Eccleſiaſtica, ſiuè regularium, aut ſæcularium perſonarum, inalienabilia ſunt; pro terminorum vero cognitione ſupponenda hæc præſens petitio erit, vt melius vtilis, & quotidiana hæc materia dignoſcatur, circa alienationem locorum Eccleſiaſticorum, & prædiorum Eccleſiæ, quod nimirum, alienationis verbo venit omnis actus per quem dominium transfertur, *l. alienationis verbo ff. de verb. ſignif.* ſiuè per donationem, venditionem, aut per emphiteuſim, *c. alienationes, cum ſeq. 12.q.2. c. nulli de rebus Eccleſię alien. vel non l.1. C. de fundo dotali,* & ipſe actus vocatur alienatio, *d.c. nulli,* quomodocumque ergo translatio dominij facta ſit, alienationis verbo

continetur, *l. fin. C. de rebus alien. non alienandis, Anchar. Alex. Oldrad. Pereira, Baldus, Tuſchus, & alij quos citat, & ſequitur Barboſa in appellatiuis V. alienatio, Paſqual. in addit. ad Laur. de Franch. controu. inter Epiſcop. & regul. p. 1. de Abbatiſſis, q. 10. nu. 723. idem Barboſ. de uniu. iure Eccl. tom. 2. cap. 39. n. 2. & ſuper d. c. nulli, & extrau. vnic. de rebus Eccleſiæ non alien. Redoan. de alien. rer. Eccl. q. 1. Bellaſ. in prompt. verb. alien, Giurba ad conſuet. Meſſan. cap. 14. gl. 4. n. 6. Merlinus de pignoribus lib. 2. tit. 1. q. 7. num. 1. & ſeq. Abruz. in expoſ. rub. quibus alien. licet, vel nõ n. 53. Faber in C. lib. 4. tit. 14. def. 47. & lib. 6. tit. 11. def. 40. lib. 4. tit. 8. def. 8. lib. 2. tit. 26. def. 3. n. 8.*

2 Ideò hæredis inſtitutio, *l. ſi quis certum C. de ſec. nuptijs*, datio in ſolutum, *Cephal. conſ. 54. n. 34.* locatio ad longum tempus, *d. c. nulli, & c. ad audient. gl. in l. 2. ff. ſi ager vectig. &c.* Pignus, & hypotheca §. *alien. Auth. de non alienando, Caſtill. de vſufruct. cap. 54. nu. 50. Merlin. de pignor. & hypothec. ſup. cit.* dummodo per ſe, & principaliter conſiderentur, *Giurba, qui ſup. n. 20. & Merlin. q. 42. nu. 40. & 44.* ius ad bona immobilia, *idem Giurba nu. 11. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 22. Amat. reſol. 19. n. 18. Surdus conſ. 451. n. 25. Olea de iurium ceſſione tit. 2. q. 1. n. 36.* tranſactio, *c. cum tempore de arbitris*, ſeruitutis impoſitio, *l. fin. C. de rebus alien. non alien. verſ. ſeruit.* vel cenſus, *Caſtill. Sotomaior. tom. 4. de coniect. vltim. volunt. cap. 9. nu. 83.* aut venditio, *Marin. lib. 1. quotid. reſol. cap. 6. n. 8. Gizzius in add. ad Capycium latro deciſ. 19. n. 25.* etiam ſi fuerit pro reparatione edificij, & in caſib. infra dicendis pro Eccleſia, *idem n. 28. & ſeq.* compromiſſum voluntarium, *Capycius deciſ. 90. n. 3.* & quæuis obligatio, *Capycius latro deciſ. 6. n. 27.* contractuſuè voluntarij ex quibus dominium transfertur, *d. c. cum tempore, l. pete §. prædiũ ff. de leg.* & res in alium traditur, *Olea qui ſup. tit. 1. q. 6. n. 44.* prohibiti cenſentur.

3 Non ita de neceſſarijs diſcurrendum, *Ceuall. com. opin. q. vltim. n. 47. tom. 4. Merlinus de pignoribus lib. 2. tit. 1. q. 42. num. 40. Giurba ad Conſuet. c. 14. gl. 6. n. 3. Olea quæſt. 3. n. 38. Caſtillon. de vſufructu lib. 5. cap. 113. n. 15. Bellaſ. in prompt. regul. verbo alienatio n. 14. Barboſa d. tom. 2. cap. 30. nu. 12. Capyc. latro deciſ. 137. n. 10. Groſſ. controu. 17. nu. 4. Noal. de tranſmiſſ. caſu 36. n. 13. Faber in C. lib. 2. tit. 12. def. n. 11. Carlenal. de iudic. to. 2. tit. 3. diſp. 1. n. 20. ex Molina de Prim. & alijs,* ſi nimirum vrgeat æs alienum, *c. hoc ius 10. q. 2. c. ad noſtrum de rebus Eccleſiæ non alien. Vgolin. de pot. Epiſc. c. 14. §. 7. num. 5. Donat. Layn. rer. regul. tom. 1. tract. 14. q. 9. n. 15. & q. 21. & 22. Afflict. d. 191.* aut ſimilis cauſa neceſſitatis Eccleſiæ, vel pietatis, aut pro redẽptione captiuorum, & alimonia pauperum, vel ſi res Eccleſiæ incõmoda, aut inutilis ſit, quibus caſibus inconſulto etiã Pontifice alienari valent res Eccleſiaſticæ, *Barboſa cit. n. 18. 19. & 20. & ſuper Extrau. ambitioſæ nu. 24. de off. & pot. Epiſcopi alleg. 95. n. 22. cum ſeq. & inf. melius declarabo.*

4 Ea validiſſima ratione, quia neceſſariæ alienationes in prohibitione non veniunt, *Caſtill. Giurba & alij ſup. cit.* quibus addas *Surdum conſ. 322. nu. 19. Capyc. Galeot. lib. 1. contr. 36. Acoſtam de priuil. credit. reg. 2. ampl. 6. n. 23. Niquerol. alleg. 29. num. 241. Fontanel. deciſ. 278. nu. 59. Capyc. deciſ. 99. n. 4. Gamm. deciſ. 178. Giurba deciſ. 62. nu. 18. Ciriac. controu. 309. nu. 9. vol. 2. Tuſq. Cranett. & alios quãplur. relatos à Maſin. de cõfiſcat. q. 20. n. 58. & 59.* ad quod dignoſcendum origo negotij ſemper attendi debet: nã ſi alienatio haberet principium neceſſariũ, neceſſaria appellatur, *Olea de ceſſion. iurium tit. 1. q. 3. nu. 38. ex Mierez, Caſtill. Gutierez, & alijs*, vel ſi fuiſſet facta à Iudice, *Capycius latro deciſ. 137. nu. 11.* & in dubijs potius ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria facta dicitur, *Giurba ad conſuet. Meſſanæ cap. 9. gloſ. 2. num. 29.*

5 Petes 2. an res Eccleſiæ valeant alienari? & quibus in caſibus prohibitio extendatur?

Relictis his quæ iure antiquo erant deciſa circa alienationes rerum Eccleſiæ, *ex tit. de rebus Eccleſiæ alien. vel non, & in Decret. Grat. 10. q. 2. & 12. q. 2. per tot.* hodie attenditur *ad Conſtit. Pauli 2.* inſertam in *Ex-*

trau.

*trau.comm.tit.4. de rebus Eccleſię non alien.* ex qua prohibentur omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationes, omniaque pacta, per quæ ipſorum dominium transfertur, item conceſſiones, hypothecæ, locationes, & conductiones vltra trienniū, nec non infeudationes, & contractus emphiteutici, præter quam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus, & bonis ab antiquo concedi ſolitis, & cum Eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt pro inſtantis temporis neceſſitate, & innouat decreta, & Conſtitutiones prædeceſſorum ſuper hoc æditas, annullátque alienationes factas cōtra hoc decretum, pœnaſque imponit excommunicationis in laycis alienantibus, & ſuſpenſionis, in Prælatis, & Epiſcopis cum priuatione beneficiorum, &c. & non ſolùm de bonis ſæcularium, ſed etiam regularium, vt decidunt Patres, *ſac.Congreg. iuſſu Vrbani VIII. ædite die 7. Septembris 1624. Romæ, & alia die 21. Maij anno 1626.* omnia ſupradicta confirmantes, ſub pœnis, vt ibi, remot. quacumq; conſuetudine, & priuilegio; *Barboſa d.c.30.num.15.* qui decreta adducit, & *Franciſcus Baron. tom.3. de citationibus in annot. ad 23. quæſt. nu. 18.* & adeò nulla eſt alienatio contra hanc formam facta, vt nec reſtitutio in integrum ſit neceſſaria, *Olea cit. tit.2.q.1. nu.7.* nec dominium transferatur, *idem n.8.* aut aliquo modo, etiā ab Eccleſia ipſa confirmari poteſt contractus, *Paſchalis de Patria poteſt.p.1.c.6.n.24.* quia requiritur de forma, *vt ibi, & melius inf.nu.12.* cuiuſcumque Eccleſiæ ſint res, & bona, vel Cappellæ, aut Confraternitatis, & piorum locorum, vt dicitur in Bulla, & etiam ſi ipſemet Eccleſiæ eſſent, & in Eccleſiā translatæ, *Coſta conſ.70. n.7.* aut iſtæ poſtea profanatæ; *Riccius nouiter tom.5. in praxi profanationis Eccl. reſol.9. per totam.*

6 Et exceptæ videntur alienationes neceſſariæ, vt ex dictis conſtat, vel pro alimētis, & ſtudio, *Cutell. de donat. tom.1. par.11. n.71. fol. mihi 351. Barboſ. ſup. cit. in d. Extr. n.24.* pro redimendo capitali Bullæ, ſeu Cēſus quando adeſſent decurſa, *Cutell. tom.2. deciſ.35.n.148. Donat. Layaens. tom.1. tract. 14.q.22.* dixi ſi adeſſent decurſa, nam vendi non poſſunt abſolutè res Eccleſiæ pro redimendo cenſu, vel bulla, *vt notat Cutelli cit. ſup. & Coſta conſ.70.* item non prohibetur alienatio rei facta vigore pacti de retrouendendo, *Donat. cit. q. 355. & Viſconti in concl. iuris verb. prorogatio, Baron. de tit. ſup. cit. add. ad q.3. nu.35. ex Ventrigl. & Pelliccian. Marta vot.51. n.14.* nec relutio alienatio eſt, *Giurba deciſ.79. nu.30.* & permutatio Eccleſiæ, cum Eccleſia, *Boſſ. tract. varij tom.3. de alien. rer. Eccl. tit.18. §.1.* licèt ex praxi contrarium, dicat *Riccius tom.1. reſol. 71. tit. praxis alienationis.*

7 Res ab Eccleſia non quæſita, *Sanfelici deciſ.280.n.20.* & tranſactio, *idem Sanfelici.* quando nimirum res illi, venit reſtituenda, *Cancer. variar. reſol. lib.1. c.7. nu.118.* aliàs non ita, *Gratian. diſcep.476. & 846. nu.8. Caputag. deciſ.106. p.1. & 38. p.2. Theod. de rubeis in compend. alien. rer. Eccl. num.36. Barboſa de Eccl. rer. alien. cap.30. n.40. & 41.* ſicut, & concedi valet in emphiteuſim inconſulto Roman. Pontifice tribus concurrentibus *in d. Extrau. enumer. verſ. ac de rebus,* nimirum in caſibus à iure præmiſſis, & de bonis ab antiquo ſolitis dari, & cum euidenti vtilitate, vt ibi explicat *Barboſ. n.16. de de off. Epiſcopi n.95.* & melius *dicam inf. n.10.* & bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ nimirum vſu conſumuntur, vel fructus non faciunt, aut deperdūtur ex lapſu temporis, vt vinum, oleum, triticum, & ſimil. omneſque res mobiles non prætioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, cuius generis ſunt vaſa aurea, argentea, & ſimil. *Riccius cit. reſol.58. cum Barboſ. qui ſup. n.20.* & de oblationibus, vulgo, votis argēteis, vel pretioſis ex alia materia, datis ob deuotionem cōſului temporibus elapſis, eadem ratione.

8 Immobiles parui valoris non excedētes ſummam 20. ſolidorum, *ex Dian. par.5. tract.5. reſol.6. & 57. vel 40. ex Gratian. diſcept.452. n.17.* aut 25. aureor. ſecundum alios, ſed tu arbitrio Iudicis remittas inſpecta facultate Eccleſiæ, vt idem *Grat.* docere videtur, & bona regula eſt in materia terribilæ alie-

læ alienandæ abſque aſſenſu Apoſtolico, *Abruz. in lect. pract. quibus alien. licet, vel non, §. contra autem n. 96. & 97.*

9 Et locationes factæ intra triennium, *Barboſa alleg. 95. n. 18.* quæ per ſtatuta Epiſcoporum, regulari poſſunt, adeò vt, hæc teneant ſi locationes fieri vſque ad annum, vel biennium ſoleant; nec ſunt contra verba dictæ Extrau. quæ tantum annullat illas factas vltra triennium, ibi, *vltra triennium*, quidquid dixerint alij Doctores; nec numeratur annus quatenus conſtat ex 12. menſibus, ſed ex recollectione, ita vt ſi ex quolibet triennio ſemel tantum fructus percipiantur, tunc triennium pro vno anno cõputari debebit, & locatio fieri poterit vſque ad nouennium, *Quaran. verb. alien. nu. 18. Mantic. de tacit. & ambiguis tom. 1. lib. 5. tit. 3. nu. 22. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. c. 60. n. 10. Filliuc. tom. 3. tract. 44. cap. 2. q. 3. Bonac. Gutierez. Azor. & alij apud Barb. ſup. dict. Extrau. n. 9. & de Off. Epiſcopi alleg. 95. n. 4.* ad duo verò triennia factæ non tenent, vel ad quatuor collectiones, etiam ſtante pacto, quod poſt primum triennium incipiat aliud, *Velaſ. de iure emphit. q. 29. nu. 15. Alex. conſ. 165. lib. 2. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 16. n. 4. Vaſquez in Opuſc. de reddit. c. 2. §. 2. dub. 4. n. 25. & Lapus. alleg. 12.* nec validarentur quoad triennium, ſed in totum vitiatur ex verbis Paulinæ Bullæ, ibi, *nullius omnino ſit roboris, & momenti, Mantic. cit. tit. 5. & Velaſc. Borell. ſum. deciſ. tit. 16. n. 5. Couar. n. 5. Gratian. c. 762. nu. 22. Rota apud Farin. deciſ. 30. p. 1. recent. Pereira de reſol. emphit. 2. n. 30. & de emptione c. 32. n. 32.*

10 Abſque aſſenſu Apoſtolico conceduntur etiam in emphiteuſim bona Eccleſiæ in caſibus à iure permiſſis, puta ſi iſta ſint plus damnoſa, quam vtilia, *c. ſine exceptione cum ſeq. 11. q. 2.* vel ſi maximè requirantur expenſæ, *c. terrulas 12. q. 2.* aut ſi ſterilia, aquoſa, ſyluoſa, infructuoſa, & ruinæ, quæ ab hac reſtaurari non poſſunt, *c. hoc ius §. perpetua, c. aconomus 10. q. 2. c. ad aures de rebus Eccleſiæ non alien.* præcipuè ſi taliter dentur, vt ad Eccleſiã poſtea meliores reddant, *Zerol. in prax. Epiſcop. verb. alienatio, Vela. differt. 15. n. 76. Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 95. nu. 26. cum ſeq. & de iure Eccleſ. 30. n. 20. tom. 2. & ſup. d. Extrau. n. 16.*

11 Item de rebus ab antiquo ſolitis dari in emphiteuſim conceſſio hæc fieri debet, vt Bulla loquitur, *ab antiquo concedi ſolitis*, ad quod probandum ſufficit vnica conceſſio, *Borell. cit. tit. 33. n. 136. Genuens. c. 60. num. 5. Gamm. deciſ. 344. n. 4. Rebuff. de reb. Eccl. non alien. n. 33. Aldegrad. conſ. 28. n. 20.* dummodo non alteretur natura conceſſionis, *Ruben. tom. 2. deciſ. 107.* & ſi reuertantur iterũ emphitouticari abſque ſolemnitate poterunt, *Gam. deciſ. 344. nu. 4. Rota Bonon. deciſ. 13. n. 7. Pereir. de renou. emph. q. 16. n. 91. Reccius in praxi deciſ. 100. n. 2. Borell. n. 209. Conall. commun. contra commun. tom. 4. q. 897. & 99. Gonſal. ad regul. 8. Cancell. gl. 6. nu. 94. Pheb. deciſ. 82. n. 34. Menoch. de arbitrar. 81. n. 5. & conſ. 66. n. 31. conſ. 79. nu. 1. conſ. 90. num. 22.*

12 Quibus accedat euidens Eccleſiæ vtilitas, quæ in omnibus alienationibus, etiã permiſſis de neceſſitate expoſcitur, *c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. de Marin. reſol. iuris cap. 6. per totum, Palaus tract. 11. diſp. vnic. §. 2. n. 1. Surdus conſ. 181. nu. 14. & omnes vno ore Doctores*, & extra hos, licèt appareat de euidenti vtilitate debita ſolemnitas deſideratur, *Caſtillus Sotomaior de vſufructu cap. 54. n. 12. & tom. 4. de coniect. cap. 61. n. 40. & Abruz. mox citand.* & de forma, prout *ſup. dicebam*, adeò vt ab ipſa Eccleſia non valeat huic ſolemnitati renunciari, *de Franchis, & DD. inf. adducendi*, duo enim copulatiuè requiruntur in alienatione, debita ſolemnitas, & cauſa, *c. 1. de rebus Eccl. non alien. in 6. Clem. 1. ead. d. c. ſine exceptione*; & hodie prohibetur omnis modus alienationis, & cõceſſionis emphiteuſis, etiam in caſu licito, factæ ſine aſſenſu Apoſtolico, *Maroni reſp. 62. n. 3.* qui concedi ſolet ſtante neceſſitate, vtilitate, incommoditate, & pietate, *vt idẽ docet ex praxi, & ſtylo Curiæ*, etiam in alienationibus factis ex cauſis à iure permiſſis, puta ſi infructifera, aquoſa, *&c. Rota Rom. in vna Capritana ſi inenidentem, Luna. die 1. Iany 1598. apud Paniã deciſ. 553.* & requiritur

Digitized by Google

ritur de forma, aliàs nulla eſt alienatio, *de Franch. decis.35.n.9. Ioan. Faber. in §.1. inſtit. quibus alien. licèt vel non n.4. Gizzius in annot. ad Capycium latro decis.19.n.28.* imò facta ipſa conceſſione, ſi læſa inueniatur Eccleſia reſcinditur contractus, *Fontan. de pactis dotalib.p.1.clauſ.4.gl.18.n.91. & ſeq.* & melius annullatur, *vt ait Lauarius conſ. 50.p.tot.* ad inſtantiam tamen Eccleſiæ, vel Prælati, quibus non contradicentibus validus iſte erit, vna cum alienatione, *Caſtell. cit. lib.8.c.63.nn.7.& 8. Abruz. in lectura quib. alienar. licèt vel non in §. nunc admonendi n. 95. verſ. at verò circa finem*, quidquid dixerit *Dian.p.1.tract.8.reſol.77.* qui abſque ratione conuincenti loquitur circa hoc.

13 Et ſolùm in rebus minimis, & terrulis practicari poſſet concluſio, quod poſsũt alienari ſine aſſenſu Apoſtolico, ſicut & res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, *vt ſupra dixi*, cæterum omnes aliæ alienationes rerum Eccleſiæ voluntariæ cum aſſenſu Apoſtolico fieri poſſe meliùs conſulas, data vtilitate, &c. quæ euidenter conſtare debet, *Giouag. conſ.22.nu.14. Ciarlin. controu.105. n.48. Paul. de Rubeis tom.3. diuerſ.5.* nec ſtãdum alienãtis aſſertioni, *Caract. decis.29.n. 30. Bart. & Roland. cum alijs apud Barboſ. de vniu. iur. Eccl. tom.2. cap.30. n.15.* qui addit Eccleſiam locupletiorem fieri debere, *de Peyr. de priuil. regul. ad conſt.8. Vrban. VIII. pag.375. & Ciarlin. cit.* & de tempore alienationis, *Barboſ.4. in princip. lib.1. DD. communiter in d.c. ſine exceptione*, an verò annullata alienatione debeatur emptori pretium? & dicas quod ſic, ſi erat bonæ fidei, *Riccius coll. decis.2164. & reſol. 17. in praxi alien.* ſicut, & res data *Caualeri decis. 222. n.2. Rota Romana apud Peniam decis.620.n. 4. & Caſtill. n.10.* & fructus expenſæue vtiles, & neceſſariæ, *Sforz. Odd. conſ.41. n.81. & 87. poſt Caſtill. cit. n. 10.* qui ſubdit *n. 12.* caſum notabilem, vt in caſu vrgentis famis poſſint bona Eccleſiæ à Prælato regulari, pro ſubleuandis Monachis alienari, *& ſeq. Viſconti in coel. iur. V. Eccleſia*, idem dicas in caſu maximæ ruinæ, & euidentis periculi Eccleſiæ ſæcularis, aut Monaſterij; nõ enim Papa in his caſibus loquitur, benè verum ad maiorem cautelam poſtea aſſenſus petendus erit.

14 Præſumitur tamen iſte ex lapſu 30. annorum, *Galeot. controu. iuram. lib.2. controu.19.n.1. Carac. decis.29.n.32.* aut ex alia longa temporis diuturnitate, *vt idem docere videtur*; ſtat enim tempus 30. annorum pro aliquali menſura temporis, vt dici non poſſit de nullitate hoc elapſo, nec ab ipſa Eccleſia, cui etiam de titulo, & aſſenſu opponi non poteſt, ſi eſt in quaſi perceptione fructuum, & emphiteuſis ex hoc tempore, & emphiteuta recognouit, *Canccrius variar. reſol. tom.1.c.11.nu.21. Giurba Obſer. 65. n.18.* imo oſtendere non tenetur titulum, & Paulinam quando eſt in tali perceptione, & fructuum receptione, nec ſcriptura requiritur in emphiteuſi Eccleſ. *Nouar. decis. 235. num.5.*

15 Inſuper pecunia relicta pro emptione rerum mobilium Eccleſiæ pretioſarum ſine Papæ licentia alienari nõ poteſt, ſicut, & relicta pro emendis redditibus, *Donat. Layn. ter. regul. tom.1. tract.14.q.52.n.7.* vbi idem ait de pecunia perueniente ex cenſu, vel re ſtabili reempta, quæ in alios redditus applicanda, & de illa perueniente ex dote Monialis, quæ poteſt erogari in emptionem ſtabilium ſine licentia ſacræ Congreg. ſicut & alienari, ſed Monaſterium ſuper ſuis redditibus erit obligatum ad illam alendã, quod ſi redditus non habeat, certè alienari pecunia nõ poteſt, & in alios vſus cõuerti, ſed ex hac debent redditus emi pro alenda Moniali, *vt DD.* docent de tutore, & Curatore expendente pecunias pupilli etiam abſque decreto, *Surd. decis.282.nu.13. Tiraq. de retract. conſang. §.1. gl.7.n.115. Pinellus in l.1. C. de bon. maternis p.2.n.43. fol. mihi 204.* vel ſibi credente, *l. quoties §. non tantũ ff. de admin. tutel. Gualt. de tutel. p.2. tit. vtiliter agat, & contrahat n.89. fol. mihi 205.* licèt poſtea in reſtitutione teneatur actione tutelæ, *l. tutor §. ſi pecuniæ ff. de admin. tutel. l.1. C. de vſur. Montan. de tutel. lib.2. tit.25. nu.8.* & ſi neceſſaria erunt pro litibus, aut alijs cauſis poſſe iuſſu Iudicis cum conſenſu ad minus

con-

conſanguineorum expendi, *vt idem Gualter. ait, & Montanus lib. 3. cap. 45. n. 10.* vbi quod poteſt ſibimet ſoluere tutor, vel alijs creditoribus etiam de pecunia deſtinata pro emptione bonorum ſtabilium.

16 Ita ergo diſcurrendum in dote data Monialibus in pecunia, vt cum Epiſcopi, & Abbatiſſæ aſſenſu alienari valeat pro alijs neceſſarijs Monaſterij, & pro debitis ſoluendis abſque Paulina, ſed erit hoc obligatum alere Monialem, quod non habetur in tutore, non enim hæc eſt ratio, ſed iſte ſoluit debita, & de reliquis alit pupillum; & pecunias, quas in ſuum vſum accipit reſtituere debet vna cum vſuris, *vt DD. cit. docent ex d. l. 1.* ſed pecuniæ, Eccl. etiã relictæ ob emptionem rerum ſtabilium ob debita neceſſaria alienantur, *prout dixi ſup. num. 3.* nam prohibitio ad has alienationes non extenditur, vt ibi.

17 Licèt regulariter pecuniæ deſtinatæ ad talium ſtabilium emptionẽ inter immobilia numerentur, *Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 48. nu. 32. Viſconti in concl. iur. verb. pecunia, Giurba ad conſuet. Meſſan. c. 12. gl. 5. n. 5. Anton. Fab. in C. l. 7. tit. 1. def. 22. in fine,* vel ſi retentæ in arca Theſauri, *idem Merlin. n. 34.* non ita ſi depoſitatæ nomine crediti, *Ciriac. contron. 218. nu. 7. & Merlin. nu. 44.* vel aliæ, quæ alienari etiam valent abſque vllo aſſenſu Apoſtolico, ſicut illæ minorum abſque decreto Iudicis, *vt ſup. dicebam,* veniunt enim mobiliũ appellatione, *vt DD. cit. docent, & Barb. in appell. verb. pecun.* & in caſibus noſtris ſupradictis, *in tract. de pot. Epiſcop. alleg. 95. n. 36. & 44.* & de pecunia depoſitata in banchis campſorum ad effectum prædictum emendi redditus, vt nõ poſſit alienari, nõ ita alia, docẽt, *Theſaur. deciſ. 160. Mont. cit. c. 31. n. 180. Riccius in praxi reſol. 56.* licet *Barboſa cum alijs d. n. 44.* contrarium dicat, & abſque ratione, ſed de pecunia conſeruata pro magna neceſſitate, annuiſuè redditibus, quod non poſſint alienari rectè decidendum, *cum eod. n. 45. & 46.*

18 Petes 3. an Eccleſia cogi poſſit, vt vendat, vel alios cogere, aut retrahere ? [illegible]

Generalis tex. deciſio *in l. inuitum C. de contrah. emptione, & in l. nec emere C. de iure deliberandi; l. inuitos C. locati,* neminem inuitum cogi poſſe ad rem ſuam vendendam, inter alias limitationes, vnam habet pro Eccleſia, vt iſta cogere poſſit alium ad vendendum, pro ſui ampliatione, & noua conſtructione, *DD. in l. ſi quis ſepulcrum ff. de relig. & ſumpt. fun. apud Cancerium tom. 2. variar. cap. 3. nu. 132. Giurb. deciſ. 86. nu. 6. & Obſeru. 2. nu. 6. Riccius coll. deciſ. 76. Ceſpedes de exempt. regul. cap. 1. dub. 19. nu. 1. Rota Romana in vna Neapolit. Monaſterij die 29. Aprilis 1602. & in vna Romana demolit. die 29. Februarij anno 1608. coram Manzanedo, vt refert Paſqual. in addit. ad Franch. contron. inter Epiſcop. & regul. p. 1. n. 434. & ſeq. fol. mihi 142. ex Marc. de Franchis; Molin. & alijs, Guzman. de euict. q. 52. nu. 36. & 39. Amendola deciſ. 223. Gramat. deciſ. 75. nu. 1. Ciriac. contron. 231. n. 1. Viſconti in concl. iuris verb. vendere, Niquerol. Alleg. 18. nu. 68. Nunnius in Encopled. iur. 3. par. tit. 14. cap. 8. Oter. de paſcuis cap. 27. Hermoſil. in l. 3. tit. 5. p. 5. gl. 1. n. 1. & 3. Hieron. Leo deciſ. 90. n. 9. & 13. Gizzius in add. ad Capyc. latr. deciſ. 103. n. 8.*

19 Quod ampliatur 1. non ſolùm in Eccleſia ſæcularium, verùm & regularium, vt citati Patres enarrãt, 2. non ſolùm pro ampliatione Eccleſiæ verùm etiã pro conſtruenda domu Clerici, vel Cappellani propè Eccleſiã, *Surd. conſ. 62. vol. 1. Laur. de Frãch. cit. nu. 43.* pro atrio etiam ante Eccleſiam, *Gizzius cit. nu. 10. arg. c. ſi quis in atrio 17. q. 4. l. qua de tota ff. de reuend.* 4. pro viridario, *de Franch. cit. n. 440. Marenç. tom. 1. reſol. 112. caſu 29. Guzman. de euict. q. 52. n. 52. Caſtelli de donat. tom. 1. p. 6. nu. 50.* ſed idem limitat in domu antiqua magnatum, quæ pro atrio ædificando deſtrui non poteſt; nec pro ipſo Monaſterio, & Eccleſia amplianda, & erigenda, ſi aliundè etiam cum aliquo incõmodo poterit Eccleſia prouideri de ſitu, *Merenda contron. tom. 1. c. 30. n. 19. & ex Rota notat idem Paſqual. num. 437. 36. & 39.* ibi; *nam talia ædificia conferunt multum ad ſplẽdorem ciuitatis, & eſt contra publicam vtilitatem ea demoliri.* 5. ampliatur pro ſcholis

fra-

frabicandis, *Marc.deciſ.534.n.5.p.1. Coſta de remed.ſubſid.remed.76.n.9. Gramat.deciſ. 75. Ball.prag. 1.n.4. 6.* pro dormitorio extendendo, *Laur.de Franch.cit.nu.*440. *Gramat. & Coſta*, etiam ſi fiat ex maiori cōmoditate, *idem n.*441. item pro Cappella, Oratorio, & alia parte Eccleſiæ, vel ſepulchri, *Maſtrilli deciſ.*280.*n.*8. *cum ſeq.arg.d.l.quæ de tota*, aut pro Seminario, *Gizzarell. deciſ.* 38.*n.*22.*Gizzius cit.ſup. n.*10. qui caſus adducit pro amplianda platea ante Eccleſiam, licet ſi via publica adeſſet intermedia, *ex Carena, & alijs*.

20 Ampliatur 7. in ipſa reedificatione, non ſolum in prima ædificatione, *Thor.in concluſ. iuris verb. ampliatio, Amendola, & Guzman. citati, 6.* etiam ſi quis relinqueret domum, vel prædium ſuum pro ædificanda Eccleſia, & locus non eſſet ſufficiens, *Thor. qui ſupra*, viij. & ſi eſſet via intermedia, *Giurba Obſeru.2.n.11.&c.conſ.*28. ſed illam dare per aliam partem commodiorem debet, iure publicæ vtilitatis, *l.ſi locus* §. *cum via publica ff.quēadmod.ſeruit. amitt.Valaſc. conſult.*22. *n.*4. non enim in maximum populi, & vicinorum diſpendium debet eſſe hoc priuilegium, *gloſ. in l.reſcripta verſ. lædant C.de precibus Imperatori offerendis, Alberic. & Florian.in d.l.ſi quis ſepulcrum, Couar.var.reſol.lib.3. cap.*14. *in fine, Paſqual. qui ſup. nu.*436. & ſtrictè, & cum æquitate eſt accipiendum, *idem n.*435.

21 Ampliatur 9. etiam ſi domus eſſet fidecommiſſo ſubiecta, & prohibita alienari, *Giurba Obſeru.2.n.12.Guzman d.q.*52. *Tappia deciſ.6.n.7.Hieron.Leo ſup.cit.n.ſuo 9. & 13.Gizzius n.7.*

22 Ampliatur 10. vt locum habeat contra aliam Eccleſiam quando nō habet vna, vbi Miſſæ celebrentur, *Maſtrilli deciſ.* 280. *nu.*102. *& per tot.* qui concludit, quod in æque priuilegiatis attendendū, quod fauorabilibꝰ eſt, & vbi maior ratio vrget, maiorq; neceſſitas arbitrio Iudicis regulāda, *Cutelli, qui ſup.n.*50. & ita alios caſus determinare ea ratione poteris, ſi nimirum Eccleſia, Ciuitatem, Fiſcum, vel aliam Eccleſiam cogere poſſit, quando maior adeſſet neceſſitas, &c. *Giurba deciſ.86.n.7. Cutelli cit. n.*50.

23 Ampliatur 11. etiam ſi oſtēderet pro mera vtilitate, nō pro neceſſitate, & ad maiorem commoditatem, vt dicebam, *& notat Guzman. n.* 38. & multomagis ſi concurrāt vtilitas, commoditas, & neceſſitas, *idem n.* 62.*Giurba deciſ.86.n.*4. dummodo ipſa non habeat, nec faciat ad maiorem voluptatem, & delitias, *Merenda qui ſupra*.

24 Ampliatur 12. non ſolum in tota domu vicini, ſed etiam in parte domus, *idem Giurba, & Guzman*, benè verū hoc caſu dānum paſſum, & pretium ſoluere tenetur, *vt DD. relati docent*, & ſi poſſet ampliari ex alia parte, nec ad æmulationem ædificaret, tunc iſte non erit cogendus partem ſuæ domus vendere, ſed debet illa totam ex alia parte emere, *vt relat. Merenda, & Guzman.nu.*23. *& 37. adducit*, & hoc ratione ſupradicta *num.*20.

25 Ampliatur xiij. in ſeruitutibꝰ, vt quis cogatur vendere ſeruitutem altiùs non tollendi, etiam via publica intermedia, *Giurba n.8. & Guzman.n.53. & Coſta n.4. Ball.in prag. 1.n.10. de Franch. deciſ.*223. *Maſcard. concl.*621.*n.9.Laur.de Franch. qui ſup. num.* 442. *& Paſqual. n.*443. idem de alijs ſeruitutibus neceſſarijs ad Eccleſiam dicas.

26 Ampliatur xiv. vt pretium non ſit regulandum ex Pragmaticis, vel Statutis particularibus, quando ipſa emere vult, *Coſta conſ.28. n.*17. ibi, de Pragmatica Ioan. de Vega mandante, vt pro Palatijs, & magnis domibus ampliandis cogi poſſint domini paruorum domorum adhærentium illis, dato tertio plus, ſed debet dari iuſtum pretium taxandum arbitrio Iudicis, per electos extimatores, *vt praxis demonſtrat, & docet idem Coſta, & Valenſol.conſ.*18.*n.*18. *Maſtrilli deciſ.*280. *nu.*22. regulandum tamen ex penſionibus fructibuſuè, & ad rationem de quinque pro quolibet centenario, nouiter *Groſſ.controu.8, n.*15. *& per tot.* quæ æqua opinio eſt, & plus extimare nimis rigidum erit, *Cutelli tom.1.par.6.n.*52. & fructus, atque redditus domus, vel alior. computari debent ſecundum quantitatem, quæ tribus proximis antecedentibus annis collecta eſt,

*idem Groſſ. n.13.* qui addit quod in comparandis fructibus, ſeu redditibus bonorum ſtabilium iuſtum pretium prædiorum dicitur illud, quantum ex fructibus, ſeu redditibus per 20. annos percipi poteſt, & ſic fructus 20. annor. equiualent ſorti principali, & conſequenter, vt ſingulis annis reddant quinque pro ſingulis centum, deductis expenſis. Quod ſi aliquando deciſiones contra Eccleſias, & iuxta formam pragmaticæ deciſum reperies, dicas, quod malè fuerunt emanatæ, ideò non ſequendæ, malis enim exemplis haud iudicandum, *vt ſup. lib. 1. deciſ. pen. n. 104. & fin. n. 86.* & paſſim dictum eſt; quia ſunt contra priuilegia Eccleſiaſt. & ius Canon. ex quo Eccleſiæ non ligãtur, laycorum ſtatut. *vulg. iurib.*

27 Non tenetur tamen Dominus habere fidem de pretio, *Giurba cit. n. 16. & Guzman. n. 63.* niſi eſſet vrgentiſſima neceſſitas, & ipſa non ſit ſoluendo, quo caſu æquum eſt, vt fidē habeat Dominus de pretio, *idem Giurba in fine, & Guzman.* ſicut & in caſu emptionis faciendæ ad bonum publicum pro ciuitate, vel vniuerſitate, *Velaſc. conſult. 31. num. 3. in fine*, neque aliud prædium aſſignare tenetur, ſed ſufficit, vt depoſitentur pecuniæ, ad nomen Eccleſiæ, & pro illa domu empta ab ipſa, quæ ſi eſt fidecommiſſo ſubiecta, ex his debent emi alia prædia iuxta formam fidecommiſſi, &c. *Gizzius in Obſeru. ad Capyc. latro deciſ. 103. n. 7. 8. & 9. praxim adducent, ex Leon. & alijs*, cum Eccleſia ad nihil teneatur, ſed ſolum ad pretiũ taxandum Iudicis arbitrio, *vt dixi*, qui ex equitate arbitrare debet, non ſolum ſi vicinus cogi poſſit ad vendendum, ſed de pretio iuſto dando, &c. *vt DD. qui ſup. docent, & Laur. de Franchis cum Paſqual. n. ſuo 450. cum ſeq.* ſitque coactio aliquando per Epiſcopum, *idem num. 440.* ſed inſpiciendus eſt reus conuentus, & coactus ad vendendum, qui à ſuo Iudice layco, ſi laycus eſt, debet cogi in cuius curia depoſitum, & pretium coràm eo ſoluendum, *argum. l. iuris ordinũ C. de iuriſd. omn. Iudicum l. in crimin. C. eod. tit. l. 2. C. vbi, & apud quem. c. ſanè, c. cum ſit generale, c. ſi Clericus de foro compet. c. ſi quiſquis. 11. q. 1. cum concord. Merenda controu. lib. 1. cap. 30. n. fin. ex de Franch. & alijs.*

28 Simile adeſt priuilegium in mea ciuitate, vt cogi poſſint vicini ad domus vendendas pro extruendis mirabiliſſimis ædificijs, & via Philiberta propè portum, quæ hodie cum magno noſtrorum, & exterorũ ſtupore cernitur, ita vt, non abs re inter mũdi mirabilia enumeretur, *vt loquitur D. Marius Cutelli Siculus Catanenſis tom. 1. de dom. par. 6. nu. 36.* ſatiſue exteris pulcherrima, & mirabilis huius viæ ſtructura, & Ciuitatis frontiſpicium notum eſt, inter mundi certè mirabilia, *vt ait Cutelli*, & Ciuitas ex hac, & portu alijſque ædificijs, ornamentis, & naturæ Eccellentiſſimis dotibus, longè pulcherrima redditur, ſimile igitur adeſt priuilegium ad cogendos vicinos, pro extruenda via hac, ex prouiſione eiuſdem Principis *Philiberti*, olim huius Regni Proregis, *de anno 1622.* ibi, *quod liceat propterea dicto Senatui propria authoritate dictas domus capere, & concedere alijs volentibus modo prædicto illas conſtruere, ſoluto tamen prius dominis earum iuſto pretio, & valore ratiocinando iuxta ipſarum domorum annuos redditus, & prouentus ſeu eorum laberta, & gabellationes, prout hactenus antequã ipſa via, & ſtrata conſtrui caperit domus ipſe locari, aut gabellari conſueuerunt ad ratione de ſex cum dimidio pro centenario reſpectu quantitatis redditum, & gabellationum prædictarum, & eodem modo, ac ad eandem rationem ſoluantur pretia illarum domorum, quæ etiam inuitis dominis capiendæ erunt, vt aggregentur, & incorporentur vicinis, ac maioribus ædificijs pro conſtructione maioris ædificij, &c. non obſtante, &c.*

29 At dubium eſt, an domus Eccleſiarum compræhendantur ſub hoc, vel ſimilibus ſtatutis, & pragmaticis; adeò vt non ſolum ipſæ Eccleſiæ, verum etiam prædia capi poſſent pro ampliandis hijs Palatijs, vel vijs publicis? & ſuppoſita veriſſima concluſione, & limitatione, *ad tex. in d. l. inuitum, & l. nec emere*, vt non ſolum fauore religionis, ſed fauore publico amplianda via, ex populi recreatione, agrorum cultura, & ſimil.

nihil poſſit quis cogi ad vedendum; vt etiã in terminis notat *Cancer. var. tom. 2. tit. de empt. nu. 133. Camill. Borell. ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 35. n. 47. Derian. reſponſ. 2. tom. 4. nu. 9. Couar. lib. 3. variar. cap. 14. nu. 7. verſ. eſt tertius caſus poſt tex. in l. 2. §. ſunt qui putant ff. ne quid in loco publico, Fabian. Hyppol. Rubr. Thor. in addit. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. in princ. n. 66. Gizzius in Obſeru. ad Capyc. latro deciſ. 103. in fine. Velaſc. conſult. 23. n. 3.* & in caſu neceſſitatis extremæ habita fide de pretio, prout ſupra dixi *n. 217.* de Eccleſia, *ex Giurba, & Guzman. & idem Velaſc. n. 3. docet*; atque ex dictis liquet, quod priuilegiatus vti poteſt ſuo priuilegio contra alium priuilegiatum, quando vrget maior ratio, vel neceſſitas; & ita Eccleſia contra aliam Eccleſiam ſtante maxima neceſſitate, *ex Maſtrillo, & alijs*, eodem modo diſcurrus de ciuitate, & ad bonum publicum, vt deſtrui poſſit vna Eccleſia de vno loco, & in aliũ reponi, pro ædificandis portis, vel muris Ciuitatis, aut pro ornamento, & vijs publicis, & non ſolum tota, ſed pars, & ratio eſt, quia paruum damnum erit Eccleſiæ ſi in alio loco ſit ædificata; ad quem fideles accedere poſſunt pro Miſſis audiendis, Officijs diuinis, &c. neque hoc modo tolli dicitur, ſed ſolum transferri; & ad bonum publicum via, vel portæ, aut ſimil. ædificantur, fauorque religionis non attenditur in hoc vt ſemper ſint Eccleſiæ in tali loco, &c. ſed ſufficit, vt non deſtruantur abſque ſpe reædificationis: licet hoc aliquando, nec locum habeat; puta tempore peſtis, belli, & in maximis neceſſitatibus in quibus deſtruuntur aliquę Eccleſię, & alię remanent, & in his fideles Sacramenta recipiunt, de quibus non eſt quæſtio, nec hodie in penuria Eccleſiarum ſumus ob Dei gratiam.

30 Circa domus, & prædia Eccleſiæ, quo pretio emi debent ab vniuerſitate, vel alijs ad quos pertinet hæc ædificia, vel vias facere; conſultus in ſimili caſu hoc modo reſpondi, quod ſi hæc prædia habuit Eccleſia, vel Monaſterium ab aliquibus titulo lucratiuo, vel oneroſo, quia emit, &c. antequam eſſet emanatum priuilegium, vel ſtatutum pro amplianda, vel ornanda vias & & certè hoc res ipſi Eccleſiæ quæſitas cõpræhendere non poteſt; *argum. eorum; quæ tradidi ſupra lib. 1. deciſ. pen. nu. 148.* de gabellis loquens, & exemptionibus, aut res iſtæ, vel prædia fuerunt poſt ſtatutum quæſita, & quia tranſierunt cum iſto onere ſubdita erunt, vt loquitur *Ciarlinus controu. lib. 1. c. 22. nu. 5.* nam eo tempore poſſidentes erant ex iuriſdictione facientis ſtatutum, & ita cogi poterant vendentes, ſicuti coguntur vendere Clerici ipſi, vel Eccleſiæ, aut Monachi iuxta formam ſtatuti, vel banni pro amplianda, vel ornanda Ciuitate, pretio taxato, &c. & deponi poſſunt pecuniæ ad effectum emendi alios redditus, ſicuti de bonis fideicommiſſo ſubiectis; & pecunijs Eccleſiæ dicebam *n. 27. ex Gizzio, Leonio, & alijs*.

31 Quod pretium in caſu prædicto, ſi nimirum bona ſunt penes Eccleſias, & poſtea fit ſtatutum, vel iſta ſunt neceſſaria ciuitati aliquo alio modo, debet eſſe iuſtum, ſicuti ſi Eccleſia emeret, pro ſui ampliatione debet iuſto pretio emere, *vt nuper dicebam*, ita ſi ab ipſa ematur eodem modo diſcurrendum erit, & ſecundum ius commune tale debet eſſe in omnibus his emptionibus, quæ fiunt etiam ab inuitis, *vt docet Iaſon in d. l. nec emere*; qui *nu. 4.* idem docet ſi per ſtatutum fuerit factum, vt quis cogatur vendere, *& Couar. uar. lib. 3. c. 14. num. 4. cũ Velaſco conſult. 22. nu. 4.* caſum extremæ, & ineuitabilis neceſſitatis publici eximit, vt eſſet in præſidijs belli; & ſimil.

32 In quibus caſibus neceſſitatis, *d. lib. 1. deciſ. 11. n. 150. cum ſeq.* dixi Clericos, & Eccleſiaſticos, etiã Regulares teneri ad cõtribuendum, & refectionem pontium, viarum, &c. & ad ſolutionem gabellarum concurrentibus requiſitis, vt ibi, & etiam ad vendenda comeſtibilia, id eſt triticum, vinum, oleum, &c. pretio taxato, & cum menſura poſita à laycis curam annonæ habentibus, retenta ſolum parte tritici, &c. pro ſemine, & pro familia per annum de alijs rebus, nam iſti ſunt etiam ciues, & omnia retinent, quæ ſunt de iure naturæ; ſtatutaue

emanata ab bonum publicum, quæ pertinent ad communem vrilitatem ſeruare tenentur, *Marin. deciſ.222. n.3. & deciſ.130. alijque loco ſup.adducto citati.*

33 Qui loquuntur etiam de regularibus, nam iſti veniunt appellatione Clericorum, ſuæue Eccleſiæ, & prædia ſi ſpecialia non habent priuilegia, compræhenduntur in diſpoſitionibus ſupra emanatis contra alienantes bona Eccleſiarum, & in iſtis circa emptiones, & venditiones bonorum, &c.

34 Demum aduertas, quod hoc priuilegium cogendi ad vendendum, extenditur ad locationem faciendam ad longum tempus, *vt docent Laur. de Franchis controu. inter Epiſc. & regul. p.1. q.12. n.448. & ibi Paſqual. n. ſeq. ex Riccio, Hermoſ. & alijs*, ea ratione, quia locatio ad longum tempus venditioni æquiparatur, præfertur tamen Eccleſia in locatione ad vſum proprium alijs conductoribus volentibus domum conducere ad breue tempus, & pro eodem pretio potiùs Eccleſiæ vicinæ, quam alijs locandæ ſunt domus, argumento deducto à pari, ſi enim præfertur in venditione, multo magis in locatione, rurſus ob bonum publicum, & fauore religionis præferenda eſt Eccleſia, quæ pro ſuis ſeruitijs conducere cupit, nec ſuæ domus ſubiacent Pragmaticæ circa locationes domorum faciēdas inſequentibus curiam, quando hæc diſcedit à Meſſana, vt ad Panormum pergeret, vel è contra, *vt tom. Prag. 2. habetur*, dixit quidā Doctor meus familiaris, adeò vt, inquilini eici ab his non valeant, quia pragmatica eam, earumuè bona non ligat, liberumuè eſt Eccleſiæ res ſuas conducere quibus vult, quod ipſe negaui, & ad rationem reſpondi hoc procedere, quoties eſſet in damnum conducere hjs domus, ſed hoc non verificatur, nam iſti inſequentes curiam etiam tenentur ad loheria domus, & ſolum ſunt priuilegiati, vt alios conductores eicere poſſint, quod æquiſſimum eſt, nam Miniſtri neceſſarij ad Curiam debent ſuas domus, & habitationes habere, vt loquitur Pragmatica, ergo non eſt Eccleſiæ in damnum, & præiudicium, & conſequenter ſeruandum in conductionibus domorum ſuarum factis laycis perſonis, arg. eorum, quæ adducuntur *ab Abbate in c. Eccl. S. M. de Conſtit. & Regente de Marin. deciſ.192. tom.1. ibi in obſeru. & ipſe adduxi ſup. lib.1. deciſ.11. n.49. & 142.* dixi, factis laycis perſonis, nam ſi Eccleſia, vel quæuis alia perſona domus ſuas conduceret Clericis, vel Religioſis, hi haud eici valent à conductionibus, & à domibus, ab inſequentibus Curiam; ea ratione euidenti, quia pragmatica ligare non poteſt Clericos conductores, præiudiciumue eis inferre, *vt ex dictis d. deciſ.11. ſatis liquet*, & obſeruare debent veritatis, & iuſtitiæ amatores, aliter contra libertatem, & immunitatē perſonis Dei debitam facient, & cenſuras Deique indignationem non euadent, *c. quicunque 11. q.1. c. nemo 11.3.*

35 De iure retractus, *Marius Giurba Obſeru.2. nu.6.7. & 8. cit. ſup. Lib.1. deciſ. xi. nu. 96.* docet, quod Eccleſia, & Monaſteria hoc ius non habent; nam ſunt decorata priuilegio, quod in neceſſitate poſſunt vicinos cogere ad vendendum, & ita habent hoc ius, & priuilegium maius, quod ex ſtatuto Meſſanæ *cap.30.* corroboratur, *& ex Conſt. Sancimus*, in fine, *eſt autem propriè generali conſuetudine approbatum, quod tria ſunt, quæ protomiſim non habent, ſcilicet via publica, Eccleſia, & Curia*, ſed certè ex ſtatuto poſſet Eccleſia præiudicari in iure quærendo docui loco ſupradicto, ſicut & Clerici, cæterum in iure quæſito non ita, ſed de iure communi Eccleſijs, Clericiſuè, & Monachis hoc ius competit, tanquam ciuibus loci habentibus omnia illorū priuilegia, ergo præiudicari non poſſunt, præcipuè quando eis eſſent vtilia, ita diſcurrere debemus ſi veritatem amamus, & Giurba, ſolùm negat hoc ius tanquam inutile Eccleſijs, quæ ſemper cogere valent vicinos ad vendendū, quod ſolùm locum habet in caſu, quo illis loca vicina eſſent neceſſaria; ſed quid ſi non ſunt neceſſaria, & vicinus vendit, quare Eccleſia hoc ius habere non debet, & in hoc non ſit priuilegiata.

36 Ideò diſcurrendum hoc modo, quod

Eccle-

Eccleſia, & Monaſteria ius retractus, & etiã ius cogendi vicinos in caſu neceſſitatis, & ampliationis habẽt, quæ sũt duo priuilegia vnum *ex tex. in l. ſi quis ſepulcrum ff. de relig. & ſumpt. funer.* alterum ex regula generali, *tex. in Eccleſ. S. M. de conſtit. & Auth. Caſſa C. de ſacroſ. Eccleſijs*, ex quibus cum communi DD. intellectu, patet quod ſtatuta, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam non tenent, ſunt verò talia, quando Clerici, & Eccleſiæ fiunt deterioris conditionis, quam layci, & timidiores, *Bartol. in l. 1. §. qua ontranda ff. quar. rerum actio non datur, Anchar. in rep. Canon ſtatuta 11. quæſt. de conſtit. & alijs quos ſequitur Afflictus in conſtit. Sancimus fol. mihi* 90. *nu.* 16. qui ex his rationibus tenet, quod Clerici poſſunt agere iure congrui contra laycos, non è contra, quia ſtatutis, & conſuetudinibus vti poſſunt concernentibus ad eorum fauorem, ex generali Doctrina, quam ſequitur, *Bellettus in diſquis. Cleric. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſacul.* §. 2. *nu.* 36. *cum ſeq.* & in terminis iuris congrui, §. 3. *n.* 4. *Caſtill. Sotomaior lib.* 2. *contron. quotidian. n.* 52. *cum alijs, & ipſe docui d. lib.* 1. *decis. pen. nu.* 94. tanto magis, quod non cenſentur excluſi à ſtatutis noſtri Meſſanæ, & Regni.

37 At quia Eccleſiæ ſunt à ſtatutis his excluſæ, ideò non erunt admittendæ, *ait idẽ Afflictus*, nec agi, aut iure congrui conueniri, quod tàm in Clericis, quàm in Eccleſijs, *negaui ſupra loc. citato n.* 90. admittens Clericos, & Eccleſias ligari ex ſtatuto actiuè, & paſſiuè, nec excluſi cenſentur à beneficijs ſtatutorum, quod in Clericis ſatis ex dictis liquet, in Eccleſijs contra opinionem *Afflictis*, ſuſtineo has vendentes in caſibus permiſſis, & cum ſolemnitatibus, &c. vel ementes de redditibus ſuis habere ius retractus vicinitatis; ſi enim prædiũ iſtæ vẽderent extraneo, & vicinus admitti vellet quare non admittendus non video? è contra ſi vicinus Eccleſiæ vendit domum, quæ bona eſt pro Eccleſia, habetq; prouẽtus præ manibus, vel depoſitatos, ad effectum emendi illos etiam præferri debet, licèt hæc non deſeruiãt pro vſu Eccleſiæ, nec iſta excludi poteſt à ſtatutis in rebus ſibi præiudicialibus, neque in damnum publici eſt, quando emit Eccleſia res à vicinis, quæ poſtea fiunt prædia ſua, haud excluſa à ſolutionibus gabellarum, quæ ſunt in ipſis, nam res tranſit cum onere ſuo, &c. & quod hæc ſtatuta laycorum non poſſunt compræhendere Eccleſias ſatis liquet ex rationibus ſupradictis, quia redduntur vilioris conditionis, quam alij de Populo.

38 Ad Giurbam relatum ſupra, *& in d. deciſ. mea penult. n.* 94. dicas loqui de iure congrui ex conſanguinitate, quod non habetur in Eccleſia, nec in Monaſterio ex perſona Monachi, *vt ibi probaui ex Lauret. de Franchis, & alijs*, vel quod priuilegium datum Eccleſiæ, vt cogere poſſit vicinos locũ habeat, quando agitur pro ſui neceſſitate, & pro ampliandis domibus, vel ipſiſmet Eccleſijs, rurſus pro emendis redditibus vicinis, & domibus, aut prædijs.

39 Ad rationes *Afflictis ex tex. in c.* 1. 12. *q.* 1. *cum ſeq.* vbi habetur, quod Eccleſia ſuas facultates nõ reputat proprias, & quod tenetur expendere pro pauperibus, & Clericis, & pro peregrinis, &c. hoc habet locũ reſpectu fructuum beneficij, vel reddituum, qui ſi ſuperflui, deductis alimentis, & neceſſarijs expenſis pro Clericis, & Eccleſia in vſus pios ſunt diſtribuendi modo dicto, *& ipſe tetigi etiam ſupra lib.* 1. *deciſ. pen. nu.* 93. inſuper reſponderi poterit, quod hæc iura procedũt de iure antiquo, ex quo non erãt erecta tot Monaſteria, & Religioſorum domus, Monialiumuè, cum alijs Clericorum ſæcularium, nec redditus aucti, ideò illi parui redditus diuidebantur inter Miniſtros pauperes, Peregrinos, &c. ſecùs hodiè decidendum eſt, cum tot redditus adſint, qui nõ ſunt ſuperflui, ſed neceſſarij ad ſuſtentãdas Eccleſias, Monachoſuè, & Clericos, & pro operibus pijs, &c. & quotidie videmus pecunias depoſitatas ad effectum emendi prouẽtus, at iã vicinus Eccleſiæ vendit; domũ, vel prædiũ, hæc retrahere cupit non pro ſui vtilitate, & neceſſitate, aut ampliatione, quia non eſſet dubium quod poſſit, ſed pro emendis redditibus, & iuribus, quare non debet

debet admitti ipſe rationem apparentem non inſpicio; & quod laycus admittatur, & Eccleſia ſoluendo iuſtum pretium ſicut iſte excluditur eſt cōtra omnem rationem, & æquitatem.

40 Aduertas tamen 1. quod tām Clericus, quām Eccleſia retrahentes, vel ſi ipſi venderent, iuſto pretio emere, & vendere debent, cum eis hoc ius competat tanquam vicinis, vel gentibus de familia (in Clericis habentibus vtrumque retractum,) nec in hoc aliquod priuilegium habent, & licet ex ſtatuto dicatur, quod ementes pro ampliatione debent ſoluere aliquid plus, tamen non comprehendit Eccleſias, nec Palatia Epiſcoporum conſequenter, & Clericorū, *vt ex dictis ſupra n. 26. apparet*, & ſolum caſum exciperem, ſi emerent domum magnā, pro ſui ampliatione, & pars ſolùm fuerit neceſſaria pro ſeruitio ipſarum, & reliqua applicatur ad lucrum, pro iſta parte ſoluere deberent quid plus, hæc enim compræhenditur à ſtatuto, vel pragmatica, & ſolùm erit Eccleſia priuilegiata circa illud, quod deſeruit pro ſui ampliatione.

41 Aduertas 2. quod non ſolùm tota, verum etiam pars emi poteſt ab Eccleſia, *vt n. 24. vetigi*, cum hac tamen diſtinctione, quando reliqua pars non fuerit taliter deformata, vt deſeruire dominis commodè non poſſit, ſi enim hoc modo deformaretur totam iſta emere debet, & de reliquo ſoluet quid plus, iuxta formam ſtatuti, *vt modo dicebam*, quia non deſeruit pro neceſſitate Eccleſiæ, nec quis habere ex hoc debet damnum irreparabile, ſed potius Eccleſia omne eius incommodū debet reſarcire, & domum locare idoneam, &c. vt benè examinat *Merenda controu. tom. 1. cap. 30. nu. 18. Giurba deciſ. 86. n. 14.*

42 Aduertas 3. quod ſi ſtatutum circa retractum eſſet acceptatum contra ipſaſmet Eccleſias, adeò vt ex longo tempore nunquam iſtæ haberent retractum, certè in poſterum non eſſet concedendum, ſi enim ex longo tempore in ſuis curijs ſtatutum laycorum obſeruarunt, & illud amplexæ ſunt in præiudicium ſuæ libertatis, ipſis imputatur, non enim eſt mutandum, quod certam habuit vſum, *c. cum venıſſent de eo, qui mittitur, &c. Capycius Latrō deciſ. 138. n. 28. Marin. alleg. 50. nu. 6. Borell. ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 14. nu. 131. Giurba ad conſuet. Meſſan. in proemio*, atque priuilegia ipſa, ipſiſmet Eccleſijs conceſſa per non vſum 40. annorum amittuntur, *arg. c. accedentibus de priuilegijs*, ibi, *per 40. annos, & gloſa tum Canoniſtis communiter docent, apud Genuenſ. in prax. Eccl. q. 154. & Barboſam de vniu. iure Eccleſ. lib. 2. cap. 13. de Priuil. Eccl. n. 56.* quod ſi hæc non eſſet longiſſima obſeruantia, ſed aliquando pro, & contra Eccleſiam fuerit decretum, conclusionem ſupradictam de iure veriorem obſerues rationibus ſupradictis, & à contraria defacto recedas, tanquam improbabili, & contra regulas iuris.

43 Aduertas 4. ad verba ſtatuti noſtri, tam circa Eccleſias, quàm circa Comites, & Barones, vt ius prothomiſeos non habeant, & ex iure *Conſtit. Regni Eccleſiæ, via publica, & Curia, &c.* quæ verba actiuè ſunt intelligenda, & paſſiuè, adeò vt nec contra hos enumeratos, nec ipſiſmet tanquam talibus, de bonis [illegible] baroniæ, & ſimilibus [illegible] retractus [illegible] non poſſunt bona [illegible] dialia, nec Eccleſiæ alia bona, &c. adeo vt actiuè deſuper [illegible], nam verba demonſtrant, *& Giurba d. Obſeru. 1. verba ſtatuti [illegible] actiuè, & paſſiuè*, quod etiam manifeſtius probatur, quia ſi hi ſunt à retractu excluſi, deberent etiam non ſubijci quando res ſuas vendunt, vel vt alij dicebant, hos eſſe excluſos circa ipſaſmet res publicas, & feudalia, non in rebus ſuis ex quibus retractum habent actiuè, & paſſiuè, ſed quicquid ſit de his rationibus, friuolæ enim apparent, verior erit ſententia, quod ſolùm ex vi horum ſtatutorum actiuè ſunt hæ perſonæ excluſæ ibi, *non habeant*, non paſſiuè, nec circa res ſuas, ſed ſolum in rebus feudalibus, *&c. vt videre eſt apud Moram ſuper Conſuetudinibus, cap. 27. n. 4. & ſeqq.* ſi verò Eccleſia ligata remaneat ex his ſtatutis laycalibus, ia dixi ſup.

44 Alias quæſtiones [illegible] circa retractum hic non [illegible], nam locus non poſtulat,

Google

ſtulat, *Videndus omnino Tiraq. in ſuo celeberrimo tractatu de retractu*, & in hac materia verſatiſſima in foris, in conflictu opinionum circa aliquod articulum illa ſequẽda, quæ nititur melioribus, & æquioribus rationibus, prout mihi videtur illa, relictis alijs, de qua conſultus temporibus elapſis, ſi in iure luendi detur retractus, ſuppoſito ſtatuto concedente ſolùm, vt de re ſtabili detur, prout eſt noſtrum ſupracit. nam omnino tenendum non dari, non ſolùm ex authoritatibus, *Tiraq. de retract. lign. §.1.gl.7.num.31.& 32.Burg. de laudim.p.2.inſpec.13.num.5. & 6.Thor.in comp.deciſ.verb.ius congrui an locum habeat in iuribus in corporalibus*, vbi ſic deciſum refert; ſed ex validiſſima ratione, quia ius, & ratio alicui debita non eſt quid immobile, nec mobile, ſed tertiam facit ſpeciem, & naturam ab his ſeparatam, *arg. l.1.C. de præſcript. pignor. l. à diuo pio §. in venditione ff. de reiudic. §.1. inſtit. de rebus corporalibus, & incorporalibus l.1.ff. de rerum diuiſ. & docent, Corneus conſ. 104.lib.2.nu.19. Guid. Papa deciſ.291.nu.1. Aretin. in §.2.inſtit. de inutil. ſtipul.n.2. Theſaur. quæſt. forens. lib.1.q.2.nu.2. & 9. Surd. conſ.16.n.6.uol.3. Abbas in c.nulla n.9. de rebus Eccl. non alien. Fontan. de pactis dotalibus clauſ.5.gl.2.p.1.n.5. Cutelli de donat. tract.2. diſcur.1.art.1. Gutierez de gabbell.q.57.n.5. & pract. quæſt.145.n.3.lib.2.& q.147.& lib.5.quæſt.83. idem Tiraq. de retract. lign.§.1.gl.7.n.9. cum alijs innumeris DD.* & in ſpecie iuris luendi, *Aret. conſ.6. dubio 2. Alex. conſ.75.lib.6. Tiraq. de retract. conuent.§.1.gl.6.n.39.* ſicut in alijs iuribus, vt cenſus redimibilis, & irredimibilis, prout loquitur *Gutierez cit.* qui inter incorporalia numerantur, & ita in eis ius retractus, (quod de re ſtabili vendita in ſtatuto conceditur *Giurba Obſeru.70.n.4.*) locũ non habet, *vt idem Gutierez ex Tiraq. & alijs* loquitur.

45 A quibus diſcedit *Giurba cit. nu.10*, & rei partem eſſe dicit ius redimendi; adeo vt vendens ius luendi rem ipſam vendere videatur, ac ſi priùs redimiſſet, eamque alteri vendidiſſet: ſed in hoc ipſum non ſequor, quia friuolas rationes adducit, & prima ſua ratio, quod fauorabile eſt ius retractus, eſt contra communem DD. intellectũ, vt videre eſt apud *Tiraq. cit. nu.56.& 66. in præfactione, & §.1.gl.7. num.31. & nouiter apud Groſſum controu.2.n.10.* item, & ſecunda, quia iura non fauent, & tertiam ſpeciem conſtituere demonſtraui, & his rationibus, etiam ad tertiam reſpondetur, vbi intendit extẽdere ſtatutum odioſum de caſu ad caſum inproprium, & non expreſſum, quod non eſt faciendum, *vt docent Noſtrates, apud Alex. conſ.207.n.18.lib.6. Riminal. iun. conſ.501.n.73. Hondad. conſ.13.nu.21. Altograd. conſ.3.n.3.lib.1. Menoch. conſ.3. nu.5. conſ.5.n.3.& 684.n.17. & alios.*

## DECISIO VII.

### De Decimis, Oblationibus, Primitijs, Canonicis portionibus, Cathedratico, Charitatiuo ſubſidio, Procuratione, Quarta decimationum, & Funerali.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio ad ſupradicta, & n.2.*
3 *Oblatio quid? & an debeatur ex præcepto? nu.4.*
5 *Et Primitia.*
6 *Decima quid? & quotuplex? quinè teneantur, & ex quibus bonis? & n.7.*
8 *De diſtributionibus quotidianis remiſſiuè*
9 *Canonica portio, quæ debetur Epiſcopis, quare talis vocatur, & quando detur?*
10 *Et de Procuratione? iuncto n.11.*
12 *Cathedratico, & Quarta decimationum?*
13 *In his ſoluendis attenditur loci conſuetudo, quod declaratur.*

1 INter res Eccleſiaſticas Deo dicatas, & debitas ſunt decimæ, quæ etiam à gentibus offerebantur, vt refert *Plaut. & alij*, ſicut, & primitiæ, & oblationes, *Alex. ab Alex. dier. genial. lib.5. cap.18. Paul. de Rubeis deciſ.261.n.2.* pro quibus dignoſcẽdis, ſupponas hos terminos in dies practicatos, & multoties abſque diſtinctione cõpræhenſos,

2 Quod

2 Quod nimirum dantur Oblationes, Primitiæ, & Decimæ; rurſus Diſtributiones quotidianæ, Canonicæ portiones Epiſcopis debitæ, Cathedraticum, & Quarta decimationum, Charitatiuum ſubſidium, Procuratio, & Quarta Parochialis, ſeu Funeralis.

3 Oblatio generaliter ſumitur pro quacumque re, quæ alicui offertur, & in caſu noſtro quando Deo datur, & Eccleſiæ, *c.1. 16.q.7.c.indigne 12.q.2.c.cum inter de verb. ſignif.* cuius vſus antiquiſſimus colligitur *ex Geneſ.4.& 8.num.c.6.* & affert *Suarez de Relig.tom.1.lib.1.de diuin. cult.c.4.nu.2.& S.Th. 2.2. q.86. art.1.* & dabatur in miniſtrorum vſum, *c.cauſa, & c.cũ inter de verb. ſignif.* ſed hodie, ad Parochi, & aliorum ſuſtentationem, & etiam in honorem Dei, eiuſue Eccleſiæ, abſque præcepto oblationes dantur, *Suarez cit. & Pereira de manu Regia p.1.c.15.num.1. Gutierez Canon.quæſt. lib.2.c.21.n.153.Grilenzon.conſ.55.& conſ. 167. Leſſius de iuſtitia, & iure lib.2.cap.39. dub.6.n.34.Philip.la Cruz.de decim.fol.mihi 107.*

4 Et propriè conſuetudines, vel obligationes, ſi adſunt, ſeruandæ, quia regula eſt, quod non debentur, niſi ex voluntate, & ſecundum dantium libertatem; qui ſint Chriſtiani, nã ab infidelibus Eccleſia oblationes non recipit, *c.quanto de vſuris*, nec de rebus illicitis, *c.cauſa de verb.ſignif.* furtoque ſublatis, &c. *Eccl.c.38. dona iniquorũ non probat Altiſſimus, gl. in c.2. 90. diſt.* perſonis tamen quibus ius, conſuetudo tribuit, *DD. in c. paſtoralis de his quæ fiunt à Prælatis, &c.* adeò vt hæ expendendæ, & Eccleſiæ applicandæ, vel Parochis ſi conſuetudo permittit, *vt communiter docent DD. apud Gratian.in diſcept.forens.c.395.n.26.Sot. de iuſt.& iur. lib.2. q.3. art.2. Maluet. in tract. de oblat.p.4.n.62.Ferrett.conſ.278. Anell. de Amat.in quodam reſp. Decimarum in fine.*

5 Huic aſſimilantur Primitiæ, quæ debentur ex primis fructibus terræ quolibet anno collectis, ideò primæ dicuntur, *arg. Exod.c.20.& 23.Primitias frugum terræ tuę deferes in domum Domini Dei tui*, & ſicut oblationes, dandæ de conſilio, & regulantur ex conſuetudine, *Suarez, qui ſup.nu.16. Palaus tom.2.tract.10.p.1. num.2. Carat. in opuſc.de iur.Paroch.tit.4.c.3.*

6 Decima, eſt omnium bonorum iuſtæ quæſitorum quota pars Deo, eiuſue Miniſtris, Diuina inſtitutione debita; & partem detraho, nomen ſonat, *ex Deut.c.14.* ibi *Decimam partem ſeparabis*, nec perſonalis decima hodie eſt in vſu; neque vlla portio exigitur hodiè ex perſonali labore, *vt notat Toloſan.Gregor.in Sintag.iur.l.2.c.26.n. 4.ex Abbate, & alijs*, ſed prædialis, ſeu realis ſolet exigi, ex fructibꝰ omnibus, & Chriſtianorũ prædijs, *c.ex parte, c.non eſt, c.cũ in tua, c.ex tranſmiſſa eod. tit. meo*, etſi Clerici ſint, *c.2.ibid.* vel Monachi, *commiſſum eod.tit.*

7 Sed melius circa hanc partẽ, ſicuti circa illam Clericorum, & Prælatorum, atque Eccleſiaſticorum omnium reſoluas, vt non teneantur ſoluere decimas, ex ſuis prædijs, quia ſunt etiam Miniſtri Eccleſiæ, & regulariter excuſantur, vel ex Priuilegijs ſuis, *arg.c.ex parte, c. licet, c. ad audientiam eod. tit.Barboſ. de vnin. iure Eccl. tom.2. cap.27. de decimis* §.3.*n.20.cum ſeq;Cotonius in controu.18.de præcepto Decimarum n.9.* aut ex præſcriptione *Dian.p.5.tract.14.reſol.42.& p.3.tract.5.reſol.77.* vel conſuetudine, *idem Barboſ.& Coton.cum Bellaſ. in prompt.V. decima n.1.* quæ etiam laycis in dignitate nõ conſtitutis tribuere poteſt exemptionem, non ſolùm, vt non teneantur ad Decimas verùm etiam, vt ex iſta parte, & non ex alia ex his fructibus; &c. aut ex tali quantitate, & in tali ſumma teneantur, ſtantibus tranſactionibus, permutationibus, ceſſionibus, aut ſimilibus cõtractibus, vt poſt *Barboſam, Coton. Amatum, Bellaſiũ, & alios relatos DD. docent omnes Canoniſtæ*, & hæc eſt obſeruantia generalis, vt hoc modo decimæ exigantur à Parochis, vel Epiſcopis, aut ab alijs perſonis ius, & poteſtatem habentibus ſuper prædijs, & rebus Chriſtianorum circa quod ius commune non attenditur, quod locum habere poterit non exiſtente conſuetudine, nec tranſactione, aut præſcriptione, vel Priuilegio, vt Noſtrates loquũtur.

8 Di-

8 Diſtributiones quotidianæ ſunt ſtipēdia quædam perſonalia, quæ ex redditibus Eccleſiæ præter præbendam, aut portionē, certam pro beneficio competentem, Canonicis, & Beneficiarijs, ſeu Clericis Cathedralium Diuinis Officijs intereſſentibus pro Diuino Officio tribuuntur, colligitur *ex c. vnico de Clericis non reſident. in 6. & c. olim, de quibus libro 3. tit. 1. de benef. multa dicam*: nec propriè appellatione beneficij veniunt, vt melius enarrabo, atque differentiā inter has cum Primitijs, Oblationibus, & Decimis ſatis aperta eſt.

9 Sicut illa, quæ datur inter Canonicam portionē Epiſcopo debitam, ſcilicet ex relictis, & prouentibus omnibus Eccleſijs obuenientibus, *ex c. 1. 10. q. 3. iuncto c. decernimus, & c. conſtitutum 16. q. 1. Clem. dudum de ſepulturis*, & talis nuncupatur, quia à ſacris Canonibus eſt inſtituta, & approbata, *Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 86. num. 2.* licet alia detur Eccleſiæ Parochiali, ſeu Rectori, quæ quarta Parochialis dicitur, & funeralis alio vocabulo, Parocho debita ex omnibus, quæ obueniunt ratione funeris alteri Eccleſiæ, vbi eius Parochianus ſepelitur, *c. conquerente de off. ordin. Seraph. deciſ. 1449. nu. 5. & 6.*

10 Et procuratio, ſeu ſubſidium, aut aliqualis ſuſtentatio appellatur, illa quæ tribuitur Epiſcopo ratione viſitationis Eccleſiarum, *c. procurationes de cenſibus Clem. 2. de conſuetud. Fuſcus de Viſit. lib. 1. c. 1. nu. 1. Pauin. in ſimil. tract. p. 1. q. 4. n. 21. & q. 9. nu. 34.* vel ex Legatis, *c. accedentes, c. cum inſtantia de cenſibus, Clem. 1. eod. tit.* dummodo moderata, & honeſta ſit ſecūdum facultatem Eccleſiarum, & diſtantiam locorum, *arg. c. ſopite 14. in fine, c. cum inſtantia 17. c. cum venerabili de cenſibus*, nec Epiſcopus diues ſit, iuxta opinionem *Soti lib. 9. de iuſtitia, & iure q. 5. art. 2.* iura enim tribuentia ſuſtentationem de pauperibus, non de diuitibus loquuntur, quibus non dicitur dari ſuſtentamentum, & alimenta, ſicuti ab Eccleſijs pauperibus, nec recipere debet procurationem, *Surdus de alim. tit. 4. q. 22. n. 6. Barboſ. de off. Epiſcop. alleg. 73. n. 51. & 53. & ſuper Concilio ſeſſ. 24. c. 3. de reform. 22.* imò illis dare eleemoſynas debet, & expendere de proprio, *c. cum inſtantia vbi gl. de cenſibus Surdus cit. & alij*.

11 Atque ſecundum formam, *Trident. ſeſſ. 24. c. 3. de reform.* procurationes exigere, ibi, *interim caueant ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues oneroſiue ſint neue ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquid procurationis cauſa pro viſitatione etiam teſtamentorum ad pios vſus præter id quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, aut munus quodcumque ſit etiam qualitercūque offeratur, accipiantur, non obſtante quacumque cōſuetudine etiam immemorabili, exceptis tamen victualibus, quæ ſibi, & ſuis frugaliter moderateque pro temporis neceſſitate, & non vltra erunt miniſtranda, &c.* & infra, *in his verò locis ſeu Prouincijs vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à viſitationibus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi, id obſeruetur*, idem ſtantibus contrarijs priuilegijs, *arg. c. fin. de cenſibus, c. cū inſtantia, & c. accedentes ibid. iuncta Clem. 1. eod. titulo*, prout habent regulares, *Barboſ. tom. 2. de vniu. iure Eccleſ. cap. 22. nu. 19.* niſi Parochialem Eccleſiam Conuentui vnita habeant, *Bellaſ. in promptuario regularium Verb. viſitatio Epiſcopi n. 2.* eodem modo de contraria præſcriptione diſcurras, *c. cū ex officij de præſcript. Clem. 2. vbi gl. de cenſibus, Barboſa cit. n. 24.* & præcipuè quando Epiſcopus diues ſit, qui haud victualia, & ſuſtentamenta petit, ſed opulenta, & voluptuoſa contra quem præſcriptio validiſſima eſt, ſecùs è contra, vt loqui videtur *tex. in d. c. cum ex officij, & c. cum inſtantia*.

12 De Cathedratico, & quarta decimationum eodem modo decidendum; vt nimirum aliquid ratione Cathedræ, vel Synodi, vt alij volunt, Epiſcopo debeatur, *c. conquerente de off. ordin.* quod etiam à conſuetudine regulatur, & circa taxam, & ſolutionem, *gl. in d. c. conquerente verſ. duos ſolidos, & c. 1. 10. q. 3. Surdus conſ. 454. n. 12. Riccius reſol. 182. nu. 1. Zerol. in verb. Cathedrat. in §. 1. Piaſec. in prax. Epiſcop. p. 2. nu.*

10. nam antiquitus Epiſcopi erant pauperes, ideò his hæ portiones dabantur, modis ſupradictis, & etiam ex rebus, quæ in Altari fideles offerebant medietas debebatur, *c. antiquos 10. q. 1.* aut ex Parochis de iuribus ſuis, & tertia decimationum appellatur, *c. de his, c. decreuimus eadem cauſa*, aut quarta, quæ ex decimis colligitur, *d. c. conquerente, c. quoniam, c. dudum, c. vnio de decimis, Barboſ. cit. cap. 20. de Quarta decimationum n. 12. & 13. tom. 2. & de off. & poteſt. Epiſcopi alleg. 76. n. 34. Seraphinus deciſ. 1449. num. 5. & 6.* qui notat, quod Epiſcopus ex Parocho exigit quartam ſuam, quæ decimationum vocatur, & Parochus decimas ipſas à fidelibus, & quartam funeralem de relictis ad pias cauſas petit.

13 Pro quibus omnibus ſoluendis ſpectandus etiam vſus, & regionum conſuetudo, vt referunt *Donatus Laynenſis tom. 4. de regularibus tit. de quarta funerali, Barboſa hoc titulo, Viſconti in concluſionibus iuris V. Quarta, Bellaſ. in prompt. verbo Quarta funeralis, Caſtill. Sotomaior. tom. 7. cap. 2. nu. 4. Gabed. deciſ. 205. n. 2. p. 1. Canaleri deciſ. 73. & 107. n. 1. Putens deciſ. 154. n. 6. Zerola in praxi Epiſcop. p. 1. verb. decima §. 1. & 8. Gutierez cit. q. 18. nu. 3. Suarez de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 21. nu. 5. & c. 30. nu. 2. Valens. conſ. 49. nu. 1. Moroni in reſponſis moralibus reſp. 52. n. 4. & alij omnes*, idē de Charitatiuo ſubſidio, & alijs oblationibus, dationibusque, & penſionibus dicas, & regulariter, vt toties dictum eſt, norma harum ſolutionum eſt conſuetudo, aut tranſactio, quæ ſi eſt contra ius expreſſa debet eſſe longeua, puta 40. annorum, vel immemorialis, *c. r. de præſcript. in 6.* vt eſt illa non ſoluendi nullo modo decimas; ſi verò ſoluuntur, ſed non Parocho, aut Epiſcopo, &c. & per 10. annos quis ſit in quaſi poſſeſſione decimarum, ſeu exigendi decimas, ſufficit tale tempus, *c. cum ſint homines, & ibi ad Apoſtolica de decimis, & benè explicat Facundez in præcept. decalog. 5. lib. 3. c. 1. nu. 5. Gutierez pract. quæſt. lib. 1. q. 17. num. 2. & 5. Gratian. diſcept. forēs. cap. 595. Seraph. deciſ. 1404. n. 2. Gabriel. comm. concluſ. tit. de præſcript.* ſcript. concl. 1. n. 16. & 18. mentique teneant exactores, quod non ſint nimis rigidi, *qui enim nimis emungit ſolet extorquere cruorē*

## DECISIO VIII.

De Priuilegijs rerum Clericorum, & Eccleſiarum, & de Legatis, relictiſuè ad cauſas pias.

### *SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia, & Clericorum bona non ligantur ſtatutis laycorum, & in dubio iur communi vtuntur pro ſe, non contra.*

3 *Priuilegia relictorum ad cauſas pias, & ipſiusmet Eccleſiæ n. 3. 4. 5. & 6. & 9.*

7 *In diuerſitate opinionum illa attendenda, quæ fauet Eccleſiæ, & cauſæ piæ, ſicut in dubijs fauore libertatis, & matrimonij ſententiandum, & quod matrimonium ſit validum iudicandum.*

8 *Epiſcopus, nec Parochus prohibere poſſūt matrimonia cum clauſula annullante.*

9 *Fauore Eccleſiæ ſit extenſio ex paritate rationis, & eius priuilegia latè interpretanda.*

10 *Clericorū bona an habeant Eccleſiæ priuilegia? & de Patrimonialibus n. 12. de quibus an teſtari valeāt? ibid. & de fructibus beneficij diſponere n. 12.*

13 *An ſuccedant Eccleſiæ, & Monaſteria in regnis alijſuè dignitatibus, perſonale requirentibus ſeruitium?*

14 *Etſi incapaces bonorum ſint, & de emphiteuſi?*

15 *Clerici ſuccedere valent in Regnis Ducat. Maior. Feud. & alijs dignitatib⁹, nec cenſentur excluſi, & poſſunt eſſe Iudices, Conſiliarij, & Aſſeſſores Principum ſæcularium.*

16 *Eorum bona, & Eccleſiæ an valeant confiſcari? & qui ſuccedant in bonis vacantibus?*

17 *Pœna contra ſurripientes bona Eccleſiarum, & contra raptores remiſſiuè, & incendiarij non gaudent immunit. Eccleſiaſtica.*

18 *Re-*

18 *Rocchus Pirrus refellitur cum multa imperite, & temere ſcripſerit.*

1 RES Eccleſiæ, & Clericorum bona ſicuti donationes, teſtamenta, & legata ad pias cauſas multa habent priuilegia à iure communi, municipali, vel conſuetudine inducta, de quibus aliqua in præcedentibus titulis incidēter dixi, & in ſequentibus, cum *tom.* 2. ſicùti in praxi mea dicā: modo alia ſubdam, & breuitèr pro prima cognitione, ſuppoſitis regulis indubitatis, quod Eccleſiarum bona, ſicùti Clericorum legibus ciuilibus, non ſubiacent: nec determinationibus, & laycorum ſtatutis, aliquid diſponentibus circa illa, & perſonas, *prout lib.* 1 *tit. de conſtit. & tit. pen. & fin.* item Priuilegia laycis cōceſſa à iure, vel ſtatuto Clericis, & Eccleſiæ conceſſa cenſentur, prout ciuilitates, & indulta, quæ non repugnant ſtatui Eccleſiaſtico, & Clericorum, nec iſti deteriores reddantur, &c. prout latiùs locis ſupracitatis, quæ ſunt limitationes ad regulas, licèt in dubio vtantur iure communi, cum in aliquo caſu non reperiatur priuilegiati, *Gutierez Canon. quaſt. cap.* 8. *n.* 69. *lib.* 2. & lege pro ipſis, non contra, *Caſtill. Sotom. tom.* 2. *quotid. controu. cap.* 5. *num.* 52.

2 Legata etiam, & relicta ad pias cauſas priuilegiata ſunt, ita vt ex eis non deducantur quartæ, ſtatimuè debeantur, & à filijs familias relinqui poſſunt, nec defectu teſtamenti vitiantur, &c. prout latè *Barboſa tom.* 2. *de vniu. iure Eccleſiaſtico cap.* 27. *de legatis ad pias cauſas, ex Tiraq. & alijs* docet, imò executores, & hæredes tenentur ad cōputorum redditionem, etiamſi eis fuiſſet à teſtatore remiſſa computorum redditio, *prout deciſ.* 5. *ſupra n.* 40 *&* 41. *dicebam, & idem Barboſ. tit. cit. nu.* 22. *cum ſeq. notat, cum Carpio de execut. Tomaſio, & alijs.*

3 Quibus addas, quod Eccleſia, aùt Monaſterium expellere poteſt malleantem vicinum ſi impeditur Diuinum Officium, *Franciſc. Marcus deciſ.* 636. *n.* 1. reſtituitur in integrum iure minorum, *Decian. tom.* 4. *reſp.* 43. *n.* 5. *Coſta conſ.* 90. *n.* 10. *Peregrin. cōſ.* 8. *n.* 45. *Capyc. Latro conſult.* 119. *n.* 16. 17. & 18. & æquiparatur in hac materia Fiſco, *idē deciſ.* 165. *num.* 48. & vltra quadriennium, *Gamma deciſ.* 232. *n.* 2. imò in concurſu præfertur viduis, pupillis, ac etiam ipſo Fiſco, & miſeralibus perſonis, *idem deciſ.* 195. *nu.* 18. & ciuitati, *Merlinus de pignoribus lib.* 3. *q.* 33. *n.* 9. nec titulum Fiſco oſtendere tenetur, *Merlin. controu.* 3. *n.* 3.

4 Empta ex ſua pecunia, ſua ſunt, licèt Prælatus emerit nomine alieno, *c. inquirendum de pecul. Cleric. Noal. de tranſmiſſ. c.* 68. *num.* 3. contra ius cōmune, ex quo res empta de pecunia alteriùs efficitur ementis, non autem eius cuius eſt pecunia, *l. ſi ex ea pecunia C. de reuend. l. & ſi de tua C. de don. inter vir. & vxorem l. ſi patruus C. commun. vtriuſq; iudicij, l.* 1. *C. ſi quis alteri, vel ſibi, &c. l. ad probat. C. de probat.* item ratificare poteſt contractum nullum, quando eſt in eius vtilitatem, *Gabriel. commun. concl.* 1. *nu.* 2.

5 Nec poteſt eſſe ingrata, adeò vt ab ea reuocari poſſit donatio, *Surdus de alim. tit.* 1. *q* 48. *n.* 67. *Genuens. q.* 307. *Menoch. de retup. remed.* 9. *nu.* 102. & ob ingratitudinem Prælati, vel Rectoris, *Clarus in* §. *donatio. q.* 21. *n.* 5: quæ etiam omnium bonorum præſentium, & futurorum facta Eccleſiæ valet, *l. iubemus verſ. verùm C. de ſacroſ. Eccleſijs, Genuens. in prax. q.* 310. *Gutierez de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 7. *Gamm. deciſ.* 185. *nu.* 2. *de Franch. deciſ.* 168. *nu.* 2. *Spin. in ſpecul. teſtam. gl.* 11. *n.* 29. & in dubio facta ipſi præſumitur, *contra tex. in l. cum de indebito ff. de probationibus in verſ. ſi vero, Genuens. cit. q.* 14. *& Menoch. de arbitrar. caſ.* 88. *n.* 7. atque ſi in genere, cum alias de voluntate conſtare non poterit arbitrio Epiſcopi relinquitur, qui pauperiori dare debet; *arg. l. nulli C. de Epiſcop. & Clericis, Bart. in l. legatum ff. de vſufructu*; licèt abſens illa ſit, nec alius pro ea acceptet, *Mãtic. de tacit. & ambig. conuentionibus tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 16. *Gratian. diſcept. forens. c.* 368. *nu.* 34. *Spirelli deciſ.* 81. *n.* 15. *Sanctarell. var. reſol. q.* 69. *nu.* 3. aùt non inſinuetur, ſi excedens 500. ſolid. *idem Sanctarell. n.* 4. *Riccius collec. deciſ.* 177. *Anton. Faber in C. tit. de donat. defin.* 12. &

*alij quos ipſe retuli ſupra lib. 1. deciſ. vltima num. 102. cum ſeq.*

6 Et nunquam moritur, *Peregrinus conſ. 8. n. 45.* ſemperque poſſidere, & ius habere dicitur, *l. raptores §. ſin autem C. de Epiſcop. & Clericis*, licet moriatur Prælatus, *Tiraq. de iure conſtituti p. 3. limit. 16. nu. 3.* & quilibet de populo ſine mandato agere poteſt pro Eccleſia legatiſuè pijs conſequendis, *Genuens. cit. ſup. q. 414. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 151. Roman. in auth. ſimiliter C. ad l. falcidiam*, etiam ex ſcriptura priuata, *Tuſchus pract. concl. tom. 3. concl. 7. n. 13. Genuens. cit. q. 327.* & ſi fœmina ſit, *c. cum dilecta de confirm. vtili, vel inutili vers. procuratricem*, ibi, quod fœmina fauore piæ cauſæ poteſt eſſe procuratrix, ſicùt & de Monachis locutus, *ſum. deciſ. pen. nu. 172. & 173.*

7 Item circa detractionem falcidiæ, & Trebellianicæ, quæ non detrahuntur ex diſpoſitis ad pias cauſas non dubitauere DD. apud *Couar. in c. Rainald. §. 3. n. 7. de teſtam.* & de alijs priuilegijs, fusè noſtrates ſecundum tractatum proprium loquuntur, atque in diuerſitate opinionum illa attendenda, quæ fauet cauſæ piæ, *ait Roman. in Auth. ſimiliter C. ad l. falcidiam Alex. conſ. 204. n. 12. lib. 6. Bocr. conſ. 40. n. 89. Gramat. conſ. 50. nu. 46. Marta de iuriſd. p. 4. caſ. 164.* & in dubio pro pia cauſa iudicandum, *arg. l. ſunt perſonæ in fine ff. de relig. & ſumpt. funer. c. ſin. de re iudic.* ſicùti pro libertate, & matrimonio, *vt ibi.*

8 Prout Reſpondi in quodã caſu cõſultus, quod Parochus, & Archipresbyter nõ poterant prohibere ſubditis ne matrimonia contrahant cum decreto irritante, & validum eſt matrimonium contractum coram Cappellano ſeu Coadiutore ad nutũ ipſius principalis Parochi amouibilis, nõ obſtante quod cum clauſula irritante, ſeu decreto annullatiuo fuerit facta à Parocho ipſius Cappellano prohibitio aſſiſtendi alicui peculiari matrimonio, à certis perſonis in propria Parochia cõtrahendo, & fuit hæc mea ſententia conformis doctrinæ, quàm in ſimili, docuit *Diana p. 10. tract. 13. reſol. 23. & de Lugo omnino videndus in ſuis reſponſis moralibus lib. 1. dub. 5. n. 4.* & ratio eſt, quia nõ poteſt Parochus noua impedimenta ponere irritantia matrimoniũ, præter ea, quæ à iure communi iam ſunt ſtabilita; ſi autem matrimonium eſſet nullum, in caſu poſito, iam integrum foret Parocho imponere noua impedimenta dirimentia matrimonium, quæ tamen facultas, nedum Parocho; ſed nec ipſi Epiſcopo Parochorũ Parocho denegatur, vt fert vnanimis Canoniſtarum conſenſus, teſte *Perez de matrim. diſp. 21. ſect. 4. n. 4.* atque hanc rationem nouiſſimè inſinuat *Anton. Coton. in ſuis controu. lib. 5. de matrim. c. 4. num. 207.* & licèt *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 32. num. 3. cum alijs*, contrarium dicat, tamen, pace tanti Doctoris, non bene diſcurrit in hoc caſu, & contra iuris Canonici principia, *in c. fin. de deſponſ. impub. & Trid. ſeſſ. 24. de ref. matrim. cap. 1.* & ſi ad minus eſſet probabilis ſua opinio, tamẽ in dubijs, ſicùt fauore Eccleſiæ, & libertatis ſententiandum, ità etiam fauore matrimonij, *vt dicebam ex d. c. fin.* & pro validitate eiuſdem, *idem Sanchez de matrimonio, lib. 1. diſp. 18. num. 5. poſt tex. in c. & ſi literis de probat.*

9 Fitque demum extenſio ex paruitate rationis, fauore Eccleſiæ, *gl. in l. illico C. de ſacroſ. Eccleſijs verſ. aliam cauſam*; & Priuilegia illi conceſſa latè interprætanda, *Innoc. in c. Epiſcopi de reb. Eccl. non alien.* & per nõ vſum, nec tolluntur, *Genuens. cit. q. 154. & Canoniſta in c. accedentibus de priuil.* niſi actus contrarius fuerit longæuus puta 40. annorum, vt iſti, & benè docent, *& ipſe ſuprà teſtigi hoc libro deciſ. 6. n. 42.*

10 Dubium etiã eſſet, an bona Clericorum habeãt etiam iſta, & alia priuilegia Eccleſiæ conceſſa? Et præter ea, quæ *lib. 1. deciſ. pen. de Clericis, & presbyteris eorumque priuilegijs dixi*, ibi, de exemptionibus à gabellis de his bonis ſuis venditis, & donatis, ſicùti de Eccleſijs, *vt docet etiam Barboſa tom. 1. de vniu. iure Eccl. c. 39. n. 29.* niſi eſſent donata in fraudem, vt illo loco examinaui; de beneficijs, & penſionibus nõ dubitatur, quia ſunt bona quaſi ſpiritualia, & Eccleſiaſticis fruuntur priuilegijs, *arg.*

*quam-*

quamuis il. 1. de præbend. in 6. & c. quamuis de cenſibus in 6. c. 1. de imm. Eccl. ibid. iuncto c. Clericis §. nos igitur.

11 Bona patrimonialia ad quorũ titulum Clericus fuit ordinatus, & promotus alienare nõ valet, nec in alios vſus conuertere, niſi alia bona aſſignauerit loco patrimonij, ex Triden. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform. fructus verò tam iſtorum, quàm illorum dare poterit, abſolutè, & pro eis teſtari, c. præſenti de pecul. Clericorum, Abbas in c. cæterum de donat. cum ſit verus dominus, c. vnico de Cler. non reſid. in 6. vbi Barboſ. n. 22. & in fauorẽ potiùs filiorum natorum ex legitimo matrimonio, vel conſanguineorum, c. placuit 13. q. 2. Bellett. in diſq. Cleric. tit. de bonis Cleric. §. 13. num. 9. illis verò natis ex damnato coitu alimenta ſaltem relinquat, Bellett. cit. nu. 38. ex arg. c. cum multa 15. q. 1. l. 1. §. ius naturale ff. de iuſtitia, & iure, Surd. de alim. tit. 1. q. 10. n. 5.

12 Viuere tamen præſumuntur omnes de fructibus beneficij, c. cũ ex officij de teſtam. in 6. & de reliquis bonis ſuis in dubio diſpoſuiſſe, & de ſuperfluis pauperes etiam alere debet, Eccleſiaſuè reparare, c. conceſſo, c. quatuor 12. q. 2. qui ſi partes ſuas non habuerunt tenetur ad reſtitutionẽ beneficiarius, aut Epiſcopus, iuxta ea, quę tetigi ſupra lib. 1. deciſ. fin. n. 93. & infra tom. 2. tit. 1. de beneficijs dicam, de quibus omnibus ſi in fauorem Eccleſiæ diſpoſuit Clericus, nulli dubium eſt, quod alienari non valent, arg. c. prædia 12. q. 2. Pius V. in conſt. Romani de anno 1567.

13 Eccleſiæ inſuper, & Monaſteria, in Regnis non ſuccedunt, c. hæc nequaquam in fine 7. q. 1. gl. in c. ſcripſit 27. q. 2. Pereira de nomin. emphiteuſis q. 6. nu. 14. Palaez de maior. 2. part. q. 3. num. 17. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 83. Tambur. de iure Abbatum tom. 3. diſp. 11. q. 4. n. 21. nec in Ducatu, Marchionatu, Feudis, & ſimilibus Dignitatibus in quibus perſonale ſeruitium requiritur, Barboſa de vniu. iure Eccl. 2. cap. 31. nu. 1. & 2. in alijs verò Feudis emphiteuticis bonis, primogenijs, maioratu, &c. etiam cũ iuriſdictione, & vaſſallis ſuccedere poſſunt, c. Abbate de ſent. & re iudic. in 6. c. cum dilectus de ordin. cognit. c. volentes de ſtatu Monach. & iuſtitiam per ſubſtitutum miniſtrare, c. fin. ne Cler. vel Monach. niſi ſint excluſa ab inſtituentibus, qui poſſunt quamlibet legem imponere, & Monaſteria excludere, l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſijs Couar. lib. 1. var. cap. 19. n. 10. & 11. Molina de primog. lib. 2. cap. 12. n. 54. Mantica coniecturis lib. 11. tit. 7. n. 20. Gutierez Canon. quæſt. lib. 2. cap. 25. nu. 6. Sanchez in precept. decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 15. n. 6. Cabed. deciſ. 133. nu. 6. & non ſolùm expreſsè, ſed tacitè, §. ſed hoc præſenti Auth. de SS. Epiſcopis, atque hoc modo ſubſtitutũ non excluderent, Couar. Mant. Tambur. & Gutierez cit. Oſaſcus deciſ. 126. n. 24. & communiter noſtrates.

14 Idẽ ſi fuerit Monaſterium, vel Eccleſia incapax bonorum, in quibus hæc locum habere non poſſunt, arg. Clem. exiuit de verbor. ſignif. Molin. de iuſtitia, & iure tract. 2. diſp. 139. & 623. n. vel ſucceſſiſſet ex perſona Monachi: nam ſolùm hoc caſu durante vita huius Monaſterium iſta bona poſſidet, Barboſ. cit. nu. 9. Pereira de nominatione emphit. q. 6. n. 2. Tambur. d. q. 4. num. 24. & 25. Carol. Tappia in Auth. ingreſſi verſ. ſupra cap. 14. C. de SS. Eccleſijs, Clarus in §. feudum q. 78. n. 1. Afflictus deciſ. 320. n. 2. & in cap. 1. num. 2. de milite vaſſallo; eodem modo de emphiteuſi ſæculari diſcurras, quæ reuocari in vita Monachi à Monaſterio nõ poteſt, ſecus Eccleſiaſtica, gl. in Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſijs.

15 De Clerico non ita diſcurrendum, ſed quod in Emphiteuſi, Cappella, Maioratu, Ducatu, atque etiam in Regno ſuccedere poteſt dummodo in inſtitutione non reperiatur excluſus, vt docet Molina de iuſtitia, & iure to. 2. diſp. 29. & Bellarminus lib. 5. in controu. Cath. de Roman. Pontefice cap. 5. vbi contra multos hæreticos probat, & benè, Clericum cuiuſcumque ſucceſſionis capacem eſſe, nec iuriſdictio, aut quælibet temporalis poteſtas etiam ſuprema cum Sacerdotio repugnat, & non ſolùm ſimplices Sacerdotes, ſed Abbates, & cæteri Prælati, Primates, & Archiepiſcopi iuriſdictio-

tionem temporalem, poteſtatemuè habere poſſunt, & in dies multos videmus hanc de facto exercentes fundatam in iure Canonico, ex *c.per venerabilem qui filÿ ſint legitimi, c.fin. ne Clerici, vel Monach. in 6. c. dilectos de fide inſtrum. vt adducit Tamburinus cit. tom. 3. diſp. 13. q. 1. & 2. & Barboſa de vnia. iure Eccl. cit. n. 14.* & faciunt ea, quæ dixi de Clerico Iudice Ordinario, & Aſſeſſore, aùt Conſiliario Iudicis layci *lib. 1. deciſ. pen. num.* 85.

16 Sed an hæc bona Clericorum, ſicùti illa Monachi confiſcari poſſint, & in confiſcatione veniant pro delictis horum, aùt, Rectorum Eccleſiæ? Et circa hoc vltimum, dubium non eſt, quod bona Eccleſiæ non transeunt in Fiſcum pro quolibet delicto etiam Prælatorum, vt omnes fatentur, ſunt enim Deo dicata, ideò ampliùs in vſum profanum transferri non debent, *arg. c. quę ſemel. 19. q. 3.* ſicùt ob delictum Clerici, nec feudũ, & emphiteuſis Eccleſiaſtica trãſeunt in Fiſcum, *Guazzin. de confiſc. ampliat. 24. decim. tertię concluſionis*, vbi, quod horum bona patrimonialia, & propria confiſcari poſſunt ab Epiſcopo ob delicta in quibus eſt hæc pœna, & notat *gloſ. in §. 1. 23. q. 7. Clem. 1. V. applicare de hęreticis, Belletus ſup. cit. §. 14. nu. 7. & Guazzinus de confiſcatione concl. 21. n. 14. concluſ. 13. ampliatione* 24. qui etiam loquitur de ſpolijs Clericorũ factis ex fructibus beneficiorum vacantium in Italia, quæ ſunt Apoſtolicæ ſedi reſeruata iuxta Bullam Pij IV. Sixti V. & Vrbani VIII. & ſpectãt ad cameram Apoſtolicam, ſed ſeruandam eſſe conſuetudinem Regionum puto, & Principum priuilegia tãm circa hæc, quàm circa confiſcationem, & ſucceſſionem in bonis vacantibus Clericorum, & Feudorum ipſis conceſſis, vel Eccleſiæ, *vt DD. exponunt in c. 1. & 2. de feudis, & c. 1. de ſucc. ab inteſtato, Guazz. de confiſc. bon. concl. 21. n. 22. & alÿ.*

17 Pœnæ furum, & ſurripientium bona Eccleſiæ, haud hic erunt adducendæ, ſatis infra *tom. 2. tit. de pœnis dicam, & in Inſtit. Cęſareis lib. 4. tit. de furtis*, vide pro modo, *Triden. ſeſſ. 22. de reform. cap. fin. poſt. tex. in c. fin. de furtis, c. quicunque 12. q. 4. l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſcop. & Cleric. l. ſacrilegÿ capite ff. ad l. iuliam peculatus*, ſicùt contra vſurpantes iuriſdictiones Eccleſiæ eſt pœna excommunicat. in Bulla Cœnæ, *Gloriſius reſpons. 12. n. 7.* & cõtra deguaſtantes bona, & incendiarios, *c. tuę de pœnis, c. ſi Epiſcopus 50. diſt. l. qui ędes ff. de incendio, &c.* qui etiã alijs pœnis puniendi, ſecundùm qualitatem delicti, *Giurba conſ. 48. n. 16.* & ſi fuerit magnum incendiũ in villis, vel in vrbibus factum, aùt locis habitatis non gaudet delinquens immun. Eccleſiaſtica, *idem Giurba num.* 14.

19 Actenus de perſonis Clericorum, & rebus illorum, Eccleſiarumuè, cum priuilegijs, quæ dicta ſint regularitèr de omnibus Clericis, & Eccleſijs non ſolùm Prothometropolitanis, Metropolitanis, Collegiatis, & alijs, ſed etiam de pijs locis, quæ hic veniunt Eccleſiarum nomine, nec circa hoc dari poteſt regula generalis, ſed diſcurras ſecundùm propriam materiam loco ſuo poſitam, ſecluſis priuilegijs conceſſis Eccleſijs particularibus, & Cathedralibus, atq; Collegiatis, quæ omnimodè attẽdenda in præcedentijs, alijſque negotijs, nec diſcurrendum abſque matura conſideratione, & illorum perfecta lectione, ſacrorumuè Canonũ ordine, ſtudio, & ſtylo, prout facit *Rochus Pirrus*, (alias Perrus, vt ipſe ſe ſubſcribit in quodã epigrammatè facto ad Marium Burgium in principio tractatus de laudimijs,) qui aliqua de præcedentijs Eccleſiarum Sicularum ſcribit, ſed imperitè, & temerè, haud conſiderans priuilegia, & in multis eſt allucinatus, prout *Doctiſſim. P. Paulus Belli, Sotiet. Ieſu in ſua Apologia nouitèr annotauit, & Benedictus Salnag.* eiuſuè authoritas paruifacienda, quia ad iura, & priuilegia non attendit, & de præcedentijs Archiepiſcoporum ingenere, multa benè ſcribit *Ferrus de pręced. q. 4.* ſicùt de illis Eccleſiarum *q. 24.* atq; de alijs Eccleſiarum Cathed. & Colleg. quem vide.

DE-

# DECISIO IX.

## De Vſuris, & Cambijs.

### SVMMARIVM.

1 *Vſura Etymologia, & definitiones variæ adducuntur.*

2 *Authoris definitio, & quod vſura non sũt ſolùm in mutuo conſiderandæ.*

3 *Explicantur definitionis verba cum n.4.*

5 *Ob damnum emergens, aùt lucrum ceſſans licitè aliquid vltra fortẽ accipi poteſt.*

6 *Et à tempore moræ, quæ quo modo contrahitur? & n.7.*

8 *Mora irregularis in quibus caſibus contrahaturẽ & poteſt creditor quando nõ fuit pactitatum à principio accipere vſuras ſi negotiari ſolitus erat.*

9 *Pacta, quæ fiunt à mercatoribus in principio, vt ob pecuniam datam dentur intereſſe, ob damnum emergens, & lucrum.*

10 *Præcipuè ſi ob moram damnum habuerũt, vel retardatam ſolutionem, accipiendo aliam pecuniam ad intereſſe, aùt aliud damnum habentes, & valet pactum, vt in caſu retardatæ ſolutionis poſſit creditor capere pecuniam ad cambia, & recambia, & à ſe ipſo.*

11 *Intereſſe alterius intereſſe an debeatur? & in quibus caſibus n.12.13. & 17.*

15 *Pactum adiectum à principio in contractu mutui de certo intereſſe dando valet in foro interno, & externo, & quod ſtetur iuramẽto creditoris circa declarationem faciendam, quæ limitari, infirmari, & moderari poterit à iudice parte opponente, & 25. & ſi dari poterit à principio hoc intereſſe.*

16 *Quantitas intereſſe quomodo probatur, & num.22.*

17 *Mutuantes pecuniam, qui nullam voluntatem negotiandi habent, & exponẽdi, nõ poſsũt aliquid exigere pro intereſſe.*

18 *Socius lucrum accipit, ex pecunia lucro expoſita à ſocio.*

19 *Et aliquando quid certum cum aſſecuratione capitalis, tres efficiendo cõtractus.*

20 *Vel vnum, qui vicem trium obtineat.*

21 *Socius debet actu negotiari, vel nunc ſe negotiationibus exponere, vt dans pecuniam poſſit intereſſe habere.*

22 *Qui commoditatem habet faciendi hos tres contractus, poteſt à petente ſuas pecunias mutuo exigere illud intereſſe, quod eſſet accepturus, ſi contractum ſocietatis feciſſet, ob caput lucri ceſſantis, ob quod poteſt qualibet perſona lucrum ceſſans capere, aut ſi pecunias habuiſſet, empturus eſſet prædia, cenſus, & ſimil, & n. 31. & 86. idem de damno emergente, & ſufficit creditori oſtendere damnum, vel lucrum ceſſans, licèt poſtea debitor poſſit contrarium probare.*

23 *Explicatur Bulla Sixti V. circa hanc materiam.*

24 *In his contrahendi modis poteſt quis accipere intereſſe ſecundùm qualitatem negotiationis.*

25 *Pactum à principio in contractu mutui tenet, & debetur ante Iudicis ſententiã.*

26 *Intereſſe debetur ex facto promiſſo non completo, ſiuè fuerit pactitatum antea, ſiuè non.*

27 *Pœna in contractibus omnibus debentur, circa id quod intereſt parti, & in compromiſſis in Regno noſtro.*

28 *Marito dotis non ſolutæ intereſſe debẽtur etiam ſi in bonis mobilibus illa cõſiſtat.*

29 *Fructus pignoris maritus non computat in ſortem, & vſuras remittere poteſt expreſsè, & tacitè, quod declaratur.*

30 *Recepto capitale an cenſeatur intereſſe remiſſum? etſi præſcriptio iſto etiam præſcriptæ ſint vſuræ dotium debitæ marito, & alia ẽ cum num. ſeq.*

31 *Quid in annuis præſtationibus, & legatisẽ & in cẽſu perpetuò admittitur præſcriptio, quoad interuſuria decurſa poſt lapſum temporis immemorialis, nõ verò quoad capitale, & quando dominium directũ intelligitur præſcriptũ?*

32 *Hæredes viri non poſſunt petere fructus dati pignoris, & ſoluto matrimonio*

teneã-

Digitized by Google

tenentur viduæ bona mobilia, & immobilia reſtituere, & interim illam alere cum filijs, ſi adſunt intra annum, & poſt annum, quamdiù dotem, dotiſuè vſuras non tradunt, quæ debentur viduæ ob retardatam ſolutionem, & ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, aùt quia poterant emi prædia, & cenſus, aùt redditus.

32 Partes à principio poſſunt hoc intereſſe taxare, vt in caſu retardatæ ſolutionis dentur tot pro centenario, & in conſtitutione, & reſtitutione dotis.

34 Et à ſtatutis, quæ valida, & circa id, quod intereſt exequenda, & n.35.

36 Pactū factum à patre pro reſtituēdis dotibus, ſub certis dilationib. & vſuris, ex quibus dotis reſtitutio retardatur non valet.

37 Emptor, & venditor poſſunt paciſci de præſtando intereſſe interim dùm non ſoluitur pratium, & rem cariùs vendere ob dilatatam ſolutionem, & n.83.

38 An anticipata ſolutione res vilius emi poſſint, ſicut, & carius vendi ob ſolutionem poſtpoſitam ſub pæna, &c. & propriè in omnibus contractibus, & iſtis conuentionibus id quod intereſt ſemper attenditur, vt teneantur emptores ad damna, & intereſſe.

39 Cautela quam faciunt aliqui venditores, ad euitandas ſuſpiciones vſurarum ſi differatur ſolutio pretij.

40 Pactum ad diſcurſum quid? & an ſit cōtra conſcientiam? latè diſputatur, vſq; ad num.50.

51 V.I.D. Onuphrius Giurba Meſſanenſis, D. Marij Giurbæ nepos laudatur.

V.I.D. Melchior Zabami Meſſanēſis laudatur, & quædam eius manuſcripta, & practicabilia, circa pactum ad diſcurſum, & adiudicationes factas cum hoc pacto, & pinguaualenti adducuntur à n.52. vſque ad n. 97. & ſub hoc ſequenti Summario.

Pactum ad dicurſum quid? & quando, & quomodo quibuſuè in contractibus ſolet apponi n.52. 53. & 54. & ſub quibus verbis ibidem.

Pingue valens quid ſit? n.55. quando detur, vel non n.56.57.58.59.60.73.

Pingue valens an valeat in conſcientia? num.61.

Emptio, locatio, & ſimilia non lædentia vltra dimidium, in conſcientia licita ſunt 62.

Pactum ad diſcurſum, quo caſu per ritum concedatur n.63.

Pactum ad diſcurſum fuit inuentum à Siculis, & quando? n.64.

Pactum ad diſcurſum tollit diſpoſitionē ritus loquentis de pinguaualēti n. 65.

Diſpoſitio ritus priuatorum inducta fauore per pactum tollitur n.65.

Idem de iure publico priuatorum fauore inducto n.65.

Pacti ad diſcurſum effectus qui? n.66.

Bona quomodo ſubhaſtanda? n.66.

Subhaſtatio quæ? n.66.

Bona ſubhaſtata pro quacumque ſumma emi poſſunt ſine læſione n.67.

Pactum ad diſcurſum eſt de iure validum n.68. intellige vt n.74.75.79.

Pactum ad diſcurſum in conſcientia licitum nu.79. cum declarationibus ibid. in venditione ſubhaſta poteſt accidere, vt bona vendantur pluſquam valent num.68.

Decretum cum pacto ad diſcurſum validum eſt etiam non obſtante enormiſſima læſione n 69.79.85.87.

Res tantum valet quantum vendi poteſt n.70.87.

Pactum ad diſcurſum non aſſimilatur pacto legis Commiſſoriæ n.70.

Pactum legis commiſſoriæ non valet, & quare? n.70.

Pretium oblatum tranſcendens ſummam exequutionis deponendum ad nomen debitoris aliàs decretum eſt nullum num.71.

Fraus ſolet accidere in pacto ad diſcurſū num.72.

Subhaſtatio bonorum in M. R. C. & in R. C. S. quomodo fiat n.72.76.

Decretum eſt nullum ſubhaſtationum ſolem-

*lemnitatibus non ſeruatis n.73.*
*Fraus ſubhaſtationum non annullat pactum ad diſcurſum n.73.*
*Citatio haud neceſſaria, ſi citandus pro ſui defenſione nil eſſet allaturus 76.*
*Emptores ob penuriam temporum hodiè non inueniuntur n.76.*
*Terminus ad redimendum datur debitori, creditori, & cuilibet extraneo nu.77. & quomodo,*
*Stylus pro iure ſeruandus n.77.*
*Vſitata fori conſuetudo, ſtylus eſt n.77.*
*Vſus quotidianus curiarũ ſeruandus n.77.*
*Stylus, & vſus praualent ad immutandã diſpoſitionem ritus n.78.*
*Conſuetudo, vel ſtylus non requirunt ſententiam de ſui natura, ſed ad probationem n.78.*
*Debitor modò contrahens ſcit quomodo bona ſubhaſtentur n.78.*
*Volenti, & ſcienti non fit iniuria n.78.*
*Debitoris negligẽtia nõ requirentis emptorem, non nocet adiudicationi nu.78.*
*Læſio enormis, vel enormiſſima quæ? n.80.*
*Pretium quotuplex ſit? n.81.*
*Pretium legale quid? n.81.*
*Pretium legale eſt indiuiſibile n.81.*
*Pretium legale iuſtum dicitur n.81.*
*Pretium legale non ſeruans peccat mortalitèr n.81. amplia ſi tempore neceſſitam taxaretur nu.81. & Clericus ſeruare tenetur n.81.*
*Pretium naturale quid? n.82.*
*Pretium naturale creſcit, & decreſcit, & regulatur ex loco, tempore, & modo vẽdendi n.82.84.85.86.*
*Pretium rerum venditarum ſubhaſta naturale eſt n.83.84.*
*Bona ſubhaſta vltroneè vendita dicuntur nu.84. & quantum minuatur eorũ valor? n.84.85.86.*
*Factum Iudicis, factum partis n.85.*
*Vendit debitor Iudice vendente n.85.*
*Decretum dicitur factum voluntate debitoris n.85.*
*Neceſſitas vendendi arguit paucitatem emptorum n.85.*
*Poteſt expectari tẽpus, vt res ponatur ſub haſta, vt vilior ſiat emptio n.86.*
*Debitor non depauperatur ex venditione ſub haſta n.87.*
*Remediũ gratioſum ex mera gratia Principis ſtante læſione enormiſſima in adiudicatione conceditur n.88. etiam creditori, & intereſſatis n.96. intellige vt n.97.*
*Læſio tempore ſubhaſtationis attenditur num.88.*
*Pretium de contractus tempore conſideratur n.89.*
*Pretium in ſubhaſtatione pluſquam iuſtũ dicitur n.89.*
*Debitor pro creditoribus ſatisfaciendis nõ cogitur rem ſuam viliùs vendere etiã in conſcientia num.90. & quomodo eſſe debeat venditio, vt vilis eſſe dicatur? num.90.*
*Creditor ſtante impoſſibilitate ſoluendi cogitur accipere bona debitoris inſolutum n.90.*
*Qui prior in tempore potior in iure n.91.*
*Ius offerendi competit creditori poſteriori contra anteriorem, vel tertium licitãtem in decreto n.91.*
*Ius offerendi non competit nõ habenti hypothecam in bonis n.91.*
*Creditor, vel extraneus ſine hypotheca poſſunt redimere bona fauore debitoris num.92.*
*Lex generalitèr loquens generalitèr intelligi debet n.92.*
*Terminus quatrimeſtris, vel conuentionalis per Principem prorogatur, & iterum indulgetur, & quando non? num. 93.94.*
*Termino elapſo ſunt creditori bona irreuocabiliter acquiſita n.93.*
*Venditor, vel debitor læſi non obſtante termini lapſu poſſunt virtute reſtitutionis in integrum ad redimendum admitti, & terminus de temporali fit perpetuus n.94.*
*Pactum de retrouendendo temporale valet n.95. at læſione perpetuum eſt n.95.*
*Creditor anterior poteſt iterum ſubhaſtari facere debitorum bona, quod denegatur*

*gatur poſteriori, niſi poſterior eſſet pauper, vel Dos n.95.*

*Creditor adiudicans ſtante læſione enormiſſima non tenetur in conſcientia reſtituere bona adiudicata ante ſententiam in remedio gratioſo, n.96.*

*Fructus ſequuntur dominium n.97.*

*Minori habenti beneficium reſtitutionis in integrum non tenetur quis in conſcientia reſtituere bona ante ſentẽtiam num.97.*

99 *Ob dilationem conceſſam ad ſoluendum vſura percipi quando poſſint à creditoribus?*

100 *Et ob periculum.*

101 *Aut ſi mihi lucrum ceſſat, quia emere poſſum prædia fructifera, vel cenſus, & n.22. & 34.*

102 *Actiones in futurum minus emi poſſunt.*

103 *Pignus, vel fideiuſſiones pro ſecuritate non proſunt in his caſibus in aliquod debitoribus.*

104 *Cambium quid?*

105 *Et quotuplex?*

106 *Cambium reale licitum, & à iure approbatum.*

107 *De quantitate intereſſe in cambijs ſtandum peritis mercatoribus, & n.109.*

108 *Recambia an licita?*

109 *Quomodo intereſſe ex cambijs realibus percipi poſſit?*

110 *Quid de cambio ſicco, & n.112.*

113 *De pœnis contra vſurarios; & quis nam ſit Iudex competens? in ſeq.*

114 *Hæredes vſuras reſtituere tenentur.*

115 *Crimen mixti fori vſura eſt.*

116 *Vſurarij priuandi Eccleſiaſtica ſepultura, & 117.*

118 *Et publici, qui non oſtendunt titulos iuſtos vſurarum: & an ex dicto confeſſarij, vel conſultoris excuſari poſſint à pœna impoſita, vel imponenda ab Epiſcopo, aut à lege?*

119 *Malus conſultor tenetur ex ſuo malo cõſilio, ſicut malus aduocatus, qui excuſari poſſunt ſi vnum Doctorem habeant pro ſe, vel rationem conuincentem, ex quibus opinio ſit probabilis.*

120 *Iuriſperiti rectè reſpondent in caſibus vſurarum.*

121 *Publici qui dicantur? & qui occulti vſurarij?*

122 *An contractus facti vulgo, à godere, ſint liciti?*

1 PEtes 1. quid ſit vſura? De furtis, & raptoribus modo dicebam, at quia vſuras exercens, ideſt aliquid vltrà ſortem recipiens non ſolùm ab Eccleſijs, & Eccleſiaſticis, ſed ab alijs laycis raptor dicitur, & fur, *c. ſi quis vſuram 14. q. 4. gloſ. in rub. de vſuris, Viſconti in concl. iuris V. vſura*, merito titulus præſens poſt ſupradicta ponitur, & quidem.

Vſuræ ethymologiam venire ab vſu nemini ignotũ eſt, & dicitur quaſi raptus vſus, & quodcumque ſorti accedit, *cap. plerique c. putant, c. ſi feneraueris 14. q. 3. iuncta, c. vſura*, ibi, *vſura eſt vbi amplius requiritur, quàm datur v.g. ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris, vel dederis frumenti modium vnum, & ſuper aliquid exegeris*, quàm variè noſtrates definiunt, *& Parlad. var. q. c.2. n.3*, ait, *quod ſit lucrũ ex mutuo per pactum debitum, vel exactum*, & ſequitur meus *Petrus de Gregorio de cenſibus q. 9. n. 10. Lancelott. in ſuis in Inſtit. lib. 3. hoc tit. eſt quidquid vltra ſortem mutuatam recipitur, Toloſan. Gregor. Sintag. iuris lib. 22. nu. 2.* definit vt ſit, *quidquid præter ſortem principalem ob eandem capitur ſiuè pecunia ſit, ſiuè gratia aut aliquid aliud, S. Tho. in quæſt. de malo q. 13. art. 4. eſt quidquid præter ſortem accidit ſine iuſto titulo ſiuè in mutuis, ſiuè in alijs contractibus, Tamburin. in expoſ. moral. p. 2. lib. 9. de contract. tract. 1. de vſura, & mutuo cap. 2. §. 1. n. 1*, ait, *quod eſt lucrum quæſitum ex mutuo vi mutui, Leotard. hoc tit.* dicit *eſſe acceſſionẽ ſortis debitæ, ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, Lupus demum* ſuam adducit dicens, *quod inter infinitas vix ferè vna bona eſt*, & ait, *vt ſit lucrum receptũ à creditore pro vſu rei mutuo datæ.*

2 Mihi verò illa *D. Tho.* melior videtur, ex qua naturam vſuræ pro modo explicabo,

bo, cũ aliquibus vtilibus quæſtionibus, dicitur, *ſiue in mutuis, ſiuè in alijs cõtractibus*, nam vſura non ſolùm cadit in mutuo, nec ſolùm eſt lucrum ex mutuo, vt ait, *Abbas in c. in ciuitate in 1. notabili de vſuris, & Tambur. in ſua defin. vbi, vi mutui*, *Viſconti in concl. tur. verb. vſura cum alijs*, quod euidenter refello ex verbis *tex. in c. putant 14. q. 2.* ibi, *putant quidam vſuram tantum eſſe in pecunia, quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei affert ſuper abbundantiam, vt plus non recipias quàm dediſti*, ergo quando plus recipitur in quolibet contractu ratione vſus, vſura eſt, & non ſolùm in mutuo verùm etiam in alijs contractibus poſſunt adeſſe intereſſe, & vſuræ, vt in emptione, & venditione, *Petrus de Greg. Meſſanenſis de cenſibus q. 3. n. 12. Maſtrill. deciſ. 106.* dote *c. ſalubritèr*, *c. nauiganti de vſuris*, legatis, *tot. tit. C. de vſuris legatorum Leotard. q. 24.* re maritima, vel nautica, *tot. tit. C. de nautico fænore, &c. idem Leotard. q. 23.* & in vſuris legatorum, *q. 18.* pupillaribus, *q. 20.* rei iudicatæ, *q. 21.* & de rebus fiſcalibus, & publicis vſuris, *q. 22. poſt tex. in l. 1. C. de his quibus vt indig. l. 1. C. de fiſcal. vſuris*, alijſuè rebus, & ſpeciebus, idẽ *Viſconti, & Leotard.*

3 Dicitur quidquid loco generis, *arg. l. in fidecommiſſis §. cum pollodius ff. de vſuris*, ex qua dictione demonſtratur generalitèr, quod quodcumq; petitur ob vſum rei vſura eſt, *Barboſa de dictionibus verb. quidquid ibi n. 4.* etiam ſi minutiſſima res ſit *ex Guglielmo de monte, & alijs, DD. in l. hæredes 57. ff. ad Trebell.* ibi, *verſ. quidquid hæredes mei*, & etiam ipſamet pecunia pretioſior *Cammarata reſp. 34. n. 7.* niſi eſſent res modici valoris ex liberalitate donatæ, non intuitu mutui receptæ à debitore, idẽ *Leotard. ex communi DD. ſententia q. 98. n. 32.*

4 Additur, *vltra ſortem*, ſeu præter ſortem; ſors enim ſemper debetur, nec vſura committitur in hac recipienda, ſed in eo, quod plus, ſeu vltra capitur, *c. nullus cum ſeq. 15. q. 3.* tanquàm acceſſio ad ſortem, *l. neque eorum ff. de vſuris, l. 2. §. ſi indemnitas ff. de adm. rer. ad ciuit. pertin. l. hæres §. vltim. ff. de petit. hæred. l. 5. C. de ſent. quæ pro eo, &c.*

& ſiuè pecunia pecuniæ accedat, ſiuè pecuniæ vinum, frumentum, oleum, veſtis, gemmæ, vel aliud quidpiam, quod extimationem recipit, vſura eſt, *l. oleo C. de vſuris c. 1. & 2. eod. c. illo vos de pignoribus.*

5 Sed hoc debet eſſe ſine iuſto titulo, ſi enim adſunt tituli iuſti vſurarum, non dicuntur hæ prohibitæ, & debentur tanquàm intereſſe, *gl. in c. conqueſtus de vſuris verb. de feudo*, nec de his iura Diuina, Canonica, naturalia, & ciuilia prohibentia vſuras loquuntur, *vt ibi notat gloſa verſ. de feudo, & Abbas cum alijs Canoniſtis, Gutierez de iuram. confirm. 1. p. cap. 2. nu. 6. Surdus de alim. tit. 1. q. 45. nu. 28. Peregrinus de fidecom. art. 33. n. 35. Handad. conſ. 50. num. 1. Caill. lib. 2. Obſeru. 5. n. 14. & 15. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 4. num. 1. Leotard. paſſim. & q. 98. & 99.* & principalitèr ad damnum emergens, & lucrum ceſſans reducuntur, vt Canoniſtæ, Theologi, & Ciuiliſtæ omnes loquuntur, & damnum emergens dicitur quoties de vitãdo damno, lucrum verò ceſſans quoties de lucro captando quis certat, *Barboſ. in l. 2. in principio ff. ſol. matrim. Gaill. cit.* puta ſi ſit ſolitus negotiari, aùt de facto negotietur, *arg. l. fin. C. de peric. & commod. rei venditæ, l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco, &c.*

6 Tituli ergo iuſti vſurarum ſunt, ſi quis aliquod vltra ſortem accipit, quia damnum paſſus eſt, vel quia ei lucrum ceſſauit, *S. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. & q. 78. art. 2. ad primum, Valent. & alij quos ſequitur Tambur. de vſuris, & mutuo cit. ſup. §. 3. & 4. Leotard. q. 74. & & 75. & hoc* à tempore moræ, *vt idem notat Tambur. & Caſtill. Sotom. controu. quotid. lib. 2. cap. 1. n. 75. Leotard. de vſuris q. 81. n. 1. & q. 29. n. 6. q. 4. n. 12. & paſſim*, niſi ab initio cõtrarium fuerit pactitatum, *idem Caſtill. nu. 71. & Tambur.* contrahiturq; mora, vel per interpellationem etiam extraiudicialẽ factam à creditore debitori, vt ſolueret, *l. quod te 5. ff. de reb. creditis l. ſi ex legati 23. ff. de verb. obligat. l. qui decem ff. de ſolut. Faber cõiect. lib. 6. cap. 7. Leotard. cit. d. c. 81. num. 10. & ſeq.*

7 Item ex diei lapſu; ſtatim enim elapſa dies in qua debitor ſoluere debebat, & non

ſoluit, dicitur in mora, *l. pecunia §. vſurarũ ff. de vſuris l. 3. ff. de in litem iuran. l. ad diem ff. de verb. obligat. l. magnam C. de contrah. & comm. ſtipul.* ibi, *dies pro homine interpellat,* à quocumque fuerit adiecta, etiam Iudice, vel à lege, *arg. l. vnica §. exactio C. de rei vxoria actione*, ſcio quod aliquando ſine interpellatione, & ſine die quæ interpellet pro homine in aliquibus caſibus iure ciuili cautum eſt moram factam intelligi, ex ſolo tempore tardatæ ſolutionis, vel prætermiſſione officij, &c. *l. 3. C. in quibus cauſis reſtitutio in integ. non eſt neceſſ. l. 5. ff. de minor. l. 26. §. 1. ff. de fidecom. libert. l. fin. C. de cõdict. ob turpem cauſam,* & hanc vocant noſtrates irregularem moram, quia iure quodam, & ſpeciali æquitate in aliquibus contractibus eſt introducta.

8 Vt in libertatibus, *l. 5. ff. de minoribus, l. cum verò §. apparet ff. de fidec. libert.* in cõtractibus minorum, & aduerſus debitores minorum, *l. 1. § fin. ff. de vſur. l. curabit C. de actionibus empti, Munnoz de ratioc. cap. 15. n. 33. Gratian. diſcept. 241. n. 1. & alij,* Eccleſiæ, vel piorum locorum, *Oddus de reſt. in integ. q. 3. n. 33.* quia iſta iure minorũ vtuntur, *c. 1. & 3. de in integ. reſt.* idem de Ciuitatis debitoribus, ſicut, & municipij, *arg. l. 4. C. ex quibus cauſis maior. l. Rempub. C. de iur. reipublic. Leotard. cit. q. 82. n. 7.* qui extendit ad Fiſcum, qui ex ſolo tempore tardæ ſolutiones vſuras recipit, & in furtis damniſuè iniurla datis, *l. 8. ff. de condict. indebiti,* legatis, *& fidecom. l. in minorum C. in quib. cauſis reſtit. &c.* alijſuè contractibus bonæ fidei, *d. l. curabit, & l. ſi verò §. ſi mihi ff. mãdati,* & in cõſcientia putarem, quod ſi quis fuerit in retardata ſolutione, nec fuerit antea pactitatum de intereſſe, quod tenetur ad damnum debitor, quod paſſum fuit creditor, vel ad lucrum ceſſans, licèt iſte poſtea petat, non enim præſumitur gratis res ſuas dare, ſi ſolitus eſt negotiari, & expreſsè nõ dixerit gratis velle dari, *vt praxis demonſtrat,* & notat *Leotard. de vſuris q. 74. n. 67. & q. 75. n. 15.* ibi, *quia veriſimile non eſt creditorem voluiſſe obligationum vinculis ſe inuoluere abſque lucro,* & ex alia parte debitor hoc animo accepiſſe præſumitur, & petijſſe à negotiatore, & quia eſt factus locupletior ex re aliena, ideò ad hæc teneri putarẽ, *arg. c. locupletari de reg. iuris in 6.* dixi, à negotiatore, ſecus enim de alijs putarem, cũ non adſint hæ præſumptiones, *vt docet Nauar. de vſuris nu. 55. Sa. in Aphoriſm. verb. mora n. 2. in fine, & Tamburin. cit. de vſuris §. 3. in fine,* qui dicit poſſe non obſtãte pacto ex conſuetudine recipiendi; potiùs ex ipſo *Sa.* dicere debebat, quod eſt conſuetudo in curijs mercatorum, qui ſolent pecunias mutuo dare, & intelliguntur datæ, vt reſtituantur vna cum intereſſe, atque ratio euidentèr ſuadet, quam ſequitur etiã *Leotard. de vſuris d. q. 75. n. 40. 56. & 60.*

9 Omniaque pacta ſunt licita in his caſibus, quæ fiunt à mercatoribus, vt tot lucri habeant, quot damnum habuerunt, vel eis ceſſauit lucrum, æquum enim eſt, vt qui pecuniam habent, vel bona ad quamcunque occaſionem contingentem emendi, vendẽdi, &c. aliquid recipiãt arbitrio boni viri ex lucro ceſſante, ſicut ex damno, vt omnes ore DD, Theologi, Canoniſtæ, & Ciuiliſtæ docent, & de probatione huius damni, & lucri ſi non fuit pactum à principio, arbitrio prudentis iudicandum, *Gratian. diſcep. forenſ. cap. 987. n. 16. Maſcard. de probat. cõcl. 934.* idem *Leotard. q. 74. & 75. Tepat. lib. 1. tit. de intereſſe, Gaillus pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 6. n. 6.* & non ſolùm ex teſtibus, ſed ex coniecturis apodipſis præſumpt. &. ſimil. *Tambur. ſub. cit. num. 19. §. 4. ex Caſſan. & Menoch.*

10 Et etiam ſi conſtiterit aliàs pecunias creditorem accepiſſe cum ſolutione vſurarum ab alijs mercatoribus licitè ab iſto exigi poſſunt vſuræ iam ſolutæ ob damnum emergens, non ſolùm ob retardatam ſolutionem, *Ruinus conſ. 104. nu. 6. lib. 4. Bertaz. conſ. 264. n. 10. & 11. lib. 2. Leotard. q. 75. nu. 27. 28. & 30. Caſtill. lib. 2. quotid. controu. c. 1. n. 78. Scaccia de cambijs ampl. 8. n. 225. Cencius de cenſibus deciſ. 554. nu. 8. Gratian. lib. 1. cap. 67. n. 22. Naita conſ. 490. n. fin. Seraph. deciſ. 936. in fine,* ſiuè enim antea accepit, & de facto eſt in continuis ſolutionibus, aũt

poſtea,

poſteà, parum refert, ſemper eſt in damno, & ità ei ſolui debent intereſſe ob retardatã ſolutionem, atque ob damnum, &c. rursùs petere poteſt vſuras, & exigere à debitore potente pecunias, quantùm ipſe ſoluit de facto, vel diebus præteritis, *vt omnes ſupponunt, apud Leotard. cit. n.30. & 34.* ſoletque apponi in contractibus pactum, vt in caſu nõ ſolutionis poſſit pecunias creditor capere ad cambia, recambia, &c. quod valet, & etiam vt à ſe ipſo capiat, quo caſu id, quòd intereſt capere poterit, *idem Leotard. n.39. & ſeq.* atque in intereſſe damni emergentis vnum ſpeciale eſt, quod non habetur in alio, vt non ſit neceſſarium probare actorem, quod ſi pecuniam habuiſſet damnum illud non eſſet paſſus, nam ex eo, quod conſtat de damno, præſumitur quod illud nõ habuiſſet ſi debito tempore pecunia fuiſſet ſoluta, *Leotard. quæſt.75. n.14. Sotomaior cit. n.78.* qui addit, quod nec requiritur, quod actor ſolitus ſit negotiari, vt debeatur, ſicuti neceſſarium erit probare in lucro ceſſante, & exigitur intereſſe, vt benè idem adducit, *ex Hondad. & Gennens.*

11 Sed circa hanc partem non ſolùm ob damnum emergens, ſed ob lucrum ceſſans intereſſe alterius intereſſe omnino deberi puto, *poſt Menochium. de arbitrarijs c.119. n.18. & conſ.1181. n.3. & 9. Berett. conſ.25. Villag. de vſuris quæſt. 18. concl. 5. Scacciam de cambijs §.7. gl.2. n.49. Leon. deciſ.13. n.6. Salas de vſuris dub.20. n.12.* & in recambijs *Giurba Obſeru.11. n.14.* ibi, de poteſtate data creditori, vt poſſit pecunias capere ſub cambijs ne patiatur intereſſe de pecunijs ſibi debitis non ad primam vicem, ſed generalitèr intelligenda eſt donec creditori ſit ſatisfactum, ideò concurrente mora in debitore, & quod creditor ſolitus erat negotiari intereſſe, & recambia ſemper debentur; quia eſt tàm in primo, quàm in altero caſu ratio conuincens, & vbi eadem militat idem ius eſſe debet, *l. quadam §.2. ff. de edendo.*

12 Sicut in alijs caſibus iure ciuili debẽtur, nempè quando vt ſors conſiderantur, *Faber in C. hoc tit. defin. 23. lib. 4.* prout in tutore, & curatore, qui pecunias pupilli cũ vſuris exegit, & quoad eum vſuræ vicem ſortis funguntur, *l. tutor 4. §. ſi vſuras ff. de admin. tutor,* & in procuratore, qui nec reſtituit exactũ, *l. idemq; 10. §. ſi procurator ff. mãdati,* alijſque in caſibus, *apud Leotardum de vſuris q.4. n.15. & 16. & q.87. videndis.*

13 Quod ſi vulgo traditũ eſt, vſuras vſurarum non deberi, hoc procedere dicas in primo anno, nam poſt annum, & in fine primi anni, aùt primæ ſolutionis debitor eſt in mora, non tantum pro ſorte, ſed etiam pro vſuris, & intereſſe, *ita Menoch. cit. & Rota Gennens. deciſ. 68. in fine,* qui addit, quod vice ſortis funguntur, *arg. l.58. §.1. ff. de admin. tutel. l. ſocium 60. ff. pro ſocio,* vbi ſocius, qui in lucro reddendo moram adhibuit omnes vſuras debet, maximèq; Iudices attendere debent ne in reſtituenda ſorte dãnum habeant creditores, *ait tex. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, &c.*

14 Vel quod DD. & iura loquuntur, quoties non eſt damnum emergens, vel lucrum ceſſans continuum, vt videre eſt *apud Leotard. cit. q.86. n.33.* aùt quod non cadãt in ſortem, & ſic fuerit à principio pactitatũ, quia certum eſt creditorem vltra ſortem totum illud damnũ, quod patitur à ſuo debitore recipere debere, *vt idem Scaccia, & Leotard. cit. docent.*

15 Quæres tamen quomodo practicatur, vt poſſit paciſci pro vſura danda à principio contractus mutui ob capita lucri ceſſantis, & damni? & ex dictis patet poſſe, ſed hoc ſtante pacto, quod fieri ſolet, & ex ſtipulatione iurata ſuſtinenda eſt taxatio intereſſe, & exequenda iuxta taxam à principio factam, abſque vlteriori probatione, non ſolùm in conſcientia, *ex Ioan. Medin. de rebus per vſur. acquiſ. q.3. §. nec obſtat quod mutuans, Molin. de Iuſtit. & iure tract.2. diſpoſ.316. nu.8. & alijs,* ſed in foro externo, adeò vt etiam in hoc foro pactum adiectũ contractui mutui, quo taxatur certa quantitas intereſſe pro tempore, quo non ſoluitur ſors principalis ſit validum, & efficax, & ex eo agi poſſit etiam executiuè non expectata alia probatione, *gl. in c. dilecti filij 17.*

*verſ.*

*verſ. cum iſtis de for. compet. & in l. fin. ff. de pret. ſtipul. Decius in c. cum venerabilis n. 65. de except. Bertaz. conſ. 2. crimin. num. 21. lib. 1. Bellon. deciſ. 34. n. 5. Surdus deciſ. 259. Coſta de portione rata q. 91. nu. 10. Menchaca q. vſufreq. lib. 3. cap. 60. nu. 25. Cancer. var. reſ. p. 3. c. 7. n 73. Parlad. rer. quotid. c. fin. 1. part. §. 12. n. 36. Theod. alleg. 40. nu. 30. Rouit. ſup. prag. 1. de vſur. n. 45. Pereira deciſ. 84. nu. 1. Marcian. conſ. 50. nu. 7. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. q. 2. nu. 1732. & num. 1757. Leotard. de vſuris q. 72.* & licèt alij contrarium dicant, *apud Carneual. cit. diſp. 8. ſect. 6. n. 79.* tamen re vera loquuntur quando certò, & probabiliter induci nõ poteſt hoc intereſſe, ſed ſumus in caſu omnimodè dubio, cæterũ praxis inter mercatores, & alios docet quantum ex tali negotiatione percipi poteſt ordinariè, & ità fieri poteſt pactum à principio attentis his, quæ ordinariè practicari ſolent inter negotiatores, & alios, nec non attenta commoditate emendi bona cenſualia, & redditus, qui in dies emi poſſent, &c. & in ſpecie de pacto, quod ſtetur ſimplici declarationi creditoris iuratæ, quod valet dixere, *Giurba ad conſuet. Meſſan. cap. 2. gl. 7. n. 3. Coſta conſ. 35. n. 6. Amat. reſol. 27. lib. 1. num. 28. Leotard. de vſuris q. 86. Bellon. deciſ. 134. num. 7. Coler. de cauſis execut. p. 1. c. 10. num. 158. Guzman. de euict. quaſt. 14. num. 1. & 5. Tambur. ſup. cit. de mutuo* §. 5. benè verùm non ex hoc tollerem Iudicis arbitrium, qui hoc iuramentum, & intereſſe taxatum confirmare poterit, *idem Leotard. nu. 2.* aùt infirmare, *vt ibi*, atque procedere etiam contra debitorem non opponentem de hac liquidatione; qui erit tanquàm confeſſus damnandus, *Tamb. cit. n. 12.* & è contra dabitur reuiſio, non obſtante pacto prædicto, *Carneu. cit. & melius Lotard.* & de alijs pactis extra mutuum, *dicam infra n. 24.* ſed dubium eſſet; an valeat exigi intereſſe à principio, puta cum dixerit mutuans do cẽtum, & quia mihi ceſſat lucrum de decem da mihi modo hæc? & ſcio *Medinam cum alijs DD. citatis à Tambur. de vſuris* §. 4. *n.* 10. dixiſſe, quod fieri non valet, quia hoc modo centum non mutaret, ſed 90. creditor, quæ ratio friuola eſt, nam de facto non intelliguntur mutuata 100. etiam quando adeſt obligatio dandi 10. poſt annum, quia aùt in vno, vel in altero adeſſe debet obligatio, ſi dantur antea eſt obligatus creditor expectare poſt annũ, ſi poſtea eſt in debitore iſta obligatio à die quo contraxit, qui ergo ſoluit debitum certum ante tempus benè facit ſicut, & qui recipit non eſt condemnandus, ideò attendendum ſi iuſtè dantur non de tempore, quod nihil addere, & minuere poterit, *Leotard. de vſuris q. 24. n. 11.*

16 Quantitas huius intereſſe ex damno emergente, vel lucro ceſſante, eſt regulanda arbitriò prudentis, & probatur, vt dicebam, ex teſtibus, ſcripturis, libris mercatorum apodipſis, & ſimil. adeò vt ſi mercatori petantur 100. & ipſe has ſoleat negotiari poteſt illas ſummas petere, quas ex negotiatione eſſet accepturus, puta 20. 30. & plus, vel minus, idem de damno emergente, vel poſt datam pecuniam, aùt ob retardatam ſolutionẽ, *vt ex dictis liquet, & DD. omnes fatentur apud Leotard. quaſt. 74. & 75. Carneual. & Caſtill. Sotom. relat. ſup. & ipſe dicam infra n. 22. in fine.*

17 Dubia aliqua eſſe poſſunt in perſonis, quæ negotiari non ſolent, & capitale mortuum habent, & hi abſque dubio ſi nullam habent negotiandi opinionem, ſiuè per ſe, aùt per alium non poterunt, aliquid pro intereſſe exigere; obſtat enim eis Præceptum Diuinum, *mutuum date, &c.* & omnia iura contra eos clamant, qui abſque titulo percipiunt vſuras, nec erunt in Curijs Eccleſiaſticis, & ciuilibus excuſandi, nec in conſcientia apud Deum, *prout inf. in fine cum de pœnis fœneratorum*, qui, ſi negotiatores pecuniaſuè mortuas non tenent, ſed expoſitas negotiationi illud lucrum accipere poſſunt, quod ex ſua negotiatione habuiſſet, aùt damnum, quod paſſi ſunt, *vt toties dictum eſt.*

18 Quod ſi è contra pecunias habeat quis, & negotiationes nõ exerceat, aùt quia nobilis. vel alio modo impeditus, aut quia negotiari nolit, & per alium hoc miniſterium vult efficere, certè poterit à petente pecunias

cunias mutuo tot accipere, quot erit accepturus à negotiante ſuas pecunias; nam ipſe à Mercatoribus, qui ſuas pecunias negotiantur ſi habet 10. pro quolibet centenario poteſt hæc petere à mutuatario licitè, & in quolibet foro decem, ſi octo, etiam octo, &c. quod incertum erit ex euentu negotiationis, & capitale eſt expoſitum periculo, & commodo, &c. qui vocatur contractus ſocietatis ſimplicitèr, quia dantur prouiſiones mercatori, & pro labore iſte partem recipit, reliquum verò dat principali, & multoties iſte cum ſuis pecunijs negotiatur, &c. ſuntque hi ſocietatis contractus, liciti, & in dies practicantur, & ambo ſunt expoſiti dãno, & periculo, &c. *DD. in l. 1. §. ſocius ff. pro ſocio, iuncta l. ſi non fuerit in fine gl. in c. plerique 14. q. 3. & in l. cum duobus §. damna ff. ibid. & adeſt Sixti Quinti Bulla quam refert Leotard. de vſuris q. 31. nu. 10. & per tot. & q. 86. n. 5. q. 94. n. 72.*

19 Sed multoties accidit, quod quis non ſiſtit in mero ſocietatis contractu, & quod habeat lucrũ v. g. ſecundum negotiationem factam à ſocio deductis expenſis, &c. ſed facit alium contractum cum ſocio, & mercatore in quo iſte dat aliquod moderatum intereſſe principali domino; v. g. principalis creditor, & mutuans dat centum aureos, & mercator in ſua negotiatione lucrifacit 20. aureos, vel 15. aut 18. &c. poſtea conueniunt de dando aliquod equiualens creditori, & mutuanti cum aſſicuratione capitalis, & iſte ſingulis annis recipit 10. v. g. ex centum, vel octo, & quidquid lucrifacit pro ſe mercator lucrifacit, & ita ex his tribus contractibus poterit mutuãs recipere ſuum intereſſe cum aſſicuratione capitalis, docent.

*Gaetanus tom. 1. opuſcul. tract. 31. reſp. 11.*

*Petrus de Vbald. de duobus fratribus 4. part. n. 6.*

*Ioan. Lupus in c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 10. n. 1. & §. 11. n. 8.*

*Nauar. in manual. cap. 17. n. 254. & in cõm. de vſur. n. 33.*

*Cenar. variar. reſol. lib. 3. cap. 2. n. 4.*

*Saumient ſelect. lib. 7. cap. 1. n. 6. & 12.*

*Mantic. de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 6. tit. 6. num. 3.*

*Bellon. deciſ. 183.*

*Armill. ſumm. verb. Societ. n. 6.*

*Molin. de iuſtit. & iure tract. 2. diſp. 417. num. 10.*

*Leſſius eodem titulo lib. 2. c. 25. dub. 3. n. 23.*

*Sayr. in deciſ. caſuum conſcien. lib. 5. tit. 13. deciſ. 17.*

*Salon. de contractibus Societ. art. 3. contr. 2. num. 10.*

*Medin. in inſtruc. confeſſ. cap. 14 §. 27.*

*Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib. 5. cap. 41. n. 3.*

*Roder. de annuis redditib⁹ lib. 3. q. 5. n. 64.*

*Caualc. deciſ. 13. per tot. part. 2.*

*Gait. de credito cap. 2. tit. 7. q. 5.*

*Bonacin. de contractibus tom. 2. diſp. 3. q. 3. punct. 11. n. 1. & q. 6. puncto 1. n. 3.*

*Fillucius moral. quæſt. tract. 34. p. 2. n. 107. & tract. 35. n. 453. tract. 38. n. 52.*

*Dian. p. 1. tract. 1. de contractibus reſ. 30.*

*Narbon. 3. part. recopit. in l. 15. tit. 18. lib. 5. gl. 2. n. 2. & 7.*

*Ioan. Anton. Nouar. in ſumm. Bullar. tit. de vſuris ſuper Bulla Sixti V. verſ. 3.*

*Silueſter verb. Societas n. 1. & 2.*

*Azor inſtit. moral. tom. 3. lib. 9. cap. 3. q. 6. §. ego tamen.*

*Carneual de Iudicijs tom. 2. tit. 3. diſput. 7. num. 17.*

*Serra 2. 2. q. 77. art. 4. dub. 2.*

*Guimenius de vſuris propoſ. 3. n. 2.*

*De Lugo diſp. 3. ſect. 4. n. 40.*

*Iuſtin. de Cambijs q. 10. n. 9.*

*Bellon. de poteſt. eorum quæ in contin. &c. lib. 1. c. 31. n. 5. & 6.*

*Molph. ad Conſuet. Neapol. q. 18. & de contract. c. 11. n. 41.*

*Vgolin. de vſur. cap. 55. §. 1. n. 1.*

*Leotard. de vſuris q. 31. n. 13. alios referens.*

*P. Thom. Tambur. Siculus in expoſ. moral. lib. 9. part. 2. tract. 8. de Societ. n. 3. & 10. cum ſeq.* ibi, *his verò tribus contractibus, qui poſſunt fieri, vel ſeparatim, vel ſimul ſocius conferendo pecuniam erit de ſua ſorte ſecurus, & de lucro alius autẽ erit ſecurus de pretio, quod accipit propter aſſecurationem, quam facit, ſed ſubit periculum ſoluendi ſortem, & lucrũ ſi fortè pereat, recole ea, quæ dixi cum de cambijs, vbi eoſdem tres contractus explicui,*

*& addi-*

*& addidimus poſſe ad maiorem ſecuritatem accipi pignus, &c. prout tract. 3. de cambijs* benè explicat c. 5. §. 7. & de quãtitate, *n.* 14. *illud aliqui ex ijdem, qui pecuniam exponunt ad maiorem conſcientiæ quietem addunt modo lucrum non excedat ad rationem decem pro centum, ſi enim excedat hi timorati expoſitores nolunt illud exceſſum exigere, ſed relinquunt in vtilitatem prædicti ſocij ſeu mercatoris*, ergo qui negotiari nolit, vel habilis non eſt ad tale miniſterium poterit ſocio pecunias dare cum aſſicuratione capitalis, qui det aliquod condecens relicto illi aliquo pro ſuo labore, & induſtria, & quidquid lucratur, vt citati Patres docent.

20 Et Doctiſſimus *Carneual. nu.* 21. ampliat concluſionem, etiam ſi non eſſent ſolemnitates trium contractuum, & quis pecuniam daret intendens exigere intereſſe quotannis ſaluo capitali modo licito, vel eo modo quo dicunt DD. licitè fieri; hic iuſtè, & licitè hoc facere poterit, quia intẽtio implicita idem operatur, ac expreſſa. Item quod hi contractus non ſolùm cum vno, ſed etiam cum pluribus fieri valent, nec nouum inter mercatores, qui ſolent facere contractus aſſicurationis in dies, & aliquid accipiunt pro aſſecuratione, *Leotard. q.* 23. *num.* 42. *& d. q.* 31. *n.* 13. etiam ſi quis non oſtendat pecunias datas, & bona poſita ad lucrũ, ſtante pacto, ſecus ècontra, *Velaſ. cõſ.* 64. *n.* 5. quomodo ergo contrarij in ſocietate contractum aſſicurationis capitalis vſurarium dicunt in eadem perſona, & in alijs mercatorib. admittunt; certè, vel non ſunt practici, aùt concluſionem non legerunt ventilatam in ore omnium, quod contractus, qui licitè cum pluribus fieri valent, cũ vno etiã fieri poſſunt, *l. ſingularia* 15. *ff. ſi certum petatur*, ibi, *quod in diuerſis perſonis recipitur hoc in eadem perſona recipiendum eſt idem Carneual. n.* 20.

21 Quod notabilitèr ampliarẽ, vt non ſolùm concluſio ſupradicta de contractibus factis cum mercatore, habeat locum in perſona, quæ de facto negotiatur, ſed etiam in alia, quæ ex nunc poſſet negotiari, & ità ſocietatem cum aſſicuratione capitalis facere poſſum cum qualibet perſona, quæ negotiatur de facto, vel dicit velle negotiari cũ his primis meis pecunijs, eadem enim eſt ratio de vno caſu, ac de alio, ergo idem ius, *l. libertum ff. de rit. nuptiarum, l. liberorum ff. de his, qui not. infamia, l. quædam ff. de edendo.*

22 An verò cum alia perſona, quæ non negotiatur, & dicit nolle negotiari, idem dicendum ſit? & certè hac ſub diſtinctione reſponderem, aùt mutuans habet commoditatem faciendi talem ſocietatem, lucrumuè ex hac recipere, & alius petit pecunias mutuo; certè poterit tot petere ob intereſſe ab hoc, quot ille ſocius eſſet daturus, quia ei ceſſat lucrum, & ob caput lucri ceſſantis poſſe intereſſe capere mutuantem, *ſupra probaui*, aùt non eſt iſta commoditas faciendi tales ſocietates, & ita cum titulum iuſtum non habeat mutuans non poterit aliquid accipere, nec ſocietatem cum his contractibus facere cum perſona, quæ de facto non negotiatur, vel nolit negotiari, vt docet *Leotard. de vſuris d. q.* 31. *n.* 16. qui caſũ ſolùm excipit dationis pecuniæ perſonæ, quam certo ſcias nullam negotiationi operam dare; quid verò ſi hæc perſona eſſet: & alia vellet meas pecunias, decidendum indubitantèr, *prout ſupra*, ex capite lucri ceſſantis, *vulg. l. ſi commiſſa vbi Cuiacc. ff. rem rat. haber.* quod lucrum omnibus debetur, & ſi mercatores non ſunt, quando culpa debitoris eis ceſſauit, & ex omni capite, *vt idem Leotard. ex communi DD. q.* 74. *nu.* 25. *adducit*, ibi, *cæterum hæc qualitas non ita neceſſaria eſt, vt ſolis negotiatoribus, & mercatoribus intereſſe lucri ceſſantis debeatur, nam, & nobilibus viris, aduocatis, militibus, cauſidicis, viduis, & diuitibus, qui negotiationibus, non vacant imò, & agricolis, & ruſticis, lucrũ ceſſans debetur, ſi verè ob pecunias creditas, à lucro aliquo prohibentur, idque certis probationibus demonſtratũ ſit, etenim, id quod intereſt eſt vtilitas, quæ mihi obueniſſet, eſt id quod lucrari potuit, niſi mihi obſtitiſſet debitor, & inf. multis enim modis ex pecunia ſua quis lucrum conſequi poteſt, quamquam negotiationem non exerceat, neq; merces emere ſoli-*

*re ſolitus ſit, vt emptione prædiorum, militiarum, officiorum, annuorum redditnum, & locorum, montium, & ruſtici ſolent etiam agros comparare, & ex his vtilitatem capere, quod ſi probetur equum eſt; vt debitor iſtec damna refundat*, idem de damno emergente, *Leotard. qui ſup. cap. 75. & Caſtill.* & ſufficit creditorem oſtẽdere damnum, vt intereſſe cõſequatur, *Cenc. de cenſib. deciſ. 554. n. 8. Natta conſ. 490. nu. fin. Seraph. deciſ. 936.* vel lucrum, quod ceſſauit, *Leotard. q. 74. n. 59.* licèt debitori incumbat probare contrarium, *idem n. 66. & q. ſeq. num. 24. Menochius conſ. 1023. n. 3. & alij*, & propriè notabiter quãdo poteram emere redditus, *Giurba ad conſuet. Meſſan. c. 15. gl. 15. nu. 39. Amat. reſolut. 49. n. 96. Cutelli deciſ. 12. nu. 13. & deciſ. 13. n. 11. Caſtill. deciſ. 61. n. 23.*

23 Solent tamen contrarij pro ſua ſuſtinenda ſententia contra hunc modum contrahendi adducere Bullam Sixti V. P. Maximi, *quam ſup. retul. n. 18.* quæ reprobat, vt illi dicunt, hunc modum ſocietatis, ſed iſta loquitur de ſolo contractu ſocietatis, non quando adeſt alius aſſicurationis, & de facto ſocius lucratur v.g. 15. & pro ſuo labore, & aſſicuratione ſolet medietatẽ accipere, aùt quinque, &c. certè quis reum faciet, ſi aſſicurare in tertia perſona etiam poterit, nec de hoc loquitur Papa, *vt benè docet idẽ Leotard. q. 31. n. 13. & poſt Leſſium, Azoriũ, Bonac. Narbon. & alios, explicat idem Carneual. cit. n. 23.* qui ſubdit *n. 24.* poſſe executiuè ſocium finita ſocietate conueniri pro capitale reddendo, & lucris.

24 Colliges ex dictis 1. quod in his modis contrahendi per modum ſocietatis, & in tribus contractibus expreſſis, aùt in vno continente trium ſubſtantiam poterit quis accipere aliquãdo ſex, aliquando octo, decem, vel plus, ſecundum qualitatem negotiationis, & perſonarum exercentium tale fœnus, *vt Tambur. cit. d. tit. de ſociet. cap. 5. §. 3. num. 13. & 15. docet, ex Bonac. de Lugo, & alijs.*

25 Colliges 2. pœnam à principio in contractu mutui poſitam deberi ante Iudicis condemnationem, non verò antequam pars petat, *ex Suarez de legibus lib. 5. c. 6. n. 8. Bonac. diſp. 3. de contract. ib. q. 3. part. 7. n. 4. de Lugo de iuſt. & iure diſp. 22. nu. 406.* ea ratione, quia hæc videtur contrahentiũ intentio, vt non recurrant ad Iudices, ſi ergo debitor non petit reuiſionem tacitè conſentire videtur, & in omni foro condemnandus, non ita ſi petat reuiſionem quam concedere debet Iudex, & ſummariè, & de plano reuidere intereſſe taxatum à creditore, & abſque vlla mora liquidare, aùt confirmare factum ab iſto, *vt n. 15. ſup. notaui.*

26 Ex pacto etiam promitti poteſt certum, & taxatum intereſſe à partibus ex conuentione pro aliquo facto adimplẽdo, *l. huiuſmodi ff. de prætorijs ſtipulationibus, l. ſi quis ab alio in fine ff. de re iudic. l. ſtipulationes nõ diuiduntur ff. de verb. oblig. Menchach. quæſt. vſufrequen. lib. 6. cap. 60. n. 26. Grammat. deciſ. 58. nu. 6. & 8. Carneual. de iudic. tom. 2. diſp. 8. ſect. 2. n. 11. & 12.* benè verùm culpa promiſſoris præcedere debet, *arg. c. ſine culpa de reg. iur. in 6. c. aliud eſt fraus de verb. ſignif.* nec res promiſſa ſit illicita, inhoneſta, & impoſſibilis, *c. duo 16. diſt. c. vnuſquiſque 22. q. 4.* ſed ſi quis promiſerit factum ſimpliciter, vt ſe ædificaturum domum, neque fecit, ad intereſſe arbitrio Iudicis cõdemnabitur, *d. l. ſi quis ab alio, & l. ſtipulationes*, idem de alijs geſtis, factiſuè promiſſis, *Leotard. de vſur. q. 90. num. 68.* & ſi quis promiſerit ſatiſdationem creditori pro aliquo, *d. l. ſi quis ab alio ff. qui ſatiſdare coguntur, &c.*

27 Eodem modo in foro conſcientiæ diſcurras in omnibus contractibus innominatis, *Tambur. de mutuo, & vſura cap. 3. §. 7. n. 2.* vt propriè vſuræ debeantur, non vltra id, quod intereſt parti, *Abruzz. ſuper prag. p. 3. cap. 2. n. 64.* ſicuti in ſupremis Tribunalibus ſeruatur, vt pœna conuentionalis non exigatur, vltra id quod intereſt, ſeù quatenus cum vero intereſſe concurrit, *idẽ Carneual. n. 13. & diſp. 3. n. 22. Mancin. diſſert. 33. n. 11. Gram. conſ. 66. n. 76. Seraph. deciſ. 794. n. 24. Seſſe deciſ. 10. n. 21. Faber, Bartol. & alij quos ſequitur Leotard. de vſuris q. 38. n. 14. q. 90. n. 38. & q. 98. n. 15.* quod in

Regno noſtro, nec ſeruatur præter, quàm in compromiſſis, *ex cap. Regis Alphonſ.* 154. de quo meminit *Coſta cōſ.* 31. *n.*2.*& Abruz. cit.ſup. n.*67. ſed aduertas capitulum non loqui de intereſſe propriè concurrente cum pœna, & quando adeſt pœna in contractu pro aliquo faciendo, & ſi hoc non fuerit factum illa adijciatur, & pars paſſa fuerit intereſſe; ſed abſolutè de pacto pœnali, quod non inducit pœnam in cōtractu, at quando intereſſe concurrit non ita erit, & iuxta intereſſe pactumuè creditor ſoluendus erit, vt practicaui in menſe Iulij hoc anno 1663. in R.C.S. in cauſa fratris mei Dilectiſs. *Franciſci*, contra *Nicol. Fabris*, cuius oppoſitiones fuerunt reiectæ ſup. quodam cōtractu obligatorio cuiuſdam ceræ, in quo erat pœna vnciarum 200. ſi fuerit in mora mercator in conſignatione prædictæ ceræ, quo exiſtente in mora, & pluries monito, cum non conſignaſſet ceram prædictam, & fuerit ex hoc magnum intereſſe, cum poſtea vellet conſignare, & ſe opponeret aduerſus cedulam proteſtatoriam, fuit dictum quod exceptiones non admittantur, & pœna in cōtractu executa *iuxta Doctrinas pracit. Patruum*.

28 Item in dote dotiſue conſtitutione à principio inter maritum, & dotantem intereſſe taxari ſolet vſq; dum dos ſoluatur, quod validum firmumuè pactum eſſe defendunt fere omnes Doctores, vt videre eſt *apud Fontanellam de pactis nuptial. tom.* 2.*clauſ.*5.*gl.*9.*n.*1.*Molin. de pactis nuptialib. lib.*3.*q.*39.*nu.*1. *Baez. de non melior. ration. dot. filiab. cap.*25. *n.*8. *Carneual. de iud. tom.* 2.*diſp.*8.*ſect.*2.*nu.*18. *Roder. de ann. reddit. lib.*6.*q.*7.*n.*44.*&* 60.*Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.*3.*gl.*5.*nu.*14.*& deciſ.*72. ſiuè dos in mobilibus, ſiuè in immobilibus fuerit conſtituta, & in pecunia, *idem Carneual. Fontanell. & Giurba*, quidquid ſpeculatiuè loquendo retulerit *Leotard. de vſur. q.*38. *nu.*33. *cum ſeq.* praxis enim, & vſus regionū ita ſe habet, vt multoties, & ferè ſemper maritus bona mobilia vendat, & pecunias ponat ad lucrum pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, exceptis illis, quæ non ſunt neceſſariæ pro domu, & familia, cur ergo de his promiſſis, nec traditis intereſſe non debentur eo ipſo, ꝙ onera ſuſtinet maritus? reſque ſteriles, & infructiferę, fieri poſſunt fructiferæ, & quando ipſemet vir tales non facit, hoc erit ex ſua voluntate, non ideò tales dici poterunt res, vnuſquiſque enim rei ſuæ moderator, non tamen limitari poterit, vt hæc non faciat, vt conſideranti liquet, & ipſemet negare non poterit, *ex l. fin. §. præterea C. de iure dotium*, vbi generalitèr de omnibus rebus loquitur Iuſtinianus, nec de mobilibus vſuras non dari dicit, ea releuāti ratione, quia ꝓ oneribus matrimonij deſeruiunt, *vulg. l. pro oneribus*, quare mulierē maritus expellere à domu poteſt ſi dotem promiſſam non ſoluit, *Coſta conſ.* 11. *nu.*38. *idem Carneual. n.*5. quouſque dotes, vel fructus vſuræuè ex pecunijs promiſſis ei dentur, ex quibus familiam alere tenetur, *Canon. omnes in c. ſalubritèr de vſuris*, etſi illi excedant onera, *idem Leotard. q.*28.*nu.*76. vel ſit augmentum dotis, *idem q.*71.*n.*29.

29 Ex quo tex. apertè deducitur, quod maritus pignus recipiens ex dote promiſſa fructus in ſortem non computat, & hoc ratione ſupradicta, *gl. ibi verſ. onera, & Caſtillus Sotomaior contron. Quotid. l.*3.*cap.*23.*nu.* 35.44.*&* 56. & ex legis prouiſione, nec ex damno emergente, & lucro ceſſante, *idem nu.*33. ob inſopportabilia nimirum onera matrimonij, *l. ſi filia §.*1.*ff. famil. erciſcundæ, Toloſ. Greg. Sintag. iuris lib.*9.*cap.*19.*Barboſ. part.*1.*in rub. ſol. matrim. n.*6.*fol.*5. & ſicut emptor conſequitur rem venditā propter pretium, quod tradit, & à ſuo patrimonio abeſt, ſic & maritus dotis fructus etiam ſuperfluos propter onera matrimonij, quæ ſubit habere debet, *arg. l. ex promiſſ. ff. de action. & oblig. Coſta conſ.* 11.*n.*3. *Giurba, & Caſtill. citat. cum Lotard. d. quaſt.*28. *per tot. q.*90.*n.*63. ſed per ipſum vſuræ, & fructus dari, & remitti poſſunt expreſſæ, & tacitè, puta cum maritus per totum tempus matrimonij tacuit, neque dotis vſuras petijt, *l. in vſuras de don. inter vir. & uxor.* licèt matrimonium minus decennio durauerit, *Fontan. de pactis dotal. clauſ.*6.*gl.*2.*part.*6.*n.*30.

& re-

& regularitèr in dote vſuræ remiſſæ non cenſetur, licèt per decennium maritus non petierit, *Gratian. diſcep.*143.*n.*16. *Maſtrilli deciſ.*252.*n.*34.*Leotard.q.*92. *nu.*3. *Fontan. qui ſup. & omnes cōmunitèr DD. relati ab Amato reſol.*43.*n.*20. quod non ità eſt in alijs caſibus, prout latè expēdit *cit. Leotard. poſt tex. in l. cum quidam* §. *diuus ff. de uſuris*, & in marito, *Menoch. de præſumpt.cap.*25.*lib.*2.

30 An verò recepta, vel præſcripta ſorte à marito cenſeatur intereſſe remiſſum, vel præſcriptum? & quoad primum ſatis dubium eſt, & ipſe in dote ſemper fui in opinione, quod recepta ſorte cenſeantur vſuræ remiſſæ, *ut benè Caphalus conſ.*85. *nu.*11. *lib.*1. *Scaccia de comm. & cambijs* §. 1. *q.*7. *ampl.*8. *num.*329. *Alex. Campeg. & alij apud Leotard. cit. q.*91. *n.*14. niſi fuiſſet per ſtipulationem deductum, *Coſta conſ.*86.*n.*3. *idem Leotard. nu.*21. vt in tabulis nuptialibus in dies videmus, in quibus maritus ſtipulatur intereſſe ſibi ſolui, in caſu non factæ ſolutionis dotium, ibi (cum refectione damnorum expenſarum, & intereſſe, Doctoreſq; docentes, quod cenſentur remiſſæ, loquuntur quando iure actionis non petuntur, ſed ex officio iudicis, *idem Leotard. cit.* alias referens exceptiones, & limitationes apud eū vidēdas. Et circa præſcriptionem, affirmatiua ſtat pro dote concluſio, vt nimirum cēſeatur intereſſe præſcriptum, *arg. l. cos C. de uſuris, meus cōciuis Annibal Rubbà deciſ.*48. *per tot.* qui de credito fructifero, & infructifero loquitur, ideò agi non poteſt via executiua pro intereſſe dotis à decennio infra ſtante dicto lapſu temporis, & præſcriptione dotis, ſeu creditit dotalis, ea concluſione, quia præſcripto principali cenſetur, & acceſſorium præſcriptum, *d. l. cos verſ. principali*, quæ non ſolùm loquitur de vſuris, quæ ex ſtipulatione prouenuint, ſed de illis, quæ officio Iudicis debentur, *idem Rubà n.*3. quod non ita eſt in annuis præſtationib⁹, & in cenſu bullali, quæ ſemper debentur etiam præſcripto capitali, *arg. l. cum notiſſimi* §. *in his C. de præſcript.* 30. *uel* 40. *annor. Octauius Caracciol. in allegat. poſt deciſ.* 24. *num.* 10.

31 Et ratio diſparitatis eſt, quia hæ annuæ præſtationes quolibet anno debentur, & de per ſe, nō acceſſoriè ad capitale, quod eſt demortuum, & peti non poteſt, ſecùs interuſurium, & annua petitio, *ut idem Caracciol. docet*, alia etiā eſt ratio, nā vna ſtipulatio eſt in dote, ideò vnica præſcriptione tollitur, *Salg. de regia protect. p.*4. *cap.*7. *nu.*136. non ita in cenſu annuiuè præſtationibus diſcurrendum: ex lapſu igitur 10. annorum, via executiua agi non poteſt pro vſuris dotalibus, ſicuti pro ipſis dotibus, nec agi poteſt, & ex immemoriali tempore ex quo præſcribuntur actiones de dote, etiam præſcriptæ in Regno ſunt interuſuriæ, in quo præſcriptiones non admittuntur, niſi ſint longiſſimi temporis, & centenariæ, *Amatus reſol.*43. *n.*22. & in cenſu perpetuo ſpeciale eſt, vt admittatur præſcriptio, quoad interuſuria decurſa per lapſum v.g. centum annorum, non autem datur præſcriptio cōtra dominum directum, pro ipſomet capitale cenſus, quia dominus directus ciuilitèr poſſidet, & contra titulo poſſidentem non datur præſcriptio etiam poſt mille annos, *Faber in C. lib.*7. *tit.*12. *def.*19. *Fontanella cap.*4. *gl.*18. *p.*1. *n.*132. *tom.*1. *Cancerius var. lib.*3. *cap.*4. *n.*177. intelligeretur autē præſcriptum dominium directum, quando emphiteuta ciuilem interuerteret poſſeſſionem domini directi, negando requiſitus ſoluere annuos cenſus, quia tunc currit præſcriptio contra dominum à die interuerſionis ciuilis poſſeſſionis, *Iaſon in l.* 2. *C. de iur. emph. n.*157. *Fontanell. cit. & Cancer. nu.*176. quæ non dicitur interuerſa ex ſola ceſſatione ſolutionis, vel ſi emphiteuta rem venderit cuilibet tertio francam, & liberam ignorante domino directo, *ut idem ait nu.*178. *&* 183.

32 Textus verò *in d. c. ſalubritèr* diſpoſitio locum non habet in herede viri melior docet opinio apud cit. Patres, *& Merlin. de pign. lib.* 3. *q.*80. *nu.*6. *Poſtius reſol. ciuil.*37. *n.*2. *&* 2. *Caſtill. de alim. lib.*8. *cap.*50. *&* 51. *Mantic. deciſ.*171. *nu.*4. *Fontanell. de pactis dotalibus clau.*6. *gl.*2. *p.*6. *n.*34. & iſte ſoluto matrimonio tenetur viduæ reſtituere bona dotalia immobilia ſtatim, mobilia verò in-

tra annum diſſoluti matrimonij, *vulg. l. vnic. §. exactio C. de rei vxoria actione*, qui ſi non reſtituant dicta immobilia, nec vidua petat, certum eſt ex omnibus DD. illi non deberi intereſſe intra annum, ſed ſolùm ex dote illam filioſuè, ſi adſunt, alendos eſſe hoc anno ex bonis dotalibus, *Carneu. cit. ſup. diſp. 7. n. 32. Amatus reſol. 49. n. 53. Faber in tit. C. de rei vxoria actione defin. 6*, etſi aliũdè habeant, *Leotard. de vſuris q. 30. n. 34.* & etiam abſque interpellatione, *arg. l. cum vnus §. verbis ff. de alim. & cibarijs legatis, Surd. de alim. & cibarijs legatis Surd. de alim. tit. 3. q. 9. n. 27. & 28*, nec obſtant Doctores relati *à Giurba ad conſuet. Meſſ. cap. 15. gl. 15. nu. 23. & Amat. cit. n. 84.* quia loqui videntur elapſo anno, quo caſu ſolùm de æquitate deberi viduæ filijſuè pauperrimis *ait idem Giurba*; & dote non reſtituta, nec datis vſuris, aùt fructibus dotis, *idem Leotard. cit. nu. 41. ex Giurba, & alijs*, ideò colliges, quod ſicuti marito dãtur intereſſe de dote promiſſa non ſoluta, ita & viduæ filijſuè non ſolùm ex prædijs, & rebus immobilibus fructiferis, ſed ex pecunijs ſi mulier ex retardata ſolutione damnum paſſa fuerit, *vt idem Carnenal. bene docet, & Leotard. cum Coſta conſ. 45. per tot.* & opinio vera eſt attenta omni naturali ratione, & probato damno, aùt lucro, prout de alijs creditoribus ſupradictum eſt *n. 22.* & in ſpecie pro dote, quia poterãt emi redditus, & cenſus, *Niquerol. alleg. 17. art. 1. per tot. Acòſta, Molin. & alij quos ſequitur Olea de ceſſ. iurium tit. 6. q. 2. n. 35. Castello decis. 12. n. 73.* aùt quia illa pecunias ad cambia ſumpſit, vel ſub vſuris, *idem de donat. tom. 2. ſpecial. 3. nu. 15.* quidquid dixerit *Carnenal. cit. diſp. 8. n. 98.* qui loquitur in caſu ſpeciali pro illo regno, quod damnum non conſideratur in alimentis, quæ ſemper debẽtur licèt mulier intereſſe non habuerit ex lucro, vel dãno, nec hęc dotem minuunt, *idem Leotard. n. 47. in fine*.

33 Poterit etiam hoc intereſſe à partibus taxari, ideſt ab ipſa vidua cum marito; vel alijs, puta, vt dentur ſeptem; vel octo pro centenario intereſſe dote non reſtituta, *Cravetta conſ. 189. nu. 7. & melius Molin. de primog. lib. 4. cap. 5. n. 6. & Coſta de ratione rata q. 91. n. 5. Lupus de vſuris comm. 1. §. 4. n. 88.* maximè accedente dicto lucro ceſſante, vel damno emergente, *Carneual. cit. n. 37.* aùt ſi mulier non habeat vndè ſe alat, *vt idem ait, & Leotard. n. 48.* ſed ipſe ob commodum, quia poſſet pecunias negotiari per ſe, vel per alium, (data tali voluntate) aùt emere prædia fructifera. vel cenſus, aùt redditus, *prout ſupra dicebam ex Olea, & alijs*, & vt poſtea meliorem inueniat virum, ſemper admitterem aliquod moderatum intereſſe, & in caſu pacti præcedentis, etiam ante matrimonium in conſtitutione dotis, *arg. l. non rectè 3. C. de fideiuſ. Leotard. qui ſup. n. 50. &* quia conſtat de voluntate abſoluta, intereſſe deberi meliùs deciderem *cum Coſta, Lupo, & alijs*, iuxta taxam factam ab ipſis contrahentibus, quæ ſi exceſſiua moderari poterit à Iudicibus, ad congruam quantitatem ex coniecturis alijſque probationibus.

34 Aùt à ſtatuto, prout Romæ, Bononiæ, Neapol. Nouariæ, Vigliani, & in alijs partibus, in quibus taxatum eſt intereſſe, quod debetur mulieri vltra dotem, dùm ei non reſtituitur, quod validum eſſe licitumque nunquam dubitauerunt Canòniſtæ, Theologi, & Iuriſtæ, *apud Gratian. diſp. forenſ. cap. 143. & 466. & Stacciam de comm. §. 6. gl. 1. n. 46. Carneual. cit. n. 40. Giurbam ad conſuet. Meſſan. d. gl. 15. n. 36. & Amat. reſol. 49. n. 98. & alios*.

35 Sicut in Regno noſtro *ex cap. ritus 189. de interuſurio dotis*; pro dote non ſoluta poſt mortem viri debetur interuſurium ad rationem de quinque pro quolibet centenario; quæ propriè valida, & firma ſunt circa id, quod intereſt, *Clem. 1. de vſuris, Leotard. cap. 79. n. 3. Amatus qui ſup.* qui ex praxi regni docet habito reſpectu ad intereſſe, & vſu redditũum, qui in dies reperiuntur, & emũtur ad rationẽ de decem pro centenario, aliquando Iudices arbitrati ſunt intereſſe prædictum ad rationem de octo, vel 9. pro centenario; nec ius huic praxi contrariari poterit, cum ex hoc quanti intereſt parti non denegatur, *ex d. Clem. 1.* quæ excipit ſolùm caſus in quibus dolus interce-

dit,

dir, ibi, *vt plurimum contractus ineunt doloſè*, qui ergo habent intereſſe non recipiunt aliquid vltra ſortem, & doloſè, ergo haud condemnandi, *arg. c. in ciuitate, & c. fin. de vſuris*.

36 Aduertendum inſuper non valere pactum fictum à patre, vel à filia in conſtitutione dotis, de earum reſtitutione, vt vulgo dicitur, à catameni, ſeu dotis certis dilationibus, & ſub annis præſtationib⁹, & vſuris ex quibus retardatur reſtitutio dotis, *vt deciditur in tex. l. ſtillicidium, l. de die ff. de pactis dotalibus, l. 3. §. ſed verùm in fine ff. de minoribus, meus conciuis Rubbà deciſ. 13.* vbi excipit caſum quando adeſſet conſenſus filiæ, & eſſet hæres patris, ſecus è contra.

37 Eodem modo decidendum de intereſſe taxato, inter emptorem, & venditorē, interim dum non ſoluitur pretium, vt debeatur ſaltem in dãno, vel lucro quod ceſſauit emptori, & proindè taxatio à principio facta vſuraria non eſt, & valet in vim conuentionis, & confeſſionis factæ à parte, *Leotard. de vſur. q. 24. nu. 13. Cephalus conſ. 290. n. 10. lib. 2. Decius conſ. 111. n. 14. & 116. & 7. Taſchus lit. I. concl. 308. n. 34. & 45. Salon. de paz. conſ. 49. nu. 12.* admittitur tamen debitor ad probandum contrarium, & retaxandum intereſſe conuentum, quod validũ licitumuè erit ex arbitrio, inſpectis perſonis, tempore, & damno, aùt lucro ceſſante, non ſolùm in his conuentionibus à principio factis, ſed etiam in alijs poſt contractum, & reſciſſa venditione, vt ſemper paciſci poſſint contrahentes, & teneatur ad dãna, qui fuit occaſio damni, & in retardata ſolutione, & mora ſoluendi pretium, aut nõ reſtituendi, &c. *vt omnes noſtrates fatentur, apud dictum Leotard. d. q. 24. & in c. in ciuitate de vſuris*; ibi; de vendente rem plus quam valet, quia ſolutionem diſtulit, vt accipere poſſit quanti intereſt.

38 Et etiam vilius aliquãdo emere rem anticipata ſolutione, quia tantũ valet quantum vendi poteſt, *l. 1. §. ſi hæres ff. ad trebell. l. quare batur ff. ad l. falcidiam, l. ſi quis vxori §. fin. ff. de furtis l. mortis cauſa §. vltim. ff. de don. cauſa mortis, Felliuc. Sotus, Bonac. Leſſius, & alij quos citat, & ſequitur Marcus Vidal. in inquiſ. moralibus tit. de vſuris nu. 13.* qui de emente vilius lanas anticipata ſolutione loquitur, *& Sa. V. emptio n. 3.* applicanturque concluſiones in emente ſericum anticipata ſolutione, *vt ibi num. 14. 15. & 16.* etiam ſi fiat ſub pœna, quia pœnæ conuentionales ſunt licitæ, etiam in mutuo, *idem Marcus n. 44.* & ad minus circa id, quod intereſt in foro recipiũtur, *Leotard. de vſur. q. 38. n. 14. & q. 90. n. 30. q. 98. n. 15.* ideò omnia hæc ſanè intelligerem in omnibus contractibus venditionis, locationis, aſſecurationis, cambij, &c. quoties eſſet lucrum cõueniens, quod ſolet exigi ab omnibus mercatoribus, qui hoc modo negotiantur, & debitor, ſeu conuentus differret ſolutionē, vel eſſet in mora ſoluendi, ob quam creditor non habuit lucrum, aùt damnum paſſus eſt, atque eſt expoſita res periculo, vt poſſit amitti, &c. quibus caſibus poterit licitè, & validè propter hæc aliquod exigere intereſſe, & carius vendi, & quantum lucri habuiſſet ex ſua emptione, venditiòne, locatione, &c. *Bonacin. de contract. diſp. 3. q. 11. punct. 4. n. 14. Gutierez eod. tit. c. 2. n. 6. Scaccia de commerc. §. 1. q. 6. & 7. ampliat. 8. nu. 162.* quod à principio taxari poterit à partibus, fructuſuè rei tradi, aùt ſponſiones, & ſimil. *Carneual. citandus n. ſuq. 55.* ſed non denegatur conuento reuiſio, & melior probatio intereſſe, *idem Carneual. toties ſupra citatus tom. 2. diſp. 8. ſect. 5. nu. 53. & ſeq. Bonac. de contract. diſp. 2. q. 3. punct. 1. num. 13. Molfeſ. eod. tit. cap. 5. nu. 101. Marc. Vidal. qui ſupra n. 54. Leotard. quæſt. 76. nu. 3. & q. 78. n. 10. & 28.*

39 Bonaque eſt cautela, quam faciunt aliqui venditores ad euitandas has difficultates, & ſuſpiciones vſurarum, vt ſi differatur ſolutio pretij venditarum rerum, reſeruato dominio in tempore ſolutionis integri pretij interim dùm ſoluitur, locent fundum pro certa penſione quam recipiũt vltra pretium venditionis tanquam ex re locata cuius dominium ſibi reſeruauerunt, *Cepolla cautela 125. Strac. de decoctoribus 3. par. n. 7. Boſſius de remiſſione mercedis conductoris nu. 102.*

102. *Mogonius deciſ. 91. Parlad. rer. quotid. cap.8.n.8. Fachineus controu.lib.2.cap.32. in fine, Rouit. deciſ.7.nu.10. Sanchez conſ.moral. lib.1.cap.7.dub.21.*

40 Et in Regno noſtro in foro practicari ſolet, vt in contractibus emptionis, venditionis, aliarumuè contractuum adijciatur pactum vulgo vocatum, à diſcurſo, ex quo datur poteſtas emptori, vt in caſu non ſolutionis poſſint bona ad diſcurſum vẽdi, vltimo emptori, & offerenti, &c. quod pactum illicitum, vſurarium, & contra conſcientiã eſt, dixere noſtrates, *cum Maſtrilli deciſ.247. Caſtill. deciſ.127.n.19. Baron. tom.2. de citat. add. ad 16. quæſt. num.203. Molph. ad conſuet. Neap. p.6. de iure dotium addit. ad q.5. nu.10. tom.1. & tom.3. in tit. de pignoribus q. 35.* & ſolùm admittit pinguevalens *Groſſ. ad Cõſt. Prag. Comit. de Caſtro §.24.n.4.* ſed alij etiã negant, *vt infra demonſtrabo.*

41 *Et P. Dian. p.4. tract.4. reſol.12.* timidè ſe habet circa approbationem huius pacti, & ſine fraudibus, & quãdo debita ſolemnitate intra dimidium iuſti pretij bona emũtur, & venduntur licita eſt emptio, ait, & venditio, ex Authoritate DD. dicentium merces vltroneas vileſcere pro tertià parte, & etiam pro medietate, & Doctor Summæ ipſius, ait, quod pinguevalens taxatum recipi poteſt.

42 Sed *P. Tancredi tom.1. q. moral. tract. 2. q.53.* adiudicationem factam à creditore pro ſuo credito virtute huius pacti dicit omnimodè valere in conſcientia, & ſi eſſet debitor enormiſſimè læſus, non ſolùm enormitèr, & excipit caſum quandò adiudicans cognoſcit dominum prædij eſſe ineptum ad petendum remedium, quod concedi ſolet à Principe in Regno, atque gratioſum, appellatur, ex quo Princeps has venditiones reſcindi iubet ſoluto priùs creditori debito vna cum legitimo intereſſe, & ſibi reſtituantur bona vna cum fructibus, *prout praxis docet*, & hoc ex ipſius gratia, &c.

43 Huic accedit nouitèr *P. Tamburinus p.2. lib.9. de contractibus tract.2. cap.6. §.8.* qui hoc modo diſcurrit, quod ſtante hoc pacto ſi dominus non lædit enormiſſimè licitè prædium, & rem adiudicatam retinère poteſt, nõ ita ſi in adiudicatione fuiſſet enormiſſimè læſus debitor, quo caſu, quia conceditur remedium gratioſum, vt poſſit reſcindi adiudicatio ſoluto debito, &c. ideò eſt illam adiudicationem, non fuiſſe validam, & à lege approbatam, quia aliter Iudex reſcindere illam non poſſet, *hæc Tamburinus.*

44 Cuius opinio quantum diſtet à veritate, ſicut illa Dianæ, & Tancred. apertè, & breuitèr oſtendam, adeò vt nec ſi enormitèr, aùt ſi enormiſſimè fuiſſet læſus debitor poſſet in conſcientia fieri adiudicatio virtute illius pacti inprobati à lege communi, & Sicula, *vt in l. vnica C. ne pro dote mulieris, bona quodam mariti addicantur, id eſt in ſolutum dentur*, vbi, quod in dote exigenda debet iuris ordo ſeruari, non citra ſolemnitatem debènt vxori bona addici, & ſolemnitates ſunt, *in tex. l.1. C. de iure dominij impetrando, l. ſi pro debito C. de bonis author. iudic. poſſid. l. à diuo pio §. in venditione, & §. exequuntur ff. de re iudic.*

45 Nec valet contrarium pactum, *l. ſi pacto C. de pactis*, ibi, *ſi pacto à quo pœnam aduerſarium tuum promiſiſſe proponis ſi placito non ſtetiſſet ſtipulatio ſubiecta eſt, ex ſtipulatu ages, vel ſi quod in conuentione deuenerat, vt fiat conſequaris, vel pœnam ſtipulatione comprahenſam more iudiciorum exiges, nam bona aduerſarij tui in te transferri citra ſolemnem ordinem fruſtra deprecaris*, item, ſi debitor probare poteſt per ſuppoſitas perſonas vili pretio creditorem rem ſuam emiſſe poterit cogere ad relaxandam rem, ſoluto pretio ſuo cum vſuris, & intereſſe, decidit *tex. in l. qui ſub imagine C. de diſtrac. pignoris, & l.1. C. ſi de vendit. pignoris agatur*, igitur de iure pignora, & bona debitoris, haud adiudicari, ſed vendi cum debitis ſolemnitatibus debent, quod non fit in hoc pacto, in quo, nec ſolemnitates adhibentur, & ſi adſunt ſunt fraudulẽter, & nõ ritè factæ, *vt in dies videmus*, ſicùti, nec valet pactum, vt non ſoluto pretio intra tale tempus, res detur in ſolutum creditori, *arg. l.1. C. de pactis pignorum l. quamuis 45. ff. de ſolut.*

*ſolut. Mantic. Villag. Guid. Papa Bart. Angelus,& alij quos ſequitur Leotard.de vſuris q. 70.nu.* 17. ibi,de pacto legis commiſſ. quod non valet etiam ſi iuratum, *n.26. & idem Tambur. de mutuo,& vſura cap.6.§.1. docet*, ſed excipit caſum quando ponitur ſolum ob indemnitatem creditoris, ad hoc vt iſte habeat ſuum creditum, ibi, *at ſi imponatur, vt creditor habeat ſuum, indemniſque reddatur licitum fore, ratio eſt quia illud eſt iniuſtum pactum in mutuo, quod ordinatur ad habendum aliquod lucrum ſupra mutuum, ſicuti illud eſt iniuſtum pactum in cæteris contractibus, quod ordinatur ad habendum plus quã creditori debetur, at vero illa pacta, quæ ordinantur ad habendum ſecurè ipſum ſaluum mutuum, vel creditum vſuraria, vel iniuſta nequaquam ſunt*, ergo ipſe dicam,cum ex pacto ad diſcurſum plus creditori detur, & ordinetur ad habendum plus iſte virtute huius pacti, erit illicitum, etiam in ſententia *Tamburini*, nec maiorem video diſparitatẽ, & rationem.

46 Item, & à lege Sicula, quæ ſolũmodo *in cap.rit. Regis Alph.* 112. concedit creditoribus octauam partẽ plus in rebus mobilibus debitorum adiudicãdis, niſi fuerint aurum, vel argentum,aùt aliæ res pretioſæ, & quartam in bonis ſtabilibus, & ideò ſi cauſata executione debitor non capit ſua pignora, ſeu bona, & in ſubhaſtatione fienda nullus reperiatur emptor, qui velit bona ſubhaſtata emere,vel adſit, ſed nollet iuſtum offerre, tunc bona dantur in ſolutum creditori, cum hoc quod habeat pingueualens; pactumque ad diſcurſum fuit inuentum, & ex ſtylo Notariorum in contractib⁹ appoſitum cenſetur,per quod bona debitorum nullo refragante læſionis obiectu, pro quacumque etiam modica quantitate debita diſtrahuntur cuiuſcumque valoris ſint; benè verum quod data hac enormiſſima læſione ſolet Princeps, ſeu Prorex Regni, qui ſtat pro ſua Catholica Maeſtate,ex gratia concedere, vt ſoluto debito vno cum legitimo intereſſe creditori, reſtituantur bona debitori vna cum fructibus, & hæc eſt praxis quotidiana, *de qua Cutelli tom.1. de don.diſcur.2.particul.6.n.175. Marius Giurba deciſ.105. Groſſus, Maſtrilli, Caſtill. Baron. & alij cit.ſup.* quæ ſi eſt ſecundum, vel contra leges canonicas, & ciuiles tu cogita, *ſatis Maſtrilli, & Caſtill.cit.* vbi Iuſtificationes adducit *Regen. de Eſcudero*.

47 Solùm ipſe contra citatos Patres abſolutè defendo, cum noſtris DD. Ciuiliſtis, & Canoniſtis pactum prædictum illicitum eſſe, & ſtante quacumque læſione non poſſe creditorem capere à debitore niſi bona æquiualentia ad ſuum creditum cùm legitimo intereſſe, ſi nimirum adſunt iuſti tituli, reiectis etiam quarta, & octaua de pingueualente, *Cumia ſuper rit.cap.112. num.174. Aloyſius de ſeptimo, & Intrigl.de caſibus conſcientiæ caſu 95. in fine*, & opinio probatur ex iure Diuino, & Canonico, ex quibus prohibentur creditores petere, & accipere aliquid vltra ſortem datam, & vltra ſuum creditum, & ipſimet contrarij fatentur, nec tituli iuſti adſunt acceptionis in iſtis creditoribus, qui res magni valoris valẽtes mille aureos pro 20. multoties accipiunt, & certè quibus veris formalitatibus concedãt neſcio? cum omnes ſint friuolæ haud adducendæ ab his DD. ſcrupuloſè examinantibus dãmnum emergens, & lucrum ceſſans aliaue capita in mutuo alijsuè contractibus, & tàm prolixè ſe habentibus in hoc pacto, & adiudicationibus, adeò vt fateri neceſſarium erit, quod iſti, quia Religioſi, non vident damna pacti ad diſcurſum, ex quo depopulantur domus, & pauperes euadũt homines ditiſſimi, nam quando totum capitale, omniaq; bona, vel maior pars capiũtur, debilitatur debitor; adeò vt nunquã poterit hanc ſummam, & intereſſe ſoluere, & ita, vt plurimum bona remanent pœnes creditores pro minimis pretijs.

48 Locupletari ergo cum non debeat quis cum aliena iactura, nec accipere plusquam illi debetur, *c.locupletari de reg. iuris in 6. l. iure naturæ de reg.iuris, c.apoſtolica de don. l.naturaliter ff. de condict. indebiti*, imò iure magiſtratus quando alicui res addicatur, quæ ſit maioris valoris quam creditum, non valet addictio, vel adiudicatio, niſi pro quan-

Digitized by Google

quantitate debiti, vt communiter tradunt Ciuiliſtæ *apud Afflictum deciſ.358. num.7. Surd.conſ.39.nu.28.Caſtrenſ. & Alex.in l.ſi non ſortem § ſi centum ff. de condict. indebiti, Cartar.deciſ.39.nu.15. Coſta de ratione rata q.26.n.8. Magon.deciſ.109.n.6.* & in pignognore, quod iuſto pretio dimitti debet,etiã proprio creditori, *Coſta de remed.ſubſid.cap. 43.n.3. Aſin. de exec.§.4.c.4. Damboder de ſubhaſtatione cap.3.nu.10.Marant. in ſpecul. in fin.n.14.Surd.cit. & alij*, quod ſi iure ciuili permiſſum eſt emptoribus, & contrahentibus ad inuicem ſe decipere, hoc non debet procedi de iure Canonico, & in foro animæ,in quo habemus, illud *Leuit.cap.25. quando vendes alicui ciui tuo, vel emes ab eo non contriſtes fratrem tuum*, nec bene in hoc foro locutus eſt *tex.in l.2. C. de reſcindenda venditione*, qui permittit læſionem, non vltra dimidium, nam vt ait *Fontanella deciſ. 60.in principio*, eſt diſpoſitio iniqua, inhumana, & crudelis facta à crudeliſſimis Imperatoribus *Dioclet. & Maxim.* & infeſtiſſimis nominis Chriſtiani hoſtibus, maximà cum inæqualitate, & iniuſtitia, *ſed non mirum*, idem ſubdit, *illam duritiem exire à ſanguinarijs illis pietatis Chriſtianæ hoſtibus, qui decimam illam carnificinam perſecutionis exercuerunt*, & infra *quis potuiſſet melius loqui, & rectè ſentire*, idem aſſerit *Paganus in diſcurſ.legis Canonica, quem ſupra retuli tit. 1.n.9.* vbi quod hæc lex eſt contra ius Canonicum.

49 Etiamen *Tambur.* & alij dicunt licitum pactum; & emptionem factam cum enormi læſione, quia lex Iudex, & pars approbat, ergo omnia à iure ciuili approbata fieri poſſunt in conſcientia, quod non eſt dicendum, *vt ex dictis d.tit.1. patet*, circa diuortia, concubinas, & alia à iure permiſſa, imò, & ipſe addam, quod ex hàc ratione etiam permittere deberent contrarij, vt omnes contractus emptionis, & venditionis, locationis, mutui, &c. qui ſunt à lege ciuili approbati etiam in cõſcientia licitè fieri debent; cum non ſit in his melior ratio, ac in alio; nec ex eo, quia datur remedium gratioſum, licitum erit pactum ad diſcurſũ, vt malè ait *Tambur.* quia hæc eſt praxis, vt ex gratia Principis poſſint pauperrimi debitores ſuum obtinere, non ideò ſi Princeps non cõceſſiſſet licitè retineri poterit res adiudicata pro viliſſimo pretio, contra voluntatem debitoris, qui, vel pecunias promptas præ manibus non habet, aùt non inuenit alium paratum, qui vult bona ſua emere; nec dicitur voluntariè factum, ideſt cum voluntate debitoris, eſt enim hoc abſurdiſſimum, cum nemo vellet iactare ſuũ; atque eſt ventilata concluſio in ore omniũ, quam affert *Emanuel. Sa in aph. verb. emptio nu.3.* quod qui rem vendit ſciens, & volens pretio viliſſimo præſumitur donare, quod deeſt iuſto pretio, at in caſu noſtro inſcius, & nolens eſt debitor, imò ſubhaſtationes non ſunt factæ cum debitis ſolemnitatibus, quod etiam eſt validum argum. contra aduerſarios, ſed ſub cappa, vt vulgo dicitur, nec nomina afferentium ſunt in ciuitate, vbi fiunt ſubhaſtationes, vt cauſidici vident, qui agnoſcentes has fraudes ſunt pluſquam morales Theologi, in hoc caſu conſulendi, & ad euitandas vſuras, & furta potiùs contra creditores cum noſtris Iuriſtis, & Canoniſtis *ſup. citatis*, (etiam Theologis, *vt lib. 1. deciſ.2. probaui*) terminanda eſt hæc quæſtio adeo vtilis, & neceſſaria, relictis ſpeculationibus moralium Theologorum.

50 Qui *ad tex.in c. cum cauſam, & c.cum dilecti*, intellectum dant, vt læſio enormis non reſcindat contractum, quod Innoc. nõ ait, ſed iubet reſcindi contractum, quia læſi ſunt contrahentes vltra dimidium iuſti pretij, ex remedio dictæ *l.2. vt docet gl. ibi*, non tamen, ſi non eſſet vltra dimidium approbat, nam partes, & Monaſterium in vno caſu reſciſſionem petierũt, & ex hoc capite, iam erat enormiſſima læſio, Papa iubet reſcindi, & dici ſolet vulgo habeamus intentum, nec curemus de modo, nec loquitur Papa niſi in foro fori, vt legenti manifeſtum erit, & ſecundum leges ciuiles.

51 Hæc cum Typis mandaſſem, & retuliſſem opinionem Amico *Onufrio Giurbæ*, vir certè non minus, ac patruus D. Marius

Giur-

Giurba in legali ſcientia peritiſſimus, & etiã in rebus politicis, hiſtorijſuè experitiſſimus, qui huius veræ erat opinionis, imò allegabat *tex. in l. vnic. ſup. tit. n. 44.* & etiam *Melchiori Zabami* inter Iuriſconſultos ætatis noſtræ verè primo, Doctiſſimo, & perſpicaciſſimi ingenij, qui mihi quandam tractationem, & manuſcripta ſuper hac materia oſtendit; quæ quia talis viri non immeritò poſt hæc ſcripta addidi ſub meo ordine; habet enim multa pro foro ſcitu digna; nam hæc circa conſcientiam per tranſitum dicta ſint, vtiliterque manent extra noſtrum inſtitutum, ait enim ille.

52 Pactum ad diſcurſum nil aliud eſt niſi, quod res debitoris vendatur ad publicũ incantũ factis ſubhaſtationib⁹ vltimo emptori, & plus offerenti, *Aloyſius de ſeptim. in c. ritus 124. lit. E. Cumia ordin. ſuo 29. n. 21. Excud. in iuſtif. poſt deciſ. Maſtrill. 247. n. 2. Cutell. de don. tom. 1. diſcurſ. 2. part. 6. n. 175. & tom. 2. deciſ. 35. num. 118. Caruſ. prax. rit. cap. 2. n. 61.*

53 Quod pactum hodiè ſolet in contractibus in formæ breui à Notarijs apponi ſub verbo ſeu abbreuiatura, & pignora, &c. vel & in caſu executionis, &c. & poſtea extenditur ab iiſdem hoc modo, & pignora non adiudicentur, nec in ſolutum dentur parti, ſed vendantur ad diſcurſum vltimo emptori, & plus offerenti ritu M. R. C. in aliquo nõ obſtante; ſic etiam pactum prædictum extendi mandauit M. Anton. Columna in cæterarij formulari huius Regni noſtri *claus. 88.* antiquitus autem ſolebant etiam Notarij apponere pactum ad diſcurſum in contractibus cæteratũ, ſub clauſ. ſub hypotheca, &c. ſub pœna, &c. vel ſub pacto de non opponendo, &c. prout ſub prædictis abbreuiaturis dictum pactum extenſum vidi.

54 Et vt apponatur in contractibus in præſentiarum Notariorum tranſiuit in ſtylum in hoc Regno; adeò vt omiſſum de ſtylo cenſeatur appoſitum, *Giurba Obſeru. 11. nu. 9.* licèt de iure communi nõ fuerit cognitum, cum creditor agens contra bona debitoris tenebatur accipere tot bona in ſolutum pro concurrenti quãtitate, cum credito ſibi debito, *l. à diuo pio §. ſi pignora ibi, ſi pignora, quæ capta ſunt emptorem non inueniant, reſcriptum eſt ab Imperatore, & Diuo Patre eius, vt addicantur ipſi, cui quis condemnatus eſt; addicantur vtique ea quantitate, qua debentur ff. de re iudic. Muta tom. 4. rit. 112. in addit. ad num. 23. Tambur. in expoſ. moral. lib. 9. tract. 2. de cenſibus cap. 6. §. 8. num. 16.*

55 Nec de iure huius Regni; per cap. enim *ritus* 112. ſolùm creditori conceditur pingueualens bonorum diſtrahendorum quod in ſtabilibus eſt quarta pars, in mobilibus octaua vltra quantitatem crediti, pro quo proceſſit executio; & tunc datur, quando ſubhaſtata re non inuenitur pretium condecens, *vt in d. rit. 112.* fit autem ſubhaſtatio quando non adeſt pactum ad diſcurſum ad effectum, vt inueniatur emptor, quod ſi adeſſet, fit ſubhaſtario, & datur plus offerenti, & ſubhaſtationum differentia eſt, quod in prima ſubhaſtans vendere non cogitur, vtique in ſecunda, licèt offerens in prima, & ſecunda emere cogatur, *Cumia rit. cap. 17. n. 112. 132. ex Bartol. in l. publicatio in fin. de public. & vectig. & in l. 1. n. 4. C. de fid. inſtrum. lib. 10.*

56 Et pretium condecens, pro pingueualenti creditori dando, dicitur quanti res extimata valet, *idem Cum. dict. rit. 17. nu. 178. incert. Auth. cap. rit. 112. lit. B.* & non condecens diceretur, ſi debitor pro re ſtabili vltra quartam, pro mobili vltra octauam partem læderetur, *Aloyſ. ſept. cap. rit. 112. verb. condecens Cumia n. 167.*

57 Nec in omnibus caſibus iſtud creditoribus adiudicantibus conceditur, prout ſi ſuper bonis debitoris creditorum cõcurſus adeſſet, & bona pro omnibus ſatisfaciendis ſufficientia non eſſent, *rit.* 113. & ibi, *Muta, & ſcribentes Cum. rit. cap.* 18. at ſi talia forent pro omnium ſatisfactione, etiam in caſu concurſus daretur.

58 Et dicerentur cõcurrere ad illud denegandum, quando ſunt pares tempore in hypotheca, non autem ſi vnus in hypotheca anterior, & alter poſterior eſſet; quia tunc anterior non obſtante concurſu in bo-

nis debitoris habebit pinguevalens, *idem de Sept.cap.rit.113. Cumia cap.18.n.1.& 2. Luna conſ.9.n.14. in addit.* quidquid dicat *Muta d.rit.113.n.4.* concedens prælationẽ creditori anteriori pro credito nõ pro pinguevalenti nam eius dictum, vel non eſt tutum, vel poteſt intelligi de creditore anteriori ex priuilegio ſine hypotheca, qui poſteriori in credito præfertur non pro pinguevalenti.

59 Nec illud cõceditur quando adiudicatur res Eccleſiæ, *idem de Sept. rit.113. in addit.lit.C. Groſſ. in conſt.pragm.§.24. n.17.* idem de hoſpitali alijſuè locis pijs, & ſimil. *ex eod. Doctore.*

60 Item in adiudicatione facta vigore ſententiæ, *ex prag.com.Caſtr.d.§.24.* niſi ſententia haberet originem à contractu, nam tunc habet creditor pinguevalens, *d.§.24. vbi Groſſ.* ſunt, & alij caſus, in quibus non habet locum pinguevalens, qui per *Scriben.& Mut.d.cap.rit.112.& 113. Cum.rit.17.& 18. Groſſ.d.§.24.* enumerantur, ipſos vide.

61 At vbi creditori conceditur, licitum eſt in conſcientia (quicquid dicant alij cum *Cumia d.cap.17.nu.174.*) ex quo grauatur creditor ad emendum, extraneo emptore non inuento, releuatur in pinguevalenti, *ex tex. in l. eum qui ff. de iureiuran.*

62 Et validiori ratione probatur, quia emptio, locatio, & ſimilia non lædentia vltra dimidium cum ſola enormi læſione licita ſunt in conſcientia; leges enim non tãtum permiſſiuè ſe habent in talibus cõtractibus, ſed illos approbant, *Excobar in tract. tribus ſelec.tract.1. de vtroq; foro caſu 2. art.5.n.36. Tambur.d.§.8.nu.6.& ſeq.* & in terminis firmatæ cõcluſionis dixerunt, *Caſtill. deciſ.127.nu.18.& 19. Groſſ. in conſtit. prac.§.24.n.4.*

63 In vno verò tantum caſu datur ex diſpoſitione ritus creditori facultas vendendi bona ad diſcurſum, quando ſe executiuè direxit actione perſonali cõtra debitorem, & debitor fideiuſſorẽ in quindena dederit; debito exinde non ſoluto, poteſt creditor debitorem, vel fideiuſſorem carcerari facere, vel bona mobilia debitoris, aut fideiuſſoris vendere ad diſcurſum, *ex rit.124.& ibi Aloyſ.de Septim. lit.E. Cumia dict. rit. at ordine ſuo 29.n.31. Boniorn. in conſil. Lunæ.9.n.18. Muta d.rit.112.n.85.*

64 Pactum ergo ad diſcurſum, præter caſum *rit.124.* fuit inuentum à DD. Siculis; ex quo non contenti creditores de pinguevalenti, de pacto ad diſcurſum ſibi præcauerunt, *Caſtill. deciſ.91.num.7.* ab hinc ann. 120. circitèr, & in aliquibus contractibus illius temporis videre eſt, & de hoc meminit *Boniorn.* de anno 1550. *vt Mut. cit. refert num.84.*

65 Fuitque à partibus inductum, *Luna conſ.9.n.13.* ac tollit diſpoſitionẽ *ritus cap.112.* loquentis de pinguevalenti, *Lun. d.n.13. Muta d.rit.112.n.84. Tambur.d.tract.2. de cenſibus cap.6. §.8. nu.17.& 22.* & patet ex formalitate pacti, ibi *ritu M.R.C. in aliquo non obſtante*, & quod poſſit dictæ diſpoſit. renunciari ex quo priuatorum fauore inductæ, habetur *ex l.paciſci 32.& ibi Bart. ff.de pactis gl. in l. ius publicum ff. ibid. Eſcud. in alleg. poſt deciſ. Maſtrilli 247.nu.7. Tambur.d.§.8.n.17.* & iuri publico ad vtilitatem priuatam inducto renunciari poteſt, *gl. in l. neque pignus §. priuatorum de reg. iuris.*

66 Effectus autem pacti talis eſt, vt nulla præcedente extimatione, *Nepita in conſuet. Cat. tit.26.nu.15.* cum Iudicis auctoritate bona adiudicanda ſubhaſtentur voce publici præconis per tres vices, & ternis diſtinctis diebus; vt adiudicatio valida ſit, *Giurba deciſ.106.n.7. Muta d.rit.112.in addit.lit.P. Caroſ. in prax. rit. cap.2. num.147. Gratian. diſcep.739.num.22. Merlin. lib.4. de pignoribus q.180. n.7.* & tres licitatores adueniant, *Grat.d.diſcep.nu.22. Merlin. deciſ. Rot. Rom. poſt tract. de pign.61. n.13.& deciſ. 87.n.12.* [ & ſubhaſtare eſt, rem venalem publicè exponere *Franc.deciſ.54.n.14. Iodicus Damboderius ſubhaſtationum exegeſi cap.1.n.12.* ] & præco exindè referat Mag. Not. ſeu Actuario rem pluries ſubhaſtaſſe, *Cum. d.rit.17.num.119.* & ita praxis ſubhaſtandi docet.

67 Et ita ad inſtantiam creditorum

ven-

vendi poſsũt bona debitoris cuiuſcumq; valoris nullo refragante læſionis obiectu pro quacumq; modica ſumma, ſubhaſtatis enim bonis, qui exinde meliorem facit oblationem, illi venduntur bona ſubhaſtata *Caruſ. d.cap.2.n.148.* & melius *Cutell. de don. tom. 1.diſcurſ.2.part.6.n.175. & tom.2.deciſ.35. nu.118.* ibi, *& in Sicilia adeſt pactum, quod dicunt ad diſcurſum, cuius virtute vendi poteſt prædium, vel feudum decem millia ducatorum, valoris pro centum ducatis, dummodo in defectum emptoris adiudicentur creditori pro illa ſumma quam offert.*

His præhabitis, videndum erit 1. an pactum ad diſcurſum ſit de iure validum? 2. an ſit in conſcientia licitum?

68 Dico 1. quod pactum ad diſcurſum eſt de iure validum, nam dum bona venduntur ſubhaſta plus offerenti, poterit accidere, quod ob feruentiam emptorum vẽdantur iſta pluſquam valent, *Franc. deciſ. 54.n.16. Faber Cod.lib.8.tit.17.defin.3. Cutell.tom.1.deciſ.1.nu.55. Bonac. de contract. diſp.3.q.2.punc.4.num.19.verſ. ex quo patet Dian.p.1. de contrac. reſ.55.* quod ad fauorem venditoris reſultaret.in terminis validitatis pacti ad diſcurſum aſſerunt, & benè *Cumia rit.ord.ſuo 17.n.70. & rit.29. nu.31. Maſtrill.deciſ.33.n.13. Muta rit.112.nu.85. Cutell. tom.2.deciſ.35.nu.118. Tamburin.d. cap.6.§.8.n.7.* & ſeruandũ eſt *Aloyſ. de ſept. rit.124.lit.E.ex l.iuris gentium §. prætor ait de pactis.*

69 Imò decretum cum pacto ad diſcurſum ſuper bonis interpoſitum validum eſt, *Muta d.rit.112.n.83. Maſtr. deciſ.33.nu.13. Cutell.d.particul.6.n.175. & tom.1. deciſ.5. num.47. & d.deciſ.35.nu.118. Groſſ. in conſt. pract.§ 44.n.31.* non obſtante enormiſſima læſione, & vltra beſſem, *Groſſ. d.§.44.n.31.* qui licèt *n.30.* dixerit, quod ſtante enormiſſima læſione decretum ſit nullum, tamen *d. n.31.* de obſeruantia teſtatur, quod ea non obſtãte ſit validũ, *Maſtrill.d.deciſ.33. n.13.* qui adducit regni praxim, *Muta d. rit. 112. n.83. Cutell.d.part.6. n.175. & d.deciſ.35.n. 118.* habet, quod poteſt vigore pacti ad diſcurſum vendi prædium, vel feudum centũ millia ducatorum valoris pro centum, quin imò pro decem, *Excoder. in dictis iuſtiſicat. n.5. Baron.tom.2. de cit. q.16.n.202.*

70 [ Si tamẽ læſio in talibus adiudicationibus dari poteſt, prout infra ] & ratio eſt, quia res tantum valet, quantum vendi poteſt, *Bald. in l.1. C. de prædijs curial. lib.10. F. Molpheſ. ſumm. part.2. tract.12. cap.5.nu. n.141. Latro deciſ.188.num.13. Cutell. deciſ. 39.n.4.tom.2. & d.deciſ.35.n.118. & d.part. 6.n.176.*

71 Neq; hoc pactum, pacto legis cõmiſſoriæ aſſimilatur, quod reprobatur, *per l. fin.C.de pactis pignorum*, quia per illud creditor vult accipere pignus maioris valoris pro credito ſibi debito, *Leotar. de vſur. q.69. n.31.* hic autem venditur res plus offerenti, & quod ſupereſt deponitur ad fauorem debitoris, aliàs decretum eſſet nullum, *Giurb. deciſ.n.4.9.*

72 Nec obſtat adducere, quod in adiudicationibus cum pacto ad diſcurſum rarò accidit fraudem non adeſſe, *Excuder. in d. iuſtiſ.n.130. Tambur. ſup..cit.n.18.19.* & maximè quod in aliquibus Curijs, prout in M.R.C.& R.C.S. huius Nob.& Exẽpl. Vrbis Meſſ. bona verè nõ ſubhaſtantur per publicum præconem, ſed ipſe præco Chyrographũ ſubhaſtationis ſubſcribit, & virtute dicti Chyrographi, Actuarius facit actum ſubhaſtationis in margine cedulæ primi decreti dicens N. præco retulit ſubhaſtaſſe per loca ſolita publica, & conſueta Vrbis, vt ſi quis vellet emere bona N. debitoris compareat coràm M. N. & ſuam faciat oblationem; tota ergo vis ſubhaſtationis conſiſtit in ſubſcriptione prçconis, & quomodo emere volentes poſſunt habere notitiam, quod bona venalia exponuntur, ſi ſubhaſtationes ſub pallio fiunt, vnde ſequitur, quod omnis adiudicatio non ſeruatis ſubhaſtationum ſolemnitatibus nulla ſit, *Muta d.rit. 112. in add. lit. P.*

73 Ad quod Reſp. 1. quod fraus interueniens in ſubhaſtationibus non annullat pactum ad diſcurſum, ſed ipſam ſubhaſtationem, & adiudicationem exindè factas, in quo enim peccauit pactum ad diſcurſum

fraude in ſubhaſtationibus commiſſa, & ſi hoc eſſet, nulla diceretur diſpoſitio *rit.* 112. concedens pinguevalens, quod locum habet, cum factis ſubhaſtationibus nõ eſt, qui pretium offerat cõdecens, ſimilis enim fraus in ſubhaſtationibus pro pinguevalenti, ac pro pacto ad diſcurſum interuenit.

74 Reſp. 2. quod cum dico pactum ad diſcurſum de iure validũ, ſuppono ſubhaſtationes ritè fieri, ſi verò ſubhaſtationes ad pactum requiſitæ non ritè, & rectè fiunt, non eſt pactum ad diſcurſum, & ſic non ſumus in caſu.

75 Reſp. 3. diſtinguendo, aut enim à debitore, vel intereſſe habentibus probatur, quod ob non ritè factas ſubhaſtationes defecerunt oblatores, qui maius pretium offerrent, & tunc corruit adiudicatio, aut nõ probatur, quod oblatores adeſſent, & valida eſt venditio; ad quid enim tantus ſubhaſtationum rumor ſi nemo ſit, qui maius pretium offerens ad licitandum adueniat, prout in ſimili de citatione, quod non requiratur ſi citandus pro ſui defenſione nil eſſet allaturus, *Baron. tom.* 1. *q.* 18. *nu.* 41. *& tom.* 2. *add. q.* 18. *n.* 86. *& tom.* 3. *in annot. ad q.* 18. *n.* 48. qui multos pro quæſtione laudat.

76 Quæ diſtinctio procedit vbi ſtylus, & vſus in contrarium non adeſt; verùm in M.R.C. & noſtra R.C.S. ſtylus, & vſus aliter ſe habent, nam tales ſubhaſtationes non fiunt, [vt mihi percontanti reſpondit actuarius dictæ R.C.S. qui deſcribit in actis ſubhaſtationes bonorum adiudicandorum, & dixit ſe ab hinc annis ſexdecim continuò ſeruaſſe ſubhaſtationes in actis referre ad Chyrographum præconis abſque eo, quod in publico fiant] quoniam, illis factis, ob temporum penuriam in præſentiarum maximè vrgentem, haud facilè adinueniuntur emptores, *Cutell. tom.* 2. *deciſ.* 21. *nu.* 5. & in dies experimur; & probabilitèr nemo eſt, qui factis ſubhaſtationibus veniat ad licitandum, & ſolummodo aliqui intereſſati, creditores, conſanguinei, vel vicini debitorum adueniunt, qui de facili ſcire poterũt rem venalem expoſitam eſſe; imò omnium melius ipſe debitor, cuius bona ſubhaſtantur poſſet requirere meliores licitatores, illos certiorando de rei ſubhaſta poſitæ qualitatibus allicientibus ad emendum, & hoc non ſolùm durante termino ſubhaſtationũ.

77 Sed adhuc illo tranſacto, datur enim debitori, vel creditoribus, & intereſſe habentibus, *ex rit.* 113. terminus ad redimendum, qui per Principem prorogatur, & aliquo in caſu de Temporali fit perpetuus, vt infra ſubijciam, & ex dictis credo inoleuiſſe praxim in M.R.C. & R.C.S. de ſubhaſtationibus taliter faciendis; & ita pro conſcientiæ ſecuritate ſenſerunt tres doctiſſimi viri Soc. Ieſu, qui rationib⁹ prædictis annuerũt, quorũ nomina maiori laude digna reticui.

78 Nam ſtylus pro iure attendi debet, *Lancell. de attent. cap.* 20. *in præf. q.* 4. *n.* 112. *Guid. Pap. deciſ.* 198. *n.* 1. & vſitata fori conſuetudo ſtylus eſt, *add. ad Guid. Pap. d. deciſ.* 198. nec ſolummodo ſtylus, ſed etiam quotidianus vſus curiarum ſeruari debet, *Cumia in proem. rit. n.* 47. *& ſequen, ex l. fin. verſ. & in vſu quotidiano C. de fideiuſſoribus*, quo loci firmat, quod ſtylus, & quotidianus vſus Curiæ præualet ad immutandam diſpoſitionem ritus, nec ad fauorem conſuetudinis, ſiuè ſtyli requiritur ſententia etiam in conſcientia, ſed ſolum ſententia valet ad probandam non ad inducendam cõſuetudinem, vel ſtylũ, *ex Silueſt. & Dian. part.* 6. *tract.* 5. *reſol.* 8. *& in ſumma verb. vſus n.* 15. adde, & fortiùs, quod debitor quando contrahit v. g. hìc Meſſanæ, & pactum ad diſcurſum apponit, iam ſcit ſaltem implicitè ſe non adimplente eius bona ob emptorum defectum ex ſtylo curiæ ſolemnitèr non ſubhaſtari, prout in ſimili de ſubhaſtationibus factis tẽpore quo non adſunt emptores, reſpondit *Tambur. vbi ſup. num.* 20. dicens, quod tempore contractus debitor ſciebat, quod talitèr bona ſubbaſtanda erãt, & tamen annuit, ergo volenti, & ſcienti non fuit facta iniuria, neque dolus cõmiſſus, *cap. ſcienti de reg. iuriſ. in* 6. *l. nemo de reg. iur.* & negligentia, vel inertia debitoris non requirentis emptorem maius pretium offerentem non annullat adiudicationem; ſaluatur enim ipſa per ſtylum curiæ pro lege ſeruandum,

dum, quamuis ſubhaſtationes ſolemnitèr factæ non fuerint.

79 Poſito ergo, quod pactum ad diſcurſum ſit de iure validum etiam ſi illius vigore non ſolùm cum enormi, ſed etiam cum enormiſſima læſione adiudicatio fiat, ad 2. principalem quæſtionem deuenio, pro cuius reſolutione.

Dico 2. Pactum ad diſcurſum validum eſſe in conſcientia.

Et antequam cõcluſio rationibus, & authoritatib⁹ roboretur, erit vtiq; prȩnotandũ.

Primo, quod pactum ad diſcurſum triplicitèr conſideratur 1. ſecundum ſuam eſſentiam denotantem poteſtatem vendendi bona ſubhaſta, illaque liberandi plus offerenti, & hoc modo acceptum non eſt dubium valere in conſcientia, *Tambur. d.cap.6.§.8. nu.7.* ſi practicatur cum aliqua fraude, & tunc reſp. *prout ſup.n.*73.74.75.

80 Itẽ quatenus virtute pacti in adiudicationibus habetur enormis, vel enormiſſima læſio, enormis diceretur adeſſe læſio ſi res v.g. valens centum pro dimidio, vel ſupra dimidium pretium venderetur, & ſic pro quinquaginta, vel plus, enormiſſima verò læſio eſſet ſi venderetur nimus dimidio pretio v.g. res valoris centum pro quarraginta nouem, vel infra, & hoc 3. modo ſumptum dubitatur de eius validitate in conſcientia.

81 Secundo, quod pretium duplex eſt, legale vnum, naturale alterum. Legale eſt, quod à lege, Principe, ſtatuto, vel ab alio legitimo ſuperiore taxatur, *Sotus de iuſtit. & iur.lib.6.quæſt.12.art.3. Bonac.de contract.diſp.3.q.1.punct.4.nu.1. Diana part.2. tract.17.reſol.1.§ ad 7. Arca.Vidal. de vſur. inquiſit.vlt.n.6.Giurb.obſeru.1.n.9.* & eſt regularitèr indiuiſibile nullam habens latitudinem, *Giurb.Dian.& Bonac. vbi ſup.* nec illi vnius obuli acceſſio licita eſt, *Tamburin. de cenſibus d.cap.6.§.5.n.4. Giurba d.n.9. Bonac.& Diana ſup. cit.* & iuſtum eſt, & in foro conſcientiæ ſeruandum, aliàs mortalitèr peccaret contraueniens, *DD. ſup.cit. Latro deciſ.*88.*nu.*87.97. & etiam ſi Princeps tempore neceſſitatis rerum venditionem viliori pretio taxaret, diceretur adhùc pretium iuſtum, *Giurb. d.Obſeru.1.n.22. Thorus cõp. deciſ.verb. Eccleſia,* & teneretur taxã etiam Clericus ſeruare, *Giurba multos allegans d. Obſ.1.num.9.*

82 Naturale ſeu vulgare pretium eſt, quod hominum extimatione conſtituitur iuxtà dictamen humanæ rationis, *Bonac. d. diſp.3.punct.4.n.1.Diana part.2.tract.17.reſol.1. Arca Vidal. d.inquiſ.vlt.n.6.* creſcens, & decreſcens ſecundum qualitatem locorum, & temporum, *l.pretia rerum ff. ad legẽ fal.l.4.de eo, quod certa loco, Bonac.d. num.1. Diana d.reſol.1. Tambur. d.§.5.n.3.* nullaq; de illo certitudo dari poteſt, nam ex tempore, & loco conſtituitur, *l.ideo, & ibi & l. de eo, quod certo loco, &c.* & ex modo vendendi augetur, & minuitur, *Latro d.deciſ.* 188.*n.*53.*& Couarr.var.reſol.lib.2.cap.3.n.*4. alijſq; circumſtantijs minui infra demonſtrabo.

83 Tertiò, quod pretium quo bona debitoris ſubhaſta venduntur non eſt legale, quia non eſt taxatum, ſed per expertos extimatores dignoſcitur quanti ſint bona extimanda *Groſſ.contr.8.nu.1. Mutarit.112.n. 29. Cumia cap.17.nu.169.* his ergo præcognitis ad concluſionem validandam deſcendo.

84 Probatur ergo concluſio. Pretio quo venduntur bona debitoris in adiudicationibus eſt naturale, ſed pretium naturale creſcit, & decreſcit ſecundum locorum, & temporum qualitatem, ac ex modo vendendi vt ſup. ergo pretium bonorum in adiudicationibus creſcit, & decreſcit: modus autem vendendi diminuens pretium in adiudicationibus eſt venundari bona ſubhaſta (quæ ex venditione prædicta) vltronea efficiuntur, quæritur enim, & allicitur emptor ad emendum, *Bonac.d.q.3.diſp.2.punct. 4.num.20.verſ.2.merſ.Couarr.var.reſ.lib.2. cap.3.n.4.in fine, Caruſ.in prax.rit.cap.2.nu.* 148. quod eſſe vltronea, licèt ſecundum aliquos minuat pretium rei in tertia parte, *Bonac.d.diſp.2.punct.4.n.21. Sa.verb.empt. n.4. leſſius de iuſt.& iur. lib.2. cap.21. dub.4. n.33.* vel pro medietate, *Salas de emp.& vẽdit.dubit.25.n.3.Rebell.part.2.lib.9.quæſt.1.*

*Bart. à ſanc. Fauſto in ſpeculo Confeſſ. diſp. 6. q. 10. n. 9. quos laudat. Diana part. 1. tract. 8. reſol. 23. & reſol. 53. Marcus Serra 2. 2. q. 77. art. 1. dub. 3. § aduertendũ, Caramuel in theolog. fund. fund. 43. §. 8. n. 793. & alij apud Amodeum in defenſ. Ieſuit. tit. de vſuris propoſ. 2.* tamen pluſquam in medietate vltronea vileſcere probabilitèr aſſerit *idem Marcus Serra d. § aduertendum, Bannez 2. 2. q. 78. de vſura art. 2. §. ad 2. Amodeus d. propoſ. 2. n. 3. 4. & ita ſenſijt quidam Doctiſs. Soc. Ieſu.*

85 Et quamuis venditio fiat à Iudice nõ à parte verè, & propriè, tamen debitor võdit Iudice vendente, *Cutell. tom. 1. deciſ. 29. n. 40. Caſtill. deciſ. 91. n. 10. & ſeq.* quia factum Iudicis eſt, factum partis, *l. ſi voluntate C. de euict. l. 1. C. ſi in cauſa Iud. pig. capt. ſit ibi nam in vicem iuſtæ obligationis ſuccedit ex cauſa iudicati auctoritas iubentis*, & decretum dicitur factum voluntate debitoris, *Caſtill. deciſ. 7. in alleg. Prouenz. n. 6.* & ratio eſt, quia debitor non cogitur ſoluere in bonis, ergo ſua voluntate bona adiudicantur.

Nec neceſſitas non habentis vnde ſoluere mutat pretiũ rei vltroneè venditæ, *Caetan. 2. 2. q. 77 art. 1. Conrad. in reſpon. caſuum p. 1. q. 1. 5 7. laudat. ab Amod. d. propoſ. 2. nu. 5.* imò neceſſitas vendendi operatur diminutionem pretij, nam arguit paucitatem emptorum, & paucitas facit pretiũ vileſcere, *Diana par. tract. 8. reſ. 23. & reſ. 78. Vaſq. in opuſ. de reſt. cap. 5. § 11. dub. 10. n. 61. Sa verb. emp. n. 4. Bonac. d. q. 2. n. 23. Amod. vbi ſup. num. 6. Arcaute in quoſ monac. & fin. n. 15. & 61.* ergo ſi pretium adiudicandorum vileſcit pluſquã in medietate valida eſt adiudicatio cum eiſdem, vel enormiſſima læſione, & quamuis multi ex Doct. ſup. allegatis loquantur de merce vltronea, quæ quid mobile vendendum denotare videtur, *l. mercis 66. de verb. ſignif.* nihilominus mercis latè ſumptæ appellatione venit omnis res vẽdibilis ſiue mobilis, ſiue ſtabilis, & quidquid pecunia æſtimabile fuit, prout in terminis diminuendi pretij, vel non, loquitur *Arca Vid. in tit. de vſur. n. 5.*

86 Verùm ipſum vendi ſubhaſta [ præter vltroneè ] eſt præcipuus modus diminuendi pretium, quoniam iuſtum pretium ſubhaſta venditorum eſſe, quod abſq; fraude extorqueri poteſt, etiam ſi eſſet infra dimidium dixerunt, *Pet. Nauarr. Leſſius de iuſt. iur. lib. 2. cap. 21. dub. 7. Medin. de reſtit. q. 37. verſ. ſi merces Riginal. lib. 25. nu. 319. Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 2. punct. 2. Bonac. videndus d. diſp. 3. q. 2. pun. 4. n. 2. verſ. 3. ſi quid ſubhaſta, & infra verſ. ex dictis patet iuſtum vendendi ſubhaſta eſſe illud, quod ſine vi, & fraude extorqueri poteſt, Diana par. 4. tract. 4. reſ. 72. & part. 9. tract. 8. reſ. 57. Bannez 2. 2. q. 78. de vſur. art. 2. Medina Aragon. Villalob. & alij quos laudat Amod. d. prop. 2. n. 4. Molin. de contract. diſp. 349. Moron. reſp. 22. nu. 63.* nec eſt peccatum expectare, vt res ſubhaſtæ ponatur, & ibi vilior fiat emptio, quia iuſto pretio dum eſt facta ſubhaſta, *ex Caet. & Couarr. var. reſ. lib. 2. cap. 3. n. 5.*

87 Et ratio eſt, quia re ſubhaſta poſita, & nemine comparente, qui pretium offerat niſi minimum, res non dicitur valere niſi illo minimo pretio iam diminuto ex paucitate emptorum, res enim tantum valet, quantum vendi poteſt, *vt ex Bal. Molpheſ. Latro, & Cutell. dixi ſup nu. 70.* & in terminis validitatis pacti ad diſcurſum in non ſoluentia data enormiſſima læſione ſenſierunt quidã viri Doctiſs. ætat. noſtræ, & *P. Tancred. in 4. q. moral. tract. 2. q. 53.* quem ſequitur *Tamb. d. §. 8. nu. 28. in fine*, ſolummodo concedens pactum valere data enormi læſione, ſed ex ſupradictis non eſt recedendum à ſupra firmata concluſione, nec rationes à *Tamburino*, in contrarium allatæ conuincunt, non prima, quod venditio ſit nulla excedens dimidium iuſti pretij, quia iam reſponſum fuit *ſup. n. 69.* adiudicationem eſſe validam non obſtãte enormiſſima læſione, non ſecũda ex quo datur occaſio depauperandi debitorem; quoniam hoc damnum debitori prouenit ex qualitate temporum quib⁹ fuit diminutum pretium, nec depauperatur debitor, habet enim terminum ad redimendũ, vel alia remedia de quibus infra, non tertia arguendo, quod ſtante.

88 Læſione enormiſſima contra adiudicationem cõceditur remedium gratioſum,

*Coſta conſ.84.n.20. Maſtrill. deciſ.313.n.14. & deciſ.247.n.1. Caſtill. deciſ.14. & deciſ.127. Giurba deciſ.106.n.7. Amato reſol.61. nu.1. Cutell. de donat. tom.2. diſ.2. partic.6. n.175. & deciſ.35.n.118. tom.2. Groſſ. d. §.44. num. 31. Baron. tom.2. q.16. n.202.* nã ictp. quod hæc læſio enormiſſima habetur in conſideratione ex mera gratia Principis concedẽtis remedium gratioſum, *Maſtrill. deciſ.33. n.3.14.* & ſolus ipſe concedit, *Cutell. d. partic.6.n.188. Baron. de citat. to.2.q.16. n.205.*

89 Nec eſt læſio in rigore dicenda, ad hoc enim vt dicatur inducta de tempore venditionis ſeu ſubhaſtationis interueniſſe probandum eſt, *Berous. conſ.33. Menoch. cõſ. 1111.n.12. Faber in cod. lib.4. tit.31. def.25. Cancer. var. reſ. lib.1. cap.13. n.5.31.* & pretium de tempore contractus attenditur, *in cum dilecti de empt. & vend. l. ſi voluntate C. de reſcind. vend. Menoch. conſ.1169. Valaſ. tom.2. concl.43.n.28. Faber cod. lib.4. tit.30. def.2. Groſſ. contr.8.nu.12.* & iuſtum præſumitur, ex ſubhaſtatione, *Coſta conſ.84.n.21.* imò iuſtum dicitur *Menoch. conſ.358.n.14.* ibi, *eſt ergo dicendum huic fuiſſe pluſquam iuſtum valorem ex Grato conſ.157. n.6. verſ. nec etiam lib.2. Curtio Iuniore conſ.165. nu. 19.* ergo non probato, quod ſubhaſtationis tempore erat, qui maius pretium offerret non eſt probata læſio.

90 Nec contra firmatam conclusionem vrget debitorem pro creditoribus ſatisfaciendis non teneri rem ſuam vilius vendere, *l. nec quaſi de remend. l. non enim de action. rer. amot. Valaſ. de priuil. pauo. q.27. num.27. Latro deciſ.192.n.76.* imò creditor ſtante debitoris impoſſibilitate ſoluendi tot bona inſolutum cogitur accipere etiam, non obſtante renũciatione, *Auth. hoc niſi debitor C. de ſolution. Paſch. de virib. patr. poteſt. par.2. cap.9. num.93. & ſeq. Cutell. tom.2. deciſ.21. n.11. & ſeq.* quod procedit in conſcientia debitorem non teneri rem vilius vendere, *Clauis Reg. lib.19. tract.5. cap.6. n.32. Leſſius Filiuc. Medina, Nauarr. Petrus Nauarr. Valentia alij quos Bonac. laudat tom.2. de reſt. in gen. diſp.1. q. vlt. punct.1. n.22. Latro tom. 2. deciſ.192.n.75.* dicere ipn vtique vili pretio venundari ſi appretiata bis centum pro centum venderẽtur, *Clauis Reg. d.n.32. Bonac. n.22. & alij per eum adducti,* nam nullũ damnum ſentit debitor ex venditione ſubhaſtæ; dum venditur quantum in præſenti vendi poteſt; nec ſpes augendi pretij in futurũ conſideratur, quia nõ læſit de tempore venditionis, & ſubhaſtationis; poſſet etiam debitor damnum euitare ſi pretiũ poſt ſubhaſtationẽ augeretur; inueniens ex tunc emptoribus plus offerentibus, bona eſſe, & exceſſum ſibi retinere; nec creditor tenetur accipere bona inſolutum adiecto pacto ad diſcurſum in cõtractu de iure valido vt ſup.

Subhaſtationum fraus non factarum in publico incantu ijſdem meditijs, *quibus ſup. n.72.73.74.* eneruatur.

91 Nec poſteriores creditores de adiudicationibus cum pacto ad diſcurſum conqueri poſſunt bonis cõmunis debitoris adiudicatis, ipſis non ſatisfactis; nam ſibimet ipſis imputetur, qui cum habentibus anteriores contraxerunt, qui enim prior in tempore potior eſt in iure, *c. qui prior de reg. iur. in 6. l. 4. C. qui potior in pignore habeantur,* poſſunt etiam creditores poſteriores non obſtante venditione ſubhaſta multis vti remedijs.

92 Primo iuris offerendi cõpetentis tam ſi ipſi creditori, quam ſi tertio licitanti bona venderentur, *Camia cap.18.n.5. Termin. obſ. 90.n.18. Caſtig. deciſ.91. per tot. Muta cap. rit. 112.n.51. & ibi add. Maſtrill. deciſ.201.nu. 6.* dicens de hoc in Regno noſtro non amplius diſceptari, at ſi non habet hypothecã, quia forſan Chyrographarius, nec ius offerendi pro bonis debitoris habebit, *l. cum vilis C. qui pot. in pig. l. nulla C. de ſolut. Neguſãt. de pignor. part.5. membr.3.n.6. Morot. de iure offerend. n.41. Theſaur. deciſ.157.n.5. Merlin. de pignor. lib.4.q.46. per tot. & poſt tract. de pign. deciſ.61.n.16. Maſtrill. deciſ.201. nu.1. & deciſ.119.n.1. Coſta conſ.66. num.7.* verũ enim verò poterit rem à poſſe adiudicantis redimere infra terminum quatrimeſtris datum debitori *à rit.112.* ad redimendum ſtabilia, quo termino vtatur quilibet tertius, etiam extraneus redimere volens ad fauo-

rem

rem debitoris, bona redempta pœnes ipsũ debitorem reponẽdo, *ex Prag. Comit. Caſtr.* §. 22. non autẽ, vt ſibi redimens acquirat, *Groſſ. in d.* §. 22. *nu.* 16. *Mutarit.* 112. *in add. litera* Q. neque opus erit tertio hypotheca bonorum pro redẽptione facienda, quia hoc remedium redemptionis diuerſum eſt à iure offerendi, & lex generalitèr loquitur non diſcriminans inter creditorem, vel extraneum, ergo generalitèr debet intelligi, *l. in fraudem in fine ff. de milit. teſt. l. de pretio de publiciana in rem actione, l. proſpexit, qui, & à quibus manum. Bart. in d. l proſpexit*, idẽ de ſtatuto dixit, *Moron. reſp.* 16. *n.* 25. *ex Gaill. lib.* 2. *Obſer.* 33. *n.* 1.

93 Solet etiam terminus quatrimeſtris per Principem prorogari, *Cutell. de don. to.* 1. *partic.* 6. *diſc.* 2. *n.* 154. *Groſſ. d.* §. 22. *nu.* 17. & elapſus iterum indulgeri, *Giurb. deciſ.* 58. *n.* 1. *Groſſ. ibi nu.* 17. verùm pars aduerſa cui bona vendita fuerunt, quæ vult empta tutò poſſidere poterit à Principe obtinere, terminum non prorogari ipſa non audita, vel in reuiuiſcentia facienda, in contrarium ſupplicare, quod non audiatur, & exinde probare, quod in adiudicatione non adeſt læſio, ſed res fuit adiudicata cum pingueualẽti, vel parum plus, quo probato nõ prorogatur, aut concẽditur reuiuiſcentia termini quatrimeſtris, *Cutell. vbi ſup. n.* 154. *Groſſ. d. nu.* 17. nam per lapſum termini ſunt bona emptori irreuocabilitèr acquiſita, *Giurb. d. deciſ.* 58. *n.* 3. *Groſſ. vbi ſup. n.* 18.

94 Si verò adeſt læſio, quæ nimis traſcẽdit pingueualens prorogatur terminus, & elapſus denuo per Principem impertitur nõ obſtante partis oppoſitione, *Giurba d. deciſ.* 58. *n.* 2. *Cutell. vbi ſup. n.* 154. terminum conuentionalem ad redimendum (ſuppoſita læſione) Princeps prorogat, *ex Fabr. in C. & alijs dixit, idẽ Cutell. d. part.* 6. *n.* 148. imò ſi in vẽditione, vel adiudicat. enormiſs. læſus fuerit venditor, vel debitor ipſi eorumque creditores via reſtitutionis in integrũ, lapſu termini non obſtante, ex quo læſi admittuntur ad redimendum, *Cutell. d. num.* 148. *Groſſ. d. loco n.* 18. *ex l. ſi creditor* §. *ſi vero de diſtrac. pign.* ac terminus de temporali ſit perpetuus, *Cagnol. Bimius Tiraq. Gabriel, & Marta à Giurba adducti d. deciſ.* 58. *nu.* 2. *Groſſ. d.* §. 22. *nu.* 19. & pactum de retrouendẽdo quamuis temporale validum eſt, eoq; elapſo quis nõ cogitur retrouendere, *Cancer. var. reſ. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 53. ſed eſt læſione perpetuum, *Cutell. num.* 148. *Cancer. d. num.* 53.

95 Secundò licèt creditor anterior poſſit impetrare, vt iterum bona ſubhaſtentur quamuis nõ adeſſet læſio vltra dimidiũ, *Faber. Cod. lib.* 7. *tit.* 32. *def.* 14. *Cancer. d. cap.* 13. *nu.* 28. hoc tamen denegatur creditori poſteriori, qui veniet per ius offerendi, *Faber.* 8. *Cod. tit.* 17. *def.* 1. & 27. *Cancer. d. nu.* 28. Niſi creditor eſſet pauper, vel eſſemus in dote, nam tunc poſſet quamuis poſterior impetrare, vt iterum ſubhaſtentur, & de nouo vendantur bona adiudicata, *Cancerius vbi ſup. nu.* 28. *& Fab. d. def.* 1. *& defin.* 27. & hoc remedium in regno aliquando ſeruatum vidi.

96 Tertiò poterit creditor poſterior (ſuppoſita læſione enormiſſima) intẽtare remedium gratioſum, *Cutelli d. partic.* 6. *nu.* 184. *& tom.* 9. *deciſ.* 29. *n.* 39. *Baron. tom.* 2. *in add. ad quaſt.* 16. *num.* 207. at non tenetur emptor in conſcientia ſtante enormiſſima læſione ante ſententiam in remedio gratioſo reſtituere bona debitori ſi fuerit de credito, & eius intereſſe ſatisfactus, quamuis cõtrarium dicat *Tambur. d.* §. 8. *num.* 27.

97 Quia adiudicans eſt verus dominus titulo valido poſſidens, & conſequenter facit fructus ſuos; fructus enim ſequũtur dominium, *l. ex aduerſo* 36. §. *vbi autem de rei vendicatione, l.* 1. *C. de pign. actione* ita voluerunt aliqui Doctores allegati *ab Excobar in tract. Tribun. ſelect. tract.* 1. *de vtroque foro caſu* 2. *art.* 5. quamuis ipſe non ſequatur, prout in ſimili de reſtitutione in integrum, quæ ſi à minore peti poteſt, etiã intra quatriennium, & contra ſcientem enormem læſionem non tenetur emptor ante ſententiam bona reſtituere, *Couar. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 5. §. *ſed tamen*, quia poſſidet titulo valido, & fructus ſequuntur dominium.

98 Poterit inquam creditor ſiuè intereſſe ha-

ſe habens intētare remedium gratioſum, & ex perſona debitoris, vt bona penes debitorē reponātur, & locupletior effectus ſatisfiat creditor *Barō. d. n. 207. Cutell. d. dec. 29. n. 39.*

Hæc ille circa hanc materiam, alia poſt hæc erant poſita manuſcripta, quæ haud hoc loco ad materiam neceſſaria erant, & ſi hæ concluſiones benè ſtant cum noſtris ſupradictis, tu cogita amice lector, & arbitrio iudices, non enim contra talem amicū ſcribere curaui.

99 Et vt ad meum redeam inſtitutum, circa titulos iuſtos vſurarum præter damnū emergens, aut lucrum ceſſans, datur vt poſſit creditor, vel vendens aliquod accipere, pro dilatione tēporis, *Caramuel. lib. 2. Theol. moral. diſp. 14. n. 748. Dian. p. 9. tract. 6. reſol. 24. Tambur. ſup. cit. de mutuo, & vſura §. 7. Leotard. de vſuris q. 23. num. 31.* ibi, quia eſt fauorabile debitori, *arg. l. eum qui ff. de verb. oblig. quod quis ff. de actionibus, & oblig. l. cū tempus ff. de reg. iuris*, idem ſi ſe obliget ad non petendam ſortem, vel pretium vſque ad talem tempus, *idem Caramuel. Lacruz, Beltrad. Loth. Ledeſm. Dian. & alij apud Guimenium de vſuris propoſ. 1. n. 6*, ſiuè fructus percipiantur medio tempore, ſiuè aliud loco fructuum, *Hondad. conſ. 4. n. 31. Leotard. cit. n. 34.* & in pecunia credita alijſque contractibus, ſi à principio actum ſit, *idem q. 72. n. 4. & q. 86. n. 34.*

100 Item ratione periculi pecuniæ amittendæ, expenſarum, & moleſtiarum carius vendere quis rem ſuam poterit, *Sot. Bann. Medina Corrad. & alij cum cit. Guimen. n. 4. Nauarr. & Leſſius poſt Bonacin. de contract. diſp. 3. q. 11. punct. 4. num. 18. Arag. & Salas apud Leotard. q. 24. nu. 16.* ſicuti in ſocio *ſup. dicebam nu.* ... qui ob ſuſceptionem periculi aliquid recipere poteſt, & de fideiuſſore, *idem Leotard. q. 23. n. 22. & 34.*

101 Atque lucrū ceſſat, quando ex mea pecunia mutuo data amitto occaſionē emēdi cenſum, aùt domum, vel agrum fructiferum, & poſſum tot accipere quot mihi cenſus, aut prædium erant reddituræ, *idem Guimen. de vſuris nu. 3.* ibi, *iam vero ex hoc capite quantum poſſit ſupra ſortem exigi pendet ex quantitate lucri, quod mutuanti ceſſat, vel damni, quod emergit, & ita ſi eras empturus cenſus reddentem 10. pro centum tot poteris capere, &c.* quod etiam in praxi curiarum ſeruatur, vt dentur intereſſe ob lucrum ceſſans creditori, quia eſſet empturus cenſum, vel prædium, &c. *Amatus reſol. 49. n. 94. & 96. Giurba ad conſuet. Meſſan. cap. 15. gl. 15. n. 30. Muta deciſ. 84. n. 4. Caſtill. deciſ. 61. nu. 33. Cutelli deciſ. 12. n. 73. & deciſ. 13. nu. 12. Caſtill. Sotom. lib. 3. contrau. cap. 1. num. 41. & 72. Menoch. conſ. 6. n. 16. Theod. alleg. 40. nu. 3. ego ipſe ſup. n. 32. Vela to. 2. deciſ. 35. n. 49. & 53. Niquerol. alleg. 17. art. 1. per tot. Olea de ceſſion. iur. tit. 6. q. 2. num. 35.* nec obſtant, quod quidam dicebant in Bulla eſſe capitale demortuum, quia hoc non releuat lucrum, quod amiſi, prout in foro interno docet *Dian. p. 3. tract. 5. reſol. 75. & ipſe multa in ſeq. de cenſibus dicam*, ibi, *de vi pacti de retrouendendo*, eodem modo ſi eras ad ſocietatem dandam paratus poteris tot accipere à mutuatario, quo accepturus eras ab hoc ſocio, ratione ſupradicta, nec in hoc aliquid reſpondere poſſunt contrarij.

102 Demum actiones, & debita minus anticipata ſolutione vendi poſſunt, vt 90. emere poſſum à Petro actionem habente contra Paulum ad 100. ſecluſo lucro ceſſante, *Doctiſs. Caramuel. cit. n. 262. & 264. fol. mihi 131. Armill. la Cruz. & cit. Guimen. propoſ. 3. n. 6.* idem de decurſis cenſus dummodo moderatè, & arbitrio prudentū omnia fiant, aut ſi ſit damnum emergens, vel lucrum ceſſans, ſecundum illud eſt intereſſe regulandum, aliàs ex regulatis emptionibus factis, contractibuſque à timoratis viris faciendis.

103 Et in his omnibus nil releuat pign⁹, vel fideiuſſiones pro ſecuritate petere, quilibet enim ſuas ſecuritates petere poteſt in ſuis negotiationibus, *arg. tex. in l. plus cautionis de reg. iuris, Tambur. ſupra cit. cap. 6. num. 1.*

104 Petes 2. quid ſit cambium.

Supponendum ex veridica noſtratum ſententia maximam dari affinitatem inter cambium cum vſura, *vt aduertit Leotard. de vſu-*

*vſuris q.1. nu.* 34. ſed non ideò idem ſunt, *Turris de cambijs diſp.7.q.*1. vt ex ſequentibus manifeſtum erit; definitur ergo cambium ab eodem, vt ſit, *conuentio vltro citroque obligatoria dandi reddendique tantundẽ in genere diuerſo pecuniarum, quæ conſenſu, re, & pretio non ſine temporis dilatione perficitur*, alij verò deſcribunt, vt ſit *permutatio nummiſmatis, cum nummiſmate, vel permutatio vnius pecuniæ, cum alia*, & ita datur nõ in pœnam, prout de vſura dicitur, *l.lecta ff. de reb.creditis, l.qui ſine ff. de neg.geſtis, l.*8. *ff.de naut.fœnore*, ex & retardata ſolutione, *l.*1. *&* 9.*ff.de vſuris*, ſed pro permutatione pecuniæ vnius loci, cum alia.

105 Hoc cambium communiter diuiditur, vt aliud ſit reale, & eſt cum de facto, & verè pecunia Meſſanæ, cum Romana permutatur, aliud eſt ſiccum, & eſt illud quod fingitur reale, ſed de facto tale non eſt, taliterque appellatur, quaſi carens humore, fingitur enim, vt reale, ſed tale nõ eſt. Reale, aliud fit per literas, aliud non fit per literas, ſed de facto commutatur vna pecunia cum alia eiuſdem generis, vel diuerſæ puta ænea cum argentea, hæc cõ aurea, &c. quod vocatur cambium minutum.

106 Nec à iure improbatur hoc vltimum, imò licitè moderatum pretium accipi poteſt pro hac cõmutatione, *Couar.de coll.numim. c.7.n.4.Leſſius lib.2.cap.23.nu.7.Molin.diſp.* 399. *de Iugo diſp.*28,*n.*8.*Tamburin. de cambijs cap.*3.§.1.*Leotard. de vſuris q.*25.*n.*11. *&* 57. & nummi etiam vendi poſſunt, *l.*1.*C. ſi quis ſolid.circ.exter.in C.Theod. l.fin.Cod. de pignor.act. l.2.in fin.C.de conſtit.pecun.Cuiac.in Obſern.lib.*10.*cap.*14.

107 Sicut cambium, reale, & per literas in quo etiam aliquid recipi poteſt, vt conſuetudo docet, & DD. communis conſenſus nemine reluctante, ſiue quia plus valet pecunia data, vt alij dixere, aut ob ſimplicẽ negotiationem, quia redditur alia eiuſdem ſpeciei, vel diuerſa pecunia in alio loco, *l.* 1. *& tot.tit. de eo, quod certo loco, &c. l.cum dicas C.de naut.fœnore, l.ſi in Aſia ff. depoſiti, l.qui Romæ ff. de verb. oblig. cum concord.* & quomodocumq; contrahatur ſemper campſori licitum lucrum dari debet, *vt ex Scacc. Grat.Sarm.& alijs docet Leotard.cit.n.*30. *& Tambur.cap.*4. qui etiam addit, quod licitũ erit, vt pro cuſtodia tabularij lucrum recipiant, vt quando depoſitatur pecunia in tabula nummularia Vrbis Meſſanæ, vel Panormi, &c.

108 Idem de cambio ad nundinas, & de alijs ſpeciebus cambij, quæ fieri poſſunt in mundo nam localia, & per literas poterunt nuncupari, in quibus ſi interuenit pecunia, & permutatio fit, certum eſt campſorem licitè ſua lucra accipere poſſe, quæ nota ſunt in domibus mercatorum, nec hic immorare curaui, quia in dies creſcunt, & decreſcunt, *vt praxis docet*, Iudexque tàm internas, quàm externus in his taxandis mercatorũ relationes recipiat, qui iudicio ſtatim taxare ſciũt hæc lucra, & intereſſe cãbiorũ.

109 Quibus etiam accedant recambia, ſeu recurſa (vt mercatores vocant) pro vt de intereſſe intereſſe dicebã ſupra *nu.*12.*cũ ſeq.* quæ in omni foro licita eſſe debent; eadem enim eſt ratio in primis, ac in ſecundis, & prima facta ſunt tanquam capitale elapſo tempore, *Giurba Obſeru.*11.*nu.*14. *&* 34. *de Lugo, Leſſius Dian.Sa.Nau. & alij quos ſequitur Tamb.cit. de cambijs cap.*5.§.3. & nõ ſolum ipſe mercator ex ſuis pecunijs, ſed ex aliorum nummis has pecunias, & cambia capere poteſt, cum recambijs, &c. ſiuè ad modum ſocietatis, aut propriè ad nomen illius cuius eſt pecunia expenſa, *vt idem Tambur.in fine* §.7. *& alij docent*, nec dubium eſt, quod hanc ſpeciem cambij poſſunt non ſolùm mercatores, ſed alij exercere, dando pecunias mercatoribus, qui illas ad hanc negotiationem exponant, & lucrum dant Dominis, vt fusè tradit *Leotard. de vſur.q.*25.*n.*66.ibi, de tutore, curatore Reipubl. & alijs dantibus hoc modo pecunias, quod accidere ſolet, vel de facto poterit in hoc cambio, & quiſque lucra valeat retinere, ex alijs debitoribus, ſuppoſito quod pecunias habeat ad cambia, vereque oſtendat continuas, vt vulgo dicitur.

110 Et in ea quantitate in qua pecunias, & intereſſe habet ex cambijs, aut quia ſol-

uit

uit ipſe de facto, vel quia recipit, & hic eſt vtilis titulus ad euitandas vſuras menti tenendus, dixi veræ ſoluit, & habet continuas ſi enim hæ ſunt palliatæ, aut falſæ non debētur intereſſe creditoribus, quod attendant Iudices, vt libros Mercatorum in his liquidandis diligenter perquirant, & poſtea poterunt taxare cambia, & intereſſe licitè, & validè in omni foro, circa reale cambium de quo non dubitatur, poteruntq; etiam facere tres contractus ſocietatis, & determinare lucrum, *prout ſup. dicebam*, & Theologi citati, *cum Tambur. d. §. 7. in fine tract. de cambijs* apertè docēt, ibi, *quod moderatum eſt lucrum non excedens* 10. *pro centum*, quo determinato per hos contractus, ſi alius vellet pecunias meas, poſſum licitè petere illud intereſſe lucri ceſſantis, quod habeo, quia pecunias mercatori non dedi, vt omnes fateri debent, ſi enim habeo 10. ex centum negotiando illo modo pecuniam meam, & tu vis eam mutuo, dare mihi debes illud lucrum, & intereſſe, imò ſi plus habeam, plus dare debes, *Gaet. tit. de cābijs cap. 1. Nauar. in c. nauig. de vſuris n. 55. Azor. & Scaccia cum Leotard. nuper cit. nu. 70. & 71.* quæ eſt ſpecies cambij ſicci, nam petit creditor illud intereſſe, quod patitur dum pecuniam ſuam daturus eſſet ad cambia, *vt idem ait*, neque in hoc Piana conſtitutio de cambijs aduerſatur, quæ negat tale lucrum, quoties non adeſſet pactum inter debitorem, & creditorem de dando ſub refectione eius quod intereſt, *vt idem Leotard. fatetur*, & apud omnes receptum dicit.

111 De quo ſicco cambio facto per literas ambigitur, & dubium aliquod eſſe poterit an fieri poterit, & ex eo intereſſe percipere valeant creditores? quod fit quando de facto intercedunt literæ, & mittuntur in ſingulis nundinis, ſed abſque pecunia, fingiturq; ſolum, ac ſi de facto fuiſſet, & interceſſiſſet, cū reuera non ſit, & etiam aliquando neque illæ mittuntur, ſed in ſcrinio retinentur; & prima facie contra has ſpecies cambiorum, facit dicta *Piana Conſtit. edita anno 1571. quinq. kalen. Februarij, & multi DD.* abſque alio examine hunc modo damnant, ſed ipſe, *ex Leotard. dict. q. 26. n. 72. in fine*, hoc modo diſcurro, quod licitum eſt cambium ſiccum quoties dantur occaſiones de facto cambij realis, prout Meſſanæ v. g. poſſunt dari cambia realia, & ita ſi hodiè extarent pecuniæ, poſſet mercator illas dare ad cambia, fingit adeſſe, quare percipi non debet; rationem non aſſignant contrarij, nam creditori intereſſe eſt de facto, & poſſet pecunias ad cambia reale ponere, quas quia implicatas habet; volens certo ſcire quantum intereſſe capere poſſet facit hanc negotiationem, & ita de facto à ſuis debitoribus capit illud intereſſe; nec damnatur à *Pio* niſi cambium ſiccum, quod fingitur, quando non adſunt de facto in ciuitate, vel in nundinis pecuniæ, ſed ſi de facto adſunt idem operatur dare pecunias de facto, ac non, quia ſemper idem lucrū eſſem accepturus, & ſi ipſe nō capio alius capit, iam fingo pecuniam accepiſſe, & cambium quare non erit licitum non video? en verba *Leotard. nup. cit.*

112 Tertiò, *circa cambia ſicca illud etiam referri debet, quod ita agitur, vt literæ quidem dentur, ſed non mittantur, & nihilominus ſingulis nundinis ineuntur, & aptantur rationes proindè, ac ſi vera, & naturalis ſolutio, & numeratio interceſſiſſet, cum incremento, & acceſſione cambij, etenim hæc fraus apertè Sanctione Pontificis etiam prohibita eſt, vt apud Scortiam, &c. quod tamen eandē exceptionem patiatur niſi verè tantundem creditoris interſit adhibita tamen ea diſtinctione, de qua proximè dictum eſt*, & ſupra creditores id, quod intereſt, ſi de facto pecuniam accepiſſent capere poſſe concedit, de alijs cambiorum ſpeciebus, *idem tract. at tot. quæſt. 26.* quem vide nam ſolum hoc loco vtiles, & aliquas practicabiles queſtiones poſui.

113 Pœnæ contra exercentes illicitas vſuras, & cambia, variæ ſunt, tàm contra Eccleſiaſticos, quam contra laycos, vt priuationis beneficij, officij, & dignitatis, *c. infames 6. q. 1. c. 8. diſt. 46. c. inter dilectos de exceſſibus Prælat. c. 1. & c. 7. de vſuris, c. 1. & 2. 47. diſt. c. ſi quis, c. quoniam 14. q. 3.* tanquam

quam infames, *d. c. infames, l. 20. C. ex quibus cauſis infam. irrogetur l. 2. & 6. Cod. de dignit.*

114 Rurſus neque illi, neque hæredibus repetitio conceditur, *c. 14. & 17. de vſuris*, nec appellare poſſunt ſi per ſententiam cõdemnati ſunt, vt reſtituant, *c. 11. de vſuris*, quorum teſtamenta non valent, *c. quamquã in fine ibid.* niſi facta ſit reſtitutio, vel cautio de reſtituendo data fuerit, *vt ibi legitur*, & eiciendi à commercijs, nec eis domus conducendæ ſunt, *cap. 1. de vſuris in 6.* alijſuè pœnis arbitrarijs puniendi à Iudicibus Laycis, ſi pœnæ ab eis impoſitæ ſunt, aùt ab Eccleſiaſticis ſi à iure Canonum, vt notàt *Leotard. de vſuris q. vltim. n. 78. ex de Lugo, & alijs, Horat. Viſconti in ſuis concl. iur. verb. vſura in principio.*

115 Aut ſecundum alios crimen mixti fori eſt, *gl. in c. fin. de off. ordin. Bellett. in diſquiſ. Cler. tit. de fauor. Cleric.* §. 4. *nu.* 138. & ambo Iudices Eccleſiaſticus, & ſæcularis procedere poſſunt, data præuentione, *Carneual. de iudic. tom. 1. diſp. 2. n. 771.* quia de omni iure hodie prohibitæ cenſentur, *idem Viſconti in concl. iuris V. vſura*, & illicitæ sũt, *idem Carneual. diſp. 3. n. 12.* legeſque ciuiles à ſacris Canonibus correctæ, *in Clem. 1. eodem, c. conqueſtus, c. 1. de vſuris*, & quia hos ſequuntur, cenſentur hodie etiam in hoc foro vſuræ non approbatæ, *arg. cor. quæ tradidit ſupra lib. hoc tit. 1. n. 2.* poteritque contra illicitos vſurarios, & abſque titulo dantes mutuo pecunias procedere Iudex laycus non minus, ac Eccleſiaſticus, vt hæc vltima probabilior docet ſentẽtia, *apud Viſcõtem, & Leotard.*

116 Loquor tamen de pœnis corporalibus, contra tales perſonas, & eorum hæredes infligendas, nam ab Epiſcopo etiam procedi poteſt per ſententiam excommun. & ſuſpenſionis contra hos ſceleſtos, qui ab Eccleſiaſticis commercijs & communionibus fidelium arcendi, *c. fin. de vſur. in 6. c. præterea ibid.* item arcere eos valet ab Eccleſia, nec eorum oblationes recipi faciat, *c. 3. eod.* priuandique Eccleſiaſtica ſepultura, *c. quamquam de vſur. in 6. c. quia in omnibus ibid. Clem. 1. de ſepulturis.*

117 Practicari vero debẽt Epiſcopi has concluſiones hoc modo, vt prius publicos vſurarios moneant, *arg. c. præterea. 7. de vſuris*, quia ſi pœnitentes reſtituant ſuſcepta, vel oſtendant titulos vſurarum, haud puniendi, nec carceribus, aut alio modo mancipandi, aliàs contra eos pœnis impoſitis à ſacris Canonibus procedant, & alijs arbitrarijs, puta pecuniarijs, quæ pœnæ multoties melius reſipiſcere faciũt delinquentes, *Abbas in d. c. præterea n. 4.* & hæ applicandæ locis pijs, etſi ignotæ ſint perſonæ, à quibus extortæ ſunt vſuræ, alias iſtis prius reſtitutis, quod vltra ſortem dederunt, pœnæ poſtea arbitrariæ locis pijs applicandæ erunt, *Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. vbi Barboſ. nu. 25. & 26. & ipſe ſup. lib. 1. deciſ. 7. num. 35. adduxi.*

118 Dixi publicos vſurarios, nam de occultis Eccleſia non iudicat, *c. ſicut el. 2. de ſimon. c. quam perniciosum de vſuris*, at quando deducitur in iudicium, teſtibuſque probatur fama, vel alijs modis hæc crimina, *c. cum in Diœceſi de vſuris*, & adducit *Leotard. toties citat. q. 93.* ſi fœneratores titulos iuſtos approbatos, à Canoniſtis, & Theologis non oſtendunt puniri poterunt, ſecus è contra, & in hoc iudicio produci, & oſtẽdi poſsũt DD. Canoniſtæ, & Theologi Morales, qui de peccato iudicare poſſunt, & conſequentèr de pœna, quia nõ ſunt in culpa, *arg. c. ſine culpa de reg. iuris in 6. Menoch. conſ. 626.* & in bona fide *Menoch. conſ. 1174.* nec pœna eſt infligenda, vbi ceſſat dolus, *idem Menoch. conſ. 82. num. 106. ex S. Th. & Soto*, atque non meretur, qui bona fide ſe geſſerit, *Cranett. conſ. 8. in fine, idem Menoch. d. conſ. 1174. num. 12.* delictumue non commiſit, *Giurba conſ. 32. num. 12.* prout eſt iſte in caſu noſtro; imo addas, & à fortiori *tex. in cap. præterea de vſuris*, vbi Papa Parochis iubet, & Parochianis ſuis vſuras recipere interdicit, qui ſi parere contempſerint puniantur, *vt ibi, ſi Clerici ſine Eccleſia, &c.* ergo quoties Parochus, vel alius cõfeſſarius, qui in hoc ſtat loco Parochi, permittit, & conſulit vſu-

ras

ras non erit puniendus tanquam talis ab Epiſcopo, qui hæc fecit, nam Iudex conſcientiæ iſtius eſt confeſſarius, *arg. c. quem pænitet diſt.1.& diſt.6.cap.1.c.abſit 11.quaſt. 1.gl.in c.1.de vſuris verſ.manifeſti.*

119 Qui ſi malè conſuluit, tenetur ex malo conſilio, *Dinus in c.conſilij de reg.iuris in 6.* & ipſe puniendus, ſicuti Medicus malè, & imperitè artem ſuam exercens, §. *praeterea inſtit. de lege Aquilia*, qui talis dicitur, quando vno medicamento morbos ſanare cupit, *vt ait Menoch. conſ.35. nu.94.* nec adhibet diligentias debitas, &c. prout adducit, *Farin.in prax.& Theor. crim. q.87.n. 47*, & ſecundum alios, quando non ſequitur opiniones communes, ſed improbabiles, & abſque aliquo fundamento, atque Aduocatus malè conſulens, *Marcus deciſ.59.p.2.DD. in tit. de error. Aduoc.* qui quidem nocere iuribus ſuis clientis non poteſt, vt ibi, *& Groſſ.ſup.pragm.Comitis de Caſtro* §.7.*n.21.notauit*, ideò ſi confeſſarius aùt conſultor vſurarum non oſtendit Doctorem defendentem ſuam opinionem, vel rationem bonam examinandam ab Epiſcopo cum conſilio peritiorum in hac materia, inhibendus erit pœnitens, ne in poſterum has faciat, nec alia pœna multandus, & cõfeſſor, aùt conſultor arbitrariè puniendus, non ita ſi oſtendat Doctorem, vel rationem habeat conuincentem pro ſe iuxta ea, quæ tradunt, *Sanchez in ſumm.lib.1.cap.9. n.51. & 54.Sayr. Clau.Reg.c.11. num.17. Sancius diſp.44.n.54.Dian.p.2.tract.13.reſol.4. Baldelli tom.1.lib.4.diſp.16.& plures alij relati à Marc.Vidal.de opinion.probabili inq.vltim. n.83.cum ſeq.*

120 Nec hic Doctor neceſſariò Theologus, vel Canoniſta ſolum, eſſe debet, ſed Iuriſperitus, ex ſcientia ſacrorum Canonũ, & legis ciuilis benè in caſibus vſurarum reſpondere poterit, *vt tradidi lib. 1. deciſ.2. num.24. cum ſeq.*

121 Qui nam vero dicantur publici, & qui occulti vſurarij adducit, *gl. in c. 1. de vſuris in 6.verb.manifeſtos*, ibi, *manifeſti dicuntur illi de quibus notorium eſt de iure, vt quia confeſſi, vel condemnati, vel de facto, vel quia habet operis euidentiam, quæ nulla tergiuerſatione poſſet celari, vt quia tenet altare ſuum paratum, poterit autem Epiſcopus eos publicare ſi conuincti fuerint, vel confeſſi coràm ipſo, vel ſi contra eos fiat probatio teſtium, vel ſint certa argumenta cum fama, c.cum tu de vſuris in 6. c. in diœceſi eodem, Leotard. d.q. 100.n.1. cum ſeq.*

122 De contractibus etiam factis vulgo, *à godere*, an ſint liciti? & pacta, vt fructus pignoris non computentur in ſortem? ex ijſdem principijs ſupradictis, Reſpondeas valere etiam de iure Canonico, dummodo probetur aliundè intereſſe partis, *Theſaur. deciſ.78.num.3.Gaill.Obſeru.3.lib.1. Riccius reſol.48. & 307.Gratian. diſcep. forens. cap. 14.n.10.11.Viſconti in concl.iuris verb.vſura in fine*, & ita intelligendus eſt, *Leotard.de vſuris q.15.nu.30. & Dian.tom.1.tract. de contract. reſol.82.* nam ex his pecunijs, forsàn eſſet empturus dominus prædia fructifera, vel cenſus, aut alia feciſſet, pro vt ſupra, *ex præcedentibus omnimodè liquet.*

Hæc vſque modo dicta ſint ſatis pro hoc primo tomo, in quo ſi quæ dicta vtilia, Deo Opt.Max. omnium bonorum Authori gratiæ habeatur, cuius ope ad finem perueni, fateorq; hæc omnia dixiſſe, cõmunes, & meliores ſequens ſententias, habentes ſcilicet optimas rationes, quod efficere debẽt omnes profeſſores, non ſolũ Iuriſtæ, ſed Theologi, & maximè Medici, qui corpora hominum ſecundum Doctrinas communes mederi debent: quod ſi aliquod ſcriptum (quod abſit) cõtra Romanæ Eccleſiæ Doctrinam reperies, non ſcriptum volo, eiuſuè cenſuræ omnia ſubijcio.

# F I N I S.

Digitized by Google

# INDEX
# RERVM CONCLVSIONVMVE
## ORDINE ALPHABETICO
### POSITARVM,

## Quæ in hoc primo Tomo Inſtitutionum Canonicarum continentur.

Prior numerus denotat Librum. Secundus deciſionem. Tertius numerum eiuſdem.


### A

*Abbates an valeant Eccleſias ſuas viſitare? lib. 1. deciſ. 7. n. 30.*

*Abbas idem, ac Pater, lib. 1. d. 8. nu. 1.*

*Quid Archimandrita? & de poteſtate, iuriſdictione, ſede, priuilegijs, & fundatione in ſeq.*

*Alij ſunt Abbates cum iuriſdictione, alij ſine, & de horum prælatione n. 3.*

*Alij ſæculares, alij regulares, & de commendatarijs nu. 9.*

*De præeminentijs, & priuilegijs n. 10.*

*Qualitate Abbatum eligendorum nu. 11. & præcedentijs circa locum n. 14.*

*In condendis legibus quomodo debeant ſe gerere? vide lex.*

*Atque de Abbatiſſis, & Monialium ſuperioribus ibid. n. 12. & 13.*

*Sua inſignia coram Epiſcopo Abbates an deferre poſſint? lib. 1. deciſ. 10. n. 64.*

*Academia in quibus literæ, & ſtudia exercētur maximè laudanda, & illa Fucina (vulgo vocata) & Abbarbicatorum, quæ ſunt Meſſanæ extolluntur lib. 1. deciſ. 11. n. 171.*

*Acceptio perſonarum non datur in Deo lib. 2. d. 7. n. 34.*

*Accuſatio Monacho interfecto ad quem ſpectet? vide Monachus quidquid acquirit.*

*Actor ſequitur forum rei lib. 1. deciſ. xi. n. 95.*

*Dicitur, qui eſt iudicij cauſa n. 100.*

*Actiones in futurum minus emi poſſunt lib. 2. deciſ. 9. n. 102.*

*Adulterium quid? lib. 1. deciſ. 11. n. 28.*

*Aduocati, officium habere dicuntur lib. 1. deciſ. 7. n. 8.*

*Priuati officio, an denuo admitti poſſunt? vide Doctor, & Lector.*

*Cogi poſſunt ad gerendum officium ſuum, & præſtandum patrocinium ſub pœna lib. 1. deciſ. xi. n. 185. & cum Salario n. 190. ibi de Clericis.*

*Valdè honorandi, & nobiles ſunt n. 186.*

*Criminales cauſas defendens Aduocatus cum proteſtatione non incurrit irregularitatem num. 185.*

*Aduocatis debetur ſalarium, & de quantitate n. 190.*

*Quid de pacto quotæ litis n. 190. an licitè carius poſſint vendere operam? ibid.*

*Debent habere non ſolum bonam memoriā, ſed & bonum ingenium lib. 2. deciſ. 3. n. 17.*

*An debeant eſſe philoſophi? n. 18. & 19.*

*Alienationis nomine quid veniat? lib. 2. deciſ. 6. n. 1.*

*Neceſſarij contractus non veniunt appellatione alienationis, nec neceſſariæ alienationes, in prohibitione de non alienando num. 2. 3. & 4.*

*Quomodo hæ dignoſcantur? ibid. & in dubio quomodo præſumendum?*

*Alimenta an debeantur eiectis, & Religioſis filij ſuè Religioſorum ibid.*

*Hodie ſpurijs etiam de iure ciuili debentur lib. 1. deciſ. 12. n. 64.*

*Et an vxori pendente lite ſuper validitate*

*matrimonij lib.2. deciſ.2. num.96.*

*Litiſque ſumptus ſi vxor non habet inſpecta quantitate patrimonij n.97.*

*An requiratur probatio quod ſit vxor, & quomodo probetur hoc? n.98.*

*Coram quo iudice petenda alimenta referuntur tres opiniones n.99. & 100.*

*Amicitiæ affectus hodie in electionibus maximè prævalet lib.1.dec.10.n.107.*

*Amicus frater appellatur lib.1.dec.xi.n.178.*

*Annus inceptus pro completo non habetur in Canonic. acquirendis lib.1.deciſ.xi.n.*

*Quid in alijs beneficijs ibid. & ordine lib.2. deciſ.2.n.22.*

*Appellatio ab Epiſcopo fit ad Metropolitanum quando iure ordinario procedit, ſed quando tanquam S. A. Delegatus appellatio fit ad Papam, & de limitationibus ad regulam lib.1.deciſ.4.n.85. & 88.*

*Appellatione prohibita à iure vel ſtatuto intelligitur quo ad effectum ſuſpenſiuum, non deuolutiuum, & exempla adducuntur, in quibus appellatio non datur, niſi quoad effectum ſuſpenſiuum n.86.*

*Appellatio à cauſis executiuis in obligatione cameralis non datur quoad effectum ſuſpenſiuum n.87.*

*Prohibita appellatione, dantur alia remedia, & ad Tribunal Regiæ Monarchiæ introducuntur cauſæ Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, etiam ſi tanquam Delegati proceſſerint n.88. & lib.1.deciſ.4.n.86.*

*Appellando non appellando an compromiſſum [illegible] reducitur ad arbitrium boni viri ſtante læſione, & in procurationibus ad [illegible] reductio intra tempora ſtatuta in compromiſſis n.89.*

*[illegible] procedat, Epiſcopus tanquam feudi [illegible] ad dominum feudi, gradatim fieri debet, quod an locum habeat in curijs Eccleſiaſticis? n.90.*

*Apodiſſa priuata, vide Notarius, executio litera cambij, & an procedi poſſit executiue [illegible] Clericum? vide Clericus.*

*Arbitrium quid? lib.1.deciſ.10.n.97.*

*Archidiaconus, vide Verb. Canonicus.*

*Archiepiſcopus eſt princeps Epiſcoporum, & de eius authoritate lib.1.deciſ.6.nu.10. & 15. de Priuilegijs n.17. ibi, de titulis, & cauſis, quæ cognoſcit, cauſas auocare poteſt à ſuffraganeis, eod. lib. deciſ.7.n.39. vide Epiſcopus.*

*Archimandrita quid? & de eius poteſtate? vide Abbas.*

*Archipresbyter quid? & de eius authoritate? vide verb. Canonicus.*

*Argumentum ab antiquitate valet l.2. n.29.*

*A ſimili etiam, vbi eadem militat ratio, & vrget publica vtilitas lib.1. deciſ.xi. n.93.*

*[illegible] ibid.n.186.*

*Valet de Clericis ad Monachos, & ſtatuta circa Clericos ad Monachos regulariter extenduntur n.33. & 34.*

*Ab authoritate Doctorum, & Ariſtotelis validiſſimum lib.2.deciſ.4.n.46.*

*Aſſeſſor, vide conſultor, & ſuſcipio.*

*Aſſeſſoris ignari exemplum non adducendum lib.1.deciſ.xi.n.136.*

*Auditor Rotæ, vide Protonotarius.*

B

*Baldus defenditur lib.1.deciſ.xi.n.106.*

*Baldachinum Epiſcopi erigere an valeant in Regularium Eccleſijs? & de vſu Pontificalium lib.2. deciſ.12.n.44. & 56.*

*Baptiſmus quid? & de eius materia, forma, & miniſtro, lib.2. deciſ.2.n.5.*

*Bartolum I.C. vocant aliqui Doctorellum, ſed defenditur lib.1.deciſ.xi.n.106.*

*Beneficium relictum cum onere miſſarum an ſatisfieri valeat per ſubſtitutum? lib.2. deciſ.10.n.36. & deciſ.12.n.14.*

*Beneficiarius habitum non portans gaudet fori priuilegio ibid. n.118.*

*Beneficium quanti valoris eſſe debeat, vt Clericus ſe valeat ſuſtentare? lib.1. deciſ.xi. num.186.*

*Beneficium an retinere poſſit Monachus, & Nouitius? & quid de Patribus Societ. Ieſu? vide Religioſi.*

*Beneficium tenue quando dicatur? & obligans ad horas canonicas debet eſſe ad minus 25. ducatorum lib.2.deciſ.12.n.48.*

*Poſſeſſorium iſtius, & penſionis an coram Iudice laico examinandum? lib.1.dec.12.n. 134.in*

124. infra.
Breuitas amatur, & Lectores atque Aduocati potius breues quàm longi ſint; lib. 1. deciſ. 10. num. 9.

## C

CAmbium quid? lib. 2. deciſ. 9. n. 104. & quotuplex? n. 105.
Cambium reale licitum, & à iure approbatum n. 106.
De quantitate intereſſe in cambijs ſtandum peritis mercatoribus n. 107. & 109.
Recambia an licita? n. 108.
Quomodo intereſſe ex cambijs realibus an percipi poſſint? n. 109.
Quid de cambio ſicco? n. 110. & 112.
Cancellarius, eſt Dominus ſtudiorum, & Doctores de Collegio votum conſultiuum habēt lib. 1. d. 1. n. 5.
Canonica portio quid? quando? & quomodo debeatur? lib. 2. deciſ. 7. n. 9.
Canonis priuilegium vide, Priuilegium Canonis.
Canon, & lex Canonica, vide ius Canonicum.
Canoniſtæ, vide ius Canonicum, tractant de Deo, & rebus Diuinis 1. 2. 6. præferuntur Theologis ibid. n. 21. & lib. 2. dec. 1. n. 6.
Et non ſolum in concurſu ad dignitates, ſed in alijs caſibus ibid. & in rebus fidei num. 26. & 35.
Canoniſtæ pauci ſunt optimi, & ſtudentes ſtudio iuris ciuilis ſolum dant operam; ideo V. I. D. appellari non debent ibid.
Canonicum ius, aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actiones, ſeu iudicia pertinet 1. 4. num. 1.
Canonici perſonatum habent in Eccleſijs, non dignitatem ibid.
Dicuntur Clerici primi gradus, & quid ſint? deciſ. 10. n. 2. & de nomine, præbenda Canonicali, iure ſedendi, &c. nu. 6. alij ſunt Eccleſiæ Cathedralis, alij Collegiatæ, & de differentia, & inſignibus n. 7.
Atque de priuilegijs, & inſignibus Canonicorum Prothometropolitanæ Eccleſiæ Meſſanenſis.
Canonici Senatores Eccleſiæ vocātur, & Epiſcopus multa facere non poteſt abſque eorum conſenſu n. 8.
Conſilium etiam capit à Capitulo prudēs Prælatus.
Epiſcum Eccleſiaſticis commoratur perſoniſque honeſtis, qui præbeant de eius vita teſtimonium n. 10.
Vicarium creant Canonici mortuo Epiſcopo, vel alio vacante ſede alio modo, & de modo electionis, & præfertur Doctor Canoniſta Theologo n. 11.
Decanus inter Canonicos dicitur, qui præeſt decem viris, vel pluribus ex conſuetudine, & de præcedentia n. 12. ſicut de Decano Cardinalium, Collegij, &c.
Archidiaconus Princeps miniſtrorū vocatur, & oculus Epiſcopi, & de præcedentia cum Decano conſuetudo attendenda, & quid in dubijs, quando ex verbis conceſſionis colligi non poteſt, & de priuilegijs ibid. & poteſtate n. 14. & 15.
Primicerius quare ita dictus? & de dignitate, & præcedentia? n. 14. 16. & 18.
Archipresbyter quid, & quotuplex? & de præcedentia cum Archidiacono? num. 20. 21. & 22.
Archipresbyter etiam ruralis eſt in dignitate aliquo modo conſtitutus, & eſſe poteſt conſeruator primumque locum tenet ante omnes ſuæ Eccleſiæ presbyteros, & ante Vicarium foraneum, n. 25. & 26.
Committi ei poſſunt cauſæ Apoſtolicæ n. 26. & de præcedentijs inter ſe, & in Synodo n. 25.
Ætas ad Canonicatum, Archipresbyteratum, & Archidiaconum, n. 31.
Diſpenſatus, ut ante ætatem habeat Canonicatum, & Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ vocem in Capitulo non habent, niſi fuerint 22. annor. ſed capiunt diſtributiones, non ita ſi tales non fuerint n. 32. & 33.
Annus inceptus an habeatur pro completo in Canonicatibus, alijſq; beneficijs? lib. 1. deciſ. x. n. 34.
Canonicus habens ætatem requiſitam ad Canonicatum ſi non aſcenderit in ſacris an priuandus Canonicatu? Et quando Canonicatus Presbyteralis, vel Diaconalis cognoſcatur? n. 35. & 138.
In dubijs ſi ad Canonicatum requiritur ordo

sacer

ſacer ſtandum conſuetudini nu.37. quæ facere poteſt, vt Canonicus non Subdiaconus vocem habeat in Capitulo n.38.
Canonici reſidere tenentur in Eccleſijs ſuis, nec abeſſe vltra tres menſes ſub pœna ſtatuta in Triden. n.40.
Diſtributiones quotidianas non lucrantur abſentes n.41. & 43. & de limitationibus ad regulam, & qui illas lucrentur n.47.
De fidei profeſſione n.48. & 49.
Optandi ius adeſt in Canonicis, & quid ſit optio? & quomodo fiat n 52. & 53.
Multa circa conſuetudines optandi, & priuilegia n.54. & 55.
Et de priuilegio optandi conceſſo Eccleſiæ Prometropolitanæ Meſſanenſi ibid. & ſi per verba generalia derogatum cenſetur n.57.
Præcedentia Canonicorum inter ſe, & cum Parochis n.58.
Canonici, & cæteri dignitates habentes in capitulo in actibus proprijs, præferuntur omnibus n.61. & Presbyteris ſæcularibus, regularibuſque in proceſſionibus n.62.
Eccleſia Cathedralis, Collegiata n.62. qui an habeant dignitatem? & praeminentiam de iure communi, & poſſint eſſe Iudices delegati, atque in ſua Eccleſia cæteris præferantur? n.63.
An ſua inſignia omnes coram Epiſcopo, & etiā Abbates deferre poſſint? n.64.
In proceſſionibus, & ſynodo an Abbates præcedant, & alios? n.65.
Supernumerarij, nec vocem locumue in Capitulo habent de iure n.67.
Numerus augeri an poſſit, vel minui?
Et Epiſcopus diſtributiones aſſignare teneatur? n.68.
Antiquiores cæteris paribus præferendi.
Canonicus factus Epiſcopus, quo in loco ſedere debeat? n.69. & 73.
Doctores Canonici de iure non Doctoribꝰ præferendi n.70.
Sacerdos Canonicus poſterius receptus an præferatur Clerico anterius recepto etiam ſtante conſuetudine? ibid.
Et quid ſi Canonicatus fuerit Presbyteralis num.72.
Capituli ſedis vacantis poteſtas, & circa legē, vide lex, an valeat viſitare Eccleſias? lib. 1. deciſ.7. n.30.
De Vicario Capitulari, vide Vicarius.
Nomen Capitulum quibus modis ſumi poſſit, & quid veniat eius appellatione? lib.1. deciſ. 10. num.1.
Cappella à quo ædificari poſſunt, & quomodo, & quibus ſint ſubiecta, & de dote? lib. 2. deciſ.5. n.4.
An dicantur beneficium Eccleſiaſticum? & ex eis ius patronatus acquiratur? n.5.
Alienari poterunt pro debito neceſſario, & à creditoribus Cappella, & Oratorium adiudicari, quod declaratur num.6. an in vſus prophanos conuerti poſſint? n. ſeq.
Quid de ceſſione, & venditione? & an ſint hypothecata iocalia? pactumuè obſtet factum inter regulares, & Rectorem de non alienando ibid. & de concurſu creditorum, n. 9. & n.24.
Cardinalis nomen quid ſignificet? & de origine, & inſignibus lib.1. deciſ.5. n.1.
Biretum rubrum dedit Greg. xiv. & an Cardinales Regulares, ſint verè Religioſi n.2.
Appellatione Cardinalium, qui veniant? ibid.
Numerus eorum indeterminatus, ſed de iure debent eſſe ſeptuaginta n.3. & alij Presbyteri, alij Diaconi, alij Epiſcopi ſint ibid. requiſita ad Cardinalatum, officium, & de reſidentia n.4.
Priuilegia, præcedentia, & iuriſdictio nu.9. & 10. percuſſor incurrit in crimen læſæ Maieſtatis, & excommunicationis n.9. eorum declarationes an vim legis habeant? n.10. an teneantur ad regulas Cancellariæ nu.11. & ad leges, & quando eorum dicto credatur ibid. pœna contra offendentes familiam Cardinalium lib.1. d.11. nu.50.
Cathedraticum quid, & quando debeatur? lib. 2. deciſ.7. n.12.
Cathedra quid? lib. 2. deciſ.4. n.6. & de Eccleſijs Cathedralibus ibid.
Cauſa ceſſante ceſſat effectus lib. 1. deciſ. 12. num.32.
Charitas ordinata incipit à ſe ipſo lib.1. deciſ. 7. num.37.
Chorepiſcopi hodiè non ſunt in vſu, vide Vicarius.

Cita-

*Citatio in notorijs etiam requiritur lib. 1. deciſ. 12. n. 120.*

*Haud neceſſaria ſi citatus nil eſſet allaturus lib. 2. deciſ. 9. n. 76.*

*Clerici ſaculares regularibus præferūtur lib. 1. deciſ. 20. n. 1.*

*Dicuntur in dignitate conſtituti.*

*Et nobiles atque illuſtres etiam ſi Eccleſiæ inſeruiant n. 2. horum nomine, qui veniant? num. 7.*

*Et ſunt iſti tanquā ciues, & de diſtrictu, gaudentque priuilegijs ciuium n. 7.*

*Epiſcopi an veniant illorum appellatione n. 9. quid de alijs in dignitate conſtitutis? ibid.*

*De priuilegio Canonis, ſi quis ſuadente, & quibus perſonis conceſſum cenſetur nu. 10. & 11. cum ſeq. ibi de Eremitis, Tertiarijs, Militibus S. Ioannis Hieroſol. & alijs Oblatis, Degradatis, Hæreticis, & Sciſmaticis eorumue pœnis n. 16.*

*Seditioſi Clerici, vel de crimine læſæ Maieſtatis ſuſpecti.*

*Qui capi poſſunt etiam de die, & ad ſuperiores ſuos ſtatim abſq; iniuria ſtatim ferri debent, n. 17. & 18. nec arma capi ab officialibus Curiæ debent, & n. 32.*

*Iniuriantes Clericum verbaliter, aut alio modo offendentes, & mandantes an incurrant in cenſuram d. Canonis? n. 19. & 20.*

*Et de non prohibētibus cum potuerint, & abſque ſui damno, quid de officialibus, & alijs, qui tenerentur ex officio, & gaudere nemo debet de damno proximi n. 21.*

*Percuſſio, vel detentio debet eſſe peccaminoſa, & cum iniuria n. 22.*

*Pueri, & rationis incapaces, Iudæi, & non baptizati, atque ignorantes, & percutientes ex caſu fortuito, vel primo motu n. 23. & 24.*

*Idem ſi per iocum, vel ſi leuis fuerit percuſſio num. 25.*

*Et pro defenſione cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel ſi aufugere quis non poterit abſque ignominia n. 26.*

*De muliere percutiente Clericum, vel Monachum tentantem ſuam pudicitiam, ibid.*

*Atque de matre, matre, marito, & fratre.*

*Pater Clericum in ſacris percutere non valet, quia eſt liberatus à patria poteſtate, non ita Clericum in minoribus n. 30.*

*Quid de Superiore, Abbate, vel Epiſcopo, & Magiſtro circa diſcipulos n. 31.*

*Laycus Iudex, & Officiales eius Curiæ Clericū ſuſpectum de homicidio, vel in fragranti inuentum licitè capiunt, & Epiſcopo ſtatim conſignare debent, idem, & de Monacho, num. 33.*

*Et de Clerico debitore ſuſpecto de fuga, qui retineri non poteſt vltra 20. horas, ſed præſtando fideiuſſionem idoneā liberatur ibid.*

*Socium, conſanguineum, aut amicum à Clerico percuſſum defendens, & repercutiens illum in eadem rixa an incurrat?*

*Quid de capientibus bona ibid. n. 36.*

*Declaratoria an requiratur in percutiente publicè Clericum, vt vitari poſſit, & notorius percuſſor quando quis dicatur? n. 37.*

*De abſolutione ab hac cenſura facienda à S. Pontifice, vel ab Epiſcopo in multis caſibus, qui numerantur, & de Abbate pro ſuis Monachis.*

*Clerici ſunt iure Diuino, Canonico, & Ciuili exempti à iuriſdictione Iudicis layci ibid. n. 41. & 42.*

*Nec priuilegio fori valent renunciare etiam cum iuramento, & conſenſu Epiſcopi ibid.*

*Monachi, & Moniales, Equites Hieroſolymitani, Oblati, & Tertiarij, atque Eremitæ an gaudeant fori priuilegio? n. 43.*

*De inſeruientibus Eccleſiæ, Clericiſuè ſeluaticis, Coniugatis, & Orientalibus num. 44. & 51.*

*Item Famuli, familiareſuè Clericorum num. 45. & 46.*

*Miniſtri Curiæ Epiſcopalis nu. 47. & Emin. Cardinalium, aut Legat. Nunc. S. Inquiſit. & Abbatum n. 56.*

*Filij Clericorum an eod. fruantur priuilegio, & de vxoribus n. 51.*

*Rectoribuſque inſeruientibus perpetuo Hoſpitali num. 52.*

*Caſus in quibus Clerici non gaudent fori priuilegio adducuntur n. 53.*

*De Monetarijs.*

*Aſſaſſinijs.*

*Et committentibus crimen læſæ Maeſtatis in*

Prin-

Principem, quod an verè dicantur iſti committere, & ſi feudatarij, n.53. & 62.

Clericus delinquens factus laycus, & è contrà, à quo puniendus latè examinatur, ibid. nu. 54. 55. & 56. ibi de Monacho n.57.

Quid ſi ſimul delinquant Clericus, & laycus cum Monacho n.59.

In cauſa indiuidua, & criminali n.60. & 61.

Degradari quibus de cauſis valeat, & quomodo hac fiat? n.53. & 62.

Quanam dicantur delicta enormia ad effectum, vt poſſit procedi ad degradationem ibid.

Falſum deponens coram Iudice ſaculari à quo puniendus, & quomodo Iudex laycus de hac falſitate cognoſcere valet n.64.

Heres layci forum illius ſequitur, quod exemplificatur, & declaratur.

Poſſeſſor alicuius rei, qua erat aliquo onere affecta illam habet cum eodem onere num. 66. & 71.

Condemnatus pro decurſis cenſus, etiam tempore, quo erat laycus conueniendus coram Iudice Eccleſiaſtico n.67.

An concluſio locum habeat in conductore Clerici? ibidem.

In actione reali in rem declinat forum n.69. nec damnum datum ab animalibus Clerici, vel Eccleſia videndum à Iudice ſaculari, & exequendum ab illo d.n. 69. & 109.

Author laudatus forum non declinat, nu.70.

Coloni poſſidentes rem Clerici conueniri an poſſint pro cenſu, & hypothecaria actione coram Iudice layco, & quid pro decurſis cēſus bullalis? n.71.

Pro ſalario Aduocati coram eodem an conueniatur? n.72.

De reconuentione, & cauſa reconuentionis, à Iudice layco pro Clerico, & è contra, atque de executione ſententia, & materia reconuentionis n.75. vide reconuentio.

Depoſitarius layci Iudicis coram eo pro reſtituendo depoſito conueniendus in bonis ſaltem num.81.

Officium habens à Rege, & Equites Hieroſolymitani, & alij ab eodem in ſindicatu conueniuntur n.82. ſicut Regularis officium habens ab Epiſcopo coram eo conſtringendus.

Statuta reſpicientia publicam vtilitatem Clericos an ligent? n.83.

Clerici ſtudentes conueniuntur coram rectore ſtudij, qui eſt Iudex competens in concernentibus ſtudium n.84.

Atque pro vectigalibus, ſi ſint conductores vectigalium ibid.

Eſſe poſſunt Praſides, Aſſeſſores, Delegati, & Conſiliarij laycorum de conſuetudine num. 85. 86. & 87.

An ligentur ſtatuto de retractu, & coram quo conueniendi, quando emunt rem à Laycis, & conſanguinei volunt retrahere, vel vicini ad intellectum c. conſtit. de integ. reſtit. num.89.

Reprobatur Marin. Groſ. & Baron. nu.90. & 109. & amplectitur opinio Marij Giurba circa Iudicem retractus, & lib.2. deciſ.6. n.35. cum ſeq.

Statuta laycorum approbata à S. Pontifice Clericos ligant, & eis vti poſſunt ſi fauorabilia n.90. & 91.

Qua Canonibus non contradicunt ſunt tanquam Canones ſeruanda n.92.

Habentes bona à laycis in emphyteuſim ſubdūtur ſtatutis illorum circa ius congrui n.94.

Reſtitutionem in integrum coram quo Iudice petit Clericus n.96. & 97.

Explicatur tex. in l. 2. C. vbi, & apud quem &c.

Clericus in remedio l. diffamari, & l. ſi contēdat de ingenuis, & manum. forum non declinat n.101.

Tenetur concurrere coram Iudice Layco cum creditoribus in dilatione quinquēnali ibid. ſicut è contra in illa data pro ſua perſona laycus creditor citari poteſt à Iudice Eccleſiaſtico coram quo ſit hoc iudicium ibidem.

Declinat forum comparens coram Iudice layco petendo ne moleſtetur laycus conuentus ſuper re, quia ſua eſt n.102.

Quoad bona temporalia an Regibus ſubdatur? num.108.

Quatenus ſua putauerit intereſſe citatur coram layco Iudice n.108. & 109.

Laycus emens à Clerico, & iſte retrahere volens coram quo laycus conueniendus n.110.

Clericus tutor pro aminiſtratione reddenda


coram

coram Layco Iudice conueniendus, ſi coram iſto recepit tutelam.
Sicuti laycus quando tutelam Clericorum coram Epiſcopo accipit n.111.
Minori litiganti coram eodem curator ab iſto datur. & è contra n.112.
Emancipatio Clerici facta à Patre ſaeculari coram Layco Iudice fieri debet n.114.
In cauſis poſſeſſorijs beneficialibus Eccleſiaſticus eſt Iudex competens n.115.& deciſ.12. in fine.
Poſitus in poſſeſſ. cum clauſ. ſaluo iure, &c. conueniri an poſſit pro eadem coram layco Iudice?
Et ius offerendi facta adiudicatione an in eadem curia ſit faciendum? & de nullitate ſententia? n.116.
In ordinatorijs forum non ſequuntur Clerici num.117.
Caſusque aliqui adducuntur n.117.
An in curia Eccleſiaſticorum ritus, & Capitula Regni ſeruanda? n.119.
Examinatur quaeſtio an ſaeculares Iudices, & Magiſtratus valeant cognoſcere per viam violentia inter Clericos, & regulares? n. 120.& 125.& deciſ.12.n.134.& aliquando an poſſint bona illorum ſequeſtrare ibid.
Requiſita in Clericis, vt gaudeant fori priuilegio ex Triden. Quid ſi habeant penſiones? vel fuerint ſtudentes prouecti in ſcholis, & de alijs circa ſupradicta n.128. 29. & 30. qua ab Epiſcopo ſunt cognoſcenda ibidem, & n.131.
Statuta laycorum Clericos non ligant, & de ſtatutis tribuentibus executionem, qua fauorabilia ſunt Clericis, & approbata à curia Eccleſiaſtica, n.133.
De donatario omnium bonorum, tertio poſſeſſore in bulla, & apoca bancali, & ſimil.
Conſuetudo ciuilis approbata à curia Eccleſiaſtica, vel iure Canonico an illos liget? numero 153.
Sunt exempti à gabellis laycorum de iure Diuino, Canonico, & ciuili, quoad perſonas, & bona, & contrafacientes excommunicantur n.137.& 138.
Omnes Clerici, & Eccleſiaſtici an gaudeant hac immunitate? explicatur n.139.cũ ſeq.
De ſolutionibus, qua fiunt Neapol. vulg. (ſuper capite) ibid.
Et an famuli, Coloni, & Gabelloti, quando iſtorum onera eſſent in praeiudicium dominis? n.142.& 145.
Monachi. Profeſſi, Nouitij, Eremita, Tertiarij, Conuerſi, Oblati, Equites Hieroſol. & alij, an gaudeant hac immunitate? n.143.
Bona ſua, & fructus iſti vendentes, ſiuè ad groſſum, vel vendere facientes an fruantur exemptione? n.144.
Coloni partiarij pro ſua parte nõ ſunt exempti, niſi veniret indirectè cõtra Dominos, & Clericos, ſecus perpetui, & qui nomine Eccleſia, vel Clericorum fundos locant, n.145.
Et de emphiteuta Eccleſia, vel Clericorum, & cenſum redimibilem habentes n.146.
Ad Gabellam impoſitam ſuper re, qua poſtea peruenit ad Eccleſiam, vel Clericos tenentur iſti, ſecus ſi poſtea quando res eſt penes ipſos, laycus imponeret gabellas, quid ſi eſſet onus reale ſimpliciter, aut bona Eccleſia in laycas perſonas tranſirent an perdãt priuilegium? n.148.
Requiſita neceſſaria quando imponuntur gabella ſuper perſonis Eccleſiaſticis nu.149. & 150.
Ob abſentiam Papa, & quando de facili licẽtia obtineri non poteſt an ſufficiat illa Epiſcopi?
Et ſi ruina eſſet irreparabilis? atque de alijs caſibus publicis in quibus Clerici tenentur?
An cuſtodire teneantur ciuitatem neceſſitatis tempore, & defendere mœnia? n.151.
Non tenentur contribuere ad donatiua danda Regi pro conſeruatione Regni, nec in parlamentis exempti praeiudicari valẽt n.153.
In caſibus in quibus exempti tenentur ad gabellas cogendi ſunt à ſuo Iudice ad inſtantiam tamen gabelloti, & exactorum, nec tenentur ad pœnam n.154.
Sponte ſoluere non poſſunt, nec valet contraria conſuetudo, & renunciatio ſui priuilegij, num.ſeq.
Vendere res comeſtibiles exempti tenentur tẽpore neceſſitatis, & ad pretium, & taxam layci habentis curam annona.
Qua diximus de Eccleſiaſticis, & Clericis ſecula-

cularibus an locum habeant in regularib? num.156.

Negotiator Clericus post trinam monitionem tenetur ad gabellas, & qui nam dicatur talis, n.ſeq.

Quæ negotiatio huic ſit prohibita? num.158. cum ſeq.

Priuilegium habet c.odoard.de ſolut. quo gaudent omnes Clerici, nec renunciare valēt, & in qualibet iudicij parte excipe poſſunt, & admitti debent etiam in ipſa executione num.162.

An hoc habeant Monachi, & Religioſi? vide Religioſi quomodo conueniendi.

Pœna Clerici blaſphemi fornicarij, & concubinati, n 163.

Et Sodomitæ, & an Bulla Pij V. contra hos ſit vſu recepta num.165.

Declaratur an Clerici domi fœminas pro ſeruitio perſonæ retinere valeant? n.166.

Strupantes fœminam virginem dotare tenentur n.167.

Laycos præcellere debent moribus, & vita, num.168.

Tonſuram, & habitum deferre tenentur, & de forma, comam, & barbam non nutriant, & colores prophanos in veſtibus non apportent, nec maior, quod declaratur, n.169.

Conuiuia, & inhoneſtas conuerſationes non habeant, nec accedant ad comœdias turpes, & inhoneſtas, ſecus ad alias, nec ludant publice, venatores non ſint, &c. nu.171. & potius piſcatores ibid.

Aduocati, & Procuratores an eſſe poſſint de iure, & conſuetudine? ſicut, & Monachi latè expenditur num.173. vſque ad nu.190.

Aſſeſſores, Iudices, Præſides, & Lectores eſſe valent n.183. & lib.2.decif.8. n.15.

Et ſuccedere in Regnis ibid.

Facta per Clericos etiam prohibente, iure Canonico annullari non valent à laycis lib.1. d.xi.n.190.

Tabelliones Notarij, & Curiales an eſſe poſſunt Eccleſiaſtici? n.191.

Teſtes, aut Iudices, vel arbitri, n.193.

Tutores, 194.

Negotiatores, & Mercatores 195. & 196.

Arma portare an prohibeantur, & quibus caſibus num.198. & 199.

Ad ſuam attendant dignitatem, nec ſe immiſceant in rebus prophanis, ex quibus viles redduntur.

Clerici ſeculares an cogi poſſint, aut accedant ad publicas proceſſiones? vide proceſſio.

An hæredes inſtituti teneantur facere inuentarium, vide inuentarium.

Clericus ſpoliatus, aut Monachus oppreſſus an recurrere valeant ad Principem, vel Iudicem laycum pro defenſione bonorum ſuorū, ſuarumuè perſonarum lib.1. decif.12.num. 134. & n.120. & 25. & de cauſis poſſeſſorijs beneficij, aut penſionis.

Clericorum bona non ligantur ſtatutis laycorum, & in dubio iure communi vtuntur pro ſe, non contra ſe lib.2.decif.8.n.12.

An habeant Eccleſiæ priuilegia? & de Patrimonialibus n.10. de quibus an valeant teſtari, & de fructibus diſponere ibid. & num.12.

Succedere valent in Regnis Ducat. Feudis, & alijs Dignitatibus, nec cenſentur excluſi, & poſſunt eſſe Iudices, Conſiliarij, & Aſſeſſores Principum ſecularium n.16.

Eorum bona an valeant confiſcari, & qui ſuccedant in bonis vacantibus n.16.

Cognitio per viam violentiæ, vide Clericus ſpoliatus.

Collegium quomodo dici poſſit reſidere in vno lib.2.d.4.n.7.

Quid ſit lib.2.decif.v.n.28.in Collegio Doctorum Meſſanæ, qui eſſe valeant lib.1. decif.3.n.94.

Comœdiæ an quibus ad peccandum non inducitur quis permittendæ, & abſque peccato pergere valet lib.1.d.xi.n.171.

Compromiſſum, vide appellatio.

Coadiutor quid, quibuſuè dentur coadiutores lib.1.decif.10.n.108.

Iſti aut ſunt temporales, aut perpetui, & de ætate requiſita in coadiutore & coadiuto n. 109. & n.17.

Papa ſolus concedit coadiutorias cum futura ſucceſſione.

Fictus Canonicus dicitur Coadiutor n.116.

In vita Coadiuti an honores habeat? & inſignia? & referuntur declarationes S. Congreg.

greg.num.112. & 113.
De ſede Coadiutorum, Dignitatum, vel Canonicorum presbyterorum n.114.
Non ſunt vere beneficiarÿ, nec tenentur ad Officium Diuinum recitandum nouamque capiunt poſſeſſionem mortuo coadiuto, & ſeruire tenentur, aliàs diſtributiones non recipiunt ibid.n.115.
Fidei profeſſionem quando emittunt? n.116.
De reſidentia lucriſuè ex illa, & diſtributionibus ibid.
Oneribusuè, habitu, & tonſura n.117.
Et ſi ordinari quis poſſit ad titulum coadiutoria, n.118.
In ſacris ordinibus conſtitutus omnia facit coadiutor ſicut Canonicus, & ei ſeruiūt iſti, prout coadiuto ſeruire tenerentur, n.119.
Concionatores fabulis non vtantur in concionibus lib.1.deciſ.52. nu.57. & examinari debēt ab Epiſcopo, vide Epiſcopus, & ſi Religioſi ſint, vide Religioſus.
Concubinarÿ layci, & Clerici qua pœna puniendi? Vide Epiſcopus.
Concubina legare, & donare non poſſunt Clerici, Milites, & Aduocati lib.1. deciſ. 12. n 99. niſi ob benemerita ibid. qua ſeruitia quomodo conſtare debent? ibid.
Concubinatus hodie eſt de iure ciuili prohibitus, & Iudices laycales procedunt contra concubinatas perſonas, & concubinas, arcendo illas à commercio honorato, & etiam Eccleſiaſtici, cum ſit crimen mixti fori lib. 2.d 1.n.14.
Confeſſarÿ notoriè docti admittendi ad Confeſſiones audiendas abſque examine lib.2. deciſ.2.n.34.
Confraternitates, & Societates à quibus inſtituenda? lib.2.deciſ.5. n.28.
Quando à iure approbata n.29.
Licentia Ordinarÿ requiritur in erectione præſertim ſi ſiat cum vſu ſacchorum, & de Bulla Clem.8.n.30.
In quibus Epiſcopo ſubdantur? n.32. & 33.
SS. Euchariſtiam an exponere valeant in ſuis Eccleſÿs ſine licentia Epiſcopi, etiamſi Regularium ſint? ibid.
An viſitari valeant, piaque loca dicantur, gaudeant immunitate, & bona alienari poſſint? n.33.
Alia circa præcedentias, priuilegia, & ſua ſtatuta, n.34.
Confirmatio quid? & de eius materia, forma, & miniſtro? lib.2.deciſ.2.n.7.
Conſanguinei teſtatoris in beneficÿs acquirendis, non conſanguineis præferendi lib. 1.deciſ.10.n.88. vide Eleemoſyna.
In conſanguineis affectus maximè prævalet in electionibus ibid.n.107.
Conſeruatores creare debent Religioſi, qui eos defendat, & de eorum poteſtate, creatione, & requiſitis lib.1.deciſ.12.n.119.
Seruare debent omnem actum Iudicialem, & citationem ante omnia, quæ etiam in notorÿs adhibenda, n.120.
Subdelegare an valeant cauſas ſuas, n. 121.
Suſpecti ſi allegantur eligendi ſunt arbitri, qui cognoſcant de ſuſpicione intra terminū arbitrarium allegato, quod non ſit breue, num.122.
Qui etiam eliguntur ſi oriatur controuerſia inter Epiſcopum, & Conſeruatorem ſuper competentia iuriſdictionis, & de poteſtate illorum contra Ordinarios, aut alios debitores Monaſterÿ.
An mutari poſſint intra tempus quinquennÿ, & capto negotio, nn.124. & Religioſi illis electis non poſſunt ſe ſubÿcere Epiſcopis, num.125.
Appellatio admittitur ab his ad ſolum Papā, & an ad Legatos, vel Nuncios Apoſtolicos? num.126.
Conſilÿs aliorum non ſemper ſe regant ſuperiores lib.1.deciſ.11. num. 185. vide Conſultores.
Conſilium fœminarum peſſimum lib. 2. deciſ. 1.n.13.
Conſtitutio, idem ac lex, vide lex.
Conſuetudinis immemorialis vis lib. 1. deciſ. 10.n.53. & deciſ.11.n.135.
An per duos actus iudicandi cenſeatur inducta? ibid.n. 136. vide ſtylus.
Mutandum non eſt, quod certum habuit vſum lib.2.deciſ 6.n.42.
Conſultores, Aduocati, & Aſſeſſores, an ex malo conſilio teneantur? lib. 1.deciſ. 10.nu. 51. & lib.2.deciſ.9. n.119.
Qui excuſari poſſunt ſi vnum Doctorem habeant

*beant pro ſe, vel rationem conuincentem. ibid.*

*Contractus facti vulgò, à godere, an ſint liciti? lib.2. deciſ.9.n.122. & de contractibus factis à Religioſis, vide Religioſus, Clericiſque, vide Clericus, &c.*

*Creditor, vide debitor., emptio, & venditio, ſubhaſtatio, læſio, ſtante impoſſibilitate ſoluendi cogitur accipere bona debitoris inſolutum lib.2.deciſ.9.n.90.*

*Qui prior in tempore potior in iure nu.91.*

*Creditor, vel extraneus ſine hypotheca poſſunt redimere bona fauore debitoris, n.92.*

*Crimen læſæ Maieſtatis paternum, an filius reuelare teneatur? vide filius.*

*In Criminibus mixti fori, & ſacrilegio poteſt Epiſcopus contra laycos procedere, & datur locus præuentioni n.28. & 83. lib.2. deciſ. 4. vide concubinatus.*

*D*

*Damnum proximi nemini licet deſiderare lib.1.d.10.n.21.*

*Debitoris negligentia non requirentis emptorem nō nocet adiudicationi lib.2.d.9.n.78.*

*Decanus, vide Verb. Canonicus.*

*Decima quid, & quotuplex? quine teneantur ad eius ſolutionem, & ex quibus bonis lib. 2.deciſ.7.n.6.*

*In his perſoluendis conſuetudo locorum attenditur d.lib.2.d.7.nu.13.*

*Deciſiones Rotæ Romanæ an vim legis habeāt? vide lex.*

*Declarationes S.Congregationis an vim legis habeant, vide lex.*

*Et quomodo debeant præſentari? ibidem.*

*Declaratoria delicti ſemper requiritur etiam ſi pœna fuiſſet ipſo iure impoſita lib.1.deciſ.11.n.18.*

*Decretum cum pacto ad diſcurſum validum eſt non obſtante læſione enormiſſima lib.2. d.9.n.69.79.85.& 87.*

*Pretium oblatum tranſcendens ſummam executionis deponendum ad nomen debitoris, aliàs decretum nullum eſt, ibid.n.71.*

*Et etiam nullum ſubhaſtationum ſolemnitatibus non ſeruatis n.73.*

*Dignitas quid, & aliquando pro adminiſtratione cum iuriſdictione accipitur 1.2.n.2. maior minores non abſorbet lib.1. dec.10. num.74.*

*Diſputantes excedunt metas loquēdi, & multoties incidunt in hæreſim lib.2.dec.1.n.6.*

*Diſtributiones, vide Canonicus.*

*Diſtrictum in Sicilia ſola Meſſana habet, lib. 1.d.8.n.9.*

*Et diſtrictuales veniunt ciuium appellatione, ſicut caſalenſes ibid.*

*Diuitiæ hodie maximè præualent lib.1. deciſ. 16.n.107.*

*Diuinum ius, vide ius diuinum.*

*Diuortium quid? lib.2.deciſ.2.n.93.*

*Doctores, vide Canoniſta, & lex Canonica; Lector, & Canonicus.*

*Dicentes, quod ius Canonicum pertinet ad Eccleſiaſticos tantum, reprahenduntur, lib.1. d.2.n.34.*

*Doctorum præcedentia inter ſe, ibid.num.27. 28.& 31.*

*Doctores Clerici, & antiquiores cæteris præferuntur, & valet argumentum, ab antiquitate, ibid.n.29.*

*Examinari debent antequam exerceant officium Aduocati, & petunt locum in M.R.C. ad quod non tenentur Doctores Meſſanenſes ex priuilegio, ibid. n.32.*

*Doctor factus ab vniuerſitate præfertur alijs Doctoribus factis alys modis, & per priuilegia n.31. ſicuti illi facti cum examine alys abſque examine.*

*Doctorari an poſſit ſtudens, qui curſum quinquennij in ſtudys non compleuit? & teſtes poſſint in conſcientia deponere de hoc curſu n.33. & ſub futura ſpe, & diligentia ſtudij an quis doctorari poteſt? lib.1.deciſ.10.n. 44.& 90.*

*In Doctorum Collegio Meſſanenſi, qui valeant intrare? ibid.*

*Doctor Officio priuatus an denuo admitti poteſt? lib.1.d.7.n.81.*

*Doctores non Doctoribus præferendi, & nobilis an ignobili?*

*Doctor in vtroque, Doctori in vno iure tātum, eod.lib.deciſ.8.n.2.*

*Doctorandi coram Cancellario, (qui dominus*

*ſtudij*

ſtudijs ſi) fidei profeſſionem emittere tenẽtur, lib. 1. deciſ. 10. n. 50.

Allegare poſſunt Doctores de Collegio ſuſpectos ſolo iuramento, ibid. & de M. Notario.

Tenentur iurare, vt defendant Immaculatã Virginis Conceptionem in noſtro Collegio, ibid.

Doctus vnus plus Eccleſiæ prodeſt, quam decẽ indocti, lib. 1. deciſ. 10. n. 75.

Doctor Nobilis Ignobili; non præfertur niſi ob antiquitatem, ibid. n. 76.

Doctores optimi ad ea, quæ ad praxim conducunt non ſolum ad Theoricam ſunt parati, ibid. n. 100.

Doctus vagus, doctus non euadet, lib. 1. deciſ. 10. num. 152.

Qui parum ſtudet parum ſcit, viaque virtutis laborioſa, nec qui prima principia ſolum cognoſcunt vocandi ſunt Iuriſperiti, ibid.

Doctores non exercentes officium, aut malè exercentes non ſunt digni hoc nomine, num. 153.

Vocantur Aſini, dolores, nec gaudent priuilegijs Doctorum, quia verè tales non ſunt.

Et de pœna vſurpantis officium, & nomen Doctoris?

Requiſita Doctorum, & Lectorum num. 104. 105. & 106.

Doctores, & Iuriſconſulti ſolent ſe ad inuicẽ impugnare, & reprahendere, & adducuntur exempla, lib. 1. deciſ. xi. n. 105.

Doctorum Authoritas, & gloſa non eſt ſequenda, niſi ſit cum ratione, & argumentum turbæ eſt ſequi opiniones, quia à talibus perſonis fuerunt dicta, quando non habent rationes pro ſe lib. 1. deciſ. 12. n. 69. & 86.

Multitudo Doctorum, & ſequentium vnam opinionem non attenditur ibid.

Notoriè docti admitti debent ad gradum abſq; examine lib. 2. deciſ. 2. n. 34.

Dolus, & fraus non præſumuntur lib. 1. deciſ. 12. n. 85.

Domicilium quid? & quibus modis contrahatur? lib. 1. deciſ. 3. n. 85. & 88.

Domicilıantes an teneantur ad leges ſeruandas loci? ibid.

Decennalis habitatio probat animum perpetuo manendi, n. 89.

Meſſanæ quot modis domicilium acquiratur, num. 90.

Originaria ciuilitas amitti non poteſt nu. 91. quod declaratur n. 98.

Duplex habens domicilium, & ciuilitatem vnam eligere tenetur n. 92. & 102.

Quomodo obligetur ad leges loci ibid. & 105.

Et in quibus poſſit matrimonium contrahere?

Ciuilitas ex baptiſmo adducitur ſecuta habitatione, & benè probatur ex fide Parochi.

Donatarius omnium bonorum an teneatur facere inuentarium bonorũ ſicuti hæres? lib. 1. deciſ. 12. n. 74.

Executiuè an conueniri poſſit? n. 75.

Et de donatario maioris partis bonorum n. 76.

Eiuſuè hæredibus, n. 79.

De iure communi, & Regni n. 77.

Atque de donatario donatarij, n. 79.

Reprobatur opinio Io. Bapt. Groſſ. Sicul. Catanenſis circa hanc materiam.

Donationes ex cauſa non veniunt donationis appellatione, & fieri valent à Regularibus, ſicuti minima n. 101.

Quos comprahendat prohibitio donandi facta pro paupertate religioſa, ibid.

Quatenus adeſt tertij præiudicium inſinuanda, & de alijs caſibus, n. 106.

Statutum de inſinuatione an Clericos, Eccleſias, & Eccleſiaſticos liget, n. 104. & 105.

Opinio Caroli Caruſi Siculi Agrigent. reprobatur, multaque notabilia adducuntur circa ſtatuta laycalia, quæ Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas ligare non valent, & ſi in rem, vel in perſonam dirigantur.

Donatio inter donantem, & donatarium valet ſi eum iuramento fuerit inſinuationi renunciatum, non ita in tertij præiudicium, num. 106.

Hæres alienans rem donatam an ſit nulla prima donatio? n. 107.

Tempus inſinuationis, & terminus currit à die ſcientiæ donationis, & ſi poſſit poſtea inſinuari, & onus tranſeat ad hæredes? n. 108.

Probari hæc quomodo poſſit, & cui incubat onus? n. 109.

Donatio Eccleſiæ, vel Religioſis facta natiuitate filiorum reuocatur vſq; ad legitimam, & an hoc procedat in conſcientia? n. 112.

Dotis

*Dotis vſura, vide vſura, partes à principio.*

*E*

*Eccleſia nomen quid? & quos modis accipiatur, & de vſu Eccleſiarum antiquiſſimo, etiam apud gentiles, lib. 2. deciſ. 2. num. 1.*

*Prima Eccleſia poſt Chriſti Domini Aduentum, & de alijs n. 2.*

*Antiquitas in præcedentijs Eccleſiarum ſpectatur, & Cathedralis Eccleſia, Collegiata præfertur, ibid.*

*Eccleſiar. appell, quæ loca veniant? n. 3.*

*Aedificari à quibus poſſint?*

*Dotare debent illas, qui ædificare deſiderant, ſed ædificata etiam abſque dote non valent in vſus prophanos conuerti, & Eccleſiæ Regularium, & Cappella in illis poſita abſq; dote erigi poſſunt cum ſola Epiſcopi licentia num. 5.*

*Cathedrales ſolus Papa conſtruit, & quid Cathedra? n. 6.*

*Collegiata Eccleſia quid? & quando conſtrui poſſit, & de præcedentia n. 7.*

*Matrix Eccleſia quid? & à quo ædificari poſſit? n. 8.*

*Aedificata iſta benedicitur, & conſecratur ab Epiſcopo, vel alio habente facultatem n. 9.*

*A quo reſtaurari debet? n. 10. & 11.*

*De prophanatione iſtius, ibidem.*

*Et pollutione quibus modis fit, n. 12. 13. & 14.*

*Polluentes Eccleſiam quomodo puniendi? n. 15.*

*Habet varia priuilegia, & immunitatem, num. 16.*

*Immunitas Eccleſiaſtica quid ſit? nu. 17.*

*Bona iſtius ſunt à gabellis exempta, & an hæ in aliquibus caſibus exigi, & imponi poſſint ſuper rebus Eccleſiæ? n. 19.*

*In Eccleſia ſæcularia negotia, & ciuilia, & criminalia iudicia fieri non valent niſi pro rebus ſpiritualibus n. 20.*

*Ludi Comediæ, conclamationes, & ioca, nec fieri in illa debent, n. 21.*

*Sedem layci an habere poſſint? n. 22.*

*Publici crimінoſi, excommunicati, & peccatores arcendi, fœminæ velatæ incedant, quia non ſunt ad imaginem Dei, n. 22.*

*Immunitatem habent Eccleſiæ, vt confugientes inuiti extrahi non poſſint, n. 24. & ſtandum hodie Bullæ Gregorianæ, ibid.*

*Omnes Eccleſiæ, & Oratoria publica authoritate Epiſcopi conſtructa gaudent immunitate, etiamſi abſque dote ædificata dummodo diuina in eis celebrentur officia, n. 25.*

*Et etiam diruta, vel quæ de facto reſarciuntur, aut ædificantur data licentia, vel iecto primo lapide.*

*Item polluta, & Interdicta per parietes exteriores ſolum n. 26.*

*Cum porticis, ſcalis, clauſtris, &c. n. 29.*

*Domus annexæ Eccleſiæ, & tabernæ, manſiones Canonicales, Sacreſtia, Domus Seminarij, Parochi, Refectorium, Dormitorium, &c. n. 26.*

*Societas aſſocians Sanctiſs. Euchariſtiam, & confugiens ad cubiculum ægroti etiam cum birroarijs eos ſecum ferens. n. 28. & n. 57. & 70.*

*Non ita de confugientibus ad S. Oleum, vel S. Reliquias B. Virginis.*

*Palatium Epiſcop. & Cardinalium extra vrbem ſicuti Abbatum habẽtium iuriſdictionem, non vero Vicariorum, n. 28.*

*Monaſteria cum alijs locis eiuſdem.*

*Et parietes exteriores Eccleſiæ.*

*Epiſcopus determinare debet, quæ ſint loca ſacra, & gaudeant immunitate?*

*An domus Clericorum vnitim viuentium?*

*Monialium, Virginum reparatarũ etiam abſq; clauſura, Eremit. Tertiar. Cõuerſ. &c. gaudeant immunitate? n. 29.*

*Incendiarij agrorumuè depopulatores immunitate non gaudent, & publici latrones, nu. 30. atque explicatur tex. in c. veſtra, & c. fin. de cohab. Cler. & mulier. quando nimirum quis dicatur publicus latro, in ſeq. nu. 31. & viarum graſſator, & tex. in l. capitalium §. graſſatores de pœnis, n. 32. & 33.*

*Opinio aſſerens viarum graſſatores dici, qui pluries in ſtratis publicis derobauerit ſequenda eſt ſi adeſt ſtylus decidendi; Sed de iure contrarium aſſerit Author, n. 34.*

*Proditores, nec gaudent immunitate, n. 35. & quinam propriè tales dicantur? expenditur in ſeq. vſque ad num. 45.*

*In hac materia verba, prout ſonant, & ſtrictè*

*ſunt*

ſunt interpretanda n.39. nec in aduerſis ſit extenſio d.num.39.& 46.
Vulnerantes tantum proditorie, nec excludendi, ibidem.
Amicum reconciliatum occidens, & etiam ſub fideiuſſione de non offendendo an proditorium committat? n.47.
Aſſaſſinij an gaudeant? & quibus modis contrahatur hoc delictum? n.48.
De homicidio voluntario (appenſato) ibid.
De parricidis, & fratricidis, n.49. ubi multa de amore, & coniunctione harum perſonarum, & ſi locum habeant, hæc in Patre, & Matre ſpirituali, & Magiſtro.
Deflorantes Moniales, adulteri, rei criminis peculatus, & fabricatores falſæ monetæ immunitate gaudent, n.51.
Quid de ſacrilegis? & furantibus vaſa ſacra, blaſphemis, ſortiarijs, & maleficis, excommunicatis, interdictis, & alijs? n.52.
Et de ſuſpectis de hæreſi, & apoſtatis, ibid.
Eccleſiæ res, an & in quibus caſibus valeant alienari? lib.2.deciſ.6.n.5.6.7.& 8.
Triennium in locatione quomodo computandum, & ſi valeat quoad partem locatio facta ultra illud tempus n.9.
Bona quomodo concedi poſſint in emphiteuſim? num.10.& 11.
In omnibus alienationibus hodiè aſſenſus Apoſtolicus requiritur, & nulla eſt alienatio Eccleſiæ, vel Prælato opponente, n.12.
Niſi fuerint res minimi valoris, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & annullata alienatione an debeantur fructus, & expenſæ? & de alienatione facta in caſu extremæ neceſſitatis an teneat abſque diſpenſatione? num.13.
Ex lapſu temporis an præſumatur aſſenſum Apoſtolicum interueniſſe, & ſi Eccleſia eſt in quaſi poſſeſſione, & perceptione fructuū an teneatur conceſſionem, & Paulinam oſtendere? n.14.
Pecunia donata Eccleſiæ, vel depoſitata ad nomen illius, an valeant alienari? & nu.ſeq. 16.& 17.
An cogere poſſit vicinos, ut vendant pro ſui ampliatione? & an ipſa cogi poſſit, cum multis ampliationibus, n.19.20.& 21.
An cogit aliam Eccleſiam, ciuitatem, vel fiſcum? n.22.
Quid ſi pro mera utilitate ampliationem quæreret?
An partem domus, vel totā capere debeat, n.24.
Et de ſeruientibus, n.25.
Pretium quomodo taxandum, & regulandum, nec Eccleſia ſecundum formam pragmaticæ emere cogitur, n.26.& 40.
An Dominus teneatur habere fidem de pretio? & coram quo Iudice faciendum hoc iudicium, n.27.
Quid de furantibus pixidem cum SS. Euchariſtia?
Damnatis ad triremes, & vulgo, bonavoglie.
Et Damnatis ad ultimum ſupplicium.
Banniti, & carcerati frangētes carceres gaudent immunitate, n.53.
Simoniaci, & Sodomitæ.
Clerici, & Monachi, nec excludendi, n.54.
Occidentes, vel vulnerantes cum mutilatione membrorum aliquem in Eccleſia immunitate non fruuntur, nec ſi fuerint propè Eccleſiam ſub ſpe confugiendi, ibid.n.55.
Hæc quomodo probari poſſit, n.56.
Idem ſi quis occidat extra Eccleſiam inimicū cum ſit in illa, vel è contra, n.57.
Vi extrahentes aliquem, & occidentes etiam, aut ſi doloſè extrahi facerent, & ſub prætextu amicitiæ, aut brachij Regij, num.58.& 67.
Delinquentes in porticu, atrio, campanile, locisuè annexis, vel vicinis Eccleſiæ an gaudeat? & extenſio ſuperflua de caſu ad caſū vitanda in hac materia, non ita ſi ex ratione fiat, ibid.
In una Eccleſia, qui delinquit in alia, nec gaudet, n.59.
Quid de cœmeterio, ibid.
Cœmeterium quomodo accipiendum? & qui nam locus veniat huius appellatione? n.60.
Excluduntur etiam committentes crimen læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis, & de quo Principe hic loquitur, nu.61.
Quid de Monetarijs.
Et offendentibus ſtatuas, & imagines Principum, aliaſuè perſonas fictè has repræſentantes, ibid.

Hæretici, & omnes ſuſpecti de hæreſi extrahuntur à Miniſtris S.Officij, & quæ ſint hæ perſonæ enumerantur, n.62.

Et apoſtata à fide, & religione, quod declaratur, n.63.

Iudæi, & Infideles. n.64.

Debitorum bona mobilia an gaudeant? n.65.

Et quomodo extrahenda ab Eccleſia, ſicut, & immobilia, n.65.

Cognitio huius materiæ ſpectat omnimodè ad Epiſcopum, & n.69.& 77.

Qui detinere debet reum in ſuis carceribus, vſque dum decidatur articulus, & layci, extrahentes excommunicantur aliiſque pœnis multantur, n.66.& 78.

Inuitus quis extrahi non poteſt, & extractus doloſè reſtituendus.

Item ſi impeditus, vt aufugiat, captuſuè ſit in via, vel ſi ad exonerandum corpus exiuit, aut ſub fide Principis, vel Miniſtri, & ſup. num.58.

Impediri non valent confugientes, ſed an alimentandi ab Eccleſia? n.68.

Pœna contra confugientes an valeant? ibid.

Regulares tenentur ad Gregorianæ Bullæ obſeruantiam, d.n.68.

Carcerare ſemper non debet Epiſcopus reos cõfugientes ad Eccleſiam, n.69.

Caſuſque adducuntur in ſeq. & abſque cauſis reum carcerans tenẽtur ad dãna, & expenpenſas in conſcientia, d.n.69. & 70.

Et in caſu notorio non extrahendi, n.71.

Inditia ad torturam, & aliæ ſemiplenæ probationes an ſufficiant ad extrahendum reum? nu.72.& 73.

Contrariam ſententiam, & negatiuam ſequitur Author, & rationes adducit, n.75.

Epiſcopus non tenetur ſtare proceſſui facto à Iudice layco contra reum confugientem ad Eccleſiam, n.76.

Cui omnimodè ſpectat cognitio ſi gaudeat confugiens immunitate, licet in loco exempto fuerit captus, vel delictum cõmiſerit, n.77.

Pœna contra violãtes immunitatem, & n.79.

Reprobatur opinio aſſerẽs Iudicem Eccleſiaſticum contra laycos procedere non poſſe pœnis temporalibus, n.81.

Epiſcopus in crimine ſacrilegij, & alijs mixti fori procedere poteſt contra laycos pœnis tẽporalibus, & præuentionem habet, n.83.

Sicut, & ſub cenſuris, n.84.

Renunciari an poſſit hoc beneficium, n.85.

Ab hac ſententia Epiſcopi non datur appellatio, bene verum dari poſſunt grauamen, & alia remedia, quæ denegata appellatione conceſſa cenſentur à lege, n.86.

Exulatus, ſeu bannitus ob delictum, vel contumaciam à territorio an ſi fuerit captus, vel inuentus in Eccleſia dicatur incurrere in pœnam fracti exilij? n.87.

Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici, an ſint de territorio Principis layci, & ciues, aut diſtrictuales, d.nu.87.

Epiſcopus eicere valet ab Eccleſia bannitos ob crimina excepta in Bulla, quia non gaudẽt immunitate circa hæc ad inſtantiam Iudicis layci, dummodo non adſit dolus, vt nimirum ſint capti poſtea à Iudice layco, n.88.

Conſuetudines laycorum non ſunt ſeruandæ, quãdo libertatem Eccleſiaſticam minuunt, ibid.

Franciſcus Baronius, cum Capoblanco de baronibus tom.2. cap. 34. nu.5. reprobantur, num.90.

Pœna pecuniaria an contra confugientes valeant exequi? n.91.

Boni Principes Eccleſiam eiuſuè immunitatẽ defendant, ſi regnare cupiunt, n.92.

Eccleſia domus an comprahendatur ſub ſtatutis factis pro cogendis vicinis ad vendendum pro ampliandis domibus, & magnis palatijs? n.29.

Quo pretio emi debent, n.30.31. et 33. refertur

Et in locatione ad longum, & breue tempus, quando pro ſui ſeruitio vult conducere, & an cogi ipſa poſſit ad locandum alijs, prout ſunt inſequentes curiam in Regno noſtro, qui an eicere valeant Clericos, aut alios conductores domorum Eccleſiæ? num.34.

Retractus an competat Eccleſijs latè declaratur? n.35 36.37.& 38.

Pretium an debeat eſſe iuſtum in caſu iſtarum emptionũ, & ſi ſolui poſſit quid plus? n.40.

An partem, vel totam domum vicinam emere debeat Eccleſia, & ſi deformaretur domus? n.41.

Quid

*Quid ſi Eccleſia ex immemoriali tempore, & ad præſens iure retractus non vtatur? num.42.*
*Eccleſia ipſa, an valeat alienari, & in ſolo alieno ædificata illi cedat, & de ſepulturis, lib.2.deciſ.5.n.10.*
*Tenetur ad cenſus, & debita impoſita ſuper loco in quo eſt ædificata, ibid.*
*Fauore Eccleſiæ fit extenſio ex paritate rationis, & eius priuilegia latè interpretanda, lib.2.deciſ.8.n.9.*
*Eccleſia, & Monaſterium an ſuccedat in Regnis alijſque dignitatibus perſonale requirentibus ſeruitium, ibid.n.13.*
*Et in emphiteuſi, n.14.*
*Confiſcari an poſſint eorum bona, & qui ſuccedant in bonis vacantibus, n.16.*
*Pœna contra ſurripientes bona Eccleſiarum, & contra raptores, n.17.*
*Eccleſiæ priuilegia per non vſum 40. annorũ amittuntur, lib.2.deciſ.6.n.42.*
*Priuilegia relictorum Eccleſiæ, & ad pias cauſas enumerantur, lib.2. deciſ.8. nn.3.4.5. vſque ad 9.*
*Eccleſiæ, & Clericorum bona non ligantur ſtatutis laycorum, & in dubio iure communi vtuntur pro ſe non contra ſe, lib.2.deciſ.8. num.1.*
*Eccleſia abſque ſacris Canonibus regi rectè non poteſt, lib.1.deciſ.2.n.21.*
*Bonum animæ intendit lib.1. deciſ.7. n, 34.*
*Non iudicat de occultis, n.42.*
*Ante atrium iſtius an vendi poſſint comeſtibilia? & fieri valeant nundinæ? lib.1.deciſ.7.n.100.*
*Edicta Epiſcoporum, & pœnæ non ligant Clericos in caſibus in quibus cogi non valent de iure lib.1.deciſ.12.n.46.*
*Eiectus Religioſus, vide Religioſus eiectus, vbi de iſto fusè loquitur quibuſq; bona debeantur? & de alimentis.*
*Eleemoſynas dare, qui tenentur? lib.1. deciſ. 7.n.54.& quibus danda ibid. & de modo, & licentia quaſtuandi, ibid.*
*Potius pauperibus loci quã alienigenis tribuendæ, deciſ.10.n.94.& amicis, aut conſanguineis, deciſ.xi.n.126.*
*Emptio, locatio, & ſimiles contractus non lædentes vltra dimidium an in conſcientia ſint liciti? lib.2.d.9.n.62.*
*Emptores ob penuriam temporum hodie non inueniuntur, n.76.*
*Epiſcopalis ordo diuiditur, vt alij ſint Epiſcopi ſimplices, alij Archiepiſcopi, alij primates, & alij Patriarchæ, lib. 1. deciſ. 6. num.2.*
*Epiſcopus idem, ac ſuperintendens, & quid ſit? & de titulis, lib.1.d.7.n.1.*
*Vita, & moribus, num.2.*
*Illius conſecratione, n.4.*
*Poteſtate, n.5.*
*Quæ duplex eſt publica, & priuata, n.7.*
*Epiſcopus poteſt omnia facere, quæ non ſunt Papæ reſeruata n.14. & 15.*
*Poteſtas aut eſt ordinis, aut iuriſdictionis, & ad quæ hæc applicatur, n.16.& 17.*
*Subditos ad Dei cultum, & venerationem pronos reddat, & rudimenta fidei docere faceat à Parochis n.18.*
*Lectionem ſacræ Scripturæ, verbumuè Dei miniſtret, aut miniſtrare faciat, incantatores, & hæreticos eradicet ab Eccleſia ſua, num.19.*
*Prædicatoribus inhibeat, ne fabulis vtantur in concionibus, nec libri abſque eius licentia imprimi, aut vendi poſſunt, & omnia, quæ ad fidem pertinent, & Sanctorum gloriam Miſſarum celebrationẽ, & Sacramentorum miniſtrationem ipſe curare debet, n.20.21.& 22.*
*Alia circa benedictiones campanæ, Calicis, & veſtimentorum, vſumuè Põtificalium, ibid.*
*Leges condere, & laycos aliquando obligare valet, n.23.*
*Omnes cauſæ ad forum Eccleſiaſticum ſpectãtes ab eo cognoſcuntur, & terminantur ex Triden. n.24.*
*Viſitare Eccleſias etiam exemptas poteſt, & diœceſim quolibet triennio, n.26. & curatas in quibus ſunt Parochi ab Equitibus Hieroſol. electi atque regularium, n.28. & Confraternitates, n.29.*
*Delinquentes ſubditos punit non excedendo pœnam ſanguinis, & concubinarios laycos, & quomodo? n.31. 34. & 35. quid in ſimplici in continentia abſque qualitate con-*

cubinatus? num. 36.
Pœnas pecuniarias ipſe,& Vicarius Generalis, aut Capitularis in pios vſus conuertit,ibid. & lib.2.deciſ.vltim.n.penult.
Fiſcum habet ex conſuetudine, gratiam facit, & an poſt ſententiam ipſe,eiuſuè Vicarius, num.32.
Cōpoſitiones ſuper delictis cōcedit, ipſe,& Vicarius Generalis, atque Capitulares, n.33.
Non creditur applicaſſe pœnas in vſus pios,ſed conueniri poteſt ſicut tutor, & curator.
Conſanguineis aliquid ex his dare non poteſt, niſi in caſu neceſſitatis, nec mercedem Vicario ſoluere, n.37.
Conuenitur in Tribunali Regiæ Monarchiæ in Sicilia, n.38. & iſtius Iudex cauſas valet auocare, ibid. n.39.
Abſoluit ab irregularitatibus, & impedimentis occultis, & cum ordinatis per ſaltum, qui non miniſtrarunt, n.40. & 43.
Diſpenſat cum illegitimis ad beneficia ſimplicia ſuſcipienda, & ordines minores, & in ætate ad beneficia ſimplicia, reſidentia Parochi, & ſua, n.41.
Vota commutat n.42.
Abſoluit à cenſuris ſibi reſeruatis, & aliquando à reſeruatis ad Papam, ibid.
Quid de irregularitate ex homicidio? nu.44.
Mandante, & mandatario, ibid.
Et ſi Vicarius Generalis habeat hanc poteſtatem? n.46.
Atque explicatur quando poteſtas conceſſa Epiſcopis ſit delegabilis, & ad ſucceſſores tranſeat,& quando eſt electa induſtria perſona, n.47.
Quæ ex quibus verbis inducitur, declaratur, n.48.& 49.
Poteſtatem delegatum habent etiam Epiſcopi, n.50. & in quibus caſibus, qui enumerātur ia ſeq. vſq; ad n.60.
Quæſtiones eleemoſynarum Regulares licentiā ab Ordinario locorum petere non debent,ſed demonſtrare in ſcriptis datam à ſuo Superiore.
Non exigendo tamen ſuperfluas, n.51. & 54.
De circumſtantijs requiſitis in cōcedendis his licentijs, n.52.
De Monialium clauſura cuſtodienda, n.56.
Et vt lectio ſcripturæ tradatur in Eccleſijs Regularium, n.57.
Viſitatione locorum exemptorum,& correctione Regularium delinquentium extra clauſtra, n.58.
Nec ſoluentium mercedem, n.59.
Notarios imperitos officio priuat in ſua curia, & multa circa creationē Notariorum, ætate, &c. n.61.62.& ſeq.
Creat ſuos Notarios, & Tabelliones, n.64.
Parochias diuidit,redditus Parochis aſſignat, num.84. ab Epiſcopi ſententijs ad Metropolitanum, & ab iſto ad Papam datur appellatio, n.85.
Quando iure ordinario, & quando delegato proceſſiſſe cenſetur, n.91.
Superiorum ius tollere non poteſt abſque cauſa,& poteſtate,& in obſeruatione Ieiunij an diſpenſare poſſit? n.93.
Sicut Feſtorum, n.95.97. & 99. ibi multa de Feſtorum obſeruantia, & licentijs concedēdis ab Epiſcopo, nundinis non permittēdis ante Eccleſiam, n.100.
Imaginibus deuotè pingendis, n.101.
Miraculis approbandis,& examinandis ibid. atque in inuentionibus reliquiarum.
Aetas ad Epiſcopatum, n.102.
Præcedentia Epiſcoporum inter ſe,& vſus Pōtificalium, n.103.& 104.
Et quando præſens eſt Legatus, aut Archiep. num.105.
De ſede in Eccleſia, ibid.
Non ſemper ſe regat conſilijs aliorum, vide Conſilium.
In eo eſt neceſſaria iuriſprudentia, lib.1.deciſ.xi.n.185.
Religioſus factus Epiſcop⁹ cui acquirat, & in cuius fauorem bona diſponere valeat, lib.1. deciſ.12.n.93.
Eremitæ an gaudeant fori, & Canonis priuilegio? vide Priuilegium.
Euchariſtia Sacramentum quid? & de eius materia forma, & miniſtro? lib.2.deciſ.2. n.8. de veneratione? n.9.
Recipientibus, n.10. & præcepto, n.13.
Eunuchi matrimonium cōtrahere non poſſunt licet nimium luxurioſi, & multa contra hos effeminatos, lib.2.d.2.n.76.

*Caſtrare non poteſt pater filium, nec Dominus ſeruum, & de pœna contra caſtrantem aliquem abſque licentia Principis, ibid. n.77.*
*Executoria mandatorum, quæ fieri debent in Regno noſtro, lib. 1. deciſ. 3. n. 66. & 67. & in Regno Neapolis, ibid.*
*Executiuè, vt poſſit procedi an partes, & priuata perſona facere poſſint? lib. 1. deciſ. 7. n. 71. & de ſcripturis priuatis an viam executiuam habeant? apodiſſis, literis cambij, & banchi, ibid.*
*Quid de inſtrumentis factis in Regno noſtro, ſi extra Regnum producantur? n.77.*
*Tertius poſſeſſor conuenitur via executiua quando bona peruenerunt pœnes eum capto iudicio contra principalem, vel executione cauſata, lib. 1. deciſ. 12. n. 80.*
*Citatio iſtius tertij requiritur, vt executio cauſari poſſit contra eum, & quid in Regno noſtro? ibid. n.81.*
*Ex decurſis bullæ etiam conuenitur, & virtute manus iniectionis, n.82.*
*Accollans debitum cum ſtipulatione Notarij executiuè tanquam principalis conuenitur, & alia de accollo, n.84.*
*Executores teſtamentarij an teneantur ad cōputa reddenda? & ſingulis annis? vide Hoſpitale, Adminiſtratores Hoſpitalium.*
*Exemplis, & bonis deciſionibus eſt iudicandū, & maxima eſt vis rei iudicatæ in caſu non diuerſo, lib. 1. d. 11. nu. 103. & 104. deciſ. 12. n. 69. & 86.*
*Aſſeſſoris, aut Iudicis ignari exempla, & deciſiones non valent, ibid. n. 136.*
*Extenſio in odioſis de caſu ad caſum non eſt facienda lib. 2. deciſ. 4. num. 46. & deciſ. 6. in fine.*
*Extrema vnctio quid? & de eius materia, forma, & miniſtro, eius inſtitutione? lib. 2. d. 2. n. 16. & 17.*

F

*FActa multa tenent, quæ tamen fieri prohibentur, lib. 2. d. 5. n. 18.*
*Factum non dicitur, quod non durat tale, lib. 1. d. 12. n. 32.*
*Facta, quæ conſiſtunt nulla lege, aut determinatione definiri poſſunt, ibid. n.86.*
*Familiares S. Officij an gaudeāt priuilegio fori in ciuilibus, & criminalibus cauſis? & cōprahendantur in ſtatutis pœnalibus laycorum Iudicis? ſed executio pœnæ facienda à ſuo Iudice, nec corporaliter puniendi, ſuaue priuilegia ſeruanda, quæ nec extendi valent ex identitate rationis, lib. 2. deciſ. 3. num. 26.*
*Fas quod eſt, ex eo non oritur ciuilis actio, lib. 1. deciſ. 1. n. 2.*
*Feſta ordinantur, & ſtatuuntur ab Epiſcopo, lib. 1. deciſ. 7. n. 94.*
*De magno Feſto, quod fit Meſſanæ ob Epiſtolam ſcriptam Meſſanenſibus à B. Maria Virgine die 3. Iunij, ibid.*
*Feſtiuis diebus ab operibus ſeruilibus qui, & quomodo abſtinendi, ibid. n. 95.*
*De licentijs, quæ conceduntur in his temporibus, n. 96.*
*Atque de obſeruatione Feſtorū facienda à laycis, & Regularibus, ibid.*
*Et ſi hi concedere valeāt licentiam laborandi ſuis ſubditis? n. 99.*
*Fideicommiſſarius vniuerſalis an facere tenetur inuentarium? vide inuentarium, & ſi tenetur via executiua? lib. 1. deciſ. 12. numero 74.*
*Fidei profeſſionem Canonici, & alij beneficiarij in adeptione poſſeſſionis Canonicatus, & beneficij emittere tenentur, lib. 1. deciſ. 10. num. 48.*
*Et Doctorandi coram Cancellario, ſiuè Clerici ſint, ſiuè layci, ibid. n. 50.*
*Fides quid? lib. 2. deciſ. 1. n. 4.*
*Fidei Myſteria decidere ſpectat ad Papam, ibid. n. 3.*
*Layci non debent publicè diſputare de rebus fidei, nec Chriſtiani dubitare, n. 4. & 6.*
*Filius an teneatur crimen læſæ Maieſtatis patris reuelare? lib. 2. d. 3. n. 13. & in hæreſi, vide hæreſis.*
*Fiſcum an habeat Epiſcopus? vide Epiſcopus. an ſuccedat in bonis vacantibus Clericorū? lib. 2. d. 8. n. 16.*
*Si eorum bona, & Eccleſia valeant confiſcari? ibidem.*
*Fœmina an veniat nomine iuium appellatione ſi-*

*cut, & deſcendentes in iſtis gaudeant ciuium priuilegijs? 1. d. 3. num. 95.*

*Flagellata in Eccleſia incedant, nec ſunt ad Dei imaginem, lib. 2. deciſ. 4. n. 23.*

*Forum qui ſortitur ratione delicti, & contractus, 1. 3. n. 103. & ratione Patrimonij, & rei ſita, n. 104.*

*Fori priuilegium tàm in Clericis, Monachiſuè, & alijs perſonis, vide verb. Clericus.*

*Fraternus amor validus, lib. 2. deciſ. 4. n. 49.*

*Fructus ſequuntur dominum, lib. 2. deciſ. 9. 1. n. 97.*

*Funerum precedentia, vide ſepultura.*

*G*

*GAbellas ſoluere an teneantur Clerici, Monachi, & alij exempti, lib. 1. deciſ. 11. num. 137. cum ſeq. & melius, vide Verb. Clericus.*

*Gloſa, & Doctorum Authoritas non eſt ſequenda niſi ſit cum ratione, & argumentum turba eſt ſequi opiniones, quæ à talibus perſonis fuerunt dicta, quando non habent rationes pro ſe, lib. 1. deciſ. 12. n. 69. & 89.*

*H*

*HAbitatio, vide ciuilitas ex habitatione.*

*Habitantes per quinquennium an poſſint concurrere Meſſanæ ad officia, & eſſe in Collegio Doctorum in quo an ſolum oriundi admitti debent lib. 1. deciſ. 3. nu. 94.*

*Heretici Clerici, vel Sciſmatici an gaudeant priuilegio Canonis? & de pœnis hæreticorum Clericorum, lib. 1. deciſ. 11. n. 16.*

*Heretici quare ita vocati? & de pœnis, atque à quibus valeant abſolui.*

*De confiſcatione bonorum, morte naturali, & priuatione Eccleſiaſtica ſepulturæ.*

*Infamia, amiſſione dignitatum, & ſi filij tenẽtur denunciare crimen paternum, lib. 2. deciſ. 3. n. 5. uſque ad 13.*

*A quibus hæ pœna exequenda, & circa poteſtatem Inquiſitorum ſeruanda ſua priuilegia, & conſuetudines, lib. 2. deciſ. 3. n. 14.*

*Hoſpitalia, & diuerſoria, quare ita vocentur? lib. 2. deciſ. 5. n. 36.*

*Abſque Epiſcopi Authoritate erecta priuilegium piæ cauſæ non habent, n. 37.*

*Quomodo probentur talia eſſe?*

*In dubio an potius laycalia præſumãtur? n. 38.*

*An ſint beneficia Eccleſiaſtica, & Epiſcopus in eis, quam poteſtatem habeat circa viſitationem, & computorum redditionem? n. 39.*

*Adminiſtratores, vel executores an teneantur ad computa? & quomodo? n. 40.*

*An requirantur monitiones, & declaratoria, vt remoueantur? n. 40.*

*Quid ſi fuerit relaxata computorum redditio, & data facultas ampla à teſtatore faciendi ad libitum, ſecundum ſuam conſcientiam, ibidem.*

*Subiecta Viſitationi Regiæ his non ſubduntur, non ita Ducum; ſed diſtinguit Author, numero 43.*

*Computa reddere neceſſario nõ debẽt in ſcriptis executores, & qualibet anno ſicuti tutores n. 44*

*I*

*IDoneus quinam ſit ad aliquod agendum, arbitrio iudicis relinquitur, lib. 1. deciſ. 10. n. 97.*

*Ieiunij in obſeruatione an Epiſcopus diſpenſare poſſit, vide Epiſcopus.*

*Io. Andrea Burgaſia Meſſanenſis laudatur, lib. 1. deciſ. xi. n. 106.*

*Imagines deuotè pingenda, lib. 1. deciſ. 7. numero 101.*

*Immunitas priuilegium, an extendatur ad omnes deſcendentes, & diſtrictuales? d. 3. nu. 96. vide Meſſana.*

*Imperator, vide lex.*

*Induſtria perſonæ, quando eſt electa negotium delegabile non eſt lib. 1, deciſ. 7. n. 48.*

*Quando quibuſuè verbis in diſpenſationibus cenſetur electa, & in dubijs, n. 49.*

*Infidelis quid? & infidelitas quotuplex? lib. 2. deciſ. 3. n. 1.*

*Commercium cum infidelibus habere non licet, nec arma portare, & ſi à turcis bona licite capi poſſunt? ibid. n. 3. & mortem tyrannis optare uſque occidere Chriſtianus*

valeat? ibidem.

*Inquiſitores potius Iuriſperiti quam Theologi eligendi, lib.2.deciſ.3.n.14.& de poteſtate eorum, ibid.n.25.& 27.*

*Inſtrumentum, vide Notarius, & ſcriptura priuata.*

*Intereſſe, vide vſura, & cambium.*

*Inuentarium non tenentur conficere hæredes Clerici, vel Monaſterium inſtituti; neque erunt conueniendi vltra vires hæreditatis, & de laycis etiam non conficientibus inuentarium lib.1.d.12.nu.65.& in conſcientia, n.66.*

*Contrariorum ſententia impugnatur, nu.67.& 71.*

*Ius Canonicum non approbat legem ciuilem loquentem de inuentario, & quando hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias, n.70.*

*Fideicommiſſarius vniuerſalis an teneatur ad inuentarium, & executor, nu.71. atque vſufructuarius, n.72. quid de Monaſterio, & Clerico donatario omnium, vel maioris partis bonorum, n.74.*

*Iræ motus non ſunt aliquando in conſideratione, lib.1.deciſ.11.n.23.& 24.*

*Iudæus dicitur à Iuda, & qui Legem Moſaicã ad literam tenet, & cur Iudæi tolerantur in aliquibus locis, & de eorum obligationibus, & pœnis, lib.3.deciſ.3.n.4.*

*Iudicis R.C. Straticotialis Meſſanæ iuriſdictio, vide Straticotialis Curia.*

*Iudex ſecularis tenetur exequi ſententiam latam ab Eccleſiaſtico, & è contra, quod declaratur, lib.1.deciſ.11.n.58.*

*Rei iudicatæ vis maxima eſt in caſu non diuerſo, ibid.n.104.*

*Iudicandi conſuetudo, vide conſuetudo iudicandi.*

*Iudicis ignari exemplum non eſt adducendũ, ibid. n.136.*

*Iudex in paribus cauſis arbitrio decidere debet, lib.1.deciſ.12.n.86.*

*Iudicis factum eſt factum partis, lib.2.dec.9. num.85.*

*Iuriſtæ nobilitatem à iure Canonico accipiant, lib.1.deciſ.2.n.12.*

*Neceſſarij Eccleſiæ Dei, & fulgent in Regnis tanquam ſtella, & ſolis radij lib.2.deciſ.3. num.15.*

*Et neceſſarij ad vitam hominum, & valde honorati ab Imperatoribus, ſi practicare leges ſciunt, n.16.*

*Explicatur dictum Ioan. Imperialis (purus iuriſta purus aſinus,) & non minus memoria quam ingenium requiritur in lectoribus iuris, & Aduocatis.*

*Ius quid ſit, 1.1.3.*

*Ius diuinum quid? 1.1.1.*

*Ius humanum quid? ibid.*

*Ius naturale etiam, & de eius effectibus, & de iure gentium, & iure Canonico, quid ſit, & quotuplex? & ex quibus conſtet? ibid.*

*Dirigit hominem ad vitam beatam, & eſt vera Theologia, n.13.*

*De nomine Canon.n.10.*

*Ius naturale quid? ibid.nu.6.& de eius effectibus.*

*Ius offerendi facta adiudicatione de bonis Clerici coram quo Iudice faciendum? lib.1.d.11.n.116.*

*Ius Canonicum quando approbat legem ciuilem? vide lex.*

*Ius ſuitatis an retineant Monachi, vide Monachus quidquid acquirit.*

*Iura ſacrorum Canonum legem ciuiles corrigunt cum de peccato agitur, & rebus fidei, lib.2.deciſ.1.n.13.*

*Ius offerendi competit creditori poſteriori contra anteriorem, vel tertium licitantem in decreto, lib.2.deciſ.9.n.91.*

*Ius offerendi non competit non habenti hypothecam in bonis, ibid.*

*Ius retractus, vide retractus.*

*In iure luendi an detur retractus? ibid.& facit tertiam ſpeciem inter res mobiles, & immobiles.*

*Iuſtinianus Imperator fuit Catholicus, an vero Sanctus? lib.2.deciſ.1.n.10.& 11.*

*Leges ſubmiſit Eccleſiæ, & reggebatur conſilijs iuriſprudentum, ſicut alij principes, & Theodora, quod vltimum peſſimum, n.13.*

L

L*æſio enormis, vel enormiſſima, quæ? lib.2. deciſ.9.n.80.*

Reme-

Remedium gratioſum ex mera gratia principis ſtante læſione enormiſſima in adiudicationibus conceditur, ibid. nu. 88. & creditoribus, & intereſſatis n.96. intellige n.97.
Attenditur læſio tempore ſubhaſtationis, n.88.
Pactum de retrouendendo ſtante læſione perpetuum eſt, n.95.
Creditor anterior poteſt iterum ſubhaſtari facere bona, quod denegatur poſteriori, niſi iſte eſſet pauper, vel dos, ibid.
Adiudicans ſtante læſione enormiſſima, non tenetur in conſcientia reſtituere bona adiudicata ante ſententiam in remedio gratioſo, num.96.
Layci an teneantur ad leges Clericorum? vide lex.
Laudatur Spect. Don Franciſcus Biſignano, lib.1. deciſ.7.num.91. & ad præſens Iudex M.R.C. digniſſimus.
P. Albertus Guazzi Dominicanus, ibidem num.94.
P. Dominicus Arganantius Societ. Ieſu, ibid.
Et Placidus Reina, qui deſcripſerunt Feſtum B.M.V. ob Literas Meſſanenſibus datas.
Eminent. D. Federicus Sforza Archimandrita, eod. lib. deciſ.8.n.1.
Bartolus, Iaſon, & Baldus cum Io. Andrea Barbatia Meſſanenſe laudentur, & reprahenduntur aliqui, qui de his mala referũt, deciſ.11.n.116.
D.Io. Bapt. de Groſſis ibid. n.161.
D.Saluator Marcheſius Cler. Regular. ibidem n.151.
Spect. D.Cæſar Valdina, deciſ.12.n.111.
Illuſtriſ. & Reuerendiſſ. D.Petrus Velaſco Iudex Regiæ Monarchiæ, ibid. n.127.
P.Michael Baſſanus Societ. Ieſu, Authoris Magiſter, lib.2.deciſ.1.n.5.
D. Raymundus Pozzo Parci Princeps, ibidem num.7.
V.I.D.Onuphrius Giurba, D.Marij Giurbæ nepos, lib.2.deciſ.9.n.51.
V.I. D. Melchior Zabami, ibid. eod. num.
Lectores extraordinarij publici ſunt verè lectores, & gaudent lectorum priuilegijs, lib. 1.deciſ.10.n.45.
Diſtributiones lucrantur etiam abſentes, numero 44.
Lector, qui ſcripta non habet, non eligendus in Lectorem, & qui libros compoſuit alijs præferendus, & de requiſitis ad talem profeſſionem, ibid. n.98.
Sit breuis non longus, & nimis ſubtilis, ibid.
Sicut Aduocatus n.99. debet ea docere, quæ ab auditoribus intelliguntur, nec legere ad oſtentationẽ, & antiqua iura abrogata, & ea, quæ ad praxim non conducunt, n.100.
Scholarium frequentia, & numerus, non facit, nec arguit Doctorem eſſe egregium, & vſuram committunt mutuantes pecuniam ſcholaribus, vt ſuum impleant auditoriũ, & infames ſunt, ibid.
Memoriam, & ingenium requiritur in Lectoribus iuriſtis, lib.2.deciſ.3.n.17.
Qui debent eſſe profeſſores etiam Philoſophiæ, & Theologiæ, n.18.
Legatus quid? & de ſpeciebus legatorum, lib. 1.deciſ.5.n.12. & 13. & de Legatis natis, & Monarchia Siciliæ, nu. 15. & officio Legatorum, & poteſtate, n.18. & 19.
Subijciens Eccleſiam Panormitanam Meſſanenſi legatus, reprahenditur, ſed factum non abrogatur, n.18.
Legati non valet ſe intromittere in cauſis Epiſcoporum niſi his negligentibus, n.20.
Officium legati quomodo finitur, n.21. & de legatorum inſignijs, n.22.
Legitima an debeatur filijs profeſſi, vel alijs in morte Monachi, & an in ipſa profeſſione?
Quid ſi pro alimentis iſta non ſufficiat, Monaſterium an alere debet, & ſi omnes eſſent ſpurij alendi? lib.1.deciſ.11.n.64.
Lex quid? & quotuplex? & de eius origine? & nomine? & quid veniat eius appellat. 1.3.nu.2.
Leges obſeruantes bene ambulare dicuntur, 1.d.1.n.4.
Lex confunditur cum nomine ius, 1.1.3.
Lex Canonica, naturalis, & Diuina, vide ius Canonicum.
Lex ciuilis, & canonica ſcientia eſt, lib.1.2. n.4. & etiam ſapientia, ibid.
Lex eſt ſcientia ſpeculatiua in omnibus profeſſoribus, ibid. n.5.
Lex Ciuilis dignior Medicina, & Philoſophia, n.16. & 17.

Omnis

*Omni tempore neceſſariæ leges, & Iuriſtæ Medici animarum appellantur, n.15.*
*Lex fuit data à Deo Adæ ante peccatum, num.16.*
*Lex Canonica dignior eſt medicina, lege ciuili, & Theologia, ibi, n.18. & 20.*
*Quod ſtatuitur à Papa, vel Imperatore lex eſt, 1.3 nu.3.*
*Promulganda, ibid.n.7.*
*Origo legis Canonicæ, n.10. & 11.*
*Leges ciuiles in Curijs Eccleſiaſticis ſeruantur, & è contra, n.11. & 63.*
*Qui condere leges valeant? nu.12. vſque ad num.51.*
*De Pontifice Summo, eiuſque poteſtate circa leges condendas, & ſi deponere poteſt Reges à Regno nu.16.& 17. atque de poteſtate temporali, & vtroque gladio.*
*Imperator leges condere valet, & an ſit dominus totius orbis declaratur, n.24.*
*Principes non agnoſcentes ſuperiorem leges condere valent, & de Comitibus, & Baronibus, n.25.*
*Legatis Papæ, 26. & Delegatis, n.27.*
*Epiſcopis, Patriarchis, & Archiepiſcopis, nu. 31.32.& 33.*
*De Cardinalibus, n.34. Abbatibus, & Archimandrita ibid.*
*Superioribus Religionum.*
*Abbatiſſis, n.35. & 37.*
*Concilijs vniuerſalibus, & de eorum initio, n. 40 & 42.*
*Inſuper de Concilijs particularibus, & Epiſcopalibus, aut Prouincialibus, & quomodo celebranda, n.44. & Synodo, n.45.*
*Capitulum Sede Vacante leges condit, & quæ iure Ordinario facere poteſt Epiſcopus, ipſe facit, n.46. & Canonici in rebus leuioribus, & proprijs ſtatuta condunt, 48.*
*Religioſi pro ſuo ordine, n.49.*
*Declarationes ſacræ Congregationis an vim legis habeant? & vt authoritatem faciant præſentari debent in forma cum Sigillo Secretarij, n.50.*
*Quid de Deciſionibus Rotæ Romanæ, & Regniæ Cancellariæ, ibid.*
*Confraternitates, Collegia, Congregationes, & communitates an ſua ſtatuta facere valeant?*
*Legis requiſita vt obliget? n.54.*
*Promulgari debet, & de modo, n.55.& 60.*
*Quæcunque hæc ſit ciuilis, & Canonica n.56. 59.& 64.*
*Meſſanæ promulgari, & regiſtrari debent leges, & conſtitutiones ad hoc, vt vim habeant, n.60.*
*De tempore promulgationis? n.61.*
*Leges ciuiles, quæ non contradicunt ſacris Canonibus, nec inducunt ad peccata ſequenda ſunt, n.63.*
*Quid ſi ius ciuile ſit obſcurum in cauſa ciuili, & ius Canonicum clarum, & è contra, num.108.*
*Lex debet eſſe ſcripta, vt obliget, & in multis caſibus requiritur ſcriptura, n.68. vſq; ad n.75.*
*Abrogata non alleganda, & de pœna allegantis ibid.*
*Correctio vitanda quantum fieri poteſt, n.79.*
*Et ſi obliget in conſcientia ibid. & n.82.*
*Acceptatur à populis, & vigorem recipit, nu. 76.& 78.*
*Peregrini, & non ſubditi, vel domiciliantes an ad legis obſeruantiam teneantur? num. 80.& 83.& 101.& 108.*
*Infantes, amentes, & furioſi an obligentur, num.109.*
*Ipſiuemet ſuperiores, ibid.*
*Atque Eccleſiaſtici ad leges laycorum, & è contra à num.110. vſque ad num.130.*
*Lex pœnalis non obligat in conſcientia, lib.2. deciſ.xi.n.154.*
*Leges, Statuta, Pragmaticæ, & Conſtitutiones, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, & Clerici, vel Eccleſiæ directè, vel indirectè læduntur non ligant iſtos, nu.189.*
*Varia exempla adducuntur, n.190.*
*Lex fundata in præſumptione non obligat in conſcientia, lib.1. deciſ.12.n.66.*
*Lex ciuilis data etiam ad bonum publicum, ſi iuſta, honeſta, & rationabilis, nec contra ius Diuinum ſeruanda erit in foro Canonico, ſecus contra, n.67.*
*Leges ciuiles, quæ permittunt vſuras, concubinas, repudia, & alia contra ius naturale, & Canonicum quomodo explicantur, lib.2. deciſ.1.n.9.*

Ge-

*Generaliter lex loquens ita debet intelligi, lib.2.deciſ.12.n.92.*

*Legalis ſcientia an comprehendi poſſit abſque Philoſophia, & Theologia, lib.2. deciſ.3. num.18.*

*Literæ cambij an via executiuâ in Regno habeant? vide ex Apodipſa, executiuè an procedi poſſit.*

*Litigioſi vitium quando contrahatur? atque coram quo Clericus conueniendus, ſi in eum res cum hoc vitio transferatur lib.1. deciſ. 12.n.80.*

*Locatio facta pro pro pretio non lædente vltra dimidium conductorem an ſit licita? lib.2. d.9.n.62.*

*Eccleſia præfertur in locatione ad longum, & breue tempus, quando pro ſui ſeruitio vult conducere, lib.2. deciſ.6.n.34.*

*Magnam Curiam inſequentes an poſſint eicere Clericos, & alios conductores domorum Eccleſiæ virtute Pragmatica Regni noſtri, ibid.d.n.34.*

*De locatione facta pro rebus Eccleſiæ, vide Eccleſia.*

M

*Magiſtro, Deo, & Parentibus parem gratiam referre non poſſumus, lib.1. deciſ.xi.n.180.*

*Maior cedit minori, qui in domo ſua eſt, in qua quilibet eſt Rex, & Princeps, & iſti cedere debet in domo aliena, lib.2. deciſ.10. num.59.*

*Minus malum an quis ſuadere poſſit? lib.2.deciſ.1.n.9.*

*Manus iniectionis pactum valet, & quomodo, & à quibus fieri valet? lib.1.d.12. n.82.*

*Maritus an profiteri poſſit ſine licentia coniugis? & ſi profeſſus fuerit auocetur? vide Religioſus. dotatarius omnium bonorum an executiuè conueniendus lib.1. deciſ.12.nu. 83.& 86. vbi Authoris ſententia expenditur.*

*Marito dotis non ſolutæ intereſſe an debeãtur, vide verb. vſura, & ſi fructus pignoris cõputentur in ſortem, &c.*

*Mater tranſiens ad ſecunda vota amittit tutelam, & aducationem liberorum, niſi adfuerit illorum conſenſus, lib.2.deciſ.2. numero 104.*

*Matrimonium quid? lib.2. deciſ.2. num.30. quando inſtitutum? ibidem, dicitur à matre, Nuptiæ, connubium, & coniugium ſinonima ſunt, nu.37. & 39. eius materia, forma, & miniſter? n.40.*

*Sponſalia quid? & de requiſitis vt contrahantur, ætate, & impedimentis, num.41. 42. & 43.*

*Quibus ex cauſis diſſoluantur? n.44. & 46.*

*Impedimenta matrimonij, quæ ſint?*

*Et de impedimento erroris, n.47.*

*Conditione ſeruili, nu.48. & conditione, quæ redundat in errorem perſonæ. nu.49.*

*Voto ſimplici, & ſolemni, n.50.*

*Cognatione carnali, & quid ſit? & quotuplex? & linea in hac materia, n.52.*

*Gradus quomodo computentur inter conſanguineos de iure Ciuili, & Canonico? n.53. 54.55. & 56.*

*Matrimonium inter conſanguineos nullum de iure Canonico vſque ad 4. gradum etiam inter aſcendentes, & deſcendentes, & de iure naturæ vſque ad primum.*

*Reprobantur dicentes extẽdi in infinitum, n. 59. de impedimento cognationis ſpiritualis, nu.58. & 59.*

*De Cognatione legali, n.60. & 61.*

*Criminis impedimentum etiam dirimit, & quotuplex ſit? n.63.*

*De cultus diſparitate, n.64.*

*Vi, & metu, n.65. & Ordine, n.66.*

*Clerici in minoribus ordinibus conſtituti validum efficiunt matrimonium, & de coniugatis, n.68. & in ſacris, ibid.*

*Plures accipiens eodem tempore vxores quomodo puniatur? n.69.*

*Quid ſi habita certitudine morali mortis vnius poſſit aliam ducere, & ſi redeat primus vir, filij cui aſſignandi, & an ſint legitimi, & naturales, & ſuccedant ſicut tales, aliaſue habeant commoditates, & vtilitates veri matrimonij, ibid.*

*Publicè honeſtatis impedimentum quid? nu. 70. & 71.*

*De affinitate eiuſue gradibus, & ſi ſuperuenerint an dirimant matrimonium quoad to-*

rum ?

rum? num.73. & 74.

*Impotentes matrimonium contrahere non valent, n.75.*

*Nec eunuchi, ſpadones, & caſtrati.*

*Inter raptorem, & raptam quando non valeat matrimonium? & de pœnis raptorum, & celebrantium matrimonium clandeſtinum, num.79.*

*Quis dicatur proprius Parochus aſſiſtens matrimonio? n.80.*

*Denunciationes omittentes quas pœnas incurrant, & qui teneantur reuelare, num.81. & 82.*

*Pontifice, vel Eccleſia prohibente matrimonium ſub nullitatis pœna hoc validè fieri non poteſt, & ratio aſſignatur, n.83.*

*Papa regulariter in impedimentis dirimentibus diſpenſare valet, & aliquando Epiſcopus, & caſus adducuntur, n.84. & 85. de alijs habentibus facultatem.*

*Impedimenta matrimonium impedientia, quæ ſint? n.86. & 88.*

*Gratia in hoc Sacramento quando conferatur? num.89.*

*Matrimonium conſumatum abſque impedimentis ſeparari non poteſt quoad vinculũ, ratum vero cum Papa diſpenſatione? vel per profeſſionem veram in religione approbata, n.96.*

*Quid ſi ſuperuenerit impedimentum, & de ſeparatione, quoad torum? n.91. & 92.*

*Diuortium quid? n.93. Matrimoniũ per procuratores, vel per literas contrahi poteſt, & & eſt verè Sacramentum, n.94.*

*De debito coniugali, n.95.*

*Quæſtiones circa Sacramentum matrimonij coram Epiſcopo, ſeu loci Ordinario examinandæ, idem circa ſeparationes, & diuortia, & pendente lite vxori alimenta danda, ſiue lis pendeat ſuper præſtatione alimẽtorum, ſiue ſuper validitate matrimonij, n.96. & 98.*

*Statuta laycalia ne matrimonia contrahantur ſine Parentum, vel tutorum, aut conſanguineorum conſenſu non valent, licet filij nubentes contra voluntatem parentum peccent mortaliter, ibid. n.105.*

*Ius Canonicum attendendum in hac materia,* [illegible]

*nu.101.*

*Pœna teſtatorum retrahentes à nuptijs ſunt ſublata ſicuti contra tranſeuntes ad ſecunda vota, n.102.*

*Quod limitatur n.103.*

*Filij nubentes abſque parentum conſenſu an poſſint exhæredari? lib. 2. deciſ. 2. nu. 106. 107. & 108.*

*Diſpoſitio tex. in l. omnem C. ad Tertull. & l. 1. C. de interdict. matrim. inter tut. & pupill. ſunt de iure Canonico correcta, numero 109.*

*Medici vide lex, Medicinæ obiectum, vide obiectum medicinæ.*

*Medicorum nobilitas non transfunditur ad hæredes ſicut illa Iuriſtarum, 1.2.17.*

*Medici imperiti tenentur ex mala cura infirmi, lib.2.deciſ.9.n.119.*

*Magnam habens memoriam, ordinariè ingenium non habet, lib.2.deciſ.3.n.17.*

*Mendicantium priuilegia hodiè alijs Religioſis ſunt extenſa, vide Religioſus, ibi, alia de mendicantibus.*

*Meſſana priuilegio vim legis habent 1.2. numero 30.*

*Non valent renunciari? deciſ.3.n.92.*

*Nec tolli per non vſum, & contrarium vſum, ibid. & deciſ.10.n.53. & 54.*

*Conceſſa ciuibus intelliguntur laycis, & Clericis data, n.55.*

*Et Monachis, deciſ.11.n.*

*Meſſanenſes Doctores locum petunt coram Iudice R.C.S. ibid. n.31. non ita Regnicolæ.*

*Deſcendentes ex maſculis, an illis gaudeant priuilegijs conceſſis Meſſanæ? nu.96. & 96. & deſcendentibus ex fœminis.*

*An diſtrictuales? nu. 96. & adoptiui filij ficti, & naturales.*

*Archiepiſcopus iſtius eſt Primas, & Meſſana eſt Regni Siciliæ Caput, lib.1.d.6.n.9.*

*Meſſana eſt via Philiberta, quæ mundi miraculum appellatur à D.Mario Cutelli Siculo Catanenſi, lib.2.d.6.n.28.*

*Meſſanæ adſunt inſignes Reliquiæ, etiam ex ipſimet ciuibus, lib.2.d.5.n.17.*

*Metus reuerentialis an annullet profeſſionem alioſue contractus, lib.1.dec.12.n.28.*

*Miles priuatus officio, an denuo admitti poſſit?*

lib.1. deciſ.7.num.81.
Modeſtia extollitur, lib.1.d.xi.n.107.
Modica res, quæ ſit remittitur arbitrio prudentis, lib.1.d.12.n.48.
Monachus Abbas factus, Monachus erit, & creatus Epiſcopus inſignia, & habitum portare debet, lib.1.d.10.n.74.
De pertinētibus ad iſtum, vide Clericus, & alia circa nomen, & ſtatum, vide Religioſus.
Monaſterium an teneatur ex debitis Monachi, & Religioſi, & poſſit executiuè conueniri? ibid. an teneatur conficere inuentarium? vide inuentarium.
Monaſteria, & Conuentus in quibus non viget Regularis obſeruantia hodie tolli iubet Bulla Innoc. lib.2.deciſ.5.num.fin. quæ adducitur.
Et quod ſubduntur locorum ordinarijs circa diſciplinam Eccleſiaſticam quando non ſūt 12. fratres, num.51.
Monaſteria quomodo? à quibus & ex quorum licentia ædificanda? vide Religioſorum domus.
Monarchia quid, Ariſtocatria, & Democratia, lib.1.d.3.n.51.
Monarchia Siciliæ, vide Legatus.
Iudex R. Monarchiæ cauſas ciuiles Epiſcoporum cognoſcit, & omnes alias in ſuis Curijs exagitatas via grauaminis, exceſſus, &c. lib.1 deciſ.7.n.38.
In caſu negligentiæ cauſas auocare valet contra de iniuſtitia etiam extraiudicialiter, n.39. & lib.12. n.127.
Et ſi Epiſcopi proceſſerint tanquam S. A. Deleg. n.88. ibi, alia circa appell. ad hoc Tribunal. & eod.lib.d.12.n.126.
Iudex Regiæ Monarchiæ in Sicilia cognoſcit de omnibus cauſis Eccleſiaſticorum, & in prima inſtantia in negligētia Epiſcoporū, vel Prælatorum, ibid. n.137.
Monialium clauſuras Epiſcopus cuſtodire facit, 1.d.7.n.56.
Ante quam profitentur examinari debent de libertate, & conſenſus expreſſus elicitur ab Epiſcopo, vel alio deputato, lib.1. deciſ.2. num.91.
Monialium inſtituta quando habuerunt initium? lib.1.d.12.n.95.
Argumentum de Monachis, ad Moniales an valeant? ibidem.
Requiſita ad ingreſſum, dote, ætate, alimentis, &c. n.96.97.& 98.
Donare an poſſint? & de donationibus remuneratorijs? n.99. cum ſeq.
Moniales an tempore profeſſionis, & alio tempore valeant Epiſcopo, aut alijs comeſtibilia mittere? n.113.
Eijci an poſſint, ut incorrigibiles? & quando tranſire de uno ad aliud Monaſterium valeant? ibid.
Clauſuram non rumpant, n.114.
Epiſcopus, Medicus, & Confeſſarius intrare valent in clauſtra monialium, n. 115. & de alijs.
Alloqui eum iſtis abſque licentia, qui poſſint R. & ſi cenſura loquuntur de non alloquentibus continuo, n.116.
De Confeſſione, & Confeſſarijs illarum ordinarijs, & extraordinarijs, n.117.
Renunciationes, & profeſſio Monialium, numerò 118.
Monialium domus quo in loco ædificandæ, lib. 2. deciſ.5.n.49.
In mortis articulo conſtitutus, non præſumitur immemor ſalutis æternæ, & facere alienationes in fraudem, lib.1.deciſ.12.n.99.
Mulierum conſilio regi peſſimum eſt, lib.2. deciſ.1.n.12.
Mulierum colloquia Clericis Monachiſue prohibita, vide Clericus, & Monachus, & Concubina.

N

NEgotiator quis propriè dicatur? lib.1. deciſ.xi.n.157.
Nobilitas quid? lib.1.2.3.
An transfundatur ad hæredes illa Medicorū, & Iuriſtarum? n.17.
Nobiles non præferuntur ignobilibus in dignitatibus Eccleſiaſticis, lib.1. deciſ.10.n. 76. & 77.
Nobilitas ſanguinis ad nihilum refragatur, quæ nobilitas ſtercoris eſt abſque virtute, ibid.n.77.
Nobiles ſunt guloſi, iracoſi, & luxurioſi pluſquā populares, & ſuperbia eſt commune nobilitatis

tatis

*tatis, malum ratio aſſignatur, & reprehenduntur tales vitioſi, n.78.*

*Nobilitas ex virtute potior eſt, quam generis claritas.*

*Virtuoſi præferendi in dignitatibus, & de virtutis laudibus, n.79. & 80.*

*Nobiles veri præſumuntur honeſtè viuere, & abſque ſuperbia, nec delectantur de ſordidis, aut mentiuntur, & de ſignis veræ nobilitatis, n.82.*

*Ignorantia, paupertas, & luxus nobiles degeneres facit, n.83.*

*Notarium imperitum arcere poteſt Epiſcopus à ſuis Curijs, lib.1.deciſ.7.nu.61.*

*Et de ætate ad Notariatum? n.62.*

*Qui creare valent Notarios, & in Regnis noſtris vtriuſque Siciliæ, n.64. & 65.*

*Epiſcopus eiuſque Vicarius, Notarios, & Tabelliones pro ſua Curia creare poſſunt etiam Clericos, nec tale officium cum Clericatu repugnat, ſecus cum Monachatu, nu.64.*

*Notarij, & Tabelliones Epiſcopi gaudent fori priuilegio, & ab eodem puniuntur ſi delinquunt in officio, vel à Vicario, n.65.*

*Superiores Religionum ſuos ſcribas faciunt, num.66.*

*Notarius vnius loci inſtrumentum in alio, & extra iuriſdictionem domini creantis, facere non poteſt etiam in perſonis ſui territorij extra locum repertis.*

*Scribens ſcripturam vt amicus vim publici inſtrumenti non habet, & de ſcriptura priuata an probet contra ſcribentem, atque in curijs mercatorum n.68.*

*De recognitione talis ſcripturæ, n.69.*

*Et prælatione creditoris, n.70. via executiua, num.71.*

*Quid ſi ſit abſque die, n.72. quæ an requiratur pro hypoteca? n.74.*

*Notarius Apoſtolicus an poſſit vbique facere inſtrumentum, ſicut Imperialis? n.75.*

*De inſtrumento factò ab vno Notario vnius loci, an probet in alio loco? & viam executiuam habeat? n.76.*

*Notariatus an præſumatur? n.77.*

*Falſi Notarij puniuntur, & de pœna ciuili, & criminali? n.79.*

*Et ſi non appoſuerint ſolemnitates, n.80.*

*Officio priuati an denuo admitti debent, ſicut & Doctores, & Milites, n.81.*

*Notarius factus præſul talis remanet, lib.1. d.10.n.74.*

*Nouitij an gaudeant fori priuilegio, & Canonis? vide Clericus.*

*Et veniant Religioſorum nomine? vide Religioſi, vbi de tempore nouitiatus, renunciationibus, alijſuè pertinentibus ad materiã.*

*An teſtari poſſint? lib.1.d.12.n.92.*

*Si decedat ab inteſtato vocati iure ſanguinis hereditatem capiunt, ibid.*

O

*Obiectum legis Canonicæ, Ciuilis, Theologiæ, & Medicinæ, lib.1.d.2.n.7. & ſeq.*

*Oblati an gaudeant fori, & Canonis priuilegio? vide Clericus.*

*Oblatio quid? & an debeatur ex præcepto? lib. 2.d.7.n.3. & 4.*

*Odia ſunt reſtringenda, & fauores ampliandi, lib.1.d.11.n.8.*

*Officium quid? lib.1.deciſ.7.n.8.*

*Aliud eſt ſæculare aliud Eccleſiaſticum, ibid. num.9.*

*Miniſteria omnia veniunt appellatione officij lato ſumpto vocabulo, n.13.*

*Opinio Doctorum, vide Doctor.*

*Fit probabilis ſi habeat vnũ Doctorem pro ſe, vel rationem conuincentem, lib.2. deciſ.9. num.119.*

*Optio quid? & de iure optandi? vide Canonici.*

*Oratorium quid? & quotuplex? & à quibus ædificandum, & de priuilegijs? lib.2.d.5. n.2. vide Cappella.*

*Ordinari quis non poteſt ab Epiſcopo loci, niſi fuerit oriundus, vel beneficium habeat, aut domicilium habitationis cum animo perpetuo manendi, lib.1. deciſ.2.nu.89. & 103. & lib.2.d.2.n.20.*

*De pœnis ordinand. abſq; literis proprij Epiſcopi, ibid. vel cum literis commendatitijs Capituli Sede Vacante intra annum, à die obitus Prælati, ibid.*

*Et de familiaribus ordinandis, n.21.*

*Ordinis Sacramentum quid? & de eius mate-*

*...ria, forma, & miniſtro? lib. 1. deciſ. 2. nu. 17. 18. & 19.*
*Quomodo acquiratur domicilium in hac materia? n. 21.*
*Aetas requiſita in quolibet ordine?*
*Nec fœmina ordinari valet, & annus inceptus pro completo habetur, n. 22.*
*Patrimonium ſufficiens, vel beneficiū aſſignari debent ordinandi valoris 30. ducatorū ad minus, & an titulo literaturæ, penſionis, aut alio modo ordinari valeant? n. 24.*
*Ordinati cum patrimonio ficto non ſunt irregulares, n. 25. aut ſuſpenſi.*
*Illegitimi, corpore vitiati, energumeni, cathecumeni, & neophiti, alij que impediti an ordinari poſſint? n. 26.*
*Ordinati per ſaltum ſunt ſuſpenſi, nec per Epiſcopum diſpenſari valet ſi miniſtrauerint, n. 28. & 30.*
*Quo tempore ordines conferendi? n. 29.*
*Epiſcopus in interſtitijs diſpēſare valet, n. 30.*
*Illiterati non ordinandi, n. 31. & 32.*
*Sub pœna, n. 33.*
*Quæ literatura requiratur, ibid.*
*Notorie docti admitti debent ad ordines abſque examine, lib. 2. d. 2. n. 34.*
*Quot ſint ordines? n. 35.*
*Imprimunt caracterem, & validè conferuntur ab Epiſcopo, excommunicato, ſuſpenſo, & irregulari, n. 36.*
*Oriundi, vide Ciuilitas, & Ciues an præferantur in dignitatibus, & officijs acquirendis, atque Cathedralis latè diſputatur? lib. 1. deciſ. 10. n. 84. cum ſeq.*
*Valeant ſue ſtatuta excludentia hos, nu. 87. & 95. cum ſeq.*
*Originarij origine propria, vel paterna præferuntur ciuibus ex priuilegio, n. 96.*

P

*Pactum ad diſcurſum quid? & an ſit contra conſcientiam? latè diſputatur, lib. 2. deciſ. 9. n. 40. & 50. cum ſeq.*
*Quando, quomodo, quibuſuè in contractibus ſoleat apponi? n. 52. 53. & 54.*
*Quibus caſibus per ritum concedatur, n. 63.*
*Tollit huius diſpoſitionem loquentem de pin... guen aequiualenti, num. 65.*
*Effectus, n. 66.*
*Bona quomodo ſubhaſtanda? ibid.*
*Eſt de iure validum n. 68. intellige, vt nu. 74. 75. & 79.*
*De decreto quando nullum eſt ſtante hoc pacto, vide decretum, fraus ſolet accidere in pacto ad diſcurſum, n. 72.*
*Et de fraude ſubhaſtationem an illud annullet? n. 73.*
*Pactum adiectum in contractu mutui de certo intereſſe dando an valeat? vide verb. vſura, vbi de his pactis circa intereſſe multa adſunt.*
*Pactum legis commiſſoriæ non valet, lib. 2. deciſ. 9. n. 70.*
*Pactum de retrouendendo temporale valet, numero 95.*
*At læſione perpetuum eſt, n. 95.*
*Papa non cognoſcet de cauſis temporalibus, ſed aliquando remittit illas ad Iudicem ſæcularem, nec appellatio ad ipſum tenet, ad intellectum, c. ſi duobus §. denique de appellat. vide verb. lex.*
*Habet omnem poteſtatem in terris ſibi ſubiectis, quæ ipſi fuere reſignata à Conſtantino Imperatore.*
*Leges an, & quomodo temporales facere poſſit? vide eod. verb.*
*Quare ita vocatur, & de eius titulis? & poteſtate vacante Imperio, & in Principes ſæculares, & quia ſeruus ſeruorum nuncupatur? lib. 1. d. 4. n. 3.*
*Fidei articulos definit, nec errare poteſt, etiam ſi abſque Concilio aliqua decidat, n. 4. & 5.*
*Sicut in Canonizatione Sanctorum, & Reliquiarum approbatione, decretiſuè ad ſtatū Eccleſiæ pertinentibus, n. 6. 7. & 8.*
*Quid ſi vt author priuatus? & poſſit in hæreſim incidere n. 9.*
*De pena contra dicentes verba iniurioſa Papæ, & ſuperioribus, ibid.*
*Ipſi omnes perſonæ ſubeſſe debent, & omnimodam habet poteſtatem diſpēſandi ad ius poſitiuum, n. 16.*
*Hæc poteſtas, vel abſoluta, aut ordinaria, & quæ ſit? ius Diuinum declarat, & nō tollit, n. 13. idem de naturali, num. 17.*

*Habet*

Habet aliquos caſus reſeruatos, n. 14. & 15.
Legibus eſt ſolutus, ſed ſecundum illas viuere profitetur, n. 16.
Clericos ſubditos laycis facere non poteſt, & Eccleſiam Romanam transferre à Roma, num. 17.
Parochus quid, & Parochiæ à quibus erigi, & diuidi debent? lib. 1. deciſ. 20. n. 120. cum ſeq. vbi multa circa poteſtatem, ætatem, præcedentias, electiones, & alia Parochorum vſque ad num. 131. & de iure decimarum, oblationum, aliarumuè rerum, nu. 124. & 130.
Parentibus Deo, & Magiſtro, parem gratiam referre non poſſumus lib. 1. deciſ. xi. n. 180.
Valdè honorandi, deciſ. 12. n. 12. & lib. 2. d. 2. n. 106. & 108.
Et ſubueniendi ante omnes, & filios in neceſſitate, n. 62. & 64.
Patriæ debitores ſumus, lib. 1. deciſ. 10. nu. 92. & iſta potius ſuos ciues, quam alienigenas alere, & fouere debet, ibid. n. 93.
Pater an perdat vſufructum ex bonis filij profeſſi, lib. 1. deciſ. 12. n. 64.
Monachi ſunt liberati à Patria poteſtate, lib. 1. deciſ. 12. n. 111.
Quid de Clericis? deciſ. 11. n. 25.
Patriarcha quid ſit? & de eius dignitate, & poteſtate? lib. 1. deciſ. 6. n. 1.
Quare ita vocatur, & de origine, & qui propriè, & impropriè, hoc nomen habeant? n. 3. 4. & 7.
De eorum priuilegijs, & loco, n. 6. & 7.
Parochi fides ciuilitatem probat, lib. 1. deciſ. 3. num. 93.
Peregrini, vide lex.
Perſona idem, ac homo, & duo perſonarum genera, 1. deciſ. 4. nu. 2.
De perſonis Eccleſiaſticis habentibus dignitates, & officia in Curia Romana, lib. 1. deciſ. 10. num. 4.
Philoſophia an neceſſaria in Iuriſtis, & Aduocatis, atque Lectoribus iuris Canonici, & ciuilis? lib. 2. deciſ. 3. n. 18.
Pignus, vel fideiuſſiones pro ſecuritate non proſunt in aliquod debitoribus, lib. 2. deciſ. 9. num. 102.
Pinguevalens quid ſit? & quando detur, vel non? lib. 2. diſp. 9. n. 55. 56. & 73. an valeat in conſcientia? n. 61.
Pœnas pecuniarias Epiſcopus cameræ applicare non poteſt, vide Epiſcopus.
An requiratur declaratoria etiã ſi fuerit dictũ, vt ipſo iure imponatur? lib. 1. deciſ. xi. num. 17.
Pœna in contractu mutui alijſque contractibus debentur circa id, quod intereſt parti, & in compromiſſis in Regno noſtro, lib. 2. d. 9. n. 27.
Pœnitentia Sacramentum quid? & de eius materia, forma, & miniſtro, cum ſuſcipientibus? lib. 2. deciſ. 2. n. 14.
Pontificalium vſus, vide Baldachinum.
Poſſidens, & deiens poſſidere ex cauſa voluntaria, adhuc poſſeſſor dicitur, lib. 1. deciſ. 12. num. 84.
Poteſtas, vide Princeps.
Præcedentia Epiſcoporum, inter ſe, & cum Legato, & Archiepiſcopo, vide Epiſcopus, & in materia præcedentiæ præualet conſuetudo, lib. 1 deciſ. 10. num. 12. & 18. & 61.
De præcedentia Canonicorũ, vide Canonicus, & Abbatum, vide Abbas, Vicariorum, vide Vicarius, Eccleſiarum, vide Eccleſia, funerum, vide ſepultura.
Præcentor, vide Canonicus.
Præuento negotio ab vno iudice, alius ſe immiſceri non debet, lib. 2. d. 2. n. 100.
Præſcripto capitale an cenſeantur præſcripta vſura, & aliæ acceſſiones, lib. 2. deciſ. 9. numero 30.
Et in annuis præſtationibus, & legatis, & in cenſu perpetuo, quoad decurſa, & quando dominium directum intelligatur præſcriptum, n. 31.
Pretium quotuplex? lib. 2. deciſ. 9. num. 81. & 82.
Legalem non ſeruans peccat, n. 81. etiam ſi tempore neceſſitatis taxaretur, ibid. & Clericus ſeruare tenetur, vide Clericus.
Creſcit, & decreſcit, & regulatur ex loco, tempore, & modo vendendi, n. 84. 85. & 86.
Ex contractus tempore conſideratur, ibidem num. 89.
Prædicatores fabulis in concionibus non vtantur, lib. 1. deciſ. 7. n. 20.

Pres-

*Preſbiter quid? & quid veniat huius appellatione? lib.1.d.11.n.4.*
*Primas quid? & de eius priuilegijs? 1. deciſ. 6.num.8.*
*Meſſanenſis Archiepiſcopus primas eſt in Sicilia, ibid.*
*Primicerius, & eius dignitas? vide verb. Canonicus.*
*Primitia quid? & an debeatur ex pracepto, lib.2.d.7.n.5. & quando? ibid.*
*Princeps cum rationibus, & legibus debet decidere, 1.2.n.11.*
*Subditus diſputare nõ debet de poteſtate Principis, ibid. & ſacrilegium eſt, deciſ.3.n.19.*
*Principum placita legis habent vigorem, 1.3. num.6.*
*Priores ſaculares, & regulares qui? & de priuilegijs, lib.1.d.10.n.5.*
*Priuilegia, vide Meſſana, & ſi deſcendentes ex maſculis ſolum priuilegijs gaudẽt, ibid.*
*Per non vſum an cenſentur amiſſa? ibid. & de priuilegio Can. ſi quis ſuadente, quibus perſonis conceſſum cenſetur? lib.1. dec.11. n.10.11. cum ſeq. vide Clericus.*
*Priuilegia Eccleſia, vide Eccleſia priuilegia.*
*Proceſſiones an facere valeant religioſi extra elauſtra? & an Epiſcopus dare debeat licẽtiam faciendi proceſſiones Corporis Chriſti in Quadrageſima, & alijs temporibus extra factum proprium, lib.1. d.12.n.40.*
*Publica proceſſiones, qua ſint ad quas regulares, & alij compelli poſſunt ab Epiſcopo, & qui excipiantur? n.41.*
*Clerici etiam inſeruientes in Eccleſijs Religioni Hieroſolymitana ſubiectis compelli valent, & Cappellani Eccleſiarum Regularium, n.42.*
*Confraternitates an cogi poſſint? ab eod. & viſitari? n.43.*
*Idem dirigere, & ordinare debet proceſſiones, & quaſtiones dirimere etiam inter Regulares, quod poteſt Vicarius Generalis, appellatione remota.*
*Et non ſolum in ſuis, ſed in eiſdem Regularium Eccleſijs, n.44.*
*Clerici ſaculares, & exempti an cogi poſſint, vt accedant? n.45. & 46.*
*An omnes obligati teneantur accedere cum cereis? numero 47.*
*Procuratio ad ſtipulandum minutam, vide appellatio.*
*Probatio ex verbis cunctis validior, lib.1.deciſ.xi.n.99.*
*Profeſſus, & profeſſio, vide Religioſus.*
*Promulgatio legis, vide lex, & ſi decretales libri cum legibus Iuſtiniani Imperatoris fuere promulgati, ibid.*
*Proquinquitas, & conſanguinitas hodiè maximè praualent, lib.1.deciſ.10.n.107.*
*Prorex, vide ſubſtitutio.*
*Protopapatus dignitas eſt Meſſana, & quid ſonet hoc nomen? & de authoritate? lib.1. deciſ.6.n.28.29. & 30.*
*Protonotariorum Papa priuilegia, numerus, & officium, lib.1. deciſ.10. n.4. & de Auditoribus Rota, Theſaurarijs, Gubernatoribus Vrbis, & alijs perſonis dignitates, & officia habentibus in Curia Romana.*
*Procuratio quid? & quo modo? & quando debeatur? lib.2.d.7.n.9.*

Q

*QVarta decimationum quid? & funeralis?*
*Quibus, & quando debeantur? lib. 2.deciſ.7.n.12.*
*In his perſoluendis conſuetudo locorum attenditur, ibid.n.13.*

R

*RAtio eſt anima legis, 1.2.n.7. & deciſ.3. num.5.*
*Ratione potius, quam ex verbis legis ſufficit caſum decidi; nec de omnibus ratio reddi poteſt, ibid.*
*Vbi hac ſuadet contrarium conſuetudo non eſt amplectenda, lib.1.deciſ.xi.n.173.*
*Ratio ſequenda, & attendenda non doctorum opinio abſque ratione, vide Doctor.*
*Reconuentio an, & in quibus caſibus facienda? lib.2.deciſ.11.n.73.*
*Reconuentio reconuentionis an detur? n.77.*
*Non debet eſſe affectata, nec datur in cauſa ſpirituali, & criminali, n.78.*
*Et in quacunque iudicij parte etiam poſt conclusum*

Digitized by Google

*cluſum in cauſa, num. 79.*

*Laycus reconuenitur coram Iudice Eccleſiaſtico, & executio fieri non poterit ab eodem Iudice, ſicuti in Clerico, n. 80.*

*Reductio ad arbitrium boni viri, vide appellatio.*

*Referendariorum Papæ priuilegia, & numerus, lib. 1. deciſ. 10. n. 3.*

*Regula non inhærendum, vbi adſunt claræ limitationes, & exceptiones, lib. 1. deciſ. xi. num. 173.*

*Relictorum Eccleſiæ priuilegia, vide Eccleſia.*

*Religioſorum ordines, lib. 1. deciſ. 12. num. 1. & ſeq.*

*Inſtitutio, & origo, & Monachus, idem ac ſolitarius ſonat.*

*Monachorum appellatione, qui veniant ex religioſis, an conuerſi, oblati, & Equites Hieroſolymitani? n. 6.*

*Regularis vnde dicitur, & Religioſus? n. 4.*

*Religioſi alij Monachi, alij Fratres, alij Clerici regulares, alij oblati, alij conuerſi, & tertiarij, & alij mendicantes, & non mendicantes, & qui ſint? & de Eremitis, n. 5.*

*Equites S. Ioannis Hieroſol. S. Iacobi, & alij an ſint veræ Religioſi? & Canonici Regulares? n. 6.*

*Nomina, Monachus, Regularis, & Religioſus, vt plurimum confunduntur.*

*Minores, & ſerui an fieri poſſint Religioſi? n. 8.*

*Matrimonium ratum diſſoluitur per profeſſionem, & Pontificis diſpenſationem, non ita conſummatum, & coniugatus ſi profitetur abſque alterius licentia auocatur, atque adducuntur caſus in quibus non auocatur, num. 10. & 11.*

*Licentia coniugis requiritur, vt alter profiteri poſſit, vel ordines ſuſcipiat, & ſi iſte ſit ordinatus religionem ingredi an debeat vxor, n. 10.*

*Maritus auocatur ab vxore, & ſi fuerit ad dignitates erectus, & ad S. Pontificatum, numero 11.*

*Religionem ingredi volens de vrbanitate parentes relinquere non debet, ſi iſti viuere aliomodo non valent, ſed profeſſio facta valida eſt.*

*An exire valeant profeſſi pro his ſuſtentandis in neceſſitate, & pro fratribus ſororibuſq; n. 12. & 64.*

*Dignitates obtinentes cum cura animarum an fieri valeant Religioſi? & Regulares nõ valent retinere beneficia, quid de Patribus Societ. Ieſu, & an Monachi ordinari poſſint abſque patrimonij titulo? n. 13.*

*Fructus beneficij lucratur nouitius, & illius onera per ſubſtitutum ſatisfieri debent, & ſi valeat illud renunciare? num. 14.*

*Debitor, & negotijs ſæcularibus implicitus religioſus fieri valet, & valida eſt profeſſio? nu. 15. & 62.*

*Metu facta nulla eſt, n. 16. & 17.*

*Nullitas tentari debet intra quinquennium à die profeſſionis, & poſt illum tempus durante cauſa metus, n. 21.*

*Et abſque reſtitutione, n. 22.*

*Explicatur Bullæ Vrbani 8. loquentis de profeſſione emiſſa in locis non deſignatis, n. 23.*

*Quomodo demonſtrari poſſit duraſſe cauſam metus, ibid.*

*Capto iudicio intra quinquennium eo elapſo terminari poteſt, & ſit coram Ordinario, & Superiore regulari illius loci, & quis veniat hic Superioris nomine, n. 24.*

*Prælatus Regularis poteſt profeſſum cum impedimento perpetuo excere à religione, & an iſte tuta conſcientia aufugere poſſit? numero 25.*

*Ratificatio profeſſionis nullæ an præſumatur? & ex quibus capitibus haberi poſſit, & de actibus excludentibus ratificationem profeſſionis, n. 26.*

*Hæc aliquando expreſſa, & tacita, & quomodo explicetur, n. 27.*

*In dubijs an profeſſio ſit valida præſumendum pro nullitate, & ratio aſſignatur ibid.*

*Religioſum eiectum Monaſterium an alere teneatur? n. 31. 61. & 62.*

*Eici quare valeant Religioſi? & de iſtorum obligationibus, & ſi perdat ſucceſſionẽ Monaſterium, n. 28. & 29.*

*Horas Canonicas recitare an teneantur? & ſuperioribus obedire, & religio eos recipere debet ſi ſunt correcti, & cui ſint ſubditi, num. 30.*

*Alere eos etiã tenetur ſi cõmodũ bonorũ, & ſucceſſio-*

ceſſionem habeat, & ſperet? nu.31.

Religioſi habent ſpecialia priuilegia in iure deciſa ſupra Clericos, & quæ ſint? n.35.

Mulieres ingredi non debet clauſtra religioſorum, n.36.

An poſſint eſſe teſtes, fideiuſſores, arbitri, & executores teſtamentarij, & ſtudere valeant iuri ciuili, & Canonico, vel Medicinæ, aut legere? n.37.

Præcedentia inter Religioſos, & qui præcedere debeant?

Studium, & litteratura in Religione varios gradus, & prærogatiuas tribuunt, n.38.

Interpretatio cuiuſdã regulæ Ordinis SS. Trinit. circa præcedentiam Patrum Prædicatorum de Prouincia, ibid.

Religioſis conceditur priuilegium exemptionis à poteſtate Epiſcopi, n.39.

Sed iſte procedit contra eos habentes beneficia ipſi ſubiecta, & contra accipientes aliquid à nouitijs pro ingreſſu Monaſterij, ibid.

Cogit vt accedãt ad proceſſiones publicas, ſub pœna, &c. vide proceſſio.

Religioſos delinquentes extra clauſtra, vel in Eccleſia ſua quomodo Epiſcopus punire poſſit, n.49.

Et in caſu ſuſpicionis fugæ, aut graui delicto, num.50.

Quid de Prælato, & Superiore regularium delinquente, n.51.

Aut delicta ſubditorum non caſtigante, & nouitijs delinquentibus ante ingreſſum religionis, n.52.

Religioſi curam habentes animarum an Epiſcopo ſubdantur? & ab eo viſitari poſſint? ſicut Moniales exemptæ ſi expediens pro ſalute animarum erit, & de viſitatione, numero 54.

An idem dicendum de hoſpitalibus, & congregationibus, atque confraternitatibus poſitis in domibus religioſorum? ibid.

Concionatores Regularium licentiam ab eodẽ petere debent, & examinari, nec fabulis vtantur in concionibus, n.57.

Idem de confeſſionibus audiendis, vbi multa de iſtis confeſſarijs Regularium.

Epiſcopi in Eccleſijs Religioſorum prædicare valent etiam renuẽtibus iſtis, n.58.

Vota ſeruare Regulares tenentur aliàs nõ gaudent ſuis priuilegijs; & mendicantium fauores, & priuilegia alijs Monachis ſunt cõceſſa per communicationem, n.59.

Nouitiatus præcedere debet profeſſionem, & de tempore iſtius, & profeſſionis, quod an coarctari poſſit; ibid.

Et Nouitij an veniant nomine Religioſorum?

Bona acquiſita poſt profeſſionem ſunt Monaſterij, ſed iſtud poſtea an teneatur de debitis Monachi contractis ante profeſſionẽ? n.61.

Debitor Religioſus bona habens quomodo conueniendus? & bona eiecti abſque cauſa, nec habere debet Monaſterium aut renunciantes, ſed ipſe recuperat, n.62.

Exire an valeat, vt ſoluat debita, & bona remaneant obligata? n.63.

Executiuè, nec poteſt conueniri Monaſterium pro iſtis debitis, licet Monachus conueniri antea poſſit, n.64.

Legitima an debeatur filijs profeſſi, vel alijs in morte naturali iſtius, an in profeſſione? & ſi pro alimẽtis iſta non ſufficiãt Monaſterium alere debet, & omnes etiam filios ſpurios, ibid.

Pater an perdat vſufructum ex bonis ingreſſi, & ſi exire poſſit iſte pro ſororibus fratribuſq; alendis ſicut in extrema parentum neceſſitate, & n.12.27. & 31.

Religioſus, vel Monaſterium hæredes inſtituti an teneantur facere inuentarium? latius examinatur, & diſcutitur, n.65. cum ſeq.

Nouitius per duos menſes ante profeſſionem renunciare debet bona ſua, donationeſue facere, n.87.

An teneant renunciationes ſi Religioſus fuerit eiectus, vel egreditur aut diſpenſationem obtinuerit? & virtute ingreſſus an aliquid dari poterit, & de Nouitio, qui facta renũciatione non fuit profeſſus an recuperet bona donata, & à quibus cogi poſſint regulares pro his reddendis?

Monachus quando contrahere poſſit alioſuè cõuenire? & ſoluens an liberetur?

Et teſtamentum facere? n.90. & quæ debeantur Monaſterio ex teſtamento Monachi, & parentibus filijſque, ibid.

Licentia poſtea habita an ſit valida? & debeatur

*beatur immiſſio?*

*Profeſſione facta in mortis articulo non ſuccedit Monacho Monaſterium, ſed venientes ab inteſtato, n.91.*

*Monacho herede inſtituto hereditas an ex perſona Monachi, vel Monaſterij deferatur abſque noua apprahenſione, n.92.*

*Tranſeuntes de vna ad aliam Religionem an poſſint ſecum ferre bona, quæ in prima acquiſierunt, & de Religioſo facto Epiſcopo cui acquirat? atque bona fructuſuè Epiſcopatus ad cuius fauorem valeat diſponere? ibid. n.93.*

*Tranſeuntes nouitiatum facere debent, & quæ cauſæ requirantur ad tranſitum? n.94.*

*Religio quanam dicatur arctior ſtandum ſuis conſtitutionibus, & alia de his tranſeuntibus, n.95.*

*Donationes numerumuè largitiones iſtis, & Monialibus an prohibeantur, n.110.*

*Et an ſuperioribus religionum, ibid.*

*Monachi non habeant commatres, nec alloquantur cum mulieribus occulte, ibid.*

*Et ſi Epiſcopus hos alloquentes carcerare poſſit, & intrantes domus meretricum?*

*Monachus quidquid acquirit Monaſterio acquirit, & liberatus eſt à patria poteſtate, ius ſuitatis adhùc habet, & hæreditatem non aditam Monaſterio tranſmittit, & hoc accuſat Monacho interfecto poſt cõſanguineos, & an ante vxorem, n.111.*

*Regulares an recurrere valeant ad laycam poteſtatem pro aſſiſtentia, & defenſione perſonarum, & bonorum ſuorum à violentijs, & quomodo practicari poſſit concluſio? nu. 134. vſque ad finem.*

*Religioſorum domus ſubdantur poteſtati Pontificis Summi, neque Monaſteria ædificari, & Religiones poſſunt erigi abſq; Papæ licẽtia, & Epiſcopi, aut Ordinarij locorũ poteſtatem iuriſdictionis habentis, lib.2. deciſ. 5.num.45. & 48.*

*Conuocandi alij Regulares, & examinandi reditus violentium erigere Monaſteria, numero 46.*

*Quid ſi alij nolint acquieſcere, & appellant? ibid.*

*Nec Religioſi hodie poteſtatem habent, n.47.*

*Epiſcoporum nomine, qui veniant in his licẽtijs concedendis, n.48.*

*Quo in loco ædificanda Monaſteria, n.49.*

*Quibus ſint ſubiecta, & de immunitatibus, & exemptionibus, n.50.*

*Non valent erigi de nouo niſi ex licentia S. Congreg. & quando poſſunt fratres ſuſtentari, qui ſi non ſint duodecim viſitationi Epiſcopi ſubduntur, & de Bulla Innoc. X. nouiter facta circa hanc materiam, & ſuppreſſione paruorum conuentuum, n.51.*

*An valeant leges facere, vide lex.*

*Remedium gratioſum, vide læſio.*

*Renũciatio facta à Religioſis an teneat, ſi profeſſio declaretur nulla, & pactum contrarium, lib.1.deciſ.12. n.32. & de illis factis à Nouitijs, & Religioſis.*

*Renunciatarij an habeant bona eiecti abſque cauſa à Monaſterio? ibid.n.62.*

*Repraſalia quid ſit?*

*An de iure permiſſa contra Clericos, & laycos? & de iure priuilegiorum Meſſanæ, lib.1.deciſ.12.n.128. vſque ad num.133. ibi ſi dari poſſunt in Curijs Conſeruatorum, & Eccleſiaſticis.*

*Reſpondere non debemus diuinando, lib.1.d. xi.num.98.*

*Reſpublica armis, & literis bene gubernãtur, lib.1.deciſ.11.nu.171.*

*Reſtitutio in integrum coram quo Iudice Clericus petere poteſt, lib.1.deciſ.xi.nu.96. & 97. vide Clericus, & terminus, læſio, Monaſterium an debeat reſtitui in integrum quando non fecit inuentarium.*

*Et maioribus hæc concedi debet ex cauſa Ignorantiæ, & cauſa præuenta, atq; ſi impediat executionem eod.lib.deciſ.12. n.68.*

*Minori habẽti beneficium reſtitutionis in integrum non tenetur quis, in conſcientia retinere bona ante ſententiam, lib.2. deciſ. 9.nu.97.*

*Retractus ſtatuta an ligent Clericos? & Eccleſias actiuè, & paſſiuè? vide Clericus, & Eccleſia, & lib.2.deciſ.6.num.34. & 35. cum ſeq.*

*Statuta prohibentia ius congrui, (ſicut noſtrũ Eccleſijs, Comitibus, & Baronibus retractum prohibent) an actiuè, & paſſiuè intelligan-*

*ligantur cum alijs quæſtionibus ad materiam, n.40. & 43. ibi de ſolutionibus faciendis, & pretijs dandis, &c.*
*In iure luendi non datur retractus, lib.2.decis.6.n.44.*
*Contrarijs reſpondetur n.45. & facit tertiam ſpeciem inter rem mobilem, ibid.*
*Et cenſus etiam redimibilis, & irredimibilis excludit retractum, ibid.*
*Statutum inducens ius congrui eſt odioſum, ibid. n.45.*
*Ritus diſpoſitionem an ſeruare tenentur Clerici, vide Clerici.*
*Priuatorum induct a fauore per pactum tollitur, lib.1. decis.9.nu 65. an poſſit tolli per ſtylum Curiarum? vide ſtylus.*
*Rocchus Pirrus refellitur cũ multa imperitè, & temerè ſcripſerit, lib.2. d.8. n.18.*

*S*

*Sacerdotes Reges vocantur, & venerantur ab iſtis, & Principibus ſæcularibus, lib.1. decis.11.n.3.*
*Quare ita vocantur? n.4.*
*Sacerdotium fuit à Chriſto Domino inſtitutũ, & in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt presbyteri, & Sacerdotes, n.6.*
*Illiterati parui extimantur à laycis, & multitudo presbyterorum facit eos viles, lib.2. decis.2. n.31.*
*Sacramentum in genere quid? & quot ſint noua legis Sacramenta? lib.2.d.2.n.1.*
*Alia neceſſaria, alia voluntaria, & quæ ſint, num 2.*
*Deus ex abſoluta potentia ſine Sacramẽtis homines iuſtificare poterit, n.3.*
*Author Chriſtus Dominus, & quodlibet conſtat ex materia, forma, & miniſtro, qui cõficit Sacramentum, & ſi ſit in peccato mortali, & an peccet? n.4.*
*Ius Canonicum attendendum eſt in his, quæ ad Sacramenta pertinent, & ad Sacramentum Matrimonij, nec Principes ſæculares circa hoc aliquid ſtatuere poſſunt, nu.101. lib.2.decis.2.*
*Scholares, vide ſtudentes.*
*Sciẽtia à Sapiẽtia quomodo differat, & in omnibus ſcientijs contrarietas reperitur, lib. 1. decis.xi. nu.106.*
*Scriptura priuata, vt vim publici inſtrumenti habeat facere non poſſunt, priuatæ perſonæ, ſecus, vt faciat plenam fidem ſi trino teſte munita, lib.1. decis.7. n.69. & 70. vide Notarius.*
*Si abſque ſubſcriptione probat, & abſque die n.72. & 73.*
*Quando computetur dies pro hypoteca, n.74.*
*Sedes Epiſcopi, prima debet eſſe in Eccleſia, & de Sede Laycorum, & Thurificatione, lib. 1. decis.7. n.105.*
*Senator electus Imperator talis erit, lib.1.decis.10. num. 74.*
*Sententia nullitas circa bona Clericorum, vide Clericus.*
*Sindicari debet quis ab eo à quo habuit officiũ, etiam ſi Clericus ſit habens officium à layco, & Regularis ab Epiſcopo, lib.1.d.xi.n.82.*
*Socius an intereſſe cum aſſicuratione capitalis ſocio dari poteſt, vide v. vſura.*
*Spes multa operatur lib.1.decis.10. n.89.*
*Spolium Clericorum coram quo examinandũ, vide Clericus ſpoliatus, & Regularis.*
*Sponſalia quid? vide Matrimonium.*
*Straticotialis Curia iuriſdictio Meſſanæ, & in diſtrictu, 1.decis.8.nu.4. & 5. & de dignitate Straticoti, nu.6. Iudices huius Curia capiũt poſſeſſionem in Palatio Illuſtriſs. Senat. coram quo iurant obſeruare omnia priuilegia, ibid.n.4.*
*Studentes, vide Doctores, Aduocati, Lectores, Studens barbatus in alio ſæculo erit Aduocatus, lib.1.d.10, n.44.*
*Debet iuri Canonico, & Ciuili opera dare ſi bonus Aduocatus eſſe cupit, n.46. & lib.1.decis.2.n.penult.*
*Studia, & Doctores appretiari debent in ciuitatibus, nam his regna benè gubernantur, lib.1.decis.10.num.81. & de virtutis laudibus, n.79. & 83.*
*Studij rector eſt Iudex competens Clerici in cõcernentibus ſtudium, eod.lib.d.10.n.84.*
*Sepultura ius, & à quibus ædificari valeant ſepulturæ, quo in loco, & de benedictione, & immunitate? lib.1. decis.10. nu.11. vide Cappella.*

*Aſſen-*

*Aſſenſu Epiſcopo, vel aliorum habentium poteſtatem, etiam Regularium, ibid. n.12.*

*Libera eſt cuique ſepulturæ electio exceptis regularibus, n.13.*

*Nouitij non ita, n.14.*

*Idem de Superioribus Religionum, nu.15.*

*Quid ſi layci non elegerunt ſepulturam, & Peregrini quo in loco ſepeliendi, & pauperes, ibidem.*

*Voluntas hæc quomodo probanda, n.16.*

*Modus ſepeliendi fidelium corpora in Eccleſijs, & laudatur conſuetudo ſepeliendi in illis, vbi adſunt Sanctorum Reliquia, quæ non in paruo numero Meſſanæ ex ijſdem ciuibus habentur n.17. & 18.*

*Qui prohibentur ſepeliri, n.19. & 20.*

*Pæna contra Parochos, & Epiſcopos, aliaſue perſonas ſepelientes perſonas prohibitas in Eccleſia, n.21.*

*Exhumandum non eſt corpus mortuum etiam pro dignoſcendo delicto; ſed transferri poteſt de vno ad alium locum, cum licentia Epiſcopi ſi ſteterit loco depoſiti, n.22.*

*Parochi, vel Religioſi an pro iure ſepulturæ aliquid accipere valeant? n.23.*

*Ius ſepulturæ an vendi poſſit? n.25.*

*Præcedentia circa funera regulanda ex conſuetudine, n.26.*

*Capitulum Cathedralis Eccleſiæ omnes præcedat, idē de Collegiata, & ſtatuta facere poſſunt, vt non accedant, & non ſolum iſti, verum etiam Confraternitates, & alij Regulares, n.27.*

*Statuta laycorum reſpicientia publicam vtilitatem, an ligent Clericos habentes officia, lib.1.deciſ.11.n.83. & de alijs, vide verb. Clericus, & verb. lex.*

*Et ſi in perſonas, & res dirigantur, lib.12. numero 104.*

*Statuta laycorum, & Epiſcopalia Monaſterium non ligant, lib.1.d.12.n.64.*

*Approbata ab ipſiſmet, & recepta ex immemoriali tempore in ſua Curia eos ligant, lib.1.deciſ.xi.n.135. & deciſ.12.n.70. & lib.2.deciſ.6.n.42.*

*Stylus, vide conſuetudo, & pro iure ſeruandus, lib.2.deciſ.9.n.77.*

*Stylus, & vſus præualent ad immutandam ritus diſpoſitionem, ibidem.*

*Conſuetudo, & ſtylus, nō requirūt ſententiam de ſui natura, ibid.n.76.*

*Subhaſtatio quæ? lib.2.deciſ.9. num.66. vide pactum ad diſcurſum.*

*Bona ſubhaſtata pro quacunque ſumma emi poſſunt ſine læſione, n.67.*

*In venditione ſubhaſta poteſt accidere, vt res, & bona vendantur pluſquam valent, n.68.*

*Subhaſtatio bonorum in M.R.C. & in noſtra R.C.S. quomodo fiat? n.72. & 76.*

*Debitor modo contrahens ſcit quomodo bona ſubhaſtentur, n.78.*

*Pretium rerum venditarum ſubhaſta naturale eſt, n.83. & 84.*

*Bona ſubhaſta vltroneè vendita dicuntur, numero 84.*

*Quantum minuatur eorum valor, num. 85. & 86.*

*Poteſt expectari tempus, vt res ponatur ſubhaſta, vt vilior fiat emptio, ibid.n.86.*

*Debitor non depauperatur ex hac venditione, num.87.*

*Pretium in ſubhaſtatione pluſquam iuſtum dicitur, n.89*

*Subſtituere an poſſit Prorex in caſu mortis, & alij officiales, lib.1.d.9.n.17. & 18.*

*Subtilitas nimia reprobatur, lib.1. deciſ.10. n.101.*

*Superbia radix malorum, lib.2. d.2.n.34.*

*Superflua reſecanda, ibi.n.5.*

*Suſpecti allegantur Doctores de Collegio ſolo iuramento, & Aſſeſſores lib.1. deciſ.10.nu. 19.50.& 51.*

*Priore Collegij ſuſpecto an ſit totum Collegium? ibid.*

*Quid de Præſide, Prorege, & Epiſcopo, & de M.Notario, Iudicibuſq; cauſarum Delegat. M.R.C. & Conſultoribus, ibidem.*

*Synodus quid, & quo tempore celebranda? lib.1.deciſ.3.n.45.*

T

T*Erminus ad redimendum datur debitori, & creditori, & cuilibet extraneo in venditione facta à curia, & quomodo? lib.2.deciſ.9.num.77.*

Per Principem prorogatur, vel iterum indulgetur, & quando non? nu.93.94.& 95.

Termino elapſo ſunt creditori bona irrenocabiliter acquiſita, ibid.

Venditor, vel debitor læſi non obſtante lapſu termini poſſunt virtute reſtitutionis in integrum ad redimendum admitti, & terminus de temporali fit perpetuus, n.94.

Tertiary an gaudeant fori, & Canonis priuilegio? vide Priuilegium, Clericus.

Tertius poſſeſſor an executiuè conueniri poſſit? vide executio.

Teſtatoris conſanguinei non conſanguineis præferuntur in beneficijs acquirendis, lib. 1.deciſ.10.n.86.

Tex. in c.conſtit.de integ.reſt. explicatur, lib. 1.deciſ.xi.n.88.

Et in l.2.C. ubi, & apud quem, &c.n.96.

In l.diffamari, & l.ſi contendat de ingenuis, num.101.

In l.2. C.de ſum. Trin. & fide Cath. declaratur.

In l. omnem C. ad Tertull. & l.1. C. de interdict. matrim. inter tut. & pupill. ſunt correcti de iure Canonico.

In c.fin. & c. veſtra de cohab. cleric. & mulier.lib.2.deciſ.4.n.30.

Et in l. capitalium §. graſſatores de pœnis ibid. n.32.& 33.

Theologi. vide Canoniſtæ.

Theologis quare hodie cognitio de rebus fidei defertur, l.2.n.26.& 36.

Perfecti erunt ſi ſcientiam ſacrorum Canonū profitentur, lib.2.deciſ.1.n.6.

Theologia ſpeculatiua, & ſcholaſtica ſola non eſt ſufficiens pro cura animarum, ibid. n.7.

Theologi an Iuriſperitis præferendi in electione Inquiſitorum, lib.2.deciſ.3.n.14.

An neceſſaria in lectoribus iuris Ciuilis, & Canonici, & Iuriſtis ſimpliciter Theologia? lib.2.deciſ.3.n.18.& 19.

S.Thomas eſt Canoniſtarū Magiſter, 1.3.n.4.

Tyrannis an liceat mortem optare? eoſq; occidere Chriſtianus valeat? lib.2. deciſ.3.numero 3.

Trinitatis nomen quid ſignificet? lib.2.deciſ. 1.num.7.

Addicitur tex. in l. 2. C. de ſum. Trinit. explicaturque error Græcorum circa proceſſionem Sp. Sancti, ibid.

V

VAriatio an admittatur de cauſa ciuili ad criminalem, lib.1.deciſ.11.num.75.& quando de una actione ad aliam n.76.

Venditio facta ſubhaſta vide ſubhaſtatio.

Res tantum valet, quantum vendi poteſt, lib. 2.deciſ.9.n.70.& 87.

Neceſſitas vendendi arguit paucitatem emptorum, n.85.

Debitor pro creditoribus ſatisfaciendis non cogitur rem ſuam vilius vendere etiam in conſcientia, nu.90.& quomodo eſſe debeat venditio ut vilis eſſe dicatur? ibid.

Vendere quis rem ſuam an cogi poſſit? lib.2. deciſ.6.nu.18.& de Eccleſia, quæ vicinos cogit, vide Eccleſia.

Pretium in his caſibus quomodo taxandum, & regulandum? n.26.

An dominus teneatur habere fidem de pretio? & coram quo Iudice faciendum hoc iudicium? n.27.

Domus vicina ædificijs, & via Philiberta, qua Meſſana proſpicitur, & mundi miraculum vocatur, vendi poſſunt pro ſtructura eiuſdem, n.26.& de pretio atque ſi ſint Eccleſiæ domus, ibid.

Domus Eccleſiæ an comprahendantur ſub ſtatutis factis pro cogendis vicinis ad ampliandas domus, & magna palatia, vide Eccleſia.

Quo pretio emi debent? n.31.32.& 33.

Veritas attendenda ſemper, lib.1.d.12.n.66.

Via executiua, vide executio.

Via Philiberta, qua proſpicitur Meſſana Mundi miraculum vocatur à D. Mario Cutelli Siculo Catanenſi, lib.2. deciſ.6.n.28.

Vicarius quid, & quotuplex, lib.1.deciſ.9.numero 1.& ſeq.

Et Corepiſcopi non ſunt in vſu, ibid.& nu.9.

An teneatur Epiſcopus facere Vicarium? n.4.

De requiſitis ad creationem n.5.& poteſtate num.7.

An faciat vnum tribunal cum Epiſcopo n.6.

De Aetate, nu.10.& præcedentijs in Cathedrali, & actibus capitularibus, n.31.

Sicut

Sicut in choro, & proceſſionibus, ibid. & cum laycis ſubditis, n.13.
An creari poſſit conſeruator Vicarius Generalis, aut Capitularis, n.12.
Sunt in dignitate conſtituti, n.14. habentque inſignia, & candatarium, n.15.
In abſentia, vel in caſu mortis an alium ſubſtituere poſſit? n.16.
An veniant in diſpenſationibus ordinarij appellatione, & in alijs caſibus, n.19.
Capitularis, vide verbo Canonicus.
Iuriſprudentia in hoc maxime neceſſaria, lib. d.xi.n.185.
Vineam alienam ingredi, & vuas comedere licitum eſt, lib.1.1.n.2. ſicut, & ſpicas, ſed non aſportare, ibid.
Viſitatio Eccleſiarum, vide Epiſcopus, Capitulum, Abbas, & Vicarius.
Vocis appellatione de actiua intelligitur, lib. 1.deciſ.10.n.33.
Vſufructuarius omnium bonorum tenetur ad confectionem inuentarij, lib.1.d.12.n.72.
Quomodo conueniendus, & quam fideiuſſionē praſtare debeat? lib.1. deciſ.12. n.72.
Tenetur ad onera cenſus, liuelli, ad tributa, & legata, ibid. n.73.
An executiuè conueniendus? n.74.
Et ſi ſit Clericus, vel Monaſterium, ibid.
Vſura ethimologia, & definitiones variæ, lib. 2.d.9.n.1.
Authoris definitio, & quod vſura non ſolum in mutuo conſideranda, n.2.
Explicantur verba definitionis, n.3. & 4.
Ob damnum emergens, aut lucrum ceſſans licitè aliquid vltra ſortem accipi poteſt, n.5.
Et à tempore moræ, quæ quomodo contrahitur, nu.6. & 7.
Mora irregularis in quibus caſibus contrahatur, & poteſt creditor quando non fuit pactizatum à principio vſuras accipere ſi negotiari ſolitus erat, n.8.
De pactis, quæ fiunt à mercatoribus in principio, vt ob pecuniam datam dentur intereſſe ob damnum emergens, aut lucrum ceſſās, num.9.
Et ſi ob moram, vel retardatam ſolutionem damnum habuerunt accipiendo aliam pecuniam ad intereſſe, aut alium damnum habētes, & valet pactū, vt in caſu retardatæ ſolutionis poſſit creditor capere pecunias cambia, & recambia, & à ſe ipſo, n.10.
Intereſſe alterius intereſſe an debeatur? & in quibus caſibus, n.11.12.13. & 17.
Pactū adiectum à principio in contractu mutui de certo intereſſe dādo valet in foro interno, & externo.
Et quod ſtetur iuramento crediteris circa declarationem faciendam, quæ limitari, infirmari, aut declarari poterit à Iudice parte opponente, & ſi dare poterit à principio hoc intereſſe, n.15. & 25.
Quantitas intereſſe quomodo probetur? num. 16. & 22.
Mutuantes pecuniam, qui nullam voluntatem negotiandi habent, & exponendi non poſſunt aliquid exigere pro intereſſe, n.17.
Socius lucrum habet ex pecunia lucro expoſita à ſocio, n.18.
Et aliquando quid certum cum aſſicuratione capitalis tres efficiendo contractus, n.19.
Vel vnum, qui trium vicem obtineat, nu.20.
Socius debet actu negotiari, vel negotiationibus ſe exponere, vt dans pecuniam poſſit intereſſe habere, n.20.
Qui commoditatē habet faciendi hos tres contractus poteſt à petente ſuas pecunias mutuo exigere illud intereſſe, quod eſſet accepturus ſi contractum ſocietatis feciſſet ob caput lucri ceſſantis, ob quod poteſt qualibet perſona lucrum ceſſans capere; aut ſi pecunias habuiſſet eſſet empturus prædia, cenſus, & ſimil.n.22. & 31. & 86.
Idem de damno emergente, & ſufficit creditori oſtendere damnum, vel lucrum ceſſans licet poſtea debitor poſſit contrarium probare, ibid.n.22.
Explicatur Bulla Sixti V. circa hanc materiam, n.23.
In his contrahendi modis poteſt quis accipere intereſſe ſecundum qualitatem negotiationis, num.24.
Pactū à principio in contractu mutui tenet, & debetur vſura ante Iudicis ſententiā, n.25.
Intereſſe debetur ex facto promiſſo non completo, ſiuè fuerit pactizatum antea ſiuè non, num.26.

Pœna.

*Pœnæ in omnibus contractibus debentur circa id, quod intereſt parti, & in compromiſſis in Regno noſtro, n.27.*

*Merito dotis non ſolutæ intereſſe debentur, etiam ſi in bonis mobilibus dos conſiſtat, numero 28.*

*Fructus pignoris non computat in ſortem, & vſuras an remittere poſſit expreſſè, & tacitè? n.29.*

*Recepto capitale, an cenſeatur intereſſe remiſſum? & ſi præſcripto iſto etiam cenſeantur vſuræ remiſſa.*

*Quid in vſuris dotiũ debitis marito, & alijs, num.30. & 31.*

*Et in annuis præſtationibus, legatis, & cenſu perpetuo admittatur præſcriptio, quoad intervſuria decurſa poſt lapſum temporis immemorialis, non vero quoad capitale, & quando dominium directum intelligatur præſcriptum, n.31.*

*Heredes viri non poſſunt petere fructus dati pignoris, & ſoluto matrimonio tenentur viduæ bona mobilia, & immobilia reſtituere, & interim illam alere cum filijs, ſi adſunt intra annum, & poſt annum quamdiu dotẽ dotiſuè vſuras non tradunt, quæ debentur viduæ ob retardatam ſolutionem, & ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, aut quia poterant emi predia, & redditus, vel cenſus, n.32.*

*Partes à principio poſſunt hoc intereſſe taxare, vt in caſu retardata ſolutionis dentur tot pro centenario, & in cõſtitutione, & reſtitutione dotis, n.32.*

*Et à ſtatutis, quæ valida ſunt, & circa id, quod intereſt exequenda, n.34. & 35.*

*Pactum factum à principio à patre pro reſtituendis dotibus ſub certis dilationibus, & vſuris, ex quibus dotis reſtitutio retardatur non valet, n.36.*

*Emptor, & venditor poſſunt paciſci de præſtando intereſſe interim dum non ſoluitur pretium, & rem carius vendere ob dilatatam ſolutionem, n.37. & 83.*

*An anticipata ſolutione res vilius emi poſſint, ſicut, & carius vendi ob ſolutionem poſtpoſitam ſub pœna, &c. & propriè in omnibus contractibus, & in iſtis conuentionibus id, quod intereſt ſemper attenditur, vt teneantur emptores ad damna, & intereſſe, n.38.*

*De cautela, quã faciunt aliqui venditores ad euitandas ſuſpiciones vſurarum ſi differatur ſolutio pretij, n.39.*

*Pactum ad diſcurſum quid? & an ſit contra conſcientiam latè diſputatur vſque ad nu. 50. vide pactum.*

*Ob dilationem conceſſam ad ſoluendum vſuræ à creditoribus percipi poſſunt, n.99.*

*Et ob periculum, n.100.*

*Aut ſi mihi lucrum ceſſat, quia emere poſſum prædia fructifera, vel cenſus, num.101. & 22. & 34.*

*Actiones in futurum minus emi poſſunt, numera 102.*

*Pignus, vel fideiuſſiones non proſunt in his caſibus in aliquod debitoribus, n.103.*

*An ex cambio intereſſe percipi poſſint, vide cambium, ibi de recambijs, & cambio ficto.*

*Pœna contra vſurarios, & quis ſit Iudex competens? n.113.*

*Heredes vſuras reſtituere tenentur, n.114.*

*Crimen mixti fori vſura eſt, & n.115.*

*Vſurarij priuandi Eccleſiaſtica ſepultura, nu. 116. & 117.*

*Et publici, qui non oſtendunt titulos iuſtos vſurarum? & an ex dicto Confeſſarij, vel Conſultoris excuſari poſſint à pœna impoſita, vel imponenda ab Epiſcopo, aut à lege? num.118.*

*Iuriſperiti rectè reſpondent in caſibus vſurarum, n.120.*

*Publici vſurarij, qui dicantur? & qui occulti, n.121.*

*An contractus facti vulgo, à godere, ſint liciti? num.122.*

*Vxoris nomine in odioſis non venit ſponſa de præſenti, ſed copulata, lib.1. deciſ.11. numero 28.*

*Quid ſit, & quare ita vocetur? ibid.*

*Quomodo probetur talem eſſe, & an alimenta ſumptuſuè litis debeantur pendente quæſtione ſuper validitate matrimonij, vide Alimenta, & de vſuris dotalibus, vide vſura.*

FINIS.

ER-

# ERRATA CORRIGE.

HAbes hic Lector errata ad ſenſum veridicum neceſſaria, alia quæ adſunt non poſita tuo iudicio corrigas; eſt enim miſeria temporum, vt vix Typographia inueniatur, in qua impreſſor non erret, illiuſque errores effugere haud cuicumq; facile erit, vt hoc ipsū ſtudioſi,& ſapientes experti ſunt,omneſq; libri ab Authore correcti,ſunt cod. manu propria ſubſcripti in fine libri 1.alij furto ſūt compoſiti, & ſublati.

*Libro 1. Deciſ.3. eſt Corrige ſit, deciſ.3. in ſumma n.66. vt infra n.69. C. 108.num.22.reſignata C. reſignatæ, extra ſummam nu.43. in medio adde, & Declar.Congreg. nu.44. quod ſemel in anno celebratur, adde de iure, n.37. per Vicarium C. vicarius, n.52. quæ, lege, qui, n.64. elaborantur, C. anguntur, n.66. illis, lege,ipſi, n.88. ius Ciuitatis, C. ius ciuilitatis, n.92. in alio loco, C. in alium locum, nu.96. fine, C. fines, nu.126. re, C.pro re. Item num.60. Bullæ Pontificiæ adde obreptitia*

*Deciſ.4. n.10. hæreticum, C. hæreticus.*

*Deciſ.5. n.3. aſportabant, C. geſtabant, nu.20. illi, C. illis.*

*Deciſ.6. num.16. Archiepiſcopis, C. ad Archiepiſcopos.*

*Deciſ.7. n.4.C. n.13. illum, C.ille, n.49.in fine aliter, C. aliqua, n.86. quoad remedium ſuſpenſiuum, C. deuolutiuum, in fine nocentibus, C. noſcentibus.*

*Deciſ.8. n.4. vt inf. dicam, adde lib.4.*

*Deciſ.10. in ſum. n.23. conſeruatoribus, C. conſeruator, n.35. in ſacris, C. in ſacros, num.41. lucratur, C. lucrantur, n.73. Epiſcopus factus Canonicus, C. Canonicus factus Epiſcopus.*

*Extra ſum. n.3. ad ſeptuag. C. à ſeptuag. n.4. & in ciuilibus, C. at in ciuilibus, nu.12. vt omnibus adde, &, nu. 28. Propapa, C, ProtoPapa, n.30. in Clerici, C. hi Clerici, nu.43. petens, C. petere, pergens, C. pergere, acciderit infirmitates, C. inciderent in infirmitates, & mala, n.44. lucrantur, C. lucratur, in Aduocatus dele in, Neapolis, C. Neapoli, haud dele, n.48. & Prælati, C. ad quam Prælati, num.52. laudandus, C. laudatus, & Meſſanenſes, C. Meſſanenſis, n.66. incidentes, C. incedentes, n.90. regula, C. regulas, nu.101. in iure, adde dignè, num.107. in explicandis, C. ad explicandos, n.125. minor ætas, C. dele minor.*

*Deciſ.11. in ſummario, n.10. qui, C. quæ, num.7. eod. n.107. C. n.86. nu.49. pro laycis dele pro, nu.60. declinat, C. non declinat.*

*Extra ſummam, n.6. quis, C. qui, n.28. Aeneid. adde Virgil. n.50. delinquant, C. delinquunt, n. 63. in habitu, & tonſura, C. ſine habitu, laycali, C. clericali, & valeat, C. vt valeat, n.140. habentibus, C. non habentibus, n.142. Dominis, C. Domini, ibid. ſup.n. 17. & 19. C. nu.48. & 49. n.167. excedat, C. attingat, nu. 198. offendibilia, C. offenſiua, n.199. adducere, C. ducere.*

*Deciſ.12. in Summario, n.62. renunciantes, C. renunciationes.*

*Extra ſummam num 2 in occidentali, C. orientali, & orientali, C. occidentali, n.99. donari, C. donare, n.102. de quo, C. quo, n.110. poſſent, C. poſſunt, doceant, C. videant, n.124. nec ſtatim, C. & ſtatim.*

*Libro 2. Deciſ.1. n.7. in notitijs, C. notitijs.*

*Deciſ.2. n.72. in ſumma ſuperuenerint, C. ſuperuenerit.*

*Extra ſummam n.8. vijs, C. verbis, n.13. ſingulis in annis dele, in, ibid. genuflectantur, C. genuflectant, n.31. noſcentes, C. neſcientes, n.107. filij, C. filiæ, n.109. ordinari, C. ordinare.*

*Deciſ.3. in ſum. n.3. haberi, C. habere, n.5. abſoluere, C. abſolui.*

*Extra ſummam filijs fœminis, C. filiabus, n.15. tanquam radij, C. tanquam ſtellæ radijque ſolis, n. 20. teneat, C. teneant, n.23. ad ſuperiores locales, C. ſuperioribus localibus.*

*Deciſ.4. in ſum. n.1. Eccleſiaſticarum, C. Eccleſiarum, n.27. ferens, C. ferentes.*

*Extra ſummam, n.6. Eccleſias, C. Eccleſia, n.27. in Eccleſia, C. ad Eccleſiam, n.66. cui C. ad quem, n.96. legem ciuilem, C. legi ciuili.*

*Deciſ.5. n.20. ſubuixerint, C. ſuperuixerint, ibid. concubinatus, C. concubinarius.*

*Deciſ.9. in ſumma, n.81. neceſſitam, C. neceſſitatis, n.103. in aliquod, C. in aliquo.*

*Extra ſummam, n.1. quam, C. quem, nu.9. ore, adde, vno ore, nu.11. vicem, C. vice, habuiſſet, C. habuiſſent, n.19. ex ijdem. C. ijſdem, n.22. [illegible]am, C. nulli, n.29. nec ex, C. & ex, nu 31. petitio, C. præſtatio, interuſuriæ; C. interuſuria, n.32. infra, C. poſt, n.38. vendi, C. vendere, n.46. fienda, C. facienda, nu.49. afferentium, C. offerentium, n.80. nimius, C. minus, n.99. talem, C. tale, n.101. dandam, C. dandum, n.111. reale, C. realia, fingit, C. ſupponit, num.114. illi, C. illis, ibid. conducendæ, C. locandæ.*

[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google